SANCTI

# HIERONYMI STRIDONIENSIS OPERVM,

Tomus V.

CONTINENS ECCLESIASTEN, ET DVODECIM PROPHETAS MINORES.

Opera ac Studio.


MARIANI VICTORII REATINI

EPISCOPI AMERINI.


*Ad fidem antiquiſſimorum exemplarium, trecentis & amplius ſublatis erroribus, emendatus.*





LVTETIÆ PARISIORVM.

Apud Bibliopolas vrbis Pariſienſis Conſortes.

M. DC. XXIII.

SANCTI

# HIERONYMI STRIDONIENSIS OPERVM,

Tomus V.

CONTINENS ECCLESIASTEN, ET DVODECIM PROPHETAS MINORES.

Opera ac Studio.

MARIANI VICTORII REATINI EPISCOPI AMERINI.

*Ad fidem antiquiſſimorum exemplarium, trecentis & amplius ſublatis erroribus, emendatus.*





LVTETIÆ PARISIORVM.

Apud Bibliopolas vrbis Pariſienſis Conſortes.

M. DC. XXIII.

A

# DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN ECCLESIASTEN AD PAVLAM ET EVSTOCHIVM.

C

## PROOEMIVM.

MEMINI me ante hoc ferme quinquennium, cũ adhuc Romæ eſſem, & Eccleſiaſten ſanctæ Bleſillæ legerem, vt eam ad cõtemptum mundi huius prouocarem: & omne quod in mũdo cerneret, putaret eſſe pro nihilo: rogatum ab ea vt in morem commentarioli obſcura quæque diſſererem: vt abſque me poſſet intelligere quæ legebat. Itaque quoniam in procinctu noſtri operis ſubita morte ſubtracta eſt, & non meruimus, ô Paula & Euſtochiũ, talem vitæ noſtræ habere conſortem, tantoq; vulnere tunc perculſus obmutui: Nunc in Bethlehem poſitus, anguſtiori videlicet ciuitate, & illi⁹ memoriæ, & vobis reddo quod debeo: hoc breuiter admonẽs, quod nulli⁹ auctoritatẽ ſecut⁹ ſum: ſed & de Hebræo trãsferẽs, magis me Septuaginta interpretũ conſuetudini coaptaui: in his duntaxat quæ non multũ ab Hebraicis diſcrepabãt. Interdũ Aquilæ quoq;, & Symmachi, & Theodotionis recordatus ſum: vt nec nouitate nimia lectoris ſtudiũ deterrerẽ: nec rurſum cõtra cõſcientiã meã fonte veritatis omiſſo, opinionũ riuulos cõſectarer.

## COMMENTARII HIERONYMI IN LIBRVM ECCLESIASTEN.

### CAPVT I.

CAPVT I.

HEB.

VERBA Eccleſiaſtæ filij Dauid regis Hieruſalem. [b] Vanitas vanitatum, dixit Eccleſiaſtes: vanitas vanitatum, omnia vanitas: Quid

CAPVT I.

SEPT.

*VERBA Eccleſiaſtæ filij Dauid regis Hieruſalem. Vanitas vanitatum, dixit Eccleſiaſtes: Vanitas vanitatum, omnia vanitas. Quid*

VERBA *Eccleſiaſtæ filij Dauid regis Hieruſalẽ.*] Tribus nominibus vocatum fuiſſe Salomonẽ, ſcripturæ manifeſtiſſime docent: Pacificum, id eſt, שלמה Salomonẽ, & ידידיה idida, hoc eſt, dilectũ domini, & quod nunc dicitur קהלת coeleth: id eſt, Eccleſiaſten. ἐκκλησιαστής autẽ Græco ſermone appellatur, qui cœtum, id eſt, eccleſiam congregat: quem nos nuncupare poſſumus cõcionatorẽ: eo quod loquatur ad populum, ſermo eius non ſpecialiter ad vnum, ſed ad vniuerſos generaliter dirigatur. Porro pacificus & dilectus domini, ab eo, quod in regno eius pax fuerit, & eum dominus dilexerit, appellatus eſt. Nã & pſalmi quadrageſimusquartus, & ſeptuageſimusprimus, dilecti & pacifici titulo pręnotantur. Qui tametſi ad prophetiam Chriſti & eccleſiæ pertinentes, felicitatem & vires Salomonis excedunt: tamen ſecundũ hiſtoriam ſuper Salomone conſcripti ſunt. Is itaq; iuxta numerum vocabulorum, tria volumina edidit, Prouerbia, Eccleſiaſten, & Canticum canticorum. In Prouerbijs paruulos docens, & quaſi de officijs per ſententias erudiens. Vnde & ad filium, eius ſermo crebro repetitur. In Eccleſiaſte vero maturæ virum ætatis inſtituens: ne quidquam in mundi rebus putet eſſe perpetuũ, ſed caduca & breuia vniuerſa ꝙ cernimus. Ad extremum iam conſummatum virum & calcato ſęculo præparatum, in Cantico Canticorum ſponſi iungit amplexibus. Niſi enim prius reliquerimus vitia, & pompis ſæculi renunciantes, expeditos nos ad aduẽtum Chriſti parauerimus, non poſſumus dicere: *Oſculetur me oſculo oris ſui.* Haud procul ab hoc ordine doctrinarum, & philoſophi ſectatores ſuos erudiunt: vt primum ethicam doceãt, deinde phyſicam interpretentur: & quẽ in his profeciſſe proſpexerint, ad Theologiam vſq; perducant. Nec nõ & hoc diligẽtius attendendum, quod per hos tres libros auctoris diuerſus eſt titulus. In Prouerbijs enim notatur: Prouerbia Salomonis filij Dauid regis Iſraël. In Eccleſiaſte vero. *Verba Eccleſiaſtæ filij Dauid regis Ieruſalẽ*: ſuperfluũ ꝗppe eſt hic Iſraël ꝙ male in Græcis & Latinis codicib⁹ inuenitur. In Cãtico autem canticorũ, nec filius Dauid, nec rex Iſraël ſiue Hieruſalem præſcribitur, ſed tantũ Canticum canticorum Salomonis. Sicut enim Prouerbia quaſi rudis inſtitutio ad duodecim tribus, & ad totũ pertinent Iſraël, & quo modo contemptus mundi non niſi Metropolis conuenit, h.e. habitatoribus Hieruſalem: ita Canticum canticorum ad eos proprie facit mẽtionem, qui tantũ ſuperna deſiderãt. Ad incipientes & proficiẽtes, & paterna dignitas, & regni ꝓprij merito indicatur auctoritas. Ad pfectos vero, vbi nõ timore eruditur diſcipulus, ſed amore filius, propriũ nomen ſufficit, & ęqualis magiſter eſt, & neſcit eſſe ſe regẽ. Hæc interim iuxta litteram: Cæterũ ſecundũ intelligentiam ſpiritualẽ, pacificus & dilectus Dei patris & Eccleſiaſtes, noſter eſt Chriſtus: q medio pariete deſtructo, & inimicitias in carne euacuans, fecit vtraq; vnum, dicens: *Pacem meam do vobis, & pacem meam relinquo vobis*: de quo pater ad diſcipulos: Hic eſt, inquit, filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, hunc audite: qui eſt caput omnis eccleſiæ: nequaquam ad ſynagogam Iudæorum, ſed ad gentium multitudinem loquens, rex Hieruſalem, viuis lapidibus extructæ: non illius de qua ipſe ait: *Hieruſalem, Hieruſalem, quæ occidis prophetas.* Et, *Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta*: ſed illius per quam iurari vetat, quia ſit ciuitas magni regis. Hic eſt filius Dauid, ad quem cæci in Euangelio clamabant: *Miſerere noſtri fili Dauid*, & omnis turba conſona voce reſonabat: *Oſanna filio Dauid.* Deniq; non ad eum fit verbum Dei ſicut ad Hieremiam & ad cæteros prophetas: ſed quia diues eſt & rex & potens (ipſe eſt ſiquidem verbum & ſapientia cæteræque virtutes) verba loquitur ad eccleſiæ viros: verba inſinuat Apoſtolis: de quibus cantatur in pſalmo: *In omnem terram exiuit ſonus eorum.* Male igitur quidam opinantur nos ex hoc libro ad voluptatem & luxuriam prouocari: cum è contrario omnia quæ in mundo cernimus, eſſe vana doceantur: nec debere ea nos ſtudioſe appetere, ꝙ dum tenentur, intereant.

b ¶ *Vanitas vanitatum, &c.*] Si cuncta quę fecit Deus ſunt valde bona, quomodo omnia vanitas, & nõ ſolũ vanitas, verum etiã vanitas vanitatũ? Vt ſicut in Cantico canticorum inter omnia carmina, excellens carmẽ oſtenditur, ita in vanitate vanitatũ, vanitatis magnitudo mõſtretur. Tale quid & in pſalmo ſcriptum eſt: *Veruntamen vniuerſa vanitas, omnis homo viuens.* Si viuens homo vanitas eſt: ergo mortuus vanitas vanitatũ. Legimus in Exodo: glorificatũ vultũ Moyſi in tantũ, vt filij Iſraël in eum aſpicere nõ poſſent.

B · D

Marginal references: Epheſ. 2. c. · Ioan. 14 d · Matt. 3. d · Ibid 23. d · Ibid 21. a · Ibid. 9 c · Pſal. 18. a · Gen. 1, d · Pſal. 38 b · Exod. 34.

A Quam gloriam Paulus apoſtolus ad comparartionē euangelicæ gloriæ dicit eſſe non gloriam. *Nam nec glorificatum eſt*, inquit, *quod glorificatum fuit in hac parte, propter excellētem gloriam*. Poſſumus igitur & nos in hunc modum cœlū, terram, maria, & omnia q̃ in hoc circulo continentur, bona quidem per ſe dicere, ſed ad Deū cōparata eſſe pro nihilo. Et quomodo ſi igniculū lucernę vidēs contentus eſſem ei⁹ lumine, & poſtea orto ſole nō cernerē quod lucebat: ſtellarū quoq; lumina iubare viderē ſolis abſcōdi. Ita aſpiciens elemēta & rerū multiplicē varietatē admiror quidē operū magnitudinē, recogitans autē oīa ptranſire, & mūdū ſuo fine ſeneſcere, ſolūq; Deū illud ſemper eſſe quod fuerit: cōpellor dicere nō ſemel, ſed bis: *Vanitas vanitatū omnia vanitas*. In Hebręo pro vanitate vanitatum [a] הבלים הבל ſcriptū eſt quod exceptis Lxx. interpretib. oēs ſimiliter tranſtulerunt ἀτμὶς ἀτμῶν: quod nos poſſum⁹ vaporem fumi & aurā tenuē, q̃ cito reſoluitur, appellare. Caducū itaque nōnihil ex hoc verbo vanitatis oſtenditur. *Quæ enim videntur*, vt ait Apoſt. *tēporalia ſūt, quæ autē nō videntur æterna*. Siue quia vanitati creatura ſubiecta eſt, & ingemiſcit, & parturit, & pſtolatur reuelationē filiorum Dei: & nunc ex parte cognoſcim⁹, & ex parte pphetamus. Tandiu enim omnia vana ſunt, donec veniat quod perfectum eſt.

1 Cor 3. c — a habel habalim. — 2. Cor. 4. d — Rom. 8 d — 1. Cor. 13. e — B

HEB.

[a] Quid ſupereſt homini in omni labore ſuo, quo laborat ſub ſole? [b] Generatio vadit, & generatio venit, & terra in ſeculū ſtat. [c] Oritur ſol & occidit ſol, & ad locū ſuū ducit, & oritur ipſe ibi[d] Vadit ad auſtrū, & gyrat ad aquilonē: gyrās gyrādo vadit ſpiritus, & in circulos ſuos reuertitur ſpiritus. [e] Oēs torrentes vadūt in mare, & mare nō impletur. Ad locū de quo torrētes exeūt illic ipſi reuertūtur vt introeāt. [f] Omnes ſermones graues non poterit vir loqui. Non ſatiabitur oculus videndo, & non implebitur auris auditu. [a] Quid

SEPT.

*Quid habet amplius homo de vniuerſo labore ſuo quo laborat ſub ſole? Generatio præterit, & generatio aduenit, terra autem in æternum ſtat. Oritur ſol, & occidit, & ad locum ſuum reuertitur, ibique renaſcens gyrat per meridiem, & flectitur ad aquilonem, Luſtrans vniuerſa in circumitu pergit ſpiritus, & in circulos ſuos reuertitur. Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat. Ad locum vnde exeunt flumina, reuertuntur, vt iterum fluant. Cunctæ res difficiles, non poteſt eas homo explicare ſermone. Non ſaturatur oculus viſu, nec auris auditu impletur. Quid eſt quod fuit? ipſum*

a ¶ *Quid ſupereſt homini in omni labore ſuo*, &c.] Poſt generalem ſententiam quod vana ſint omnia, ab hominib. incipit: quod fruſtra in mundi iſtius labore deſudent, cōgregantes diuitias, erudientes liberos, ambientes honorem, ædificia conſtruentes, & in medio opere ſubita morte ſubtracti audiunt: *Inſipiens, hac nocte auferetur anima tua à te: quæ autē paraſti, cuius erunt?* maxime cū ex omni labore nihil ſecum ferant, ſed nudi in terrā redeant, de qua ſumpti ſunt. (Luc 12. f)

b ¶ *Generatio vadit*, &c.] Alijs morientibus, naſcūtur alij, & quos videras, nō videns, incipis videre quos non videras. Quid hac vanius vanitate, q̃ terrā manere q̃ hominū cauſa facta eſt: & ipſum hominē terræ dn̄m in puluerē repente diſſolui? Aliter: Prima recedit generatio Iudæorum, & ſuccedit generatio de gentib. cōgregata: terra a. tamdiu ſtat q̃diu ſynagoga recedente, eccleſia omnis introeat. Cū n. predicatum fuerit euāgeliū in toto orbe, tūc erit finis. Imminente verò conſummatione, cœlū & terra trāſibunt. Et ſignāter nō ait: Terra in ſeculis ſtat, ſed *in ſæculo*. Porrò laudamus dn̄m, non in vno ſeculo, ſed in ſæculis ſæculorum. (Luc. 21. f)

c ¶ *Oritur ſol*, &c. Sol ipſe q in lucem mortalib. datus eſt, interitum mundi ortu ſuo quotidie indicat & occaſu. Qui poſtq̃ ardentem rotā oceano tinxerit, p incognitas nobis vias ad locū vnde exierat regreditur; expletoq; noctis circulo, rurſū de thalamo ſuo feſtin⁹ erūpit. Pro eo autē quod vulgatā editionē ſequētes poſuimus, ad locū ſuum ducit, in Hebręo habet [b] שואף, quod Aquila interpretatur εἰσπνεῖ: i. e. aſpirat. Symmachus verò & Theodotio, recurrit quia videl. ſol reuertatur ad locū ſuum, & vbi vnde priùs egreſſus fuerat, aſpiret. Hoc a. totū iccirco dicit, vt doceat mutationibus temporū, & ortu occaſuque ſiderū, humanā ætatē labi & interire dū neſciat. Aliter Sol iuſtitiæ, in cui⁹ alis eſt ſanitas, timentib. Deū oritur, & pſeudopropheteis occidit meridie. Cum a. ortus fuerit, in locū ſuum nos trahit. Quo? videl. ad patrem. Ad hoc n. venit, vt nos de terris ad cęlum leuet, & dicat: Cum exaltatus fuerit filius hominis, omnia trahet ad ſe. Nec mirū eſt filium ad ſe trahere credētes, cū & pater ipſe ad ſe filiū trahat. *Nemo* n. ait, *venit ad me niſi pater qui miſit me, adducat eum*. Iſte ergo ſol, quem alijs occidere, alijs naſci diximus, & Iacob quondā patriarchę de terra ſancta egredienti occidit, rurſumq; cum de Syria terrā repromiſſionis intraret, ortus eſt ei. Lot quoq; quando egreſſus eſt de Sodomis, & venit ad ciuitatem, ad quā vt feſtinaret, ei fuerat imperatum, aſcendit in montē, & ſol exiuit ſuper Segor.

b ſoeph. — Malac. 4. a — Amos. 8. c — Ioan. 12. c — Ibid. 6 e — C — Gen. 28 b — Ibid. 19. e

d ¶ *Vadit ad auſtrum & gyrat ad aquilonē*, &c.] Hinc poſſumus æſtimare hyemis tēpore ſolem ad meridianam plagā currere, & per æſtatē ſeptētrioni eſſe vicinū, & non per æquinoctiū autumni, habere principium: ſed primū ſpirāte fauonio, qn̄ tempore veris in fœtum cuncta rumpūtur. Quod autem ait, Gyrans gyrādo vadit ſpiritus, & in circulos ſuos reuertitur: ſiue ipſū ſolē ſpiritū nominauit, quod animet & ſpiret, & vigeat, & annuos orbis curſus expleat, vt ait Poeta: *Interea magnū ſol circumuoluitur annū*. Et alibi: *Atq; in ſe ſua per veſtigia voluitur annus*. Siue quod & lunæ lucentē globum, & aſtra Titania, *Spiritus intus alit: totāq; infuſa per artus: Mēs agitat molem, & magno ſe corpore miſcet*: nō de annuo ſolis curſu, ſed de quotidianis ſemitis eius loquitur. Obliqua enim & fracta linea per auſtrum pergit ad boreā, & ita ad orientē reuertitur. Aliter: Sol quādo p auſtrū currit, vicinior terræ eſt: quādo per aquilonem, ſublimis attollitur. Forſitan ergo his qui hyemis & tribulationum frigore coartantur (Ab aquilone enim exardeſcēt mala ſuper terrā) vicinior ſol iſte iuſtitiæ eſt: his verò qui in boreæ parte habitant, & calore priuantur, æſtiuo curſu incedit procul, & per ſuos circulos, vnde profectus eſt, reuertitur. Cū enim traxerit omnia ad ſe, & vniuerſos ſuis radijs illuminauerit, ſit reſtitutio principalis, & eſt *Deus omnia in omnibus*. Symmachus hunc locum ita interpretatus eſt: *Vadit ad meridiem & circumit ad boream: perambulans vadit ventus, & per quæ circumierat reuertitur ventus*.

Virg. 5. Æn. id. — Ibid. 6. — D — Hier. 1. e — S. c. 70. — 1. Cor. 15. d

e ¶ *Omnes torrentes vadunt in mare*, &c.] Putant quidam aquas dulces q̃ in mare fluūt, vel ardente deſuper ſole cōſumi, vel ſalſugini maris eſſe pabula. Eccleſiaſtes autem noſter, & ipſarum aquarū conditor, eas dicit per occultas venas ad capita fontium regredi, & de matrice abyſſo in ſua ſemper ebullire principia. Melius a. Hebręi ſub torrētium & maris nomine per metaphorā de hominib. ſignificari arbitrātur: quod in terrā de qua ſumpti ſunt redeāt, & torrentes vocentur, non flumina: eo quod cito intereāt, nec tamen impleatur terra multitudine mortuorum. Porro ſi ad altiora cōſcendimus, rectè & turbidæ aquæ in mare vnde ſubſtiterant reuertentur. Et ni fallor, abſq; additamento nuſquā torrens in bonā partem legitur. Nam torrente voluptatis tuæ potabis illos: cū additamēto dicitur voluptatis. Et è contrario Saluator ad torrentem traditur Cedron. Et Helias perſecutionis tēpore ad torrentē Charith latitat: quia & ipſe ſiccatur & nō impletur: mare autē inſatiabile, quo modo & in Prouerbijs, filiæ ſanguiſugæ.

Ioan 18 a — 2. Reg. 17 a — Prou. 30 b

f ¶ *Omnes ſermones*, &c.] Nō ſolū de phyſicis, ſed de ethicis quoq; ſcire difficile eſt. Nec ſermo valet explicare cauſas naturaſq; rerum: nec oculus, vt rei poſcit dignitas, intueri, nec auris inſtituente doctore ad ſummā ſcientiā peruenire. Si n. nūc per ſpeculū videm⁹ in ænigmate, & *ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetam⁹*: cōſequēter nec ſermo pōt explicare quod neſcit: nec ocul⁹, in quo cæc⁹ ſit aſpicere: nec auris de quo dubitat impleri. Simul & hoc notandū quod oīa verba ſint grauia, & magno labore diſcantur:

1. Cor 13. d



E contra eos qui putant otioſis ſibi, & vota facientibus venire notiam ſcripturarum.

HEB.

[a] Quid eſt quod fuit? ipſū quod erit. Et quid eſt quod factū eſt? ipſū quod fiet. Et non eſt omne recens ſub ſole. [b] Eſt ne verbū de quo dicatur, vide hoc nouū eſt: iam fuit in ſæculis quæ fuerunt ante nos. [c] Nō eſt memoria primis, & quidē nouiſſimis quæ futura ſunt, nō erit eis memoria apud eos qui futuri ſūt in nouiſſimo. [d] Ego eccleſiaſtes fui rex ſuper Iſraël in Hieruſalē, [e] Et dedi cor meū ad inquirēdum & cōſiderandū in ſapientia de omnib. quæ fiunt ſub ſole. Hanc occupationem malam dedit Deus filijs hominū, vt occuparentur in ea. [f] Vidi vniuerſa opera, quæ facta ſunt ſub ſole, & ecce

SEPT.

*Quid eſt quod fuit? ipſum quod futurum eſt. Quid eſt, quod factum eſt? ipſum quod faciendum eſt. Nihil ſub ſole nouum, nec valet quiſquam dicere, ecce hoc recens eſt. Iam enim præceſſit in ſæculis qui fuerunt ante nos. Non eſt priorum memoria, ſed nec eorum quidem quæ poſtea futura ſunt, erit recordatio apud eos, qui futuri ſunt in nouiſſimo. Ego eccleſiaſtes fui rex Iſraël in Hieruſalem: & propoſui in animo meo quærere & inueſtigare ſapienter de omnibus quæ fiunt ſub ſole. Hanc occupationem peſſimam dedit Deus filijs hominum, vt occuparentur in ea, Vidi cuncta, quæ fiunt ſub ſole & ecce vniuerſa vanitas,*

a ¶ *Quid eſt quod fuit? ipſum quod erit*, &c.] Videtur mihi de his quæ ſupra enumerauit, generatione & generatione: mole terrarū: ortu ſolis & occaſu: curſu fluminū, magnitudine Oceani, omnibuſq; quæ aut cogitatione, aut viſu, vel auribus diſcimus, nunc communiter loqui: quod nihil nouū ſit in natura rerū, quod nō ante iā fuerit. Ab initio enim mūdi & hōines nati & mortui ſunt, & terra ſuper aquas cōſtitit librata, & ſol ortus occubuit. Et ne plura percurrā, & auib⁹ volare, & natare piſcibus, & terreſtribus ingredi, & ſerpentibus labi, Deo artifice cōceſſum eſt. Huic q̃d ſimile ſententiæ & Comicus ait: Nihil eſt dictū, quod non ſit dictum prius. Vnde p̃ceptor meus Donatus, cū ipſum verſiculum exponeret: Pereant, inq̃t, qui ante nos noſtra dixerūt. Quod ſi in ſermonibus nihil nouū dici pōt, quanto magis in adminiſtratione mūdi: quæ ab initio ſic pfecta eſt, vt requieſceret Deus ab operib⁹ ſuis in die ſeptima. Legi in quodā libro: ſi oē quod ſub ſole factū eſt, fuit in pręteritis ſęculis, ātequā ſol fieret, & homo iam ſole cōdito factus eſt: fuit ergo homo, antequā ſub ſole fieret. Sed hac excluditur ratione: quod & iumēta & culices & minuta quæq; & magna animalia ante dicerentur fuiſſe quam cœlū, Niſi forte illud reſpōdeat, ex cōſequentibus oſtendi: nō de ceteris animalibus, ſed de homine Eccleſiaſte eſſe ſermonē. Ait enim: Non eſt omne recens ſub ſole, quod loquatur & dicat: Ecce hoc nouū eſt: animalia autem non loqui, ſed tm̄ hominem quod ſi loquātur animalia, nouum eſſe ſub ſole, & ſolui ſententiam, nihil nouum eſſe ſub ſole.

Geneſ. 2. a — F

b ¶ *Eſt ne verbum de quo dicatur: vide hoc nouū eſt: iam fuit in ſæculis quæ fuerunt ante nos.*] Apertiùs hoc Symmachus trāſtulit: Putas ne eſt qui poſſit dicere: Vide hoc nouum eſt, & iam factum eſt in ſæculo quod fuit ante nos. Cum ſuperioribus aut congruit, quod nihil nouum in mundo fiat: nec ſit aliquis qui poſſit exiſtere & dicere, ecce hoc nouū eſt: ſiquidem omne, quod ſe putauerit nouū oſtendere, iā in priorib ſæculis fuit. Nec putemus ſigna atq; prodigia, & multa q̃ arbitrio Dei noua in mundo fiūt, in prioribus ſæculis eſſe iam facta, & locum inuenire Epicurum, q aſſerit p innumerabiles periodos eadē & eiſdem in locis, & p eoſdē fieri. Alioquin & Iudas crebro pdidit, & Chriſtus paſſus eſt ſæpe pro nobis, & cætera q̃ facta ſunt & futura. in eaſdem ſimiliter periodos reuoluentur. Sed eſt dicendum, quod ex p̃ſcientia & p̃deſtinatione Dei iam ea facta ſunt quæ futura ſunt, Qui enim electi ſunt in Chriſto ante conſtitutionem mundi, in prioribus ſæculis iam fuerunt,

c ¶ *Non eſt memoria primis, & quidem nouiſſimis quæ futura ſunt*, &c.] Quomodo p̃terita apud nos abſcondit obliuio: ſic ea quæ vel nunc fiunt vel quæ futura ſunt, hi qui naſci habēt, ſcire non poterunt: & cuncta ſilentio præteribunt, & quaſi non fuerint abſcondentur, & cōplebitur illa ſententia: *Vanitas vanitatum, omnia vanitas*. Nam & ſeraphim propterea faciem ſuam & pedes velant: quia prima & extrema cooperta ſunt. Iuxta autē Lxx. interpretes q dixerunt, οὐκ ἔστι μνήμη τοῖς πρώτοις καί γε τοῖς ἐσχάτοις γενομένοις, οὐκ ἔσται αὐτοῖς μνήμη μετὰ τῶν γενησομένων εἰς τὴν ἐσχάτην, id eſt, *Non eſt memoria primis, & quidē nouiſſimis qui futuri ſunt, non erit eis memoria cū his qui futuri ſunt in nouiſſimo*: ille de euangelio ſenſus eſt: q qui in iſto ſæculo primi ſunt, ſint omniū nouiſſimi. Et quia Deus vt benignus & clemens, minimorum quoq; & omniū recordatur: his q propter vitiū ſuum nouiſſimi eſſe meruerunt, non tantā dabit gloriā, quantam his qui ſe humiliātes nouiſſimi in mūdo eſſe voluerūt. Dicit itaque in cōſequētib⁹: Nō eſt memoria ſapiētis cum ſtulto in æternum.

G — Matt. 20. b

d ¶ *Ego Eccleſiaſtes fui rex ſuper Iſraël in Hieruſal.*] Hucuſq; præfatio generaliter de omnibus diſputantis: nunc ad ſemetipſū redit, & quis fuerit: quo modo experimento vniuerſa cognouerit, docet. Aiunt Hebræi hunc librum Salomonis eſſe pœnitentiam agentis, quod in ſapiētia diuitijſq; cōfiſus, per mulieres offenderit Deum.

e ¶ *Et dedi cor meum ad inquirendum & conſiderandū*, &c.] Verbum ענין, Aquila, Lxx. & Theodotio περισπασμόν, ſimiliter tranſtulerunt: quod in diſtentionē Latinus interpres expreſſit: eo quod in varias ſolicitudines mēs hominis diſtēta lanietur. Symachus verò ἀσχολίαν, i. e. occupationem trāſtulit. Quia igitur ſępius in hoc volumine nominatur: ſiue occupationē, ſiue diſtentionē, ſiue quid aliud dixerimus: ad ſuperiorē ſenſū cuncta referantur. Dedit ergo Eccleſiaſtes primo omnium mentē ſuā ad ſapientiā requirendā, & vltra licitū ſe extendēs, voluit cauſas rationeſq; cognoſcere: quare paruuli corriperentur à dæmone: cur naufragia & iuſtos & impios pariter abſorberent: vtrum hæc & his ſimilia caſu euenirent, an iudicio Dei. Et ſi caſu, vbi prouidētia Dei? ſi iudicio, vbi iuſtitia Dei? Hæc inquit, noſſe deſiderans, intellexi ſuperfluam curam & ſolicitudine per diuerſa cruciantem, à Deo hominibus datam, vt ſcire cupiant quod ſcire non licitū eſt. Pulchre autem cauſa præmiſſa à Deo data diſtentio eſt, Quo modo enim in epiſtola ad Romanos ſcribit: *Propter quod tradidit eos Deus in paſſiones ignominiæ*. Et iterū: *Propter quod tradidit eos Deus in reprobū ſenſum*, vt faciant quæ non oportet. Ac deinde: propterea tradidit eos Deus in deſideria cordis ſui in immunditiam. Et ad Theſſalonicenſes: *Propterea mittet eis Deus operationē erroris*. Et ſicut priùs cauſæ oſtenduntur, quare vel paſſionibus ignominiæ, vel ſēſui reprobo, vel cordis ſui deſiderijs cōcedantur: aut quid fecerint, vt operationē erroris accipiant: ita & in p̃ſentiarum idcirco Deus diſtentionē malā dedit hominibus, vt diſtendantur in ea: quia priùs ſponte ſua & propria voluntate hæc vel illa fecerunt.

c inian. — H — Rom. 1. c — 2 Theſ. 2. c

f ¶ *Vidi vniuerſa opera quæ facta ſunt ſub ſole: & ecce omnia vanitas, & præſumptio ſpiritus.*] Neceſſitate compellimur, vt crebriùs quam volumus de verbis Hebraicis diſſeramus. Nec enim poſſumus ſcire ſenſum, niſi cū p verba diſcamus. [d] רעות Aquila & Theodotio νομήν, Symmachus βόσκησιν, tranſtulerunt, Septuaginta autem interpretes nō Hebræū ſermonem expreſſere, ſed Syrū, dicentes προαίρεσιν. Siue ergo, νομή, ſiue βόσκησις, à paſtione vocabulum eſt. προαίρεσις autē meli⁹ voluntatem q̃ præſumptionem ſonat. Dicitur autē quod agat vnuſquiſq; quod velit, & ſibi rectum eſſe videatur, atq; in diuerſa libero homines ferātur arbitrio, & vana ſint vniuerſa ſub ſole: dū inuicē nobis in bonorum & malorum finibus diſplicemus. Dicebat mihi Hebræus, quo ſcripturas ſanctas inſtituēte plegi, quod ſupra ſcriptū e [e] רעות verbū, magis in hoc loco afflictionē & malitiam, quam paſtionē & voluntatem ſignificaret: nō à

d reouth — e reouth

A [Matt. 6. d.] malo quod eſt contrarium bono,ſed ab eo q; in euãgelio ſcribitur: *Sufficit diei malitia ſua*: quam Græci ſignificanti⁹ κάκωσιν vocant; & eſſe ſenſum: Conſideraui vniuerſa quæ in mundo fiunt,& nihil aliud deprehendi quam vanitatem & malitias,i.e.miſerias ſpiritus,quib. anima diuerſis cogitationibus afflictatur.

a ¶ *Peruerſum non poterit adornari, & imminutio non poterit numerari.*] Qui peruerſus eſt, niſi ante corrigatur, non poterit adornari. Recta ornatũ recipiũt, & curua correctionem. Peruerſus non dicitur niſi quia deprauatus à recto eſt. Hoc cõtra hæreticos,quia quaſdã naturas introducunt, q̃ non recipiũt ſanitatem. Et quia imminutio,h.e.q; deeſt, nõ poteſt numerari: ꝑpterea tũ primogenita Iſraël numerata ſunt. Feminę vero,& ſerui,& paruuli,& vulg⁹ ex Ægypto nequaquã plenitudo, ſed imminutio exercit⁹ abſque numero ꝑtermiſſi ſunt. Poteſt & hic eſſe ſenſus. Tãta malitia in mũdi huius capacitate verſatur,vt ad integrũ boni ſtatũ mundus redire vix valeat: nec poſſit facile recipere ordinẽ & perfectionem ſuam, in quibus primũ conditus eſt. Aliter: Omnib. per pœnitentiã ad integrũ reſtitut⁹, ſolus diabolus in ſuo permanebit errore. Cuncta

B enim q̃ ſub ſole facta ſunt, illius arbitrio & ſpiritu malignitatis euerſa ſunt, dum ad eius inſtinctũ peccatis peccata cumulãtur. Deniq; tantus eſt numerus ſeductorũ,& eorũ quide grege domini ab eo rapti ſunt, vt ſupputatione non queat comprehendi.

b ¶ *Locutus ſũ ego in corde meo, dicens: Ecce ego, &c.*] Sapiẽtior fuit Salomon, non Abraham & Moyſe, & cæteris ſanctis, ſed his qui fuerunt ante ſe in [3. Reg 3. b] Ieruſalẽ. Legimus & in Regnorũ libris, multæ ſapiẽtiæ fuiſſe Salomonẽ, & hoc à Deo donum ꝑ cæteris poſtulaſſe. Mundi ergo cordis oculus, multã ſapientiam & ſcientiam contuetur, qui nõ ait: Multam ſapientiam & ſcientiã ſum locutus: ſed multã ſapientiam & ſcientiam vidit cor meũ. Non enim poſſumus eloqui omnia quæ ſentimus.

c ¶ *Et dedi cor meum vt noſcerem ſapientiam & ſcientiã, errores & ſtultitiã, &c.*] Contrarijs contraria intelliguntur. Et ſapientia prima eſt, ſtultitia caruiſſe. Stultitia autem carere nõ poteſt, niſi qui intellexerit eam. Vnde & plura in rebus noxia ſunt creata: vt dum vitamus ea, ad ſapientiam erudiamur. Æqualis ergo ſtudij fuit ſcire Solomoni ſapientiam & ſcientiam, è regione errores & ſtultitiam: vt in alijs appetendis, & alijs declinandis, vera eius ſapientia probaretur: ſed in hoc quoq; vt in cæteris, dicit pauiſſe ſe ventos, & non valuiſſe perfectam comprehendere veritatem. De præſumptione ſpiritus ſiue paſtione venti: quia ſæpius in hoc libro dicitur, ſupra diſſeruiſſe ſufficiat.

d ¶ *Quia in multitudine, &c.*] Quanto magis quis ſapientiam fuerit conſecutus, tanto plus indignatur ſubiacere [Luc. 7. f. ibid. 12 f] vitijs, & procul eſſe à virtutibus quas requirit. Quia autẽ *potentes potenter tormenta patientur: cuique plus creditur, plus exigitur ab eo*: propterea apponit dolorem qui apponit ſciẽ-

HEB.

ecce omnia vanitas & præſumptio ſpiritus. [a] Peruerſum nõ poterit adornari, & imminutio non poterit numerari. [b] Locutus ſum ego in corde meo, dicens: Ecce ego magnificatus ſum, & adieci ſapientiam ſuper omnes qui fuerunt ante me in Ieruſalẽ, & cor meum vidit multã ſapientiam & ſcientiam. [c] Et dedi cor meum vt noſcerẽ ſapiẽtiã & ſciẽtiã, errores & ſtultitiã: cognoui quia & hoc eſt paſtio venti, ſiue præſumptio ſpirit⁹. [d] Quia in multitudine ſapientiæ multitudo furoris, & qui apponit ſcientiã, apponit dolorem.

SEPT.

*tas, & afflictio ſpiritus. Peruerſi difficile corriguntur, & ſtultorum infinitus eſt numerus. Locutus ſum in corde meo, dicens: Ecce magnus effectus ſum, & præceſſi omnes ſapientia, qui fuerunt ante me in Ieruſalem, & mens mea contemplata eſt multa ſapienter, & didici. Dedique cor meum vt ſcirem prudentiam atque doctrinam, erroréſque, & ſtultitiam. Et agnoui quod in his quoque eſſet labor, & afflictio ſpiritus. Eo quod in multa ſapientia, multa ſit indignatio, & qui addit ſcientiam, addit & laborem.*

## CAP. II.

HEB.

DIxi ego in corde meo: Veni nunc, tẽtabo te in lætitia, & vide in bono: & ecce ẽt hoc vanitas: [f] Riſui dixi amentiã, & iocunditati, quid hoc facis? [g] Conſideraui in corde meo, vt traherẽ in vino carnem meam: & cor meũ deduxit me in ſapientia: vt obtinerem ſtultitiam, donec viderem quid eſſet bo-

num

## CAP. II.

SEPT.

*DIxi ergo in corde meo: Vadam & affluam delitijs, & fruar bonis. Et vidi quod hoc quoque eſſet vanitas. Riſum reputaui errorem, & gaudio dixi, quid fruſtra deciperis? Cogitaui in corde meo abſtrahere à vino carnem meam: vt animum meum transferrem ad ſapientiam, deuitaremque ſtultitiam, donec viderem*

*quid*

C tiam, & contriſtatur mœrore ſecundum Deum: doletque ſuper delictis ſuis. Vnde & Apoſt. ait: *Et quis eſt qui lætificat me, niſi qui contriſtatur ex me?* Niſi forte & hoc intelligen- [2. Cor 2. a] dum, quod ſapiens vir doleat tam in abdito quam in profundo latere ſapiẽtiam: nec ita ſe præbere mentibus vt lumen viſui, ſed per tormenta quędam & intolerandum laborem, iugi meditatione & ſtudio prouenire.

CAPVT II.

DIxi ego in corde meo, &c.] Poſtquã in multitudine ſapientiæ & adiectione ſcientiæ, laborem & dolorem eſſe deprehendi & nihil aliud niſi caſſum & ſine fine certamen: trãſtuli me ad lætitiã, vt luxu fruerer: congregarem opes, diuitijs abundarem, & perituras voluptates caperem antequam morerer. Sed & in hoc vanitatem meã ipſe perſpexi, dũ ꝑterita voluptas ꝑſentem non iuuat, & exhauſta non ſatiat. Non ſolum autẽ corporalis lætitia, ſed etiã ſpiritualis eſt tẽtatio poſſidenti, vt indigeam corripiẽte ſtimulo, & angelo ſatanæ qui me colaphizet, ne hinc eleuer. Vnde & Salo- [2. Cor 12 b] mõ: *Diuitias*, inquit, *& pau-* [Prou. 30 b] *pertatẽ ne dederis mihi*. Statiq; [Sec. 70.] ſubdidit: *Ne forte ſatiatus mẽdax fiam: & dicã, quis me cõſpicit?* Siquidem & diabolus per bonorum abundantiam cõcidit. Vnde & in Apoſtolo

D [1. Tim. 3. b] ſcriptũ eſt: *Ne in ſuperbiã elat⁹, in iudiciũ incidat diaboli*: i.e. in tale iudiciũ, in quo etiam diabolus incidit. Sed & hoc poſſumus dicere, propterea nunc lętitiã ſpirituale, ſicut & cætera, vanitatem pronũciari: quod per ſpeculum eã videam⁹ & in ęnigmate. Cũ autem facie ad faciem fuerit reuelata: tũc eam nequaquã vanitatẽ, ſed veritatẽ vocari.

f ¶ *Riſui dixi amentiã, & io-* [1. Cor 13 d] *cunditati, quid hoc facis?*] Vbi nos amentiã legimus, in Hebræo habet מהולל, quod A- [amcholal.] quila, πλάνησιν i. e. errorẽ: Symmachus θόρυβον, h.e. tumultũ interpretati ſunt. Lxx. vero & Theodotio, ſicut in plurib. locis, ita & in hoc quoque concordant, & trãſtulerunt περιφοράν, quam nos, verbum de verbo exprimentes, circum- [Epheſ. 4. c] lationem poſſumus dicere. Quo modo igitur hi *qui circumferũtur omni vento doctrinæ*, inſtabiles ſunt & in diuerſa fluctuant: ſic qui illo riſu cachinnant, quẽ dominus in euan- [Luc. 6 d] gelio fletu dicit mutandũ, errore ſæculi raptantur & turbine: nõ intelligentes ruinam peccatorum ſuorum, neque præterita vitia plangentes: ſed putantes breuia bona eſſe perpetua, & in his exultantes, q̃ magis digna ſunt planctu. Poteſt hoc & de hæreticis accipi: qui falſis dogmatibus acquieſcentes, læta ſibi & proſpera repromittunt.

g ¶ *Conſideraui, &c.* Volui vitam meam tradere delitijs, & carnẽ meam ab omnib. curis liberare, & quaſi vino ſic voluptate ſopire: ſed cogitatio mea & ratio naturalis (q̃ etiã peccatoribus Deus auctor inſeruit) retraxerunt me, & deduxerunt ad ſapientiã requirendã, ſtultitiamq; calcandã: vt viderem quid nam illud eſſet boni, q; homines in vitæ ſuæ poſſint agere curriculo. Eleganter autem voluptatẽ ebrietati cõparauit. Siquidẽ ebrietas euertit animi vigorẽ:

quam



E [κρατῆσαι.] quam qui potuerit ſapientia cõmutare, & (vt in quibuſdã codicib. habetur) obtinere: is poterit ad ſcientiã rei iſtius peruenire, quid in hac vita appetendũ ſit, quidve vitandũ.

a ¶ *Magnificaui opera mea*, &c.] Vſq; ad eum locum in quo ait: Sapiẽtis oculi in capite eius, & ſtultus in tenebris ambulat: Anteq̃ de ſingulis diſſeram, videtur mihi vtile breui cuncta ſermone cõprehendere, & quaſi in vnũ corpus ſenſum redigere: vt poſſint facilius intelligi illa q̃ dicũt. Omnia q̃ putantur in ſæculo bona, quaſi rex & potens habui. Ædificaui mihi in excelſum palatia: vitibus montes colleſq; cõſeui. Et ne quid deeſſet ad luxum, hortos mihi pomariaq; plãtaui: diuerſas arbores inſtituẽs, quas collectæ in vnũ piſcinæ aquæ deſuper irrigarẽt, vt lõgi⁹ viror humore ꝑpeti nutriretur. Seruorum quoq; ſiue emptorum ſiue vernaculorũ mihi fuit innumerabilis multitudo, & quadrupedum greges multi, boum ſ. & ouium, quantum nullus ante me rex habuit in Hieruſalẽ. Sed & theſauri argenti & auri innumerabiles cõdebantur: quos mihi diuerſorum regũ munera, & gentium tributa cõtulerant. Vnde & accidit, vt ex nimijs õpibus ad maiores delitias ꝑuocarer: & muſicarũ artium chori, mihi tibia, lyra, voce

F concinerent, & vterq; ſexus in conuiuijs miniſtraret: ſed quanto iſta creſcebant, tanto ſapientia deerat. Nam in quamcumq; voluptatẽ me cupido traxiſſet, infrenis ferebar & præceps: putabamq; hunc eſſe fructum laborum meorum, ſi ipſe in libidine luxuriaque conſumerer. Tandem in me reuerſus, & quaſi de graui ſomno euigilans, aſpexi ad manus meas, & opera mea plena vanitate, plena ſordibus, plena ſpiritu erroris intuitus ſum. Nihil enim quod in mundo putabatur bonum, bonum potui reperire. Reputans igitur q̃ eſſent ſapientiæ bona & quæ ſtultitiæ mala, conſequenter in laudem illi⁹ hominis erupi, qui poſt vitia ſe refrenans, virtutum poſſit eſſe ſectator. Magna quippe diſtantia eſt inter ſapientiam & ſtultitiam, & quantũ dies diſtat à nocte, tantũ virtutes à vitijs ſeparantur. Videtur mihi itaq; qui ſapientiã ſequitur, oculos in cœlum ſemper erigere, & in ſublime eos habere ſurrectos: eaque quæ ſuprà ſuum ſunt verticem contemplari. Qui verò ſtultitia & vitijs deditus ſit, verſari in tenebris, & in rerum ignorantia volutari.

b ¶ *Magnificaui opera mea, &c.*] Magnificat opera ſua, qui iuxta imaginem conditoris in ſuperna ſuſtollitur. Et ædificat domos, vt veniant pater & filius & ſpiritus ſanctus, [Geneſ. 49. b] & habitent in eis. Et plantat vineas, ad quas Ieſus ligat aſinam ſuam.

[2 Tim. 2. c] [Rom 14 a] b ¶ *Feci mihi hortos, &c.*] In domo diuitis non ſolũ aurea vaſa ſunt & argentea, ſed & lignea & fictilia. Fiũt igitur & horti propter imbecilliores quoſq; & infirmos. Nam qui infirmus eſt, oleribus veſcitur. Plantantur arbores, non oẽs fructiferæ, vt in Latinis codicibus habemus, ſed omnis fructus, hoc eſt diuerſarum frugum atq; pomorũ, quia diuerſę ſunt gratiæ in eccleſia: & alius eſt ocul⁹, alius manus, alius pes: [1 Cor. 12 e] *& quæ verecundiora noſtra ſunt, his maiorem honorem circumdamus*. Inter quas frugiferas arbores æſtimo tenere primatum lignum vitæ, quod eſt ſapientia. Niſi enim in medio illa plantetur, ligna cetera ſiccabuntur.

c ¶ *Feci mihi piſcinas aquarũ, &c.*) Ligna ſaltuum, ligna ſiluarum, quæ nõ ſunt frugifera, quæ poma non afferunt, aluntur nõ imbre cœleſti, nõ ſupernis aquis, ſed his quę in



piſcinas de riuulis colliguntur. Nam & Ægyptus humilis G & iacens, quaſi hortus olerum, terrenis & de Æthiopia venientibus aquis irrigatur. Terra verò repromiſſionis, quæ montuoſa eſt & erecta, temporaneam & ſerotinam pluuiam expectat de cœlo.

HEB.

num filijs hominum, quod facerẽt ſub ſole numero dierum vitæ ſuæ. [a] Magnificaui opera mea: ædificaui mihi domos: plantaui mihi vineas, [b] Feci mihi hortos, & pomaria: plantaui in illis lignũ omne fructiferũ. [c] Feci mihi piſcinas aquarũ ad irrigandũ ex eis ſaltũ germinantẽ ligna. [d] Mercatus ſum mihi ſeruos & ancillas, & vernaculi fuerunt mihi: & quidẽ poſſeſſio armenti & ouium multa fuit mihi. [e] Super omnes qui fuerũt ante me in Hieruſalem. [f] Congregaui mihi argentum & aurum, & ſubſtantias regum & prouinciarum. Feci mihi cantores & cantatrices, & delitias filiorum hominũ: mini-

ſtros

SEP.

*quid eſſet vtile filiis hominum: quo facto opus eſt ſub ſole numero dierum vitæ ſuæ. Magnificaui opera mea: ædificaui mihi domos, & plantaui vineas, feci hortos & pomaria, & conſeui ea cuncti generis arboribus: & extruxi mihi piſcinas aquarum, vt irrigarem ſiluam lignorum germinantium. Poſſedi ſeruos & ancillas; multamque familiam habui: armenta quoque & magnos ouium greges vltra omnes qui fuerunt ante me in Hieruſalem. Coaceruaui mihi argentum & aurum, & ſubſtantias regum & prouinciarum. Feci mihi cantores, & cantatrices, & delitias filiorum hominum: cyphos & vrceolos in miniſterio ad vina funden-*

*da*

d ¶ *Mercatus ſum mihi ſeruos & ancillas, &c.*] Si volumus Eccleſiaſten, vt ſupra diximus, ẽt nũc ad Chriſti referre perſonam, poſſumus ſeruos eius dicere, qui habent ſpiritum timoris in ſeruitute, & ſpiritualia magis deſiderant, q̃ teneant. Ancillas verò eas animas appellare, q̃ adhuc corpori terręq; ſunt deditæ. Vernaculos quoq; illos, qui ſunt quidẽ de eccleſia, & ſeruos & ancillas quib. diximus antecedunt: necdum tñ. libertate donati ſunt, nec nobilitati à domino. Sunt a. & alij in familia eccleſiaſtę ad inſtar boũ & ouium, propter opa & ſimplicitatẽ, qui abſq; ratione & ſcientia ſcripturarũ laborant quidẽ in eccleſia, ſed necdũ ad id ꝑuenire, vt homines eſſe mereantur, & redeãt ad imaginem conditoris. Diligẽtius nota, q; in ſeruis & ancillis & vernaculis multitudo nõ additur: In bobus vero & ouib. dicitur, poſſeſſio armenti & ouiũ multa fuit mihi. Plura quippe in eccleſia armenta quàm homines ſunt: plures oues quam ſerui, ancillæque H atque vernaculi. Illud verò quod in fine dicitur.

e ¶ *Super omnes qui fuerũt ante me in Hieruſalem.*] Non ad grandem gloriam pertinet Salomonis, vno patre ſuo rege ſe ditiorem fuiſſe: quia ſub Saule necdum regnabatur in Hieruſalem, & à Hiebuſæis, qui ipſi vrbi inſederant, tenebatur. Altius itaque tractandum quæ ſit Hieruſalem, & quomodo Eccleſiaſtes ante omnes qui ſe præceſſerunt reges in Hieruſalem ditior fuerit.

f ¶ *Congregaui mihi argentum, &c.*] Argentum & aurum ſemper ſcript. diuina ſuper ſermone ponit & ſenſu. Vnde & in ſexageſimoſeptimo pſalmo columba quæ interpretatur in ſpiritu, propter manifeſtiora & viſui expoſita, alas de argẽtatas habet: occultiorem verò intrinſecus ſenſum, in auri pallore operit. Regum autẽ ſubſtantias & prouinciarum ſiue regionum, in credentium congregauit eccleſiam: illorũ regũ, de quibus pſalmiſta canit: *Aſtiterunt reges terræ, & principes conuenerũt in vnũ*. Illarum quoq; regio- [מדינות Pſal. 2. a] num in quas oculos eleuare Saluator pręcepit: quia iã cãdeant ad metendũ. Poſſunt regum ſubſtantiæ, & philoſo- [Ioan 4 c.] phorum dici dogmata & ſcientiæ ſæculares; quas eccleſiaſticus vir diligẽter intelligẽs, *apprehendit ſapientes in aſtutia eorũ, & perdit ſapientiã ſapientiũ, & prudentiã prudentiũ re-* [1. Cor. 1. c] *probat*. Cantores quoq; & cantatrices, illi vel illæ ſunt, qui pſallunt ſpiritu, pſallunt & mente. Cantator quaſi vir & robuſtus & ſpiritualis de altioribus canit. Cantatrix verò adhuc quaſi circa materiam volutatur, quam Græci ὕλην vocãt: nec poteſt vocem ſuã in ſublime tollere. Vbicunq; ergo in ſcripturis femina legitur & ſexus fragilior, ad materiæ intelligentiam transferamus. Vnde & Pharao non [Exod 1. c] vult maſculos viuificari, ſed tantũ feminas, quę materiæ ſunt vicinę. Et è cõtrario null⁹ ſanctorũ niſi perraro feminas genuiſſe narrat. Soluſq; Salphaat, q; in peccatis mor- [Num. 25 a] tuus eſt, oẽs filias genuit. Iacob inter duodecim patriar- [Geneſ 30. e] chas, vnius filiæ pater eſt, & ob ipſam periclitatur. Delitiæ quoq; filiorũ hominũ ſuper ſapiẽtia intelligẽdæ, q̃ ad inſtar paradiſi habet poma varia, & multiplices voluptates. Et de ipſa ꝑcipitur: *Delectare in domino, & dabit tibi petitiones*

*cordis tui* Et in alio loco: *Torrēte voluptatis tuæ potabis eos.* Nã
A & de vini fuſoribus & vini fuſitricibus (ad diſtinctionem
Ibid 35 b quippe nunc maſculini generis, feminino genere volui
Pſal. 36.a declinare, quod latinus ſermo non recipit) aliud multo q̃
οἰνοχόους οἰνοχόας. in promptu eſt. Aquila interpretatur: Non n. homines, viros videl. & feminas, ſed vaſculorum ſpecies nominauit, κύλικα καὶ κυλίκια, vocãs, quod Hebraice dicitur ᵇ שדה &
b ſiddoh c ſidda ᶜ שדות. Deniq; Symmachus, licet verbũ non potuerit exprimere de verbo, ab hac opinione nõ longe eſt, dicẽs menſurarũ ſpecies & appoſitiones. Siue igit vrceos, ſiue ſcyphos, ſiue crateres, q in miniſterijs ordinant, auro gemmiſque diſtinctos, Salomonẽ habuiſſe credendũ eſt, & quod ex vno τῷ κύλικι, i. e. cratere alijs κυλικίοις minorib. ſc. vaſelis hauriret, & per miniſtrorũ manus potantiũ vinum turba ſuſciperet. Quia igit Eccleſiaſten interpretamur in Chriſto, & ſapiẽtia in cratere miſto, in Prouerbijs pͥtereuntes
Prou. 9 a ad ſe conuocat: Corpus domini craterẽ magnum debemus accipere: in quo nõ meraca diuinitas, vt in cœleſtib. fuit: ſed ꝑpter nos humanitate media tẽperata eſt, & p apoſtolos in minora κυλίκια ſcyphos paruulos & crateres, in toto orbe credentibus effuſa ſapientia eſt.

B a ¶ *Et magnificatus ſum, & adieci ſapientiã ſuper omnes.*] Magnificatum Eccleſiaſten minime videt domino cõuenire, niſi forte ei illud aptem⁹.
Luc 2 g *Proficiebat ſapientia & ætate & gratia.* Et: *Propter quod illum*
Phil 2 b *Deus exaltauit, & donauit illi nomen.* Quod autem ait.

b ¶ *Qui fuerunt ante me in Hieruſalẽ.*] De his dicit qui ante aduentũ ſuũ congregationem ſanctorũ & eccleſiã gubernauerunt. Si ſpiritualiter intelligim⁹ ſcripturas, ditior eſt Chriſt⁹ omnibus: ſi tantũ carnaliter, melius intelligit
Exod 34 g ſynagoga quã eccleſia. Tulit
2. Cor 3. a ergo velamẽ quod fuerat poſitũ ſuper vultũ Moyſi: & pleno lumine faciẽ eius videre nos fecit. Porrò aſtitiſſe ſapiẽtiam ſibi: ille ſenſus eſt, quod etiã in carne poſito ſibi pmãſerit ſapiẽtia. Qui profectum habet in ſapientia, nõ ei ſtat ſapientia. Qui autem non recipit profectum, nec per momenta ſuccreſcit, ſed ſemper in plenitudine eſt, iſte dicere poteſt: Aſtat mihi ſapientia.

c ¶ *Et omne quod poſtulauerũt oculi mei, nõ tuli ab eis: &c.*] Oculi animę & mẽtis intuitus, cõtẽplationẽ deſiderãt ſpiritualẽ: q̃ peccator ignorãs, ꝓhibet à vera iucunditate cor ſuũ. Huic ſe ergo Eccleſiaſtes totũ dedit, & leues tribulationes in ſæculo, æterna gloria cõpenſauit. Hæc n. portio noſtra eſt, pͥmiumq; ppetuũ, ſi hic ꝓ virtutib. laboremus.

d ¶ *Et reſpexi ego ad omnia opera mea, quæ fecerunt manus meæ, & in quo laborauerꝗm faciens.*] Qui cum diligentia & cautione agit vniuerſa, hic poteſt dicere.

C e ¶ *Et ecce omnia vanitas, & voluntas ſpiritus.*] Quo modo in ceteris vilia cuncta reputat quæ ſub ſole ſunt, & pro voluntatum varietate diuerſa.

Pſal. 18. a f ¶ *Et nõ eſt abundãtia ſub ſole.*] Chriſtus *in ſole poſuit tabernaculum ſuum.* Itaq; qui necdum ad ſolis claritatem, ordinem, conſtantiamq; peruenit, in hoc Chriſt⁹ nec habitare poterit, nec abundare.

g ¶ *Et reſpexi ego vt viderem ſapientiã, errores & ſtultitiã: quia quis eſt hominum qui poßit ire poſt regem ante factorem ſuum?*] Quia in ſuperioribus vſque ad eũ locũ in quo ſcriptura ait: Sapientis oculi in capite eius: vno cuncta ſermone cõprehenderam, volẽs ſenſum breuiter indicare, & ob id rurſũ ſecundũ anagogen aliqua perſtrinxerã: nũc iuxta illud quod cœperã, exponere debeo. Multũ enim à Septuaginta interpretatione in hoc loco diuerſus eſt ſens⁹. Dicit autẽ ſe poſt delicias voluptateſq; damnatas, reuertiſſe ad ſapientiam perquirendã: in qua plus erroris ſtultitiæque repererit, quã veræ certæque prudentiæ. Nõ n. puto poſſe hominẽ tam liquido & pure ſcire ſapientiã creatoris & regis ſui, quã ſcit ille q conditor eſt. Itaq; & illa q̃ nouim⁹, opinari nos potius quam tenere, & æſtimare magis quã ſcire quod verum eſt.

D h ¶ *Et vidi ego quia eſt abũdantia ſapientiæ ſuper ſtultitiã, ſicut abundãtia lucis ſuper tenebras.*] Licet, inquit, ipſam hominũ ſapiẽtiam miſtam errore puiderim: nec tam pure in noſtros animos illabi poſſe, quã eſt in rege & cõditore noſtro: tamen magnam etiam in eo quod eſt, differentiam inter illã & ſtultitiã eſſe cognoui: quantum poteſt diſtare dies à nocte, lumen à tenebris.

i ¶ *Sapientis oculi in capite eius, & ſtultus in tenebris ambulat, &c.*] Qui in perfectum virũ peruenerit, & meruerit vt caput ipſius Chriſtus ſit, oculos ſuos ſemp habebit ad Chriſtũ, & eos in ſublime eleuans, numquã de inferioribus cogitabit. Cum hęc ſe ita habeant, & inter ſapientẽ & ſtultũ tanta diſtantia ſit, quòd alter diei, alter tenebris cõparetur: Ille oculos ad cœlum leuet, iſte in terram deprimat, repente mihi cogitatio iſta ſubrepſit, quare ſapiens & ſtultus communi finiantur interitu: cur eadem plaga, idem euentus, eadem mors, pares vtrumque anguſtię premant.

k ¶ *Et dixi ego in corde meo, ſicut euentus ſtulti, ita & mihi eueniet. Et vt quid ſapiẽs factus ſum ego, &c.*] Dixi, ſapiẽs & ſtultus, iuſtus & impius, æquali ſorte morientur, & omnia in hoc ſæculo mala, euentu ſimili ſuſtinebunt: quid ergo mihi prodeſt quod ſecut⁹ ſum ſapientiã, & plus ceteris laboraui? Rurſus cogitãs & diligenter mecũ mente pertractãs, ſententiã meam vanam eſſe deprehendi. Nõ enim ſimiliter ſapiens & inſipiens habebunt in futuro memoriam: quando

HEB.

ſtros vini & miniſtras. ᵃ Et magnificatus ſum, & adieci ſapientiã ſuper oẽs, ᵇ qui fuerunt ante me in Hieruſalẽ: & quidẽ ſapientia mea aſtitit mihi. ᶜ Et omne quod poſtulauerũt oculi mei, nõ tuli ab eis: nec prohibui cor meũ ab omni lætitia: quia cor meũ lætatũ eſt in omni labore. Et hæc fuit portio mea ex omni labore meo. ᵈ Et reſpexi ego ad omnia opera mea, quæ fecerũt manus meæ, & in labore quo laborauerã faciens: ᵉ Et ecce omnia vanitas, & volũtas ſpiritus. ᶠ Et nõ eſt abundantia ſub ſole. ᵍ Et reſpexi ego vt viderem ſapientiam, errores, & ſtultitiã: quia quis eſt hominum qui poſſit ire poſt regem ante factorem ſuum? ʰ Et vidi ego quia eſt abundantia ſapientiæ ſuper ſtultitiam: ſicut abundantia lucis ſuper tenebras. ⁱ Sapiẽtis oculi in capite eius, & ſtultus in tenebris ambulat. Et cognoui ego quia euentus vnus eueniet omnibus eis. ᵏ Et dixi ego in corde meo: ſicut euentus ſtulti, ita & mihi eueniet, & vt quid ſapiens factus ſum ego? Et locutus ſum in corde meo, quoniã hoc quoque vanitas. Nõ enim erit memoria ſapientis cum

SEPT.

*denda & ſupergreſſus ſum opibus omnes qui ante me fuerunt in Hieruſalem. Sapientia quoque perſeuerauit mecum, & omnia quæ deſiderauerunt oculi mei non negaui eis: nec prohibui cor meum quin omni voluptate frueretur, & oblectaret ſe in his quæ præparaueram. Et hanc ratus ſum partem meam, ſi vterer labore meo. Cumque me conuertißem ad vniuerſa opera quæ fecerant manus meæ, & ad labores in quibus fruſtra ſudaueram, vidi in omnibus vanitatem, & afflictionem animi, & nihil permanere ſub ſole. Tranſiui ad contemplandam ſapientiam, erroreſque & ſtultitiam. Quid eſt, inquam, homo vt ſequi poßit regem factorem ſuum? Et vidi quia tantum præcederet ſapiẽtia ſtultitiam, quantum differt lux à tenebris. Sapientis oculi in capite eius, ſtultus in tenebris ambulat. Et didici quod vnus vtriuſque eſſet interitus, & dixi in corde meo: Si vnus & ſtulti & meus occaſus erit, quid mihi prodeſt quod maiorem ſapientiæ dedi operam? Locutuſq; cum mente mea, animaduerti quod hoc quoque eſſet vanitas. Non enim erit memoria*



E quando cõſummatio veniet vniuerſitatis, & nequaq̃ pari exitu tenebunt: quia hic ad refrigeria, ille perget ad pœnã. Apertius in hoc loco ſenſum Hebraicum LXX. interpretes tranſtulerunt: licet verborum ordinem non ſint ſecuti: καὶ ἵνα τί ἐσοφισάμην ἐγὼ περισσὸν ἐλάλησα ἐν καρδίᾳ μου, τὸ διότι ἄφρων ἐκ περισσεύματος λαλεῖ, ὅτι καί γε τοῦτο ματαιότης. ὅτι οὐκ ἔστιν ἡ μνήμη τοῦ σοφοῦ μετὰ τοῦ ἄφρονος εἰς αἰῶνα, &c i. e. *Et vt quid ſapiens factus ſum ego? tunc abundanter locutus ſum in corde meo: quoniam inſipiens ex abundantia loquitur, quoniam hoc quoque vanitas: quia non eſt memoria ſapiẽtis cum ſtulto in æternũ, &c.* Quod videl. priorem opinationem ſuam ſtultam eſſe cõuincens, inſipienter ſe locutũ eſſe teſtatus ſit & eraſſe: quia ante ſic ſenſerit.

Ioan. 5 d. a ¶ *Et odiui vitam, quia malum, &c.*] Si mundus in maligno poſitus eſt, & in tabernaculo
Rom. 7 d iſto Apoſtolus ingemiſcit, dicens: *Miſer ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius?* recte odio habet omne quod ſub ſole factũ eſt. Ad cõparationẽ quippe paradiſi, & illi⁹ vitę beatitudinẽ, in qua ſpiritualib. pomis & virtutũ delitijs fruebamur: nunc quaſi in
Geneſ. 3. d ergaſtulo & carcere ſumus & valle lacrymarum: in ſudore vult⁹ noſtri comedẽtes panẽ.

b ¶ *Et odiui ego omnem laborem meum, &c.*] Videtur quidem
F de diuitijs & opibus retractare, q ſecundum euangelium repentina morte ſubtracti, quaſi moriamur hærede ne-
Luc. 21. f ſciam⁹: vtrũ ſtultus an ſapiẽs ſit, q noſtro eſt labore fruiturus. Quod Salomoni quoq;
3. Reg 12. accidit: nõ enim ſimilẽ ſui habuit filium Roboam. Ex quo intelligim⁹, ne filiũ quidẽ patris hæreditate dignũ eſſe, ſi ſtultus ſit. Sed mihi altius cõtemplanti, de labore videtur dicere ſpirituali: q diebus ac noctib. vir ſapiens in ſcripturis laboret, & cõponat libros, vt memoriã ſui poſteris derelinquat, & nihilomin⁹ in manus ſtultorũ veniãt: q frequẽter ſecundũ peruerſitatẽ cordis ſui, ſemina inde hæreſeos capiant, & alienos labores calumniẽtur. Si n. de corporalibus diuitijs nunc Eccleſiaſtæ ſermo eſt, quid neceſſe fuit de labore & opibus dicere? *Et dominabitur in omni labore meo, in quo laboraui, & in quo ſapiens factus ſum ſub ſole.* Quæ enim ſapientia eſt, terrenas diuitias congregare?

c ¶ *Et conuerſus ſum ego, &c.*] Vt ſupra de incerto loquit hærede: quia vtrũ ſtultus an ſapiẽs laboris alterius dominus futurus ſit, ignoret. Nunc eadem quidem repetit, ſed in illo diuerſus eſt ſenſus, q etiam ſi filio, ſi propinquo ſi noto alicui ſubſtantiam laboreſq; dimittat, nihilominus tamen in eundem circulum res recurrat, vt alter labore alterius perfruatur, & ſudor mortui, delitiæ ſint viuentis. Se vnuſquiſq; conſideret, & videbit quãto libros labore cõponat: quo modo ſæpe ſtylũ vertat, iterũ q̃ digna legi ſint ſcripturus, & homini qui non laborauit, det partem ſuam. Quid enim, vt ante iã dixi, ad opes terrę pertinẽt ſapientia, ſciẽtia, & virtus, & in quibus ſe laboraſſe teſtatus eſt: cum ſapientiæ, ſcientiæ, atq; virtutis ſit calcare terrena. G

d ¶ *Non eſt bonum homini, niſi quod comedit & bibit, &c.*] Poſtquam vniuerſa tractaui, & nihil iniuſtius eſſe perſpexi, quã alterius labore alterũ perfrui: tunc mihi viſum eſt hoc in rebus eſſe iuſtiſſimum, & quaſi Dei donũ, vt ſuo quis labore frueretur, bibens & comedẽs, & ꝓ tempore parcens opibus cõgregatis. Si quidem munus Dei eſt, talem viro iuſto dari mentẽ, vt ea, q̃ curis, vigilijſq; quæſiuit, ipſe conſumat. Sicut è cõtrario iræ Dei eſt, vt peccator dieb. ac noctibus opes cõgreget, & nequaquã eis vtẽs his relinquat qui in cõſpectu Dei iuſti ſunt. Sed & hoc, inquit, diligenter inſpiciens, & vidẽs omnia morte finiri, vaniſſimum iudicaui. Hæc interim ſecundum litterã, ne videamur penitus ſimplicẽ pͥterire ſenſũ, & dũ ſpirituales diuitias ſequimur, hiſtoriæ contẽnere paupertatẽ. Quid H n. boni eſt, aut quale Dei munus, vel ſuis opibus inhiare, & quaſi fugientem percipere voluptatẽ: vel alienũ laborẽ in ꝓprias delicias vertere, & hoc putare donũ eſſe Dei, ſi alienis miſeriis & laborib. perfruamur? Bonũ eſt itaq; veros cibos, & verã ſumere potionẽ: quos de agni carne & ſanguine in diuinis voluminib. inuenimus. Quis n. vel comedere, vel cũ opus eſt, parcere Matt. 7. a
põt abſq; Deo? qui pͥcepit ſan- Prou. 31. b
ctum canibus nõ eſſe mittendum, & docet quo modo in Prou. 25. b
tẽpore cõſeruis ſint danda cibaria: & iuxta aliũ ſenſum, inuentũ mel tantũ comedere, quantũ ſufficit? Pulchre autẽ homini bono Deus dat ſapientiã, & ſcientiã, & lætitiam. Niſi n. bonus fuerit, & mores ſuos ꝓprio arbitrio ante correxerit, ſapientiã, & ſcientiã, & lętitiã nõ meret, ſecundũ illud q alibi dicit: Seminate vobis in iuſtitia: vindemiate in fructu vitæ: illuminate vobis lumẽ ſciẽtiæ. Seminanda Oſee 10 d
quippe iuſtitia, & vitę fructus Sec. 70.
eſt demetẽdus, & poſtea ſcientiæ lumẽ poterit apparere. Vt ergo bono corã ſe dedit Deus ſapiẽtiã, &c. ſic peccatorẽ ſuo arbitrio derelĩquẽs, fecit cõgregare diuitias, & hinc & inde peruerſorũ dogmatũ cõſuere ceruicalia. Quæ cũ vir ſãctus & placẽs Deo viderit intelligit,

HEB.

cum ſtulto in æternũ: eo quod ecce dieb. qui ſuperuenient, vniuerſa obliuio operiet, & quo modo morietur ſapiens cũ ſtulto? ᵃ Et odiui vitã, quia malũ ſuper me op⁹ quod factum eſt ſub ſole: quia omnia vanitas & paſtio venti. ᵇ Et odiui ego õnẽ laborẽ meũ, quem ego laboraui ſub ſole: quia dimitto illum homini qui futurus eſt poſt me. Et quis ſcit vtrũ ſapiẽs ſit, an ſtult⁹? & dominabit in omni labore meo, quo laboraui, & in quo ſapiens factus ſũ ſub ſole, ſed & hoc vanitas. ᶜ Et cõuerſus ſum ego vt renunciarẽ cordi meo in omni labore meo quo laboraui ſub ſole: quia eſt homo cui labor ei⁹ eſt in ſapiẽtia, & ſcientia, & virtute, & homini qui nõ laborauit, illi dabit partem ſuam. Et quidem hoc vanitas & nequitia magna. Quid n. fit homini in omni labore ſuo & in volũtate cordis ſui quia ipſe laborat ſub ſole? Quia oẽs dies eius dolorũ & iracũdię curarũque, & quidẽ nocte non dormit cor eius, ſed & hoc vanitas. ᵈ Nõ eſt bonũ homini: niſi quod comedit, & bibit, & oſtẽdit animæ ſuę bonum in labore ſuo. Et quidẽ hoc vidi ego, quia de manu Dei eſt. Quis enim comedit, & quis parcit ſine illo, qui homini bono coram ſe dedit ſapientiam, ſcientiam, & lætitiam: & peccanti dedit ſolicitudinem, vt augeat & cõgreget quæ videtur bona

SEP.

*ria ſapientis ſimiliter vt ſtulti in perpetuum & futura tempora obliuione cuncta pariter operient. Moritur doctus ſimiliter vt indoctus, & iccirco tæduit me vitæ meæ, videntem mala vniuerſa eſſe ſub ſole, & cuncta vanitatem & afflictionem ſpiritus. Rurſus deteſtatus ſum omnem induſtriam meam, qua ſub ſole ſtudioſiſſime laboraui, habiturus hæredem poſt me quem ignoro vtrum ſapiens an ſtultus futurus dominabitur in laboribus meis, quibus deſudaui & ſolicitus fui. Et eſt quicquam tam vanum? Vnde ceſſaui, renunciauitque cor vltra laborare ſub ſole. Nam cum alius laboret in ſapientia & doctrina & ſolicitudine, homini otioſo quæſita dimittit. Et hoc quoque vanitas, & magnum malum. Quid enim proderit homini de vniuerſo labore ſuo & afflictione ſpiritus, qua ſub ſole cruciatus eſt? Cuncti dies eius doloribus, & ærumnis pleni ſunt, nec per noctem mente requieſcit: Et hoc nonne vanitas eſt? Nonne melius eſt comedere & bibere, & oſtendere animæ ſuæ bona de laboribus ſuis? Et hoc de manu Dei eſt. Quis ita deuorabit, & delicijs affluet vt ego? Homini bono in conſpectu ſuo dedit Deus ſapientiam, & ſcientiam, & lætitiam: peccatori autem dedit afflictionem, & curam ſuperfluam, vt addat & congreget, & tradat ei qui placuit*

A intelligit,quia vana ſunt,& ſpiritus p̃ſumptione compoſita.Nec mirandum quod dixerit: Peccatori dedit ſolicicitudinem,&c. Ad illum enim ſenſum,de quo ſæpe tracta-ענין ui,hoc referendum eſt. Propterea datam ei eſſe ſollicitudinem, ſiue diſtentionem quia peccator fuerit, & non eſſe cauſam diſtentionis in Deo, ſed in illo qui ſponte ſua ante peccauerit.

HEB.

bona ante faciem Dei. Sed & hoc vanitas, & præſumptio ſpiritus.

SEPT.

*placuit* Deo.*Sed & hoc vanitas eſt. & caſſa ſolicitudo mentis.*

CAPVT III.

HEB.

OMnibus tempus eſt, & tempus omni rei ſub cælo. [b] Tẽpus pariendi, & tempus moriendi. Tempus plantandi, & tempus euellendi quod plantatum eſt. [c] Tempus occidendi, & tempus ſanandi. [d] Tempus deſtruendi, & tempus ædificandi. [e] Tempus flendi, & tempus ridendi. [f] Tempus plangendi, & tempus ſaltandi. [g] Tempus ſpargendi lapides, & tẽpus colligendi lapides. [h] Tempus amplexandi, & tempus lõge fieri ab amplexu. [i] Tempus acquirendi, & tempus cuſtodiẽdi, & tempus proiiciendi. [k] Tempus ſcindendi, & tempus conſuendi. [a] Tem-

CAPVT III.

SEPT.

*OMNIA tempus habent & ſuis ſpacijs tranſeunt vniuerſa ſub cœlo. Tempus naſcendi,tempus moriendi. Tempus plantandi, & tempus euellendi quod plantatum eſt. Tempus occidendi, & tempus ſanandi. Tempus deſtruendi, & tempus ædificandi. Tempus flendi, & tempus ridendi. Tempus plangendi, & tempus ſpargendi lapides, & tempus colligendi. Tempus amplexandi, & tempus longe fieri ab amplexibus. Tempus acquirendi, & tempus perdendi. Tempus cuſtodiendi, & tempus abiiciendi. Tempus ſcindendi, & tempus conſuendi. Tem-*

OMnibus tempus, &c.] Incertũ & fluctuãtẽ ſtatũ cõditionis humanę in ſuperioribus docuit: Nunc vult oſtẽdere omnia ſibi in mũdo eſſe cõtraria,&nihil ſtare perpetuũ,eorum duntaxat q̃ ſub cælo ſũt intra tẽp⁹:qa ceteræ ſubſtãtię ſpirituales nec ſub cœlo,nec tẽpore cõtinentur.

b ¶ *Tempus pariendi, &c.*]Nulli dubium quod ortus & interitus hominũ Deo notus ſit finitus,&id ipſũ eſſe parere, quod plãtare, mori, & quod plãtatũ eſt euellere.Sed quia Eſa. 26. c in Eſaia legim⁹: *A timore tuo domine cõcepim⁹ & parturiuim⁹ & pepermus*: hoc dicendum, ꝙ perfecto viro partus iſte qui de timore natus eſt, cum Deũ amare cœperit,morietᷣ. Perfecta quippe dilectio fo- 1 Ioan. 4. d ras mittit timorẽ. Hebræi omne hoc ꝙ de contrarietate B temporum ſcriptũ eſt, vſq; ad illum locũ in quo ait: *Tẽpus belli, & tempus pacis*, ſuper Iſraël intelligunt.Et quia nõ neceſſe eſt ſuper ſingulos verſus ponere quid interpretẽtᷣ & ſentiant, perſtringam breuiter, latiorem diſſertionem lectoris ingenio derelĩqués. Tempus fuit generandi & plãtandi Iſraël : tẽpus moriẽdi, & ducendi in captiuitatem. Tempus occidendi eos in Ægypto,& tempus de Ægypto liberandi. Tẽpus deſtruendi templi ſub Nabuchodonoſor,& tempus ædificãdi ſub Dario.Tempus flendi & plangendi euerſionẽ vrbis, & tẽpus ridendi,atque ſaltandi ſub Zorobabel, Ezdra, Nehemia. Tempus diſpergendi Iſraël, & tempus in vnũ cõgregandi. Tempus quaſi cingulũ & baltheum circundandi Deo populum Iudæorum, & tempus ducendi eos in Babyloniam captiuitatem,& ibi computreſcere trans Euphraten. Lege Hier. 13. περίζωμα Hieremiæ. Tempus querendi illos & ſeruandi, tempus p̃dendi illos & p̃ijciendi.Tempus ſcindẽdi Iſraël, & tempus iterum conſuendi. Tempus tacendi prophetas nunc in captiuitate Romana: &tempus loquendi eos tũc, quando ẽt in hoſtili terra Dei conſolatione & alloquio nõ carebant. Tempus dilectionis, qua eos ſub patribus ante dilexit, & tempus odij, quando in Chriſtum intulerunt manus. Tempus prælij modo non agentibus eis pœnitentiam,& tempus pacis in futuro, quando intrante plenitudine gentium omnis Iſraël ſaluus erit.

Rom 11 e
Deut 32 f
Pſal. 100.b

c ¶ *Tempus occidendi, & tempus ſanandi*]Ei occidendi tempus eſt & ſanandi,qui ait: *Ego occidã, & ego viuificabo*.Sanat ad pœnitentiam prouocans.Occidit, iuxta illum ſenſum: *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ.*

d ¶ *Tempus deſtruendi, & tempus, &c.*] Non poſſumus ædi- Hier. 1.c ficare bona, niſi priùs deſtruxerimus mala. Iccirco ſic & Hieremiæ verbum à Deo datum eſt: vt ante eradicaret, & ſuffoderet,& perderet, & poſtea ædificaret atque plantaret.

Luc.6. d

e ¶ *Tempus flendi, & tempus ridendi.*]Nunc flendi tempus eſt,& in futuro ridendi. *Beati* enim *flentes, quoniam ipſi ridebunt.*

f ¶ *Tempus plangendi, &c.*]Iccirco corripiuntur in euange- C lio,quibus dominus ait: *Lamẽtauimus vobis, & non planxiſtis: cantauimus vobis, & non ſaltaſtis.* Plangendum eſt in præſen- Luc.7.c tiarum: vt poſtea ſaltare valeamus, illa ſaltatione qua ſaltauit Dauid ante arcã teſtamenti,& Saulis filiæ diſplicens, 2 Reg.6.c magis placuit Deo: quia qui in p̃ſenti ſęculo ſua plãgit peccata,ridebit potius in futuro.

g ¶ *Tẽpus ſpargendi lapides, & tempus colligendi lapides.*]Miror quomodo vir diſertiſſimus rem ridiculam in hoc loco dixerit: De deſtructione, inquiés, & ædificatione domorũ Salomoni ſermo eſt, quod homines nunc deſtruant, nũc ædificẽt: alij cõgregent lapides ad ædificia cõſtruenda: alij, q̃ extructa ſunt, deſtruant: ſecundũ illud Horatianum: Horatius 1. epiſtolarũ. *Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis, Æſtuat, & vitæ diſconuenit ordine toto.* Hoc vtrũ recte, an p̃peram dixerit, lectoris arbitrio derelinquo. Nos prioris explanationis ſequamur ordinẽ. Tẽpus ſpargendorũ & congregandorũ lapidum eſſe dicentes, iuxta illud quod in euãgelio ſcriptũ eſt: Matt.3. b *Potẽs eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ.* Quod tẽpus fuerit gentilis populi diſpergendi: & tẽpus rurſum in eccleſiam congregandi: legi in D quodã libro, iuxta Lxx. tamẽ interpretes, q dixerunt: tẽpus mittendi lapides, & tẽpus colligendi: ſeueritatẽ legis antiquæ euangelij gratia tẽperatam. Lex quippe rigida, inbenigna, nõ parcẽs, peccantẽ interficit. Euãgelii gratia miſeretur, & ad pœnitentiã p̃uocat. Et hoc eſſe tempus mittendorum lapidum ſiue congregandorum, quod lapides mittantur in lege, colligantur in euangelio. Hoc vtrum vere dictum ſit an falſo, ſuo imputetur auctori.

h ¶ *Tempus amplexandi, &c.*] Iuxta ſimplicem intelligentiam manifeſtus eſt ſenſus (Apoſtolo in eadem verba congruente: *nolite fraudare inuicem, niſi forte ex conſenſu ad tempus,* 1.Cor.7.a *vt vacetis orationi*) liberis dandam operam, & rurſum continentiæ. Vel quod tempus fuerit amplexandi, quando vigebat illa ſententia: *Creſcite & multiplicamini, & replete* Geneſ.1.d *terrã.* Et tempus procul à cõplexu fieri, quãdo ſucceſſit. Tẽpus nunc in anguſto eſt: *Supereſt vt & qui habent vxores, ſic* 1 Cor 7. c *ſint quaſi non habeant.* Si autem voluerimus ad altiora conſcendere, videbimus ſapientiã amplexari amatores ſuos. *Honora* quippe, ait *eam, & amplexabitur te*: intraq; vlnas ſuas Prou.4. b & gremium ſtrictiori tenebit cõplexu. Porrò quia nõ poteſt humanus animus ſemper in ſublime tendi, & de diuinis & altioribus cogitare: nec iugiter eſſe in cõtemplatione rerum cœleſtium, ſed interdum neceſſitatibus corporis indulgere: propterea tempus eſt amplexandi ſapientiam, & eam ſtrictius cõtinendi, & tempus relaxandi mentẽ ab intuitu complexuq; ſapientiæ: vt curæ corporis, & his quibus vita noſtra abſq; peccato indiget, ſeruiamus.

i ¶ *Tempus acquirendi, & tempus perdendi. Tempus cuſtodiendi, & tempus proijciendi, &c.*] Sub diuerſis ſermonibus, idem nunc qui ſupra ſenſus eſt, in eo quod ait: *Tempus deſtruendi, & tempus ædificandi.* Ac deinde.

k ¶ *Tempus ſcindendi, & tempus conſuendi, &c.*]Quo modo enim ſynagoga deſtruitur, vt ædificetur eccleſia, & in lege fiunt ſciſſiones, vt Euangelia conſuantur: quod Euangeliſtæ ſinguli perpetrarunt, de lege & prophetis aduentus dominici teſtimonia conſuentes, ita & tempus fuit



E fuit quærendi & cuſtodiendi Iſraël : tempus perdendi & proijciendi illum. Vel certe tempus quærendi populum ex gentibus, & tempus perdendi populum Iudæorum: Tẽpus cuſtodiendi credentes ex nationibus, & tempus abijciendi incredulos ex Iſraël.

a ¶ *Tempus tacendi, & tempus loquendi.*] Pythagoricos reor, quorũ diſciplina eſt tacere p̃ quinquenniũ, & poſtea eruditos loqui; hinc originẽ ſui traxiſſe decreti. Diſcam⁹ itaque & nos prius non loqui, vt poſtea ad loquẽdũ ora reſeremus. Sileam⁹ certo tempore, & ad p̃ceptoris eloquia pendeamus. Nihil nobis videatur rectũ eſſe, niſi ꝙ diſcimus: vt poſt multũ ſilentiũ, de diſcipulis efficiamur magiſtri. Nunc vero p̃ ſęculorũ quotidie in peius labentium vitio, docemus in eccleſijs ꝙ neſcimus. Et ſi compoſitione verborũ, vel inſtinctu diaboli, q fautor errorũ eſt, plaus⁹ populi excitauerimus, cõtra conſciẽtiã noſtram ſcire nos arbitramur, de quo alijs potuimus p̃ſuadere. Omnes artes abſq; doctore non diſcimus: ſola hęc tã vilis & facilis eſt, vt nõ indigeat p̃ceptore.

b ¶ *Tempus amandi, & tempus odiendi.*] Tempus amãdi poſt Deum, liberos, vxorẽ, p̃pinquos: & tẽpus odiendi eos in F martyrio: cũ pro Chriſti confeſſione rigidos pietas oppugnat inimica. Vel certe tẽpus amandi legẽ, & ea quę à lege fuerãt imperata, circuncíſionẽ, hoſtias, ſabbatũ, neomenias: & tempus odiendi ea, euangelij gratia ſuccedente. Nec non & hoc dici poteſt: 1.Cor.13.d Quoniã *nunc per ſpeculum videmus & in ænigmate*: tempus per-eſſe præſentia diligendi, & in futurum, tempus adueniet, quando cernentes facie ad faciem, & in melius proficiẽtes, incipiemus odiſſe & deſpicere quod amauimus.

c ¶ *Tempus belli, & tempus pacis, &c.*]Quam diu in præſenti ſæculo ſumus, tẽpus eſt belli: cum autem migrauerimus Pſal.75.a de hoc ſæculo, pacis tempus adueniet. In pace enim eſt locus Dei, & ciuitas noſtra Ieruſalem, de pace ſortita vocabulum eſt. Nemo ergo ſe nunc putet eſſe ſecurum in tempore belli: vbi certandum eſt, & apoſtolica arma tractanda, vt victores quondam requieſcamus in pace.

d ¶ *Quæ abundantia eſt facienti in quibus ipſe laborat, &c.*]Nõ me fugit quod à pleriſq; in hoc loco dictum ſit: quod propterea Deus in p̃ſenti ſæculo etiam peruerſorum dogmatum magiſtris conceſſerit occupationẽ, ne mens hominis otioſa torpeſceret: & hoc eſſe bonũ, quod fecit Deus in tẽpore ſuo, & nihilominus nequire eos naturã & rerũ ſcientiam cõprehendere. Mihi vero ab Hebræo qui me in ſcripturis erudiuit, ita expoſitum eſt. Cũ omnia ſuo labantur tẽpore, & ſit tempus deſtruendi & ędificandi, flendi atque ridendi, tacendi atq; loquẽdi, & cætera q̃ dicta de tempore ſunt: q̃d. fruſtra conamur & tendimus, & breuis vitæ labores putamus eſſe perpetuos? Nec cõtenti ſumus ſecundum Matt.6 d euangeliũ, malitia diei, nihilq; in craſtinũ cogitem⁹. Quid n. poſſumus habere in hoc ſæculo amplius laborãdo, in quo id tñ à Deo hominib. datum eſt, vt alius alia ſectando haberet, in quib. erudiri & exercere ſe poſſet. Deus n. omne quod fecit, bonum eſt, ſed bonum in tẽpore ſuo. Bonũ eſt vigilare atq; dormire: nec tñ ſemper vigilare aut dormire bonum eſt: quia viciſſim iuxta diſpoſitionem Dei bonum G eſt, vnum quodque, cum opus eſt. Dedit quoq; Deus mũdum ad inhabitandum hominibus, vt fruantur varietatibus tẽporum, & non quærant de cauſis rerum naturalium: quomodo creata ſint omnia, quare hoc vel illud ab initio mũdi vſq; ad cõſũmationẽ fecerit creſcere, manere, mutari

HEB.

[a] Tempus tacendi, & tẽpus loquẽdi. [b] Tẽpus amãdi, & tẽpus odiendi. [c] Tempus belli, & tempus pacis. [d] Quæ abundãtia eſt facienti in quibus ipſe laborat. Vidi occupationẽ quã dedit Deus filijs hominũ, vt occupẽtur in ea. Vniuerſa fecit bona in tempore ſuo, & quidẽ ſæculum dedit in corda eorum, vt non inueniat homo opus quod fecit Deus ab initio vſque in finẽ. [e] Cognoui quia non eſt bonũ, niſi lætari & facere bonum in vita ſua. Et quidẽ omnis homo qui comedit, & bibit, & oſtẽdit bonum in omni labore ſuo, ex dono Dei eſt. [f] Cognoui quia omnia quæ fecit Deus, ipſa erunt in æternũ: ſuper illa non poteſt adijci, & ab illis nõ poteſt auferri: & Deus fecit vt timeant à facie eius. [g] Quid eſt quod fuit, ipſum eſt quod erit, & q̃ futura ſũt, iã fuerunt, & Deus quæret eũ qui per-

SEPT.

*Tempus tacendi, & tempus loquendi. Tempus dilectionis, & tempus odij. Tempus belli, & tempus pacis. Quid habet amplius homo de labore ſuo? Vidi afflictionem quam dedit Deus filijs hominum, vt diſtendantur in ea. Cuncta fecit bona in tempore ſuo, & mundum tradidit diſputationi eorum, vt non inueniat homo opus quod operatus eſt Deus ab initio vſque ad finem. Et cognoui quod non eſſet melius niſi lætari, & facere bene in vita ſua. Omnis enim homo qui comedit & bibit, & videt bonum de labore ſuo, hoc donum Dei eſt. Didici quod omnia opera quæ fecit Deus perſeuerent in perpetuum. Non poſſumus eis quidquam addere, nec auferre quæ fecit* Deus *vt timeatur.* Quod *factum eſt, ipſum permanet. Quæ futura ſunt, iam fuerunt, &* DEVS *inſtau-*

e ¶ *Cognoui quia non eſt bonũ, niſi lætari & facere bonũ in vita ſua. Et quidem omnis homo qui comedit, & bibit, & oſtẽdit, &c.*] Propterea colonus & hoſpes mundi homo datus eſt, vt breui vita ſua fruatur tempore, & ſpe prolixioris ætatis abſciſa, cuncta q̃ poſſidet quaſi ad alia profecturus aſpiciat, & ꝙ poteſt bene faciat in vita ſua: nec fruſtra ob congregandas opẽs, cogitationib. torqueatur. Neq; ſe putet plus de ſuo labore lucrari poſſe, q̃ cibum & potum, & ſi quid de opib. ſuis in bonis operib. expenderit: hoc ſolum donum Dei eſt. Ex quibus non, vt quidã æſtimant, ad luxuriam, & delitias, & ad deſperationẽ, ſecundum illud Eſaiæ: *Manducemus & bibamus: cras enim moriemur*: inſtar animalium pro- Eſa. 22. d uocamur, ſed ſecundũ Apoſtolum: *Habẽtes victum & veſtitum, his cõtenti ſimus*: & quid- 1 Tim.6.b quid ſupra habere poſſumus, in pauperibus nutriendis & H egentiũ largitione conſumamus. Porro q̃a caro domini, ver⁹ eſt cibus, & ſanguis ei⁹, verus eſt pot⁹, iuxta ἀναγωγὴν, Ioan. 6. g hoc ſolũ habemus in p̃ſenti ſæculo bonũ, ſi veſcamur carne eius, cruoreq; potemur: non ſolũ in myſterio, ſed etiã in ſcripturarũ lectione. Ver⁹ enim cibus & potus q ex verbo Dei ſumitur, ſcientia ſcripturarum eſt. Nec putet aliquis illud quod à Balaam pro- Num.23.c phetatur: *Non erit labor in Iacob, neque dolor in Iſrael*, huic con- Sec.70. trarium eſſe, quod muneris Dei eſſe dicitur Si quis comedat & bibat, & oſtendat bonũ in omni labore ſuo. *Multæ* Pſal. 33. d quippe *tribulationes iuſtorum*. Et de his Apoſtolus queritur, 2.Cor. 11 f in labore & dolore ſudaſſe ſe dicens. Sed cũ de his nos in futuro dominus liberauerit, non erit labor in Iacob, neq; dolor in Iſraël. Et quo modo illud legimus: *Beati flentes,* Luc.6. d *quoniã ipſi ridebunt*: & riſus noſter Iob prophetantis verba ſectabitur: veracium os replebitur riſu; ſic nũc labore no- Iob. 8. d Sec.70. ſtro fruimur in bonis operibus: per quem coanguſtamur & premimur, vt poſtea à labore ceſſemus.

f ¶ *Cognoui quia omnia quæ fecit Deus, ipſa erunt in æternũ: ſuper illa non poteſt adijci, &c.*] Nihil eſt in mundo quod nouũ ſit: Solis curſus & lunæ vices, & terræ arborumq; ſiccitas vel viror, cum ipſo mundo nata ſunt atq; cõcreta. Et iccirco Deus certa ratione cuncta moderatus eſt, & iuſſit humanis vſibus elemẽta ſeruire: vt homines hæc videntes, intelligant eſſe prouidentiam, & timeant à facie Dei, dũ ex rerũ æqualitate, curſu, ordine, atq; cõſtantia, intelligunt creatorem. *Inuiſibilia enim Dei per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpi-* Rom.1.e *ciuntur: ſempiterna quoq; virtus eius & diuinitas.* Quod ſi voluerimus priori ſenſu finito, quaſi à capite legere: *Et Deus fecit vt timeant à facie eius*, hic ſenſus eſt: Deus hæc omnia fecit vt timeãt homines ab eo, ꝙ ſemel Deus diſpoſuit, nec in aliud declinare. Pulchre autem temperauit, dicens: *Vt* Pſal. 33. c *timeant à facie eius. Vultus* quippe *domini ſuper facientes mala.*

g ¶ *Quid eſt quod fuit? ipſum eſt quod erit, & quæ futura ſunt,*

A *ſunt, iam fuerunt, & Deus quæret eum qui perſecutionem patitur.*] Vel præterita, vel præſentia, vel futura: ipſa & ſunt, & fuerunt, & erunt vniuerſa q̃ cernimus. Sol qui nunc oritur, & antequã eſſemus nos in mundo, fuit, & poſtquam mortui fuerimus, oriturus eſt. Solem autem nominauimus, vt ex hoc intelligamus cetera eſſe eadẽ q̃ fuerunt. Quę ſi videntur per conditionẽ mortis perire, nõ pereunt: quia rurſum rediuiua ſuccreſcũt, & nihil in perpetuũ interit: ſed renaſcitur & quaſi cum quodam fœnore reuiuiſcit: Hoc eſt n. ꝙ ait: Et Deus quæret eũ qui perſecutionem patitur: quod Græce melius dicitur καὶ ὁ θεὸς ζητήσει τὸ διωκόμενον, id eſt quod periit, quod expulſum eſt, ꝙ eſſe ceſſauit. Si autẽ iſtud de cunctis q̃ in mundo ſunt, dicitur: de homine nulla dubitatio eſt, quin mortuus renaſcatur. Si cui autẽ placet quaſi ꝓprio legere principio: Et Deus quæret eũ qui perſecutionẽ patitur: vtatur hoc teſtimonio in perſecutione gẽtiliũ, ad conſolãdum eũ qui in martyrio perſeuerat. Et quia *omnes*, iuxta Apoſtolum, 2. Tim 3.c *qui pie viuere volunt in Chriſto, perſecutionem patiuntur*: habent Deut. 32. f consolationẽ, quia De⁹ quærit Luc. 19. b perſecutionẽ patientẽ: ſicut Ibid. 15 a requirit ſanguinẽ interfecti, & venit quærere ꝙ perierat, & erroneã ouem ſuis humeris ad gregẽ reportauit.

B a ¶ *Et adhuc vidi ſub ſole locũ iudicij, &c.*] Manifeſt⁹ ſenſus eſt, ſed nubilo interpretationis obuoluitur. Sub ſole (inquit) iſto veritatẽ & iudiciũ exquiſiui, & vidi etiam inter iudicum ipſa ſubſellia, non veritatẽ valere, ſed munera. Siue aliter: Arbitratus ſum aliquid iuſtitiæ in p̄ſenti ſæculo geri: vel pium nunc pro ſuo merito recipere, vel impium ꝓ ſuo ſcelere puniri: & è contrario reperi quam putabam. Vidi enim & iuſtũ multa mala hic perpeti, & impiũ regnare pro ſcelere. Poſtea vero cũ corde meo colloquens & reputans, intellexi non per partes Deum & per ſingulos iudicare, ſed in futurũ tempus reſeruare iudicium: vt oẽs pariter iudicentur, & ſecundum voluntatem & opera ſua ibi recipiant. Hoc eſt enim quod ait: Et tẽpus omni voluntati, 2. Cor. 5. b & ſuper omne factum ibi, i. e. in iudicio: quando dominus cœperit iudicare, tunc futura eſt veritas: nunc iniuſtitia dominatur in mundo. Tale quid & in ſapientia quæ filij Eccleſ 39 c Syrach inſcribitur, legimus: *Ne dixeris, quid eſt hoc, aut quid eſt iſtud: omnia enim tempore ſuo requirentur.*

b ¶ *Dixi ego in corde meo de loquela filiorum hominis: quia ſeparat illos Deus, vt oſtendat, quia ipſi iumenta ſunt: ſiue quia euentus filiorum hominum & euentus pecoris, euentus vnus eis. Sicut mors huius, ita & mors illius, & ſpiritus vnus omnibus, &c.*] Nõ mirandum eſt in p̄ſenti vita inter iuſtum & impium nullam eſſe diſtantiam, nec aliquid virtutis valere, ſed incerto euentu omnia volutari: cum etiam inter pecudes & homines, ſecundum corporis qualitatem nihil differre videatur, & ſit eadem naſcendi conditio, ſors vna mori: diſimiliter procedamus ad lucem, æque diſſoluamur in puluerem. Si autem videtur hæc eſſe diſtantia, quod ſpiritus hominis aſcendat in cœlũ, & ſpiritus pecoris deſcendat in terram: quo iſtud certo auctore cognouimus? Quis poteſt noſſe vtrum verum an falſum ſit quod ſperatur: Hoc autẽ dicit, non quod animã putet perire cũ corpore, vel vnum beſtijs & hominũ præparari locum: ſed quod ante aduentũ Chriſti omnia ad inferos pariter ducerẽtur. Vnde & C Iacob ad inferos pariter deſcenſurum ſe dicit. Et Iob pios Gen. 37. g & 44. g & impios in inferno quæritur retentari. Et euangelium: Iob 7 b Chaos magnũ interpoſitum apud inferos, & Abraham cũ & 17. d Lazaro, & diuitẽ in ſupplicijs eſſe teſtatur. Et reuera ante- Luc. 16. g quam flãmeam illam rotã & Gen. 3. d igneã rompheam ad paradiſi fores, Chriſtus cũ latrone reſeraret, clauſa erãt cœleſtia, & ſpirit⁹ pecoris hominiſq; æqualis vilitas coarctabat. Et licet aliud videret̃ diſſolui, aliud reſeruari: tñ nõ multũ intererat perire cũ corpore, vel inferni tenebris detineri. Recurram⁹ ad ſingula, & cõmatico genere dicendi, iuxta ordinẽ ſuum breuiter diſſeram⁹. Dixi ego in corde meo de eloquio filiorũ hominũ, vt eligeret eos De⁹. Hoc ſolũ (inquit) inter homines & iumẽta De⁹ eſſe voluit: qa nos loquimur, illa ſunt muta: nos volũtatẽ ſermone ꝓferimus, illa torpent ſilentio. Et cũ tñ ſermone differamus à beſtijs, tñ oſtenditur nobis ꝙ iuxta corporis fragilitatem pecora ſumus. Sicut iumentũ morit̃, ita moritur & homo, & vnus omnibus flatus eſt, & aër iſte quo alimur. Hoc n. ait: Et ſpiritus vn⁹ omnibus, & ampli⁹ homini à pecore nihil eſt. Quod ne putaremus dici ẽt de anima, intulit: *Omnia facta* D *ſunt de terra, & reuertẽtur in terram.* De terra autẽ nihil aliud niſi corpus factũ eſt. Et ſignãter de corpore dicit̃: *Terra es,* Gen. 3. d *& in terrã reuerteris.* Quod autem videt̃ eſſe blaſphemum: Quis cognoſcit, ſpiritus filiorum hominum, ſi aſcendat ipſe ſurſum, & ſpiritus iumẽti ſi deſcendat ipſe deorſum in terram? non inter pecudes & hominem ſecundum animæ dignitatẽ nihil intereſſe contendit: ſed adijciendo, quis, difficultatẽ rei voluit demonſtrare. Pronomen enim, quis, in ſcripturis ſanctis non pro impoſſibili, ſed pro difficili ſemper accipit̃. Vt ibi: *Generationem eius quis enarrabit?* Et in pſalmo quarto decimo: Do- Eſa. 53. c mine quis habitabit in tabernaculo tuo, & in monte ſancto tuo, & cætera q̃ ſequuntur: Et in Hieremia, licet in Hebræo aliter ſit: *Et homo eſt, & quis cognoſcet eum?* Inter homi- Hieron. 17 b nes igitur & beſtias hæc ſola eſt differentia, quod ſpiritus hominis aſcendit in cælũ, & ſpiritus iumenti deſcendit in terram, & cum carne diſſoluitur: ſi tamen huius rei vir aliquis eccleſiaſticus, & diſciplinis cœleſtibus eruditus, & quaſi dubiæ rei certus aſſertor ſit. Hæc interim iuxta litterã. Quantũ autem ad ſpiritualem intelligẽtiam pertinet, quoniam homines & iumenta ſaluos faciet Dominus. Et in alio loco: *Vt iumentum ſum* (inquit) *apud te, & ego ſemper* Pſal 35. b *tecum.* Et in omnibus prophetis, homines & pecora in Hie- Ibid. 72. d. ruſalem ſaluanda dicuntur, & impleri terrã repromiſſionis pecoribus & armẽtis: Quis ſcit vtrum ſanctus qui ho- Ezec. 36. e minis appellatione dignus eſt, aſcendat in cœlum, & vtrũ Zach. 2. a peccator, qui iumentum vocatur, deſcendat in terrã? Fieri enim poteſt vtrumq; pro incerto vitæ huius & lubrico ſtatu: vt & iuſtus concidat, & peccator reſurgat, & nonnunquam euenit, vt rationabilior & eruditus in ſcripturis, id eſt, homo non circũſpecte & vt ſcientia ſua dignum eſt, viuat, & deducatur ad inferos: & ſimplicior quiſque atque ruſticior, qui iumentum hominis comparatione dicatur, melius viuat, & martyrio coronetur, ac paradiſi ſit colonus.

H e b.

perſecutionẽ patitur. [a] Et adhuc vidi ſub ſole locũ iudicij, vbi impietas, & locum iuſtitiæ, vbi iniquitas. Dixi ego in corde meo: Iuſtum & impium iudicabit Deus: quia tẽpus eſt omni voluntati ſuper omne factum ibi. [b] Dixi ego in corde meo de loquela filiorũ hominis: quia ſeparat illos Deus, vt oſtẽdat, quia ipſi iumẽta ſunt: ſiue quia euẽtus filiorum hominũ & euentus pecoris, euentus vnus eis. Sicut mors huius, ita & mors illius, & ſpirit⁹ vnus omnibus, & amplius homini à pecore nihil eſt: quia omnia vanitas. Omnia vadunt ad locũ vnum: omnia facta ſunt de humo, & omnia reuertentur ad humũ. Quis ſcit, ſpiritus filiorum hominis ſi aſcẽdat ipſe ſurſum, & ſpiritus pecoris ſi deſcendat ipſe deor-

S e p.

*inſtaurat quod aijt. Vidi ſub ſole in loco iudicij impietatem, & in loco iuſtitiæ iniquitatem, & dixi in corde meo: Iuſtum & impium iudicabit Dominus, & tempus omnis rei tunc erit. Dixi in corde meo de filijs hominum, vt probaret eos Deus, & oſtenderet ſimiles eſſe beſtijs. Iccirco vnus interitus eſt hominis & iumentorum, & æqua vtriuſque conditio. Sicut moritur homo, ſic & illa moriuntur. Similiter ſpirant omnia, & nihil habet homo iumento amplius. Cuncta ſubiacent vanitati, & omnia pergunt ad vnum locum. De terra facta ſunt, & in terram pariter reuertuntur. Quis nouit ſi ſpiritus filiorum Adam aſcendat ſurſum, & ſi ſpiritus iumentorum deſcendat deorſum?*

*Et*

a ¶ *Et*



E a ¶ *Et vidi quia non eſt bonum, &c.: vt videat id quod futurum eſt poſt ipſum?*] Pro eo quod nos poſuimus: Vt videat id quod futurum eſt poſt ipſum: apertius interpretatus eſt Symmach⁹, dicẽs: Vt videat ea quæ futura ſunt poſt hæc. Nihil eſt ergo bonum in vita iſta, niſi quod lætatur homo in opere ſuo, faciẽs eleemoſynam, & futuros ſibi theſauros in regno cœlorũ p̄parãs. Hanc ſolã habemus portionẽ, quã nec fur, nec latro valet nec tyrãnus auferre, & quę nos poſt mortẽ ſequatur. Nec enim poſſumus, cũ hæc vita fuerit diſſoluta, rurſũ noſtris laborib. ꝑfrui, aut ſcire q̃ futura ſint in mundo poſtea. Aliter ſuperiori errore turbat⁹, ꝙ putarẽ nihil intereſſe inter homines & beſtias, in hanc ſententiã praua opinione deductus ſum: vt nihil aliud dicerẽ boni, niſi p̄ſentẽ carpere voluptatem. Neq; enim cum ſemel nos diſſoluiſſet interitus, poſſe his ꝑfrui, à quibus recederemus ingrati. Alij de hoc qa ait: Quis enim adducet eum, vt videat ea q̃ ſunt futura poſt ſe: ad illã intelligẽtiã retulerunt, vt dicerẽt melius eſſe ſuis hominẽ laborib. perfrui qa hoc ſolũ de ſubſtãtia ſua poſſet auferre. Cum enim mors venerit, neſcire quali ſit hærede moritur⁹: vtrũ dignus an indign⁹ ſuis opib. ꝑfruat̃.

C a p v t IV.

F E *T conuerſus ſũ ego, & vidi vniuerſas calumnias, quæ fiũt ſub ſole, & ecce lacrymæ eorum, qui calumnias ſuſtinent: & non eſt qui conſoletur eos, &c.*] Poſt hãc cogitationem, illuc mentem meam oculoſq; cõuerti, vt viderem calumniatores, & calũniam ſuſtinẽtes. Et ecce hi q̃ iniuſtè à potentioribus opprimuntur lacrymis, quas ſolũ habere in calamitatibus licet, rei inuidiam proteſtantes, conſolatorem non queunt inuenire: Et quo maior miſeria ſit & inconſolabilis dolor: calumniatores vident in ſuis iniquitatibus fortiores. Et hæc eſt cauſa quod non valeant conſolari. Plenius hunc locũ in pſalmo ſeptuageſimoſecundo Dauid, & Hieremias in ſuo volumine exquirunt.

Hier 12. a. c ¶ *Et laudaui ego mortuos qui iam mortui ſunt ſuper viuentes, &c.*] Ad comparationem miſeriarum, quæ in hoc ſæculo mortales premunt, feliciores iudicaui mortuos, quam viuentes: ſecundum illud Iob de inferis diſputantis: *Ibi re-* Iob 3. cap. Sec. 70. *quieuerunt laſſi corpore, cũ his qui vincti fuerunt, iam ſecuri, non audientes vocem exactoris.* Melior autem his duobus, viuente videlicet & defuncto, qui necdum natus eſt. Alius enim adhuc mala patitur: alius quaſi de naufragio nud⁹ euaſit. Porrò qui necdum natus eſt, in hoc felicior eſt, quod necdum mala mundi expertus eſt. Hoc autem dicit, non quo qui necdum natus, anteq̃ naſcatur, ſit: & in eo felicior, qa necdum corpore p̄grauatus eſt: ſed quod melius ſit omnino non eſſe, nec ſenſum habere ſubſtantiæ, quam infeliciter vel eſſe, vel viuere. Quo modo & de Iuda domin⁹ loqtur, futura eius tormenta ſignificans. Melius erat nõ naſci, Matt 26. c. quam æternos cruciatus ꝑpeti. Alij verò hunc locũ ita intelligunt: Meliores dicẽtes eos qui mortui ſunt, ab his qui viuunt, licet ante fuerint peccatores. Viuẽtes enim adhuc eſſe in prælio; & quaſi clauſos corporis ergaſtulo retẽtari: G q verò morte obierint, iam eſſe ſecuros, & peccare deſiſſe. Sicut & Ioannes (quo maior nõ fuit in natis mulierũ) minor eſt eo qui minimus eſt in regno cœlorum, & corporis onere liberatus, neſcit cum Matt. 11. b. Apoſtolo dicere: *Miſer ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* Meliorẽ autẽ his duob. eſſe eum qui necdum Rom. 7. natus eſt, nec vidit mala, quibus homines in mũdo deprimũtur. Animas enim noſtras antequã ad corpora iſta deſcẽdant, verſari apud ſuperos & tamdiu beatas eſſe, quamdiu cœleſti Hieruſalem, & choro perfruantur angelico.

d ¶ *Et vidi ego vniuerſum laborem, & ſimul omnem virtutem operis, &c.*] Cõuerti me rurſum ad alia: & vidi omnem fortitudinem & gloriã laborantium, & deprehendi bonũ alterius eſſe alterius malum: dũ inuidus aliena felicitate torquet̃, & patet inſidijs glorioſus. Quid n. vanius, q̃d inſtabilius, & ſic nihil, quã homines nõ ſuas flere miſerias, vel lugere propria peccata, ſed melioribus inuidere?

e ¶ *Stultus complexus eſt manus ſuas, & comedit carnes ſuas.*] Hic eſt qui & in Prouerbijs piger Prou. 24. d deſcribitur, continens mani- H bus pectus ſuum: Cui tanquã citus curſor venit inopia: & ꝓpter nimiam famem (hyperbolice vt dictũ ſit) comedit carnes ſuas. Qui melius putat eſſe vnum pugillũ habere farris, & otioſum torpẽtemq; viuere, q̃ laborantem manum vtramq; complere. Totũ autẽ quod diſſerit, h. e. vt oſtendat & eum q̃ laborat & habet aliquid in mundo, patere inuidiæ: & rurſum eũ qui viuere vult quiete, inopia opprimi, & eſſe vtrumq; miſerabilẽ: dũ alius ꝓpter opes periclitat̃, ali⁹ ꝓpter inopiã egeſtate conficitur. Vel certè ſic: Qui alienę felicitati inuidet, & quaſi ſpiritu furoris raptatur, & inuidiã in ſinu ſuo receperit, nutrieritq; eam in pectore ſuo: ille comedit animam ſuã & carnes ſuas. Quanto enim eum cui inuidet, feliciorẽ viderit, tanto ipſe amplius cõtabeſcit & deperit, & paulatim zelo & liuore diſtillat. Aliter: Manus crebro pro operibus accipiuntur, ſicut ibi: Verbum domini quod fa- Aggei 1. ctũ eſt in manu Aggei, ſiue illius, vel huius ꝓphetæ, quod talia opera geſſerit, vt dign⁹ exiſteret, in cui⁹ opere fieret ſermo domini. Huic congruit & illud Dauid: Qui docet Pſal. 143. a manus meas ad prælium. Stultus igitur cõplexus eſt manus ſuas, i. e. cõtraxit & extendere noluit, vnde nõ comedit labores manuũ ſuarum, quos nec habet, ſed carnes ſuas: viuẽs iuxta ſapientiam carnis & carnis operib. veſcitans.

f ¶ *Melior eſt plenus pugillus cum requie, &c.*] *Melius eſt modi-* Pſalm. 36. b *cum habere iuſtum, quam diuitias peccatorum multas.* Et in Prouerbijs: *Melior eſt parua acceptio cum iuſtitia, quã multa genimina cum iniquitate.* Eleganter iuſtitia requiem habet, ini- Prou. 16. b quitas, laborẽ. Et quia ſingularis numerus in bono ſemper accipitur, duplex in malo: propterea vnus pugillus habet requiem, & duæ manus labore ſunt plenæ.

H e b.

deorſũ in terrã? Et vidi quia nõ eſt bonũ niſi quod lætetur homo in opere ſuo: quia hæc eſt pars ei⁹. Quis enim adducet eũ, vt videat id quod futurum eſt poſt ipſum?

C a p v t. IV, H e b.

E T cõuerſus ſũ ego & vidi vniuerſas calũnias q̃ fiunt ſub ſole: & ecce lacrymæ eorũ qui calũnias ſuſtinẽt, & nõ eſt qui cõſoletur eos: & in manib⁹ calũniantium eos fortitudo, & non eſt eis conſolator. [c] Et laudaui ego mortuos qui iã mortui ſunt, ſuper viuentes, quicumq; ipſi viuunt vſq; nũc. Et melior ſuper hos duos, qui nõdum natus eſt, qui nõdum vidit opus malũ, quod factum eſt ſub ſole. [d] Et vidi ego vniuerſum laborẽ, & ſimul omnẽ virtutem operis, quia æmulatio viri à ſodali eius: & qui dẽ hoc vanitas & præſumptio ſpiritus. [e] Stultus cõplexus eſt man⁹ ſuas, & comedit carnes ſuas. [f] Melior eſt plenus pugillus cũ requie, quam plenitudo manuũ laboris, & præſumptionis ſpiritus.

[a] Et

S e p t.

*Et deprehendi nihil eſſe melius, quam lætari hominem in opere ſuo, & hanc eſſe partem illius. Quis enim eum adducet, vt poſt ſe futura cognoſcat?*

C a p v t IV.

S e p t.

V *ERTI me ad alia, & vidi calumnias, quæ ſub ſole geruntur, & lacrymas innocentium, & neminem conſolatorem: nec poſſe reſiſtere eorum violentiæ, cunctorum auxilio deſtitutos. Et laudaui magis mortuos, quam viuentes, & feliciorem vtroque iudicaui, qui necdum natus eſt, nec vidit mala, quæ ſub ſole fiunt. Rurſum contemplatus ſum omnes labores hominum, & induſtrias animaduerti patere inuidiæ proximi: Et in hoc ergo vanitas, & cura ſuperflua eſt Stultus complicat manus ſuas, & comedit carnes ſuas, dicens: melior eſt pugillus cum requie, quam plena vtraque manus cum labore, & afflictione animi.*

*Con-*

a ¶ *Et*

A a ¶ *Et conuerſus ſum ego, & vidi vanitatem ſub ſole. Eſt vnus & non eſt ſecundus: & quidē filius & frater nō eſt ei: nec eſt finis omni labori eius. Et quidē oculus eius non ſatiatur diuitijs, & cui ego laboro & fraudo animā meam bonitate? Sed & hoc vanitas & diſtentio peſſima eſt.*] Conuerſus ſum ad alios, & vidi eos plus quam neceſſe eſt laborare, cōgregare per fas & nefas opes, & non vti congregatis: habere omnia, incubare diuitijs, & ſeruare alteri, & ſuo labore non perfrui: maxime cum nec filium, nec fratrem habeat, nec propinquū: vt videatur pius labor neceſſarijs reſeruantis: Nihil itaque eſſe vanius deprehēdi, q̃ eum hominē qui diuitias congregat, cui eas relinquat, ignorans. Quod quidē poſſumus ſecūdum ſuperiorē interpretationem & de his intelligere, qui libros cōſcribunt, & eos faſtidioſis lectorib. derelinquunt. Quidam hunc locum ab eo ꝙ ait: *Eſt vnus & non eſt ſecundus:* ſuper Saluatore interpretant̃, quod ſolus abſq; vllo comite ad ſaluandum mundum deſcenderit. Et quamq̃ multi filij Dei ſint, & fratres eius adoptione dicant̃: tñ nullus dignus extiterit, q in hoc ei ope iungeretur: Cuius laboris nō eſt finis, portans noſtra vitia atq; peccata, & pro nobis dolet. Et oculus eius nō ſatiatur
B diuitijs, ſemp noſtrā cupiens ſalutem, & quanto plus peccare quem viderit, tanto magis ad pœnitentiā cohortans.

b ¶ *Meliores duo quā vnus, quibus eſt merces bona in labore ſuo: quia ſi ceciderit vnꝰ, eriget particeps ſociū ſuum. Et væ vni cum ceciderit, & non eſt ſecundus qui erigat eum. Et quidem ſi dormiēt duo, etiā calor erit illis, &c.*] Poſt ſolicitudines & miſerias, in quibus corruptus eſt ille, qui in opibus conquirendis abſque certo hærede ſe cruciat: nunc ad ſodalitatem ſermo cōfertur: Et dicit̃ quid boni habeat amicorum contubernium & cōmune ſolatiū: quia & alterius ruina, alterius auxilio ſubleuetur, & curas domeſticas, ipſius quoq; noctis requiem melius exigat ille qui fidum amicum habet, quam qui ſolis opibus incubat acquiſitis. Quod & ſi robuſtior inimicus quis cōtra vnum ſurrexerit, imbecillitatem alterius amici ſolatio ſuſtētari. Et quanto duo vno differant, ſi amore cōiuncti ſint, tanto etiā trium contuberniū plus valere. Etenim vera caritas, & nullo violata liuore, quando auget̃ numero, tanto creſcet & robore. Et hæc interim ſimpliciter dicta ſint. Cęterum quia in ſuperiori loco ſup Chriſto quorundā intelligētiā poſuimus, etiā reliqua eodē ordine differēda ſunt. Melius eſt duos pariter eſſe quam vnū. Melius eſt enim habitantem in ſe habere Chriſtum, quam ſolū patere inſidijs aduerſantis. Merces quippe cōtubernij ſtatim in ipſa ſocietatis vtilitate mōſtratur: Si enim vnus ceciderit, Chriſtus erigit participē ſuum. Væ quippe ei qui cum ruerit, Chriſtū in ſe nō habet erigentem. Quod ſi etiam vnus dormierit, h. e. ſi morte diſſolutus fuerit, & ſecum Chriſtū habuerit, calefactus, & viuificatus citius reuiuiſcet. Et ſi aduerſus hominē robuſtior in expugnando diabolus extiterit: ſtabit homo, ſtabit & Chriſtus pro homine ſuo, pro ſodali
C ſuo. Non quod ſoliꝰ Chriſti aduerſus diabolū virtus infirma ſit: ſed quod liberum homini relinquatur arbitrium, & annitētibus nobis ipſe in præliādo fortior fiat. Quod ſi ét pater & filius & ſpiritusſanctus aduenerint, nō cito rumpetur iſta ſodalitas. Quod a. non cito rumpitur, tamē aliquādo rūpetur. In Iuda enim Apoſtolo triplex fuit iſte funiculus: ſed quia *poſt buccellā introiuit in eum ſatanas*, funiculus iſte diruptus eſt. Porrò ꝙ ſuperius ait: Et quidē ſi dormiant duo, ét calor erit illis, & vnus quo modo calefiet? De Heliſæo ſumamus exemplum: quòd & ipſe contraxerit ſe cum puero & dormierit, & calefecerit corpuſculum ipſius, & ita viuificauerit reſurgentē. Niſi igitur nobiſcū Chriſtꝰ dormierit, & in morte quieuerit, calorem æternæ vitæ accipere non valemus. Ioan. 13. e 4. Reg. 4. f

c ¶ *Melior eſt puer pauper & ſapiens, quam rex ſenex & ſtultus, qui neſcit prouidere in poſterum. Quoniā de domo vinctorū egreditur vt regnet: quia etiam in regno eius natus eſt pauper. Vidi vniuerſos viuentes, qui ambulant ſub ſole cum adoleſcente ſecundo, qui, &c.*] Symmachus hunc
D locum ita tranſtulit: Melior eſt pauper cum ſapientia, rege ſene & inſipiente, q neſcit ꝓcauere viciſſitudinē. Alter enim exit de carcere ad regnandum: alter verò cū eſſet rex natus, paupertate oppreſſus eſt. Vidi oēs viuentes, qui gradiūtur ſub ſole cū adoleſcente ſecūdo, qui ſurrexit ꝓ eo. Infinitus omnis populus qui fuit ante vtrumq;, & poſteri non lætabuntur in eo. Sed & hoc aura & paſtio vēti. Hebræus meus, cuius ſæpe facio mentionē, cum Eccleſiaſten mecum legeret, hæc Baruchiam, quem vnum vel maximè admirātur, ſuper pſenti loco tradidiſſe teſtatus eſt. Melior eſt interior homo, qui poſt quartum decimū pubertatis annū in nobis exoritur exteriore homine, qui de matris aluo natus eſt: qui neſcit recedere à vitio, & qui de domo vinctorū, de vterò videl. materno, ad hoc exiuit, vt regnaret in vitijs. Quia etiā in poteſtate ſua paup effectus eſt, mala omnia perpetrando. Vidi eos qui in priore homine vixerunt, & cum ſecūdo homine poſtea verſati ſunt (eo videl. qui ꝓ priore deceſſore generatus eſt) intellexiq; oēs in homine priore pecaſſe, anteq̃ ſecundo naſcēte duo homines fierent. Qui verò ad meliora conuerſi, & poſt Y literam philoſophorum ſiniſtro tramite derelicto, ad dextrū apicem cōtenderunt, & ſecundum, id eſt, nouiſſimum hominem ſunt ſecuti: non lætabuntur in eo, id eſt, in priore. Hos duos homines & Apoſtolus cōteſtatur, & Leuiticꝰ nō tacet: *Homo homo, ſi voluerit* illud, vel illud. Vir ſanctus Gregorius Ponti epiſcopus, Origenis adiutor, in Metaphraſi eccleſiaſtæ, ita hunc locū intellexit: Ego verò intelligo adoleſcētulū pauperē & ſapientē, rege ſene meliorē & ſtulto, cui numq̃ venit in mentem, quod poſſibile 2. Theſ. 2. Leuit. 17. c Sec. 70.

HEB.

a Et cōuerſus ſum ego, & vidi vanitatē ſub ſole. Eſt vnꝰ & non eſt ſecundus, & quidē filius & frater nō eſt ei; nec eſt finis omni labori eius. Et quidē oculus eius nō ſatiatur diuitiis, & cui ego laboro & fraudo animā meā bonitate? Sed & hoc vanitas, & diſtētio peſſima eſt. b Meliores duo quā vnꝰ, quibꝰ eſt merces bona in labore ſuo: quia ſi ceciderit vnus, eriget particeps ſocium ſuū. Et væ vni cum ceciderit, & nō eſt ſecundus qui erigat eū. Et quidē ſi dormiēt duo, etiam calor eris illis, & vnus quo modo calefiet? Et ſi inualuerit ſuper eū vnus, duo ſtabunt aduerſus eum. Et funiculus triplex nō cito rūpitur. c Melior eſt puer pauper & ſapiēs, quam rex ſenex & ſtultꝰ, qui neſcit prouidere in poſterum. Quoniam de domo vinctorum egreditur vt regnet: quia etiā in regno eius natꝰ eſt pauper. Vidi vniuerſos viuētes, qui ambulant ſub ſole cum adoleſcēte ſecūdo, qui conſurget pro illo. Nō eſt finis oī populo eiꝰ, vniuerſis qui fuerunt ante illos. Et quidē nouiſſimi

SEPT.

*Conſiderans reperi & aliam vanitatem ſub ſole. Vnus eſt, & ſecundum non habet, non filium, non fratrem, & tamen laborare non ceſſat: nec ſatiantur oculi eius diuitijs, nec recogitat, dicens: Cui laboro, & fraudo animam meam bonis? In hoc quoque vanitas eſt, & afflictio peſſima. Melius eſt ergo duos eſſe ſimul, quàm vnum, habent enim emolumentum ſocietatis ſuæ. Si vnus ceciderit, ab altero fulcietur. Væ ſoli, quia cum ceciderit, non habet ſubleuantem ſe. Et ſi dormierint duo, fouebuntur mutuo. Vnus quomodo calefiet? Et ſi quiſpiam præualuerit contra vnum, duo reſiſtunt ei. Funiculus triplex difficile rumpitur. Melior eſt puer pauper & ſapiens, rege ſene & ſtulto, qui neſcit prouidere in poſterum. Quod de carcere, cateniſque interdum quis egrediatur ad regnum, & alius natus in regno, inopia conſumatur. Vidi cunctos viuentes qui ambulant ſub ſole cum adoleſcente ſecundo, qui conſurget pro eo. Infinitus numerus eſt populi omnium, qui fuerunt ante eum, & qui poſtea futuri*



E ſit quemquam de his quos vinxerat, ad regnum exire de carcere, & ſe ipſum de iniqua deinceps poteſtate ſua corruere. Euenit enim interdum vt hi qui ſub adoleſcentulo ſapiente fuerint, abſq; mœrore ſint: ita tū. vt ſub ſene rege ante verſati ſint. Qui n. poſtea nati ſunt: quia mala pterita neſcierunt, nec adoleſcentulū laudare poſſūt qui poſtea cōſurrexit, abducti opinione pųerſa & impetu ſpiritꝰ aduerſantis. Laodicenꝰ interpres, res magnas breui ſermone exprimere cōtēdēs, more ſibi ſolito etiā hic locutus eſt: De cōmutatione, inquiens, bonorū in mala, nūc eccleſiaſtę ſermo eſt, inſipiētem hominē conantis exprimere: qui futura nō cogitās, præſentibus & caducis quaſi magnis atq; ppetuis delectatur. Et poſt diuerſa (q̃ ſolent hominibus accidere in vita ſua, atq; mutari) quaſi generalē infert de morte ſentētiā: ꝙ innumerabilis multitudo intereat, & paulatim cōſumat̃ & trāſeat, vnoquoq; in ſuo loco aliū relinquēte, & rurſū ſucceſſore moriēte. Origenes & Victorinus nō multū inter ſe diuerſa ſēſerūt. Poſt generalē enim ſentētiā, q̃ omnib. patet, vt melior ſit adoleſcētulus pauper & ſapiens, quā rex ſenex & inſipiens: quod frequenter euenit, vt ille per
F ſapientiā ſuam etiā de carcere regis egrediēs, imperet pro dominatore puerſo, & rex inſipiēs perdat imperiū quod detinebat. Super Chriſto & diabolo hunc locū interpretati ſunt: quod puerū pauperem & ſapientem, Chriſtum velint intelligere. Puerū, iuxta illud: *Magnū tibi eſt vocari puerum meū*. Pauperem verò: quia pauper factꝰ eſt, cū diues eſſet. Et ſapiētē: quia *proficiebat ætate & ſapiētia, & gratia apud Deū & homines*. Iſte natꝰ eſt in regno ſenis. Et iccirco dicit. *Si eſſet de hoc mūdo regnū meū, miniſtri vtiq; mei certarēt pro me vt non traderer Iudæis*: Nunc autē non eſt de hoc mundo regnū meum. In illius itaq; ſtulti ſenis regno, qui oſtendit ei omnia regna mundi, & gloriā eius, natus optimus puer de domo vinculatorū (de quib. Hieremias in Lamētationibus loquitur: Vt humiliaret ſub pedibus eius omnes vinctos terræ) ꝓceſſit ad regnum, & abijt in regionem longinquā: & cōtra eos qui ſuper ſe regnare nolebāt poſt aliquantum temporis rex reuerſus eſt. Pręſago itaq; ſpiritu, vidit Eccleſiaſtes oēs viuentes qui poſſunt adoleſcentis participes eſſe, dicētis. *Ego ſum vita*: vetere ſtulto rege dimiſſo, Chriſtum ſequi. Simulq; duo ex Iſraël populi ſignificantur. Prior qui in aduentu domini fuerit, & poſterior qui Antichriſtū ꝓ Chriſto ſuſcepturus eſt: quod prior nō penitus ſit abiectus. Prima quippe eccleſia ex Iudęis & Apoſtolis cōgregata eſt, & in fine, Iudęi qui Antichriſtū, ꝓ Chriſto ſuſcepturi ſūt, nō lætabūtur in Chriſto. Eſa. 49. b 1. Cor. 8. b Luc. 2. g Ioan 18. g Matt 4. b Threm 3. d Luc. 19. b Ioan. 14. a

a ¶ *Cuſtodi pedem tuū cum vadis in domum Dei, & appropinqua vt audias. Super domum enim inſipiētium ſacrificium tuum: quia neſciunt quod faciunt malum.*] Præcepta vitæ dat, & non vult offendere euntes ad eccleſiam. Non enim ingredi in domum Dei, ſed ſine offenſione ingredi laudis eſt. Et ſi eſſet omnium qui ſunt in eccleſia, Dei audire ſermonem; numquam addidiſſet, appropinqua vt audias. Denique
G Moyſes ſolus prope accedebat ad audiendum Deum: ceteri nō valebant accedere. Quod ſtulti neſciētes remediū eſſe peccati, æſtimant oblatione munerum, Deo ſatiſfacere poſſe, & ignorāt hoc quoq; malū eſſe atq; peccatum: non obedientia & operibus bonis, ſed donis & victimis emendare velle ꝙ fecerint. Huic congruit illud ꝙ alibi dicitur: *Obedientia ſuper ſacrificium*: Et, *Miſericordiam volo, & non ſacrificium.* Exod. 19. & 24. 1. Reg. 15. e Oſee. 6. b

CAPVT V.

NOli feſtinare in ore tuo, & cor tuū nō feſtinet ad proferendum verbū in cōſpectu Dei, &c.] Pleriq; arbitrantur hoc in præſenti loco præcipi, ne corā Deo facilè aliquid promittamus, & ſine conſideratione virium voueamus ea q̃ explere non poſſumus. Adeſſe quippe præſentem Deū, & licet ille in cælo, nos eſſe videamur in terra: tamē audire quæ loquimur, & inſipientiā noſtrā argui ex multiplicatione ſermonū. Alij verò melius intelligētes, hoc pcipi affirmāt: ne aut loquentes, aut cogitātes plus de Deo q̃ poſſumus, opinemur: ſed ſciamus, imbecillitatem noſtrā, ꝙ quantū diſtat cœlum à terra, tñ noſtra opinatio à na-
H tura illius ſeparetur, & iccirco debere verba noſtra eſſe moderata. Sicut n. qui in multis cogitationib. eſt, ea ſōniat frequēter de quib. cogitat: ita qui plura voluerit de diuinitate diſſerere, incidit in ſtultitiā. Vel certè ſic: Verba noſtra pauca ideò eſſe debere, ꝙ ét ea quæ noſſe nos arbitramur, per ſpeculū videmus & in ænigmate, & velut ſomnium cōprehendimus, quod tenere nos æſtimamus, Cumq; plura (vt viſum nobis fuerit) dixerimus, finem diſputationis noſtræ eſſe ſtultitiam: Ex multiloquio enim nos non effugere peccatum. 1. Cor. 13. c

c ¶ *Cum votū voueris Deo, ne moreris reddere illud, &c.*] Simplex intelligentia interpretatione non indiget. Melius eſt non promittere, quam promiſſa non facere: quia diſpliceant Deo, & inter inſipientes cōputentur, qui vota non expleant. Quod autem ait: *Non eſt voluntas in inſipientibus*: ſubauditur, Dei: iuxta illud Apoſtoli: *Et vtiq, nō fuit voluntas, vt nunc venirē ad vos*. Quod ſi volumus & curioſius aliquid dicere, præcipitur Chriſtiano, vt fidem opere compleat, & nō ſit ſimilis populo Iudæorum: qui ſpondentes atq; dicentes: *Omnia quæcumq; dominus præcepit, faciemus*: adorauerunt idola. Et poſt verberatos ſeruos & lapidibus oppreſſos, nouiſſime ipſum quoque patrisfamilias filium trucidauerunt. Melius eſt ergo ancipitem diu deliberare ſententiam, quam in verbis facilem, in operibus eſſe difficilem. *Seruus* enim *qui ſcit voluntatem domini ſui, & non facit eam, vapulabit multis.* Prou. 10. c 1. Cor 4. d Exod. 24. b Matt. 21. d Luc 12. f

d ¶ *Non des os tuum, vt peccare facias carnem tuam. Et ne dixeris in conſpectu angeli, quia ignorantia eſt: ne iraſcatur Deus ſuper vocem tuam, & diſperdat opera, &c.*] Hebræus ita ſenſit: Quod non potes facere, ne promittas. Non enim in ventum dicta tranſeunt: ſed à præſenti angelo, qui vnicuique adhæret comes, ſtatim perferuntur ad dominum. Et tu

HEB.

uiſſimi nō lætabuntur in eo: ſed & hoc vanitas, & præſūptio ſpiritꝰ. Cuſtodi pedem tuum cum vadis in domum Dei, & appropinqua vt audias. Super domū enim inſipientiū ſacrificiū tuū: quia neſciūt quod faciunt malum.

CAPVT V.

SEP.

NOli feſtinare in ore tuo: & cor tuum non feſtinet ad proferendum verbum in conſpectu Dei: quia Deus in cœlo, & tu ſuper terram. Propter hoc ſint verba tua pauca, quia veniet ſomniū in multitudine ſollicitudinis, & vox ſtulti in multiplicatione ſermonum. c Cum votum voueris Deo, ne moreris reddere illud: quia non eſt voluntas in inſipiētibus. Quæcūque voueris redde. Melius eſt non vouere, quam vouere & non reddere. d Non des os tuum, vt peccare facias carnem tuam. Et ne dixeris in cōſpectu Angeli, quia ignorantia eſt: ne iraſcatur Deꝰ ſuper vocem tuā, & diſperdat opera

SEPT.

*turi ſunt, non lætabuntur in eo. Sed & hoc vanitas, & afflictio ſpiritus. Cuſtodi pedem tuum ingrediens domum Dei, & appropinqua vt audias. Multo enim melior eſt obedientia, quam ſtultorum victimæ qui neſciunt quid faciunt mali.*

CAPVT V.

SEPT.

N*E temere quid loquaris, neque cor tuum ſit velox ad proferendum ſermonem coram Deo. Deus enim in cœlo, & tu ſuper terram, iccirco ſint pauci ſermones tui. Multas curas ſequuntur ſomnia, & in multis ſermonibus inuenietur ſtultitia. Si quid vouiſti Deo, ne moreris reddere.* Diſ*plicet enim ei infidelis, & ſtulta promiſſio. Sed quodcumque voueris redde. multoque melius eſt non vouere, quam poſt votum promiſſa non reddere. Ne dederis os tuum vt peccare facias carnem tuam: neque dicas coram angelo, non eſt prouidentia: ne forte iratus dominus contra ſermones tuos diſſipet cuncta opera*

A Et tu qui putas ignorare Deũ quod pollicitus es, ꝓuocas eum ad iracundiam, vt omnia opera tua diſſipentur. Sed in eo quod ait: Vt peccare facias carnem tuam, non diligenter euentilans: ita intellexit, quaſi dixiſſet: Non des os tuum vt pecces. Nobis verò alter ſenſus videtur: ꝙ arguātur hi qui de vitio carnis queruntur, & aiũt ſe corporis neceſſitate compulſos ea facere q̃ nolint: ſecundũ illud Apoſtoli, *Non enim quod volo, hoc ago: ſed quod nolo, &c.* Rom 7.c Noli itaq; (ait) vanas excuſationes quærere, & dare occaſionem carni tuæ ad peccandũ, & dicere: Non ego pecco: ſed quod habitat in carne mea peccatum. Deniq; in eo loco vbi ait: *Ne dixeris corã angelo: quia ignorantia eſt:* Aquila interpretãs verbum Hebraicum ᵃ שגגה pro ignorãtia, ἀκούσιον tranſtulit i.e. non ſpõtaneum. Si enim (inquit) hoc dixeris, Deum ꝓuocas quaſi actorem mali atque peccati vt iratus ſit, & ſi quid videris boni habere auferat de manib. tuis. Vel certè talia ſentientem, tradat in reprobum ſenſum, vt facias ea quæ non conueniunt.

a ſegaga.

a ¶ *Quia in multitudine ſomniorũ & vanitates, & verba plurima: ſed Deũ time.*] Et hunc locũ ita Hebræi ediſſerunt. Nec ſuperiora facias, de quib. iam dictũ eſt: ne facile ſomnijs credas. B Cùm n. diuerſa videris ꝑ nocturnã quietem, & varijs anima fuerit exagitata terroribus, ſiue incitata ꝓmiſſis: tu ea cõtemne q̃ ſomnij ſunt: Et ſolũ Deum time. Qui n. ſomnijs crediderit, vanitatibus ſe & ineptijs tradet. Aliter: Quia dixi ac p̃cipi: Non des os tuũ vt peccare facias carnẽ tuam, & q̃ras varias excuſationes. Hoc nũc infero: quoniam in ſomnio vitæ iſtius, & in imagine vmbræ nubis qua viuimus, multa poſſumus inuenire, q̃ nobis veriſimilia videantur, & noſtra excuſare peccata. Propterea admoneo, vt id ſolũ caueas: ne putes abſentẽ Deũ, ſed eum timeas, & ſcias cũctis operib. tuis adeſſe p̃ſentẽ: teq; liberi arbitrij cõditum non cogi, ſed velle ꝙ facias.

b ¶ *Si calumniam pauperis, & ruinam iudicij & iniuſtitias videris in regione, ne mireris ſuper negotio, &c.*] Ioan 19 d Luc. 8 c Chriſti tunica contexta deſuper, nec à crucifigentibus ſcindi potuit, & cum à quo Saluator dæmonia eiecerat, Apoſtolorũ indutum veſtimentis abire præcepit. Itaq; & nos nitamur eccleſiaſtæ noſtri veſtimenta non ſcindere: nec ꝓ voluntate noſtra opinationum pannos hinc inde cõſuere: ſed vnũ diſputationis ſeruare textũ, & eundẽ ſenſum & ordinem ſequi. Supra dixerat: *Nec dixeris in cõſpectu angeli, quoniam ignorantia eſt: ne iraſcatur Deus ſuper vocem tuam*, & reliqua, & aduerſus eos fuerat locutus qui negarent prouidẽtia Dei res humanas regi. Quia igitur aduerſus hoc præceptum ſuboriebatur quæſtio: quare iuſti calumniam ſuſtinerent, & quare iniqua fiãt in toto orbe iudicia, & non eſt vltor Deus in illis: Nunc infert & ſoluit opinionem, q̃ opponi potuerat dicens: Si videris calumniã pauperis, qui beatus in euangelio prædicatur, & res vigere, non iuſtitiam: ne mireris, & tibi nouum aliquid eſſe videatur. Excelſus quippe ſuper excelsũ hæc reſpicit Deus: C

H E B.

opera manuũ tuarum. ᵃ Quia in multitudine ſomniorũ & vanitates, & verba plurima. ᵇ Sed Deum time. Si calumniã pauperis, & ruinã iudicij, & iniuſtitias videris in regiõe, ne mireris ſuper negotio: quia excelſus ſuper excelsũ cuſtodit, & excelſior eſt ſuper illos, & amplius terræ in omnibus eſt rex in agro culto. ᶜ Qui diligit argẽtum, nõ implebitur argẽto, & qui diligit diuitias, nõ fruetur eis. Sed in hoc vanitas. In multitudine enim bonorũ multi ſũt qui comedũt ea, & quę eſt fortitudo habenti illam, niſi vt videat oculis ſuis? ᵈ Dulcis ſomnus operãti, ſiue paululum, ſiue plus comederit. Et ſaturitas diuitis nõ ſinit eũ dormire. ᵉ Eſt languor peſſimus quẽ vidi ſub ſole, diuitias cuſtodiri in malum poſſidentis eas. Et perierunt diuitiæ illæ in diſtentione peſſima. Et genuit filiũ & non eſt in manu eius quidquã. Sicut exiuit de vtero matris ſuæ, nudus reuertetur: vt eat ſicut venit, & nihil accipit de labore ſuo, vt teneat in manu ipſius. Sed & hoc vanitas, & lãguor peſſimus: ſicut enim aduenit, ita & abiit. Quę abundãtia eius qui in ventum laborat? Et quidem omnibus diebus ſuis in tenebris comedit, & luctu

S E P T.

*opera manuum tuarum. Vbi multa ſunt ſomnia, plurimæ ſunt vanitates, & ſermones innumeri. Tu vero Deum time. Si videris calumnias egenorum & violenta iudicia, & ſubuerti iuſtitiam in prouincia, non mireris ſuper hoc negotio: quia excelſo excelſior eſt alius, & ſuper hos quoque eminentiores ſunt alij, & inſuper vniuerſæ terræ rex imperat ſeruienti. Auarus non implebitur pecunia, & qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis. Et hoc ergo vanitas. Vbi multæ ſunt opes, multi & qui comedunt eas. Et quid prodeſt poſſeſſori, niſi quod cernit diuitias oculis ſuis? Dulcis eſt ſomnus operanti, ſiue parum, ſiue multum comedat: ſaturitas a. diuitis non ſinit eum dormire. Eſt & alia infirmitas peſſima, quam vidi ſub ſole, diuitiæ conſeruatæ in malum domini ſui. Pereunt enim in afflictione peſſima: generauit filium qui in ſumma egeſtate erit. Sicut egreſſus eſt nudus de vtero matris ſuæ, ſic reuertetur, & nihil auferet ſecum de labore ſuo. Miſerabilis prorſus infirmitas: quomodo venit, ſic reuertetur. Quid ergo prodeſt ei quod laborauit in ventum? Cunctis diebus vitæ ſuæ comedit in tenebris, & in curis multis, & in ærumna, atque triſtitia. Hoc*

qui angelos ſuos ſup iudices & reges terrę poſuit: q poſſũt vtiq; prohibere iniuſtitiam, Matth.5.c & magis in terra valere, quã quæuis hominũ poteſtates. Sed quoniã ſeruat in finẽ iudicium & in cõſummatione mũdi, qñ cum matura ſeges fuerit, & meſſores venerint, iuſſurus eſt vt ſeparetur triticum & lolium tradatur incẽdio: ideo nunc expectat & differt ſententiam q̃diu ager iſtius mũdi excolitur. Quod Matt.13.a autem ager interpretetᷣ mundus: dominus in parabola zizaniorum & tritici expoſuit.

c ¶ *Qui diligit argentum, non implebitur argento, &c.*] Vbicũmq; argẽtum ponimus ſecũdum Græci ſermonis ambiguitatem, poteſt & pecunia transferri: ἀργύριον quippe vtrumq; ſignificat. Porro Tullius pecunioſos primitus eos dictos refert; q plura habuiſſe peculia, i. e. pecora deſignãtᷣ: Ita enim ea antiquitꝰ appellabãt. Paulatim a. per abuſionem nomen ab aliud deuolutũ eſt. Auarꝰ igitur deſcribitur, ꝙ nunq̃ opibꝰ expleatur, & quanto plus habuerit, tãto plꝰ cupiat: Flacci quoq; ſuper hoc concordante ſentẽtia, qui ait: *Sẽper auarus eget.* Et nobilis hiſtorici: ꝙ auaritia, neq; inopia, neq; copia minuatur. Nihil ergo (inquit Eccleſiaſtes) proſunt diuitię poſſidẽti: niſi hoc ſolũ vt videat q̃ poſſidet. Quãto enim maior fuerit ſubſtãtia, tanto plures miniſtros habebit, qui opes deuorẽt cõgregatas. Ille autẽ videat tm̃ quod habet, & pluſquam vnius hominis cibum capere non poſſit. D

d ¶ *Dulcis ſomnus operãti, &c.*] Adhuc de diuite & auaro ſermo eſt, & cõparatur operanti & abſq; ſolicitudine dormiẽti, ſiue parum, ſiue multum comederit: quod ille operis & laboris ſudore qualemvis cibũ digerat & dulci ſomno ꝑfruatur: Diues verò diſtẽtus dapibus & cogitationibus in diuerſa laceratꝰ, dormire nõ valeat redundante crapula, & incocto cibo in ſtomachi anguſtijs eructante. Porro quia ſomnus, cõmunis de hac vita exitus appellatur: melior erit requies eius qui operatur in pręſenti, & ſecundum vires ſuas in bonis operibus conuerſatur, quam eorum diuitiæ, de quibus inſcribitur: *Væ vobis diuitibus: quia recepiſtis conſolationem veſtram. Væ vobis qui ſaturati eſtis: quia eſurietis. Væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis, &c.*

e ¶ *Eſt languor peſſimus quem vidi ſub ſole, &c.*] Cum ſuperiore iungo quod ſequitur: Luc.6. Eccleſiaſtæ diuite deſcribente: qui nec ipſe poſſit ſuis diuitijs ꝑfrui, & crebro propter eas in diſcri-



E mẽ veniat: nec hęredi quod cõgregauit relinquat: ſed & ipſe & filius eius, ſicut venerũt nudi, ita nudi reuertantur in terrã: & nihil eos ſuorum bonorum comitetur. Nonne n. languor eſt peſſimꝰ pro diuitijs cogitatione torqueri, & perituras opes, nec quas nobiſcũ poſſumus auferre moriẽtes, in triſtitia, in gemitu, id indignatiõe, in litib. caſſo labore cõgregare? Et hæc ſecundũ ſimplicẽ ſenſũ. Cæterũ altius eleuemur. De philoſophis mihi videtᷣ vel hęreticis dicere, qui cõgregãt diuitias dogmatũ in malũ ſuũ, & nec repertores vtilitatẽ poſſunt aliquã conſequi: nec ſectatoribus ſuis fructũ relinquere perpetuũ: ſed & ipſi & diſcipuli reuertuntᷣ in terrã, & perdũt diuitias ab eo q dixit: 1.Cor.1.c *Perdam ſapientiã ſapientiũ, & prudentiã prudentiũ reprobabo. Vbi ſapiẽs, vbi ſcriba, vbi inquiſitor huius ſæculi? Nõne ſtultã fecit Deus ſapiẽtiã huius mũdi.* & reliqua. Vere quippe ſicut egreſſi ſũt de vtero matris ſuæ, de ſua pueſa videl. eccleſia; eiuſq; cõtraria, de qua ſcriptũ Gal.4.d eſt. *Quæ autẽ ſurſũ eſt Hieruſalem, libera eſt, quæ eſt mater omniũ noſtrũ:* Et de qua ſcribitur: Eſa 54.a *Lætare ſterilis quæ nõ paris, erũpe & clama quæ nõ parturis; quia multi filij deſertæ magis quã eius quæ habet virũ.* F Sic nudi vadũt Pſal.63 b in vẽtũ, & nihil laborãtes doctrinæ ſuæ ſecum ferẽt: *Quia defecerũt ſcrutantes ſcrutinio:* & ferunt omni vento doctrinæ; nec habent lucẽ, ſed in tenebris ſua comedũt ſacramẽta: ſemper in infirmitate, ſemper in iracũdia ſunt: theſaurizantes ſibi iram in die iræ: nec habentes propitium Deum.

a ¶ *Ecce quod &c.*] Ad cõparationem eius qui opibꝰ ſuis in curarũ tenebris veſcitur, & cũ grandi vitæ tędio peritura cõparat: meliorem dicit eſſe eum q ꝑſentibus fruitur. Hic n. vel parua voluptas eſt in fruendo: ibi vero ſollicitudinum tantummodo magnitudo: Et reddit cauſas, quare Dei donũ ſit frui poſſe diuitijs. Qm̃ nõ multum recordabitᷣ dierum vitæ ſuæ. Auocat qppe eũ Deus in lætitia cordis ſui: nõ erit in triſtitia, non in cogitatiõe vexabitᷣ, adductus lętitia & voluptate p̃ſenti. 1.Cor.10.a Sed melius eſt iuxta Apoſtolũ, ſpiritualem eſcã, & ſpiritualem potũ à Deo datũ intelligi, & videre bonitatem in omni labore ſuo: q̃a ingenti labore & ſtudio vera poſſumus contẽplari bona. Et hæc pars noſtra: vt in noſtro ſtudio & labore lętemur. Quod licet bonũ ſit, tñ donec Chriſtꝰ manifeſtetᷣ vita noſtra, necdũ plene bonũ eſt. Et ideo nõ multum recordabitur Deus dierũ vitæ noſtræ. Notandũ quoq; quod hic περισπασμὸς in meliori parte accipitur, ꝓ occupatione ſpiritualis veræq; lætitiæ. G

H E B.

luctu & iracũdia multa, & languore, & inſania. ᵃ Ecce quod vidi ego bonũ quod eſt optimũ, comedere & bibere, & cernere iocunditatem in omni labore ſuo, quo laborauit ſub ſole, numero dierũ vitæ ſuæ, quos dedit ei Deus: hæc quippe eſt pars eius. Sed & omnis homo cui dedit Deus diuitias & ſubſtãtiam: cõceſſitq; ei, vt veſceretur ex eis, & tolleret partẽ ſuã & lętaretᷣ de labore ſuo: hoc Dei donũ eſt. Nõ n. multũ recordabitur dierũ vitæ ſuæ: quia Deus occupat in lætitia cor eius.

S E P.

*Hoc itaq; viſum eſt mihi bonum, vt comedat quis & bibat, & fruatur lætitia ex labore ſuo, quo laborauit ipſe ſub ſole numero dierum vitæ ſuæ, quos dedit ei Deus: & hæc eſt pars illius. Et omni homini cui dedit Deus diuitias, atque ſubſtantiam, poteſtatemque ei tribuit, vt comedat ex eis, vt fruatur parte ſua, & lætetur de labore ſuo: hoc eſt donum Dei. Non enim ſatis recordabitur dierum vitæ ſuæ; eoque Deus occupet delitijs cor eius.*

## C A P V T V I.

H E B.

Est malũ quod vidi ſub ſole, & frequẽs apud hoẽs. Vir cui dedit Deus diuitias, & ſubſtantiam, & gloriã, & nihil deeſt animę eius ex omnibus, quæ deſiderauit: & nõ dedit ei Deus poteſtatẽ, vt manducaret ex eo: ſed vir alienꝰ comedit illud. Hæc vanitas eſt, & languor peſſimꝰ. Si genuerit vir cẽtum liberos, & annis multis vixerit, & plures fuerint dies annorũ eiꝰ, & anima eiꝰ nõ repleatur bonis, nec ſepulcrum fuerit illi: dixi meliꝰ ab eo eſſe abortiuum. In vanitate quippe venit, & in tenebris vadit: & in tenebris nomen eius abſcondetur. Et quidem ſolem non vidit, nec cognouit: requies huic magis quã illi. Et ſi vixerit mille annos duplices, & bonitatẽ non vidit: nonne ad locum vnum omnia properant? ᶜ Omnis labor hominis in ore ipſius: & quidem anima

## C A P V T V I.

S E P.

*EST & aliud malum quod vidi ſub ſole, & quidem frequens apud homines. Vir cui dedit Deus diuitias, & ſubſtantiam, & honorem, & nihil deeſt animæ ſuæ ex omnibus quæ deſiderat: nec tribuit ei poteſtatem Deus vt comedat ex eo, ſed homo extraneus vorabit illud. Hoc vanitas & magna miſeria eſt. Si genuerit quiſpiam centum liberos, & vixerit multos annos, & plures dies ætatis habuerit, & anima illius non vtatur bonis ſubſtantiæ ſuæ, ſepulturaque careat, de hoc ego pronuncio quod melior illo ſit abortiuus. Fruſtra enim venit, & pergit ad tenebras, & obliuione delebitur nomen eius. Non vidit ſolem, neque cognouit diſtantiam boni & mali; etiam ſi duobus millibus annis vixerit, & non fuerit perfruitus bonis. Nonne ad vnum locum properant omnia? Omnis labor hominis in ore eius, ſed anima eius nõ imple-*

C A P V T V I.

Est malum quod vidi ſub ſole, & frequens, &c.*] Deſcribit auarum diuitem, & hoc malum frequẽs eſſe in hominib. aſſerit: quod nihil eorum q̃ in mundo putantᷣ bona ei deſit, & nihilominꝰ ſtultiſſima parcitate ſe cruciet, alijs deuorãda cõſeruans. Nec nõ & illud hyꝑbolice dicit: quod ẽt ſi centũ liberos ꝓcreauerit, & nõ vt Adam ꝓpe mille, ſed duob. millib. vixerit annis, & anima eiꝰ cupiditate & auaritia cõtabeſcat: multo deterioris cõditiõis ſit abortiuo, q ſtatim vti natus videtᷣ, interijt. Ille n. nec mala vidit, nec bona. Iſte vero cum bona poſſederit, ſemper triſtitijs & cogitatione excruciatus eſt: magiſq; requiẽ habeat abortiuꝰ, q̃ auarus ille lõgęuus, & tamẽ ambo æquali fine rapiuntur, dum hic & ille morte ſimili ſubtrahuntᷣ. Põt hoc & de Iſraël accipi, quod dederit illi Deus legẽ, ꝓphetas, teſtamẽtum, & reꝓmiſſiones: & Saluatore dicente Matt.21.d *Quia auferetur à vobis regnũ Dei, & dabitur gẽti faciẽti fructũ eius: & qui ceciderit ſuper lapidẽ iſtũ, cõfrigetur;* Luc.20.c *ſuper quẽ vero ceciderit, conteret eum:* hęc omnia ad alienum & H peregrinum de gentib. tranſlata ſint populũ, & videãt illi bona ſua, & non fruantur. Multoq; nos conditionis eſſe melioris, q quaſi abortiui & nouelli putabamur ab eis, q illi qui ſibi in antiquitate applaudebant, de patribus gloriantes atq; dicẽtes: Pater noſter eſt Abrahã, & tñ ad vnum Ioan.8.e locum & nos & illos properare, id eſt, ad iudicium Dei. Quod a. in medio ait. Equidẽ ſepulcrum nõ fuit ei: ſiue hoc ſignificat, quod diues ille de ſua morte nõ cogitet, & cum omnia poſſideat, ẽt in extructione ſepulcri auarꝰ ſit. Siue quia ſæpe ꝓpter iſtas diuitias occiſus inſidijs, inſepultꝰ abiiciatur. Siue quod meliꝰ puto, nihil boni facti & honoris egerit, ex quo ſibi queat apud poſteros memoriam comparare, & nõ vitã ſilentio tranſire velut pecudes, cũ habuerit materiam, per quam potuerit apparere quod vixerit.

c ¶ *Omnis labor homini in ore ipſius &c.*] Omne quod laborãt hoẽs in hoc mũdo, ore cõſumit, & attritũ dentib. vẽtri tradit digerendũ, Cũq; paululũ gulã delectauerit, tãdiu videtᷣ tribuere voluptatẽ, q̃diu gutture cõtinetᷣ. Cũ vero in aluũ tranſierit, deſinit inter cibos eſſe diſtantia. Et poſt hæc oĩa nõ impletᷣ anima comedẽtis: Siue

E Siue quod ruſum deſideret, quod comedit: & tam ſapiēs quam ſtultus abſq; cibo nequeant viuere, & pauper nihil aliud quærat, niſi quod poſſit organū ſui corporis ſuſtentare, nec interire inedia. Siue ꝙ nullam vtilitatē anima ex refectione corpuſculi capiat: & cibus tam ſapienti q̃ ſtulto cōmunis ſit, & illuc vadat paup, vbi opes eſſe perſpexerit. Melius eſt autē hoc intelligi de eccleſiaſtico viro: q in ſcripturis cœleſtib. eruditus, omnē laborem habet in ore ſuo, & anima eius nō implet, dum ſemp cupit diſcere. Et in eo plus habet ſapiens q̃ inſipiens: quia cum pauperē eſſe ſe ſentiat (pauperē autē illum q in Euangelio beatus dicit) Matt.6.a ꝓperat ad ea cōprehendenda quæ vitæ ſunt, & ambulat arctam & anguſtā viam, q̃ ducit ad vitā, Ibid 7.b & pauper eſt à malis operibus, & ſcit vbi Chriſtus, qui vita eſt, cōmoretur.

a ¶ *Melior eſt aſpectus oculorum ſuper ambulātem in anima, &c.*] Dilucide hoc interpretatus eſt Symmachus, dicens: *Melius eſt prouidere, quā ambulare vt libet:* id eſt, melius eſt iuxta ſenſum cūcta agere, qui animæ eſt oculus, quā voluntatē cordis ſequi: Hoc eſt enim ambulare in anima; ſicut Ezechiel ait: *Qui ambulat in voluntate cordis ſui,* Ez. ch. 11 d Vel certe ſuperbū & ſibi placentē arguit, F & meliorē dicit eſſe eum qui cuncta prouideat, quā illum cui nihil placeat niſi ꝙ ipſe fecerit: quo nihil eſt deterius, & omni vento inanius. Rurſum & hic ꝑſumptionem ſpiritus, Aquila & Theodotio, paſtionem venti, interpretati ſunt. Symmachus vero afflictionē ſpiritꝰ. Porro ſciendū eſt, quod apud Hebræos, & ſpiritus, & ventus ſimiliter appellentur, id eſt,[a] רוח. a ronah.

b ¶ *Quid eſt quod futurum eſt, iam vocatum eſt nomen eius & cognitum: quia homo eſt, & non poterit iudicari cum fortiore ſe.*] Aperte de Saluatoris prędicatur aduentu: quod qui futurus eſt ante q̃ in corpore cerneretur, iam vocatū eſt in ſcripturis nomen eius, & cognitū ꝓphetis & ſanctis Dei, q a homo ſit, & iuxta hoc quod homo eſt, nō poſſit ſe conferre cum patre, & in euangelio dicat: *Qui me miſit, maior me eſt.* Ioan.14 d Vnde & in cōſequentibus ꝑcipitur: ne vltra quam de eo nobis ſcriptum eſt, requiramus; ne velit homo plus ſcire quam ſcriptura teſtata eſt. Cum enim de ſtatu noſtro ignoremus, & vita noſtra quaſi vmbra tranſeat, & futura incerta ſint: nō nobis expedit vt maiora, q̃ poſſumus inquiramꝰ. Nonnulli illud in hoc loco ſignificari putāt, quod omnium q futuri ſunt, & hominum corpore circumdandi, iam Deus vocabulum nouerit: nec poſſit homo reſpondere contra artificē ſuū, quare ita vel ita factus ſit. Quāto enim amplius quæſierimus, tanto magis oſtendi vanitatē noſtrā, & verba ſuperflua, & non ex ꝑſcientia Dei liberum tolli arbitrium; ſed cauſas ante præcedere, quare vnumquodq; ſic factum ſit.

c ¶ *Quia ſunt verba multa multiplicantia vanitatem, &c.*] Cum (inquit) ignoret homo de ſtatu ſuo, & quæcumq; videtur ſcire & cernere, nō vt ſe rei habet veritas, ſed per ſpeculum, & vmbrā, & imaginē videat, nec futura cognoſcat, G & per multiloquium non effugiat peccatū, ſilentium ponat ori ſuo, & credat eum veniſſe qui ſcriptus eſt: quo modo & quantus & qualis venerit, non requirens.

HEB.

anima eius nō implebitur. Quid n. ampliꝰ ſapienti à ſtulto: quid pauperi, niſi ſcire vt vadat cōtra vitā?[a] Melior eſt aſpectꝰ oculorū ſuper ambulantē in anima. Sed & hoc vanitas, & prēſūptio ſpiritus. [b] Quid eſt quod futurū eſt. iam vocatū eſt nomē eiꝰ & cognitū: quia homo eſt, & nō poterit iudicari cū fortiore ſe. [c] Quia ſūt verba multa multiplicantia vanitatem.

SEP.

*implebitur. Quid habet amplius ſapiens à ſtulto, & quid pauper, niſi vt pergat illuc, vbi eſt vita? Melius eſt videre quod cupias, quam deſiderare quod neſcias. Sed & hoc vanitas eſt & præſumptio ſpiritus. Qui futurus eſt, iam vocatum eſt nomen eius: & ſcitur quod homo ſit, & non poſſit contra fortiorem ſe in iudicio obtendere. Verba ſunt plurima, multamque in diſputando habentia vanitatem.*

CAPVT VII.

HEB.

QVid plꝰ homini? Quis enim cognouit quid ſit bonū homini in vita? numerum dierum vitæ vanitatis eius, & faciet ea quaſi vmbrā: quia quis annunciabit homini quid ſit poſt eum ſub ſole? Bonum eſt nomen ſuper oleum bonum, & dies mortis ſuper diē natiuitatis. [e] Melius eſt ire ad domum luctus, quam ad domum conuiuij, in quo finis eſt omnis hominis, & qui viuit, dabit ad cor ſuū. [f] Melior eſt ira quam riſus: quia in mœrore vultꝰ emēdabitur cor. [g] Cor ſapientis in domo luctus, & cor inſipientis in do-

CAPVT VII.

SEPT.

*QVid neceſſe eſt homini maiora ſe quærere, cū ignoret quid conducat ſibi in vita ſua numero dierum peregrinationis ſuæ, & tempore, quod velut vmbra præterit? Aut quis ei poterit indicare; quid poſt eum futurum ſub ſole ſit? Melius eſt nomen bonum, quam vnguenta pretioſa, & dies mortis die natiuitatis. Melius eſt ire ad domum luctus, quam ad domum conuiuij. In illa n. finis cunctorum admonetur hominum, & viuens cogitat quid futurum ſit. Melior eſt ira riſu: quia per triſtitiam vultus corrigitur animus delinquentis. Cor ſapientium vbi tri-*

CAPVT VII.

QVid plus hominis, &c. *Bonum eſt nomen ſuper oleum bonum, & dies mortis ſuper diem natiuitatis eius.*] Conſidera, inquit, ô homo, dies tuos breues, & quia cito eſſe ſoluta carne ceſſabis, fac tibi famam longiorem: vt quo modo vnguentum nares odore delectat, ſic ad tuum vocabulum cuncta poſteritas delectetur. Quod ꝑſpicue interpretatus eſt Symmachus dicens: *Melius eſt nomen bonum, quam vnguentum bene olens.* Si quidem moris eſt Hebræorum vnguentum bonum, oleum nuncupare. Quod autē ait: *Et dies mortis ſuper diem natiuitatis eius:* vel hoc oſtēdit, melius eſſe exire de ſæculo, & carere tribulationibus atq; incerto vitæ ſtatu, quam ingrediētem mundū hæc omnia ſuſtinere. Vel certe ꝙ in morte quales ſimus notum ſit: In exordio vero naſcēdi q futuri ſimus, ignoretur. Aut quod natiuitas alliget corpore libertatem animæ, mors reſoluat.

e ¶ *Melius eſt ire ad domum luctus, &c.*] H Vtilius eſt ad exequias funeris, q̃ ad domum ire cōuiuij: quia ibi recordatione conditionis noſtræ & fragilitatis humanę, ex ꝓſenti cadauere commonemur. In cōuiuij autē lætitia, etiam ſi quid timoris habere videbamur, amittimꝰ. Nouiſſimum verſum aptius interpretatus eſt Sym̄achus, dicēs: *Et qui viuit, reſpiciet ad mentē.* Ex quib. approbatur, in eo ꝙ ſuperius cibū & potū viſus eſt approbare, non cum voluptatē rebus ꝓferre cunctis, vt pleriq; male æſtimāt: ſed ad comparationem auaritiæ & nimiæ parcitatis, licet breue ſit, plus eſſe, ſi vel ad momētum quis ſuis opibus perfruatur. Numquam enim triſtitiam luctus feſtiuitati conuiuij prætuliſſet, ſi bibere & veſci alicuius putaſſet eſſe momenti.

f ¶ *Melior eſt ira, quam riſus: quia in mœrore vultus emendabitur cor.*] Riſus diſſoluit ſapientem: ira corripit & emendat. Iraſcamur & nobis, ſi quando peccamus, iraſcamur & alijs. Per triſtitiam quippe vultus, melior fiet animus: vt interpretatus eſt Symmachus. Et idcirco: *Væ nunc ridentibus, quoniam ipſi lugebunt.* Luc 6 d

g ¶ *Cor ſapiētis in domo luctus, & cor inſipiētis in domo lætitiæ, &c.*] Matth.5 a *Beati* (inquit Saluator) *lugentes, quoniam ipſi conſolabuntur.* 1. Reg 16. a Lugebat & Samuel regem Saulem omnib. diebus 1. Cor. 12 g vitæ ſuæ. Et Paulus ſuper eos qui poſt peccata varia noluerunt agere pœnitentiam, lugere ſe dicit. Cor igitur ſapientis vadat ad domum talis viri, qui ſe corripiat delinquentē: vt adducat ad lachrymas, qui ꝓuocet ꝓpria lugere peccata: & nō eat ad domū lætitiæ, vbi doctor adulatur & decipit: vbi nō conuerſionē audientiū, ſed vt plauſus quęrat & laudē. Talis ꝓceptor plāgitur: diues in ſermone, non diues in



E diues in opere: qui quia ſaturatus eſt, propterea recipit cōſolationem ſuam. Denique huic expoſitioni etiam ſequentes verſiculi concordant. Ait enim.

a ¶ *Melius eſt audire increpationem. &c.*] Melius enim eſt à ſapiente corripi, quam per adulationem decipi blandientis. Cui ſimile eſt illud: *Meliora ſūt vulnera amici, quam fraudulenta oſcula inimici.* Prou.27.a Sicut enim vox ſpinarū ſub olla ardētiū, ſtrepitum inſuauē reddit: ita ſuauia & palpātis magiſtri verba non proderūt: vel ad curas ſæculi, quæ ſpinæ interpretantur, auditores ſuos cohortātis, vel futuros eos incēdio præparātis. Symmachus ꝓ eo quod nos poſuimus: quia ſicut vox ſpinarū ſub olla, ſic riſus ſtulti: hūc ſenſum interpretās quē ſupra diſſeruimus, ait: Per vocē imperitorum vinculis quiſpiā colligatur: hoc eſt, ad vocē talium præceptorū magis auditor innectitur, dum *vinculis peccatorum ſuorum vnuſquiſque conſtringitur.* Prou.5 d

b ¶ *Calumnia conturbat ſapientem, &c.*] Nunc ſapientem in profectu poſitū accipe, ſecundum illud: *Argue ſapiētem, & diliget te.* Prou.9.b Sapiēs quippe perfectus, nulla argutione indiget, nulla calumnia conturbatur. Vtamur hoc verſiculo, ſi quādo iuſtum virum atq; ſapientē videmus calumniā ſuſtinere, F & ꝯturbari de iniquitate iudicij, nec Deū ſtatim ſubuenire pręſentē. Pro eo vero quod Lxx. & Aquila, & Theodotio interpretati ſunt: ꝑdit cor εὐτονίας αὐτοῦ id eſt, fortitudinis, ſiue vigoris eius: Symmachus ait: & perdit[a] מתנה id eſt, donum: tam verbum Hebraicum, quam interpretationem eius copulans, & faciens illum ſenſum, a mattana qui alibi ſcriptus eſt: *Excæcant munera etiam ſapientium oculos.* Deut.16.

c ¶ *Melius eſt nouiſſimum ſermonis, quam principium eius.*] Meliores ſunt in dicendo epilogi, quam exordium. In his enim dicentis ſollicitudo finit, in illo incipit. Vel certe ſic: Qui incipit audire ſermonē, & ad præceptorem vadit, in principio eſt: qui vero extrema audit, cōſummatꝰ eſt, atq; perfectus. Sed & hoc modo intelligi pōt: Dum in iſto ſæculo ſumus, quod ſcimus, omne principium eſt: *cum autem venerit quod perfectum eſt,* 1.Cor 13 c in nouiſſimis & cōſummatis erimus: Hebræus ita hunc locum cum ſequenti verſiculo diſſeruit. Melius eſt te finem conſiderare negotii, quam principium: & patientē eſſe, quā impatientiæ furore raptari. Diſcimus itaq; ex hac ſentētiola, nullam in hominib. eſſe ſapientiam: cum melius ſit tacere quam proloqui: & quia cum finita fuerit oratio, intra ſemetipſum recogitat auditor quid ſit dictum, cum autem cœperimus loqui, nec dum quid vtilitatis accepit.

d ¶ *Melior eſt patiens ſuper excelſum ſpiritu.*] Quia ſuperius irā conceſſerat dicens: *Melior eſt ira quam riſus:* Supra eod. ne putaremus iram quæ in paſſione eſt laudari: nunc præcipit iram penitus eſſe tollendam. Ibi n. pro correctione in peccantes, & eruditione in minores, irā poſuit, hic vero impatientiam refrenauit. Patientia autem non ſolum in anguſtiis, ſed & in lætioribus neceſſaria eſt: ne plus quam condecet, exaltemur. Videtur mihi & qui nunc excelſus appellatur ſpiritu, Matt 5.a in euangelio pauperi ſpiritu eſſe contrarius, qui in beatitudine ponitur.

e ¶ *Ne feſtines, &c.*] Non quod concedat tardius iraſcendū, iccirco nunc dicit: Ne feſtines in ſpiritu tuo naſci: ſed quod cum furens & recēs fuerit ira dilata, facilius ſedatam poſſit



auferre. Et quia ira ſemper iūcta ſuperbię, deſiderat vltionē, meliorē ſupra patientē dixit eſſe, quam eum qui excelſus eſt ſpiritu, & nūc ſignum inſipientiæ dedit: quia quamuis aliquis potens exiſtimetur & ſapiens: ſi iracundus ſit, G inſipiens arguitur. Ita quippe in ſinu ſtultorum requieſcit.

HEB.

in domo lętitiæ. [a] Meliꝰ eſt audire increpationem ſapiētis ſuper virum audientem carmen ſtultorum. Quia ſicut vox ſpinarū ſub olla, ita riſꝰ ſtulti. Sed & hoc vanitas. [b] Calūnia conturbat ſapientem, & perdit cor fortitudinis eius. [c] Melius eſt nouiſſimū ſermonis, quam principium eius. [d] Melior eſt patiens ſuper excelſum ſpiritu. [e] Ne feſtines in ſpiritu tuo, vt iraſcaris: quia ira in ſinu ſtultorum requieſcit. [f] Ne dixeris quid factū eſt, quia dies priores erāt meliores quam iſti: quia nō ſapienter interrogaſti de hoc. [g] Bona eſt ſapientia cum hereditate, & ampliꝰ vidētibus ſolem: quia quo modo vmbra ſapientiæ, ſic vmbra argenti, & quod plus eſt ſcientia ſapiētiæ viuificabit

SEPT.

*tium vbi triſtitia eſt, & cor ſtultorum vbi lætitia. Melius eſt à ſapiente corripi, quam ſtultorum adulatione decipi: quia ſicut ſonitus ſpinarum ardentium ſub olla, ſic riſus ſtulti. Sed & hoc vanitas. Calumnia conturbat ſapientem, & perdet robur cordis eius. Melior eſt finis orationis, quam principium. Melior eſt patiens arrogante. Ne ſis velox ad iraſcendum: quia ira in ſinu ſtulti requieſcit. Ne dicas, quid putas cauſæ eſt, quod priora tempora meliora fuere quam nunc ſunt? Stulta enim eſt huiuſcemodi interrogatio. Vtilior eſt ſapientia cum diuitiis, & magis prodeſt videntibus ſolem. Sicut enim protegit ſapientia, ſic protegit pecunia. Hoc autem plus habet eruditio & ſapientia, quod vitam tribuunt*

f ¶ *Ne dixeris, quid factum eſt: quia dies priores erant meliores quam iſti: quia non ſapienter interrogaſti de hoc.* Nec vetus ſęculum præſenti pręferas: quia vnus vtriuſq; eſt cōditor Deꝰ: virtutes, bonos dies viuēti faciūt: vitia, malos. Ne dicas ergo meliores fuiſſe dies ſub Moyſe, & ſub Chriſto, quam modo ſunt. Nā & illo tēpore plures fuerūt increduli, & dies eorū mali facti ſunt, & nunc credētes multi reperiunt: de quibus ait Saluator: *Beatiores ſunt qui me non viderunt, & crediderūt.* Ioan.20.g Aliter: Sic debes viuere, vt ſēper pręſentes dies meliores tibi ſint, quā præteriti: ne cum paulatim decreſcere cœperis, dicat tibi: *Currebatis bene, quis vos impediuit veritati nō obedire?* Galat.5.b Et iterū: *Incipientes ſpiritu, nunc carne cōſummamini.* Ibid.3.a Aliter: Ne dicas meliora tempora olim Moyſi, quam nunc Chriſti, legis fuiſſe quā gratię. Si enim hoc volueris quęrere, imprudenter facis: non videns quātum diſtet euangelium à veteri teſtamento.

g ¶ *Bona eſt ſapientia cum hæreditate, & amplius vidētibus ſolem: quia quo modo vmbra ſapiētiæ, ſic vmbra argenti, & quod plus eſt ſcientia ſapiētiæ viuificabit habentem ſe.*] H Maioris eſt gloriæ ſapiens cum diuitiis, quam tantū ſapiens. Alij enim ſapientia indigent, alii opibus, & qui ſapiens eſt, & non diues, poteſt quidem docere quod bonum eſt, ſed interdum non poteſt præſtare ꝙ petitur. Et iccirco ait: Quia ſicut vmbra ſapientiæ, ita vmbra pecuniæ, id eſt, quo modo protegit ſapientia, ſic interdū ꝓtegit & pecunia. Et ne videretur ſapientiæ detraxiſſe, dum eam fortuito bono ſubiecit. (Non enim in noſtra poteſtate eſt habere diuitias, quas iniuſti ſæpe plus poſſidēt) ꝓpterea maiorē eſſe ſapientiā demōſtrauit, dicens: Et amplius ſciētia ſapientiæ viuificabit ſe habētē. In eo inquit maior eſt ſapientia diuitiis, quod abſq; vllis opibus viuificat eū qui ſe habuerit. Quidam hunc locum ita interpretantur: Hęreditatem (inquiunt) pro cōuerſatione bona poſuit: per quā hæredes ſumus Dei, & cohæredes Chriſti. Vult igitur Eccleſiaſtes docere quanto differunt hi qui ſole merentur videre iuſtitiæ, & habent ſapientiā cum cōuerſatione bona, ab his qui abſque ſapientia, vitæ tantū & conuerſationis ſtudium commodarunt. Quod quidem & Daniel oſtendit Dan.12.b dicens: *Intelligentes ſermones meos fulgebunt velut firmamentum cæli.* Siue vt Theodotio interpretatus eſt: *Quaſi ſplendor firmamenti.* Qui vero fecerint ſermones meos, quaſi ſtellæ cœli. Vmbram autem argēti ſiue pecuniæ illam ſecundum ἀναγωγὴν debemus accipere: de qua talēta & minæ in parabolis euangelij leguntur: Matt.25.b vt cū fuerimus ſub vmbra ſapiētiæ, Luc.19 b & ſub vmbra talis argenti: *Per diem ſol non vret nos, neq; luna per noctē.* Pſal.120.b Sed & hoc dici poteſt: quia vmbra eſt vita noſtra ſuper terrā, & ſpiritus vultus noſtri Chriſtus dominus, cui diximus: in vmbra eius viuemus in gentibus. Ioan.8.b Omnis noſtra in hac terra ꝓtectio inſtar vmbrę eſt, ſiue ſapiētię, ſiue Thren.4.d ſupra dicti argēti, donec aſpiret dies, & amoueātur vmbrę. Cant.2.d Symmachus more ſuo etiam in hoc loco manifeſtius interpretatus eſt, dicens: *Quo modo protegit ſapientia, ſimiliter*

A *protegit pecunia*. Sequens autem verſiculus perſpicue ad ſtudium ſcientiæ cohortatur.

a ¶ *Vide opera Dei*,&c.] Et in hoc loco ita Symmachus trāſtulit: Diſce opera Dei : quia nemo poterit corrigere quod ille imminuit: id eſt, ſufficit tibi de ſcripturis ſanctis, ſiue ex ipſa cōtemplatione elemētorū, ſcire & intelligere quæ facta ſunt: non tamen cauſas rationeſq; perquirere, quare vnumquodq; ſic factum ſit, vel aliter fieri debuiſſe quam factū eſt. Verbi gratia: Si quis velit quærere cur Moyſi ita

Exod.4.c loquatur Deus: *Quis fecit mutum & ſurdum, videntem & cæcum: nonne ego Dominus Deus?* Et dicat: Cur cæcus & ſurdus, & mutus ita creati ſunt, & cætera his ſimilia. Sumēdū in hoc loco teſtimonium de ſeptimo decimo pſalmo, in quo ad dominū dicitur: Cum ſancto ſanctus eris, & cū peruerſo peruerteris: Et dicendū eſt, ſanctū dominū eſſe cū eo qui ſanct⁹ eſt, & peruerſum apud eum qui ſua voluntate fuerit ante peruerſus. Iuxta illud

Leuit.26.c Sec.70. quoq; quod in Leuitico ſcriptum eſt: *Si ambulaueritis ad me peruerſi, & ego ambulabo ad eos peruerſus in furore meo.* Quod

Exod.4 e quidem & illud poterit exponere, quare indurauerit dominus cor Pharaonis. Quomodo n. vna atque eadem ſo-

B lis operatio liquefacit cerā, & ſiccat lutum: ſed pro ſubſtātia ſua & liqueſcit cera, & ſiccatur lutum: ſic vna Dei in Ægypto ſignorum operatio molliebat corda credentiū, &

Rom.2.a incredulos indurabat: Quia iuxta duritiā ſuam & impœnitens cor, theſaurizabant ſibi iram in die iræ ex his mirabilibus, quę cum viderent fieri, non credebant.

b ¶ *In die bonitatis eſto in bono, & in die malo vide. Et quidem iſtud cōgruum huic fecit Deus ad loquendum, vt non inueniat homo poſt eum quicquā.*] Scio me audiſſe in eccleſia ab eo qui putabatur habere ſcientiā ſcripturarum, ita hos verſiculos ediſſertos. Dum in hoc præſenti ſæculo es, & boni aliquid operis potes facere, labora, vt poſtea ipſe ſecurus in die malo, i. e. in die iudicij torquere alios videas. Sicut n. præſens ſæculum fecit Deus, in quo nobis fructum bonorum operum poſſumus præparare: ita & futurum, in quo nulla boni operis datur facultas: viſus eſt quidē ſuadere, cū diceret audiētes. Sed mihi videtur alius eſſe ſenſus, quē & Symmachus tranſtulit dicens: In die bono eſto in bono: diem vero malum intuere. Siquidem hoc ſimile huic fecit Deus, vt non introiret homo quod cōtra eum quęreretur. Et bona, inquit, & mala prout tibi euenerint, ſuſtine. Nec putes vel bonorum tantum aut malorū in mundo eſſe naturam, cum ex diuerſis mūdus iſte contrarijs ſubſiſtat: calidis & frigidis, ſiccis & humectis, duris & mollib. tenebroſis & lucidis, malis & bonis. Hoc aūt fecit Deus, vt habeat ſapientia locum in eligendo bonū & vitando malū. & liberū homini relinquatur arbitrium: ne ſe dicat inſēſibilē, & ſtolidum à Deo eſſe generatum: ſed eum ideo feciſſe diuerſa; vt homo quęri de ſua conditione non poſſet. Simulq; hoc teſtimoniū conſequenter ſuperiorib. copulabitur, in quibus ait, Quis poterit adornare quod peruerterit Deus?

c ¶ *Omnia vidi in diebus vanitatis meæ. Et iuſtus periens in iuſtitia ſua, & eſt impius longæuus in malitia ſua.*] Huic quid ſi-

Matt.10.d mile in Euangelio ait Saluator: *Qui inuenit animam ſuam, perdet eam: & qui perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam.* Machabæi pro lege Dei atque iuſtitia viſi ſunt in

2. Mach. 7. ſua perire iuſtitia, & martyres, qui ſanguinem fudere pro Chriſto. Econtrario qui ex illo tempore ſuillam carnem

HEB.

ficabit habentem ſe. a Vide opera Dei quoniā quis poterit adornare, quem Deus peruerterit? b In die bonitatis eſto in bono, & in die malo vide. Et quidem iſtud congruum huic fecit Deus ad loquendum, vt nō inueniat homo poſt eum quicquam. c Omnia vidi in diebus vanitatis meæ. Et iuſtus periens in iuſtitia ſua, & eſt impius longæuus in malitia ſua. d Noli eſſe iuſtus multū, & ne quæras amplius, ne obſtupeſcas. e Ne impie agas multū, & noli eſſe ſtultus, ne moriaris in tempore nō tuo. f Bonū eſt retinere iuſtū. Et quidē ab hoc ne dimittas manum

C comederunt, & poſt aduentū domini ſacrificauerūt idolis ſuis, hi viſi ſunt in hoc ſæculo viuere, & propter ſuam malitiā perſeuerare longæui. Sed Dei in occulto patientia eſt, & tribulare nunc ſanctos, vt recipiāt mala in vita ſua, & peccatores non viſitare pro ſcelere, & quaſi ad victimam reſeruare, vt & illis poſſit ęterna bona reſtituere, & his mala inferre ꝑpetua. Hebræi iuſtos pereuntes in iuſtitia ſua, filios Aaron ſuſpicātur: quod

Leuit.10.a dū putant ſe iuſte agere, alienū ignē obtulerint. Et impiū

2.Par.33. lōgæuum in malitia ſua, Manaſſen dicūt: qui poſt captiuitat: reſtitutus in regno, lōgo deinceps vixerit tempore.

d ¶ *Noli eſſe iuſtus multum, & ne quæras amplius, ne obſtupeſcas.*] Si quem rigidum & trucem ad omnia fratrū peccata cōſpexeris, vt nec in ſermone peccāti, nec propter naturalē interdum pigritiā morāti det veniam: hunc ſcito plus iuſtū eſſe, quam iuſtum eſt. Cum. n.

Luc. 6.f. Iob 14.a. Sec. 70. Saluator præcipiat dicēs: *Nolite iudicare, vt non iudicemini, & nullus ſit abſque peccato: nec ſi vnius quidē diei fuerit vita eius:* in humana iuſtitia eſt fragilitati conditionis hominum non ignoſcens: *Noli ergo eſſe*

Prou 20 b *iuſtus multū:* quia *pondus grande, & pondus paruum abominatio coram domino.* Vnde & apud philoſophos, virtutes in

D meditullio poſitę ſunt, & omne quod nimium eſt, ſiue ſurſum, ſiue deorſum, reputatur in vitio. Quod autē ait: Noli quærere amplius, ne turberis, ſiue ne obſtupeſcas: mentem noſtram ſcit perfectam comprehendere non poſſe ſapientiam, & menſuram fragilitatis noſtræ, iubet nos ſcire de-

Rom 9.d bere. Denique & Paulus ei, qui plus quam homo ſcire cuperet, requirebat dicens ei: *Quid adhuc quæritur? Voluntati enim eius quis reſiſtit?* Reſpondeo: *O homo tu quis es qui reſpondeas Deo, &c.* Si enim cauſas quæſtionis, ille qui interrogans introducitur, audiſſet ab Apoſtolo: ſtupore forſitan torpuiſſet, & gratiam ſenſiſſet inutilem. Quia eſt donum, quod non proſit ei cui datum eſt, iuxta eundem Apoſtolum. Hebræi hoc mandatum, id eſt: *Noli eſſe iuſtus multum:* ſuper Saule interpretantur: qui Agag miſertus eſt, quem

1 Reg 18 c Dominus iuſſerat occidi. Sed & ille de euangelio ſeruus,

Matt.18 c cui ignouerat dominus, & ipſe conſeruo noluit ignoſcere, huic poteſt verſiculo coaptari, quod fuerit iuſtus multū.

e ¶ *Ne impie agas multum, & noli eſſe ſtultus, ne moriaris in tempore non tuo.*] Cum dominus loquatur: *Nolo mortem*

Ezec.33.c *peccatoris: ſed tantum vt reuertatur & viuat*, & ſemel peccaſſe ſufficiat: debemus nos erigere poſt ruinam. Si enim iuxta eos qui de phyſicis diſputant, nouit hirundo pullos de ſucco oculare chelidoniæ, & dictamnū capreæ appetūt vulneratæ: cur nos ignoremus medicinam pœnitentiæ

Num.16.c propoſitam eſſe peccantibus? Quod autem ait: *Ne moriaris in tempore non tuo:* Scimus Chore & Dathā, & Abiron propter ſeditionem aduerſum Moyſen & Aaron repentino terræ hiatu deuoratos, & ad emendationem malorum, ante diem iudicij etiam in hac vita plurimos iudicatos. Quod dicit ergo tale eſt. Noli peccatis addere peccata: ne prouoces Deum etiam hic tibi inferre iudicium.

f ¶ *Bonū eſt retinere iuſtum. Et quidem ab hoc ne dimittas manū tuam: quoniam qui timet Deum, egredietur ad omnia.*] Bonū eſt iuſtis benefacere, ſed & peccatoribus benefacere, non iuſtum eſt. Bonum eſt domeſticos fidei ſuſtētare, ſed & omni petenti tribuere præceptum eſt. Timens quippe Deū & imitator conditoris ſui qui pluit ſuper iuſtos & iniuſtos, abſque reſpectu perſonarū omnibus benefacere feſtinat: Aliter: Quia vita hæc miſerabilis diuerſis quotidie varia-

SEPT.

*buunt poſſeſſori ſuo. Conſidera opera Dei, quod nemo poſſit corrigere quē ille deſpexerit: In die bona fruere bonis, & malam diem præcaue. Sicut enim hanc, ſic & illam fecit Deus: vt non inueniat homo contra eum iuſtas querimonias. Hæc quoque vidi in die vanitatis meæ. Iuſtus peribit in iuſtitia ſua, & impius multo viuit tempore in malitia ſua. Noli eſſe iuſtus multum, neque plus ſapias quam neceſſe eſt, ne obſtupeſcas. Ne impie agas multum, & noli eſſe ſtultus, ne moriaris in tempore non tuo. Bonū eſt te ſuſtētare iuſtum, ſed & ab illo ne ſubtrahas manū tuam:*

tur



E tur euentibus? tam ad aduerſa, quam ad proſpera, iuſti animus præparetur, & poſcat domini miſericordiā: vt quodcumque euenerit, librata mente ſuſtentet. Qui enim timet Deum, nec proſperis eleuatur, nec opprimitur aduerſis.

a ¶ *Sapientia confortabit ſapientem ſuper decem poteſtatem habentes, qui ſunt in ciuitate: quia non eſt homo iuſtus in terra, qui faciat bonum & non peccet.*] Propterea ſapientia confortat iuſtum, & omnium principum ciuitatis ſuper eum excedit auxilium: quia quamuis aliquis iuſtus ſit: tamen, dum in hac carne eſt conſtitutus, ſubiect⁹ eſt vitiis atque peccatis, & maiore ꝑſidio indiget. Aliter: Decem, q. poteſtatem habent, & in vrbe cōſiſtunt, angeli ſunt: qui ad perfectum numerū peruenere denarium, & auxiliant̄ humano generi. Sed ſi quis cōſideret omnia auxilia, mai⁹ eſt auxilium ſapientiæ, id eſt, dñi noſtri Ieſu Chriſti. Poſtquam

Hier.51.a enim dixerunt angeli: *Curauimus Babylonem, & nō eſt ſanata, relinquamus eam,* & abeat vnuſquiſque in terram ſuam: tunc magiſter medicorum ipſe deſcendit, & reſperſos nos ſanguine, & peccatorū madentes cruore (qui omne ſubſtātiam noſtram expēderamus in medicos) tactu fimbriæ ſuæ ſanauit. Sanauit autem in ciuitate, hoc eſt, in mundo iſto, &

F confortabit ſapientē, ſiue (vt Lxx.

Luc.19.d tranſtulerunt) adiuuabit. *Omni n. qui habet, dabitur ei & adijcietur.* Quia autē indiguit homo poſitus in peccatis, & infixus in limo profundi peccati, maiore auxilio, iccirco venit ipſa ſapiētia. Aliter: Supra dixerat, & domeſticis & alienis bene eſſe faciendum. Poterat ergo aliquis reſpōdere: Si omnib. benefacere voluero, non habeo vnde faciam. Nec pōt iuſt⁹ tātas habere diuitias, quæ ſolent magis peccatorib. abūdare. Propterea nūc ait: Quos nō potes opib. cōſilio adiuua, ſolatio foue. Plus n. potes in anguſtia cōſtituto præſtare ſapientia, quā quilibet maximæ poteſtatis. Et hoc ipſum cum prudentia facito. Grādis quippe libra iuſtitiæ eſt, & cui, & quantū, & quādiu, & quali vel in re, vel in cōſilio tribuere.

b ¶ *Et quidem in omnes*,&c.] Fac quæ pręcepta ſunt tibi, & ſapientiæ auxilio confortatus, vel ad bona, vel ad mala præpara cor tuū, & non cures quid de te loquātur inimici, qualis foris opinio ſit. Quo modo enim prudentis viri eſt, murmurantē famulum non audire, nec curioſe aurem apponere, quid de ſe loquatur abſente (ſi enim hoc fecerit, ſemꝑ in tribulatione erit, & ad muſſitationem ſerui iracūdia cōmouebitur) ſic & ſapientis hominis eſt ſapientiam præuiā ſequi, & vanos non cōſiderare rumores. Sed & alio exemplo docet penitus non curandū iuſto homini quid homines loquantur, dicens: Quo modo nouit conſcientia tua, quod tu de multis locutus es, & ſępe aliis detraxiſti: ſic & aliis debes ignoſcere detrahentibus. Et ſimul docet non facile iudicādum, & habentem trabem in oculo, de feſtuca alterius non loquendum.

HEB.

manum tuam: quoniā qui timet Deū, egredietur ad oīa. a Sapiētia cōfortabit ſapietē ſuper decē poteſtatē habētes, qui ſunt in ciuitate: quia nō eſt homo iuſtus in terra, qui faciat bonū, & nō peccet. b Et quidē in oēs ſermones, quos loquētur impij, ne dederis cor tuū, vt non audias ſeruum tuum maledicentē tibi. Etenim frequēter ſcit cor tuum, quia & tu maledixiſti aliis. c Omnia hęc tētaui in ſapientia, & dixi: Sapiens efficiar, & ipſa lōgius facta eſt à me, magis quam erat. Et alta profunditas, quis inueniet eā? d Circuiui ergo cor meum: vt ſcirem & cōſiderarem, & quærerem ſapientiā, & rationem, & vt cognoſcerē impietatem ſtulti, & imprudentium errorem. Et inueni ego amariorem morte mulierem: quæ laqueus venatorum eſt, & ſagena cor eius, vincula ſunt manus eius. Bon⁹ coram Deo eruetur ab ea, & qui peccator eſt, capietur in illa. e Ecce hoc inueni, dixit Eccleſiaſtes, vnam ad vnam: vt inuenirem numerum quem adhuc quæſiuit anima mea, & non inueni.

G c ¶ *Omnia hæc tentaui in ſapientia, & dixi: Sapiens efficiar,* &c.] Dicit ſe, vt Regnorum quoque teſtantur libri, vltra 3 Reg 3.b

omnes homines quæſiſſe ſapientiā, & tētaſſe ad finē illius & 4.d

peruenire. Sed quanto plus quæſierit, tāto minus reperiſſe, & in mediā demerſum caliginem, tenebris ignorātiæ circundatum. Aliter: Vir qui eruditus fuerit in ſcripturis, quāto plus ſcire cœperit, tāto ei in his quotidie oritur maior obſcuritas. Aliter: Contēplatio ſapiētiæ in hac vita in ſpeculo videtur & in imagine: cū cognouero facie ad faciem eius notitiam reuelādam: tunc liquido recognoſcam, longe me nunc ab eis notitia diſſidere.

d ¶ *Circuiui ego cor meum, &c.*] Pro eo quod Lxx. poſuerunt: ἐκύκλωσα ἐγὼ ϗ ἡ καρδία μου τῦ γνῶναι, id eſt: Circuiui ego, & cor meum vt cognoſcerem, Symmachus interpretatus eſt dicens: Pertrāſiui vniuerſa ſenſu meo, ſcire, & diſcere, & inueſtigare. Quia igitur ſupra Eccleſiaſtes dixerat, omnia ſe in ſapientia pertentaſſe: & quāto plus eam inquiſierit, tanto illam longius refugiſſe: Nunc ait ēt illud in ſua ſe quęſiſſe ſapiētia, ꝙ in reb. humanis malum, vniuerſa antecedat mala, & q̄ res impietatis, ſtultitiæ, erroris, vecordię teneat principatum. Et dicit ſe omniū malorū caput

H mulierem reperiſſe: Quia & ꝑ illam mors in orbem terrarum

Prou.6.c introiit, & pretioſas animas virorum capit. *Omnes* quippe *a-*

Oſee 7.a *dulterantes, quaſi clibanus corda eorum*, quæ facit adoleſcentiū euolare corda. Et cum in mentem miſeri amatoris inciderit, trahit eum in præceps: nec ante pedes ſuos reſpicere patitur, ſed quaſi laque⁹ & ſagena cor adoleſcētis innectit. Vincula ſunt manus eius: Pro quo Aquila interpretat⁹ eſt: *Vinctæ ſunt manus eius*, quod Hebraica lingua dicitur: ᵇאסורים ידיה. Suadere n. poteſt, vim facere nō poteſt: nec ad ſe nolētes cōpellere. Iuſtus qui fuerit & bonus coram Deo, eruetur ab ea: peccator vero capt⁹ deducetur ad mortē. Non putemus temere hāc Salomonem de omni genere mulierum protuliſſe ſententiam: quod expertus eſt, loquitur. Ideo quippe offendit Deum, quia captus eſt à mulieribus. Et hæc ſecundū litteram. Ceterum iuxta intelligentiam ſpiritualem aut omne generaliter peccatum, mulierem nominamus &

Zach.5.c iniquitatem, quæ ſub ſpecie mulieris ſedet in Zacharia ſuper plumbi talētum; aut diabolū τροπικῶς mulierem accipimus, propter effeminatas vires: aut certe idololatriā, & vt propius accedamus, hæreticorum eccleſiam: quæ inſipientem ſenſu ad ſe vocat, vt panes furtiuos, & aquam

Prou 9.a furtiuā, hoc eſt falſum ſacramentum, & pollutum baptiſmum indoctus accipiat.

e *Ecce hoc inueni, dixit eccleſiaſtes*, &c.] Hoc, inquit, reperi, vniuerſa diligenter euentilans, quod paulatim peccando & ad vnum delictum aliud apponēdo, grandē nobis ſummam eficimus pecatorum, Chesbon quippe, quod omnes חשבון

voce cōſona λογισμὸς, tranſtulerunt, ſecundum Hebræi ſer

b aſourim iadeha

SEPT.

*tuam: quia qui timet Deum, nihil negligit. Sapientia confortauit ſapientem, ſuper decem principes ciuitatis. Non eſt n. homo iuſtus in terra, qui faciat bonum & non peccet. Sed & cunctis ſermonibus qui dicuntur, ne accommodes cor tuum: ne forte audias ſeruum maledicentem tibi. Scit n. conſcientia tua, quia & tu crebro maledixiſti aliis. Cuncta tentaui in ſapientia. Dixi, ſapiens efficiar; & ipſa longius receſſit à me multo magis quam erat. Et alta profunditas, quis inueniet eam. Luſtraui vniuerſa animo meo: vt ſcirem & conſiderarem, & quærerem ſapientiam & rationem, & vt cognoſcerem impietatem ſtulti & errorem imprudentium. Et inueni amariorem morte mulierem: quæ laqueus venatorum eſt, & ſagena cor eius: vincula ſunt manus illius. Qui placet Deo effugiet illam: qui autem peccator eſt, capietur ab illa. Ecce hoc inueni, dixit Eccleſiaſtes; vnum & alterum: vt inuenirem rationem, quam adhuc quærit anima mea, & non inueni. Virum de mille vnum reperi mulierem, ex omnibus*



monis

A

monis ambiguitatē, & numerū poſſumus, & ſummā, & rationē & cogitationē dicere. Sed & hoc ait: requiſiuit anima mea, an recta mulier inueniat. Et cū vix paucos de viris bonos inuenerim: ita vt de mille vnū potuerim inuenire mulierem bonā omnino inuenire non potui. Omnes .n. me ad luxuriam, & non ad virtutem

Gen. 8 d

deduxerunt. Et quia *appoſitum eſt cor hominum diligenter ad malitiam ab adoleſcentia*, & pene omnes offenderunt Deum: in hac ruina generis humani, facilior ad caſū eſt mulier. De qua poëta gentilis ait: *Varium & mutabile ſemper fœmina.* Et Apoſtolus: *Semper*, ait, *diſcentes, & numquā ad ſcientiam veritatis peruenientes.* Et ne videretur communem hominum damnare naturam, & Deū auctorem mali facere, dum talium cōditor eſt, qui malum vitare non poſſunt, argure præcauit & ait, bonos nos à Deo creatos: ſed quia libero ſumus arbitrio derelicti, vitio noſtro ad peiora labi dū maiora quęrim⁹, & vltra vires noſtras varia cogitamus. Aliter: Quotidie mecū vniuſcuiuſq; rei rationē ponēs, nullum inuenire cogitatū potui, qui non cogitatione peruerſa extrinſec⁹ turbaretur. In mille autē viris inueni hominem, qui iuxta imaginē conditoris eſt cōditus: & in mille non quibuſlibet, ſed viris: quorum numerū mulier nō potuit implere. Et in mille

Verg. 4. Æneid

2. Tim. 3. b

B

q non appropinquauerunt ad mulierē, & propterea puriſſimi permanſerunt. Hæc omnia Tropologicè accipienda. In multis quippe ſtudioſis & quotidiana meditatione ſudātib. vix inuenitur cogitatus purus, & viri dign⁹ vocabulo. Poſſumus & cogitatus pro viris accipere, mulieres pro operib. & dicere: quod difficile cogitatio alicui⁹ pura inueniri queat. Opera vero, quia per corpus adminiſtrētur, aliquo ſēper errore commixta ſint. Pro eo autem quod ſupra ſermonē Hebræum interpretantes diximus: Vnā ad vnam, vt inueniatur numerus, ſiue ſumma, ſiue ratio, aut cogitatio: apertius interpretatus eſt Symmachus, vnā ad vnam inuenire rationē. Quod enim nos ſolem⁹ abſolute & neutraliter appellare, id eſt, hoc quæſiui, illud volui inuenire: Hebræi fœminino genere pronunciant, ſicut in pſalmo: *Vnam petij à Domino, hanc requiram*: pro eo quod eſt, vnum.

Pſal. 26 b

HEB.

ueni. Hominem vnū de mille inueni, & mulierem in omnibus his non inueni. Solummodo hoc inueni, quia fecit Deus hominem rectum; & ipſi quæſierunt cogitationes multas,

## CAPVT VIII.

HEB.

QVis ita vt ſapiēs, & quis nouit ſolutionem verbi? Sapientia hominis illuminabit vultum eius, & fortis faciem ſuam commutabit. [b] Ego os regis cuſtodio, & loquelam iuramenti Dei. Ne feſtines à facie eius abire, & ne ſtes in verbo malo: quoniam omne quod voluerit faciet. Sicut dixerit rex, poteſtatē habet, & quis diceret quid facis? Qui cuſtodit mandatum nō cognoſcet verbum malū, & tēpus & iudiciū cognoſcit cor ſapiētis. [a] Quia

SEPT.

*nibus non inueni. Solummodo hoc inueni; quod fecerit Deus hominem rectum, & ipſe ſe infinitis miſcuerit quæſtionibus. Quis talis vt ſapiens eſt? Et quis cognouit ſolutionem verbi?*

## CAPVT VIII.

SEPT.

*SApientia hominis lucet in vultu eius, & potentiſſimus faciem illius commutabit. Et ego os regis obſeruo, & præcepta iuramenti* Dei. *Ne feſtines recedere à facie eius, neque permaneas in opere malo.* Quia *omne quod voluerit faciet, & ſermo illius poteſtate plenus eſt: nec dicere ei quiſquam poteſt: quare ita facis? qui cuſtodit præceptum, non experiatur quidquam mali. Tempus & reſponſionem cor ſapientis intelligit. Omni negotio tempus eſt,*

## CAPVT XII.

QVis ita vt ſapiens, & quis nouit ſolutionem verbi, &c.] Supra docuerat difficile bonum hominem inueniri, & venientem contra eliſerat quæſtionem: à Deo bonos homines conditos, ſed ſpōte ſua ad peccatum delapſos: nunc quid boni homini dederit Deus quaſi gloriabundus enumerat, ſapientiam ſcilicet, atque rationem prouidentiæ, occulta Dei noſſe myſteria, & arcana ei⁹ ſenſu cordis intrare. Oblique autē de ſe loquitur, quod nemo ita fuerit ſapiēs vt ipſe, & nullus ſic fecerit problematū ſolutiones: & ſapientia eius à cūcto laudata ſit populo: quæ non ſolū intrinſecus latuerit, ſed & in ſuperficie corporis & ſpeculo vultus eluxerit: vltraque omnes homines prudentiam mētis in facie ſua pinxerit. Lxx. pro eo quod nos poſuimus: *Quis ita vt ſapiens*, tranſtulerunt: τίς οἶδε σοφούς, id eſt, *quis nouit ſapientes*. Et pro eo quod nos diximus: *Et fortis faciem ſuā commutabit*; poſuerunt: ἀναιδὴς προσώπῳ αὐτοῦ μισηθήσεται, id eſt, *& impudens vultu ſuo odietur*. Et reuera cum multi ſint qui ſapientiam repromittant, difficile inuenitur qui diſcernere queat verum ſapientē ab his qui videntur eſſe ſapiētes. Et cum ſint plurimi qui ſcripturarū oculta dicant poſſe ſoluere, rar⁹ eſt qui veram inueniat ſolutionem. Quod autē ſequitur: Sapiētia hominis illuminabit vultū eius, & improbus facie ſua odietur: ita poſſumus explanare, vt Pauli verbo dicamus: *Nos autem omnes reuelata facie gloriam Dei contemplantes*. Et pſalmiſtæ canentis: *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui domine*. Sapientiam autem hic hominis non aliam eſſe dicit abſque ſapiētia Dei. Quæ cum ſapiētia Dei ſit, iuxta poſſibilitatem capacitatis hominis, ei⁹ eſſe incipit qui ſe habere meruerit. Omnis hæreticus & falſum dogma defēdens, impudenti vultu eſt & odietur. Deniq; Marciō & Valentinus melioris ſe dicūt naturæ eſſe quam cōditor eſt. Et hoc poſſet aliqua ex parte ferri, ſi ſpem ſe huius rei habere contenderent, & non iam poſſidere naturam.

C

1. Cor. 3. d

Pſal. 4. b

b ¶ *Ego os regis cuſtodio, & loquelam iuramenti Dei*, &c.] Videtur mihi quidem præcipere iuxta Apoſtolū regib. & poteſtatibus obſequendum: maxime Lxx. interpretib. imperatiuo modo dicētibus: στόμα βασιλέως φύλαξον, id eſt, os regis cuſtodi. Sed ego puto de illo rege nunc dici, de quo Dauid ait: *Domine in virtute tua lætabitur rex*. Et in alio loco: vt patris & filii regnum vnō ſignificet ſcriptura commemorat: *Deus iudicium tuum regi da, & iuſtitiā tuam filio regis*. Non enim iudicat pater quēquam, ſed omne iudicium dedit filio. Qui rex filius Deus, patris regis eſt filius. Huius itaque filii cuſtodienda præcepta ſunt: hui⁹ voluntati parēdum. Et hoc eſt quod in Tobiæ libro ſcribitur: Myſterium regis abſcōdere bonum eſt. Et præcipue monet ne tractemus quare Deus vnumquodq; præceperit, ſed quodcumq; viderit eſſe mandatum, hoc pia mens hominis implere feſtinet: Et ſit *in lege Domini voluntas eius*. Quia vero Lxx. aliter tranſtulerunt dicentes: καὶ περὶ λόγου ὅρκου θεοῦ μὴ σπουδάσῃς ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ πορεύσῃ, id eſt, & de verbo iuramenti Dei ne feſtines à facie eius ambulare: Sciendum iuramentum Dei in diuinis voluminibus eſſe conſcriptū. Hoc itaque iuramentum, de Dei verbo ſacrum & arcanū, nō debemus quibuſcumq; narrare & proferre in medium, & citā de eo proferre ſentētiam: Neque vt Moyſes feſtines videre faciē Dei, ſed tā diu ſuſtine, donec ipſe pertrāſeat. & tantum eius poſteriora cōſpicias. Necnō & illud quod ſequitur: *Ne ſtes in verbo malo*, &c. ſuper eo intelligam⁹, qui hæreſeos errore præuentus eſt: vel ſuper illo, qui cum eccleſiæ fidem habeat, tamen peccatis vincitur, vt nō ſit fidelis. Ne perſeueres in detractione, ne in turpiloquio, luxuria, auaritia, libidine, Quod ſi perſeueraueris: rex vitiorum atque peccati diabolus operabitur perditionem in te, & faciet quodcumque voluerit.

Tit. 3 a

Pſal. 20.

D

Ibid 71. a

Ioan. 5 d

Tob. 12 b

Pſal. 1. b

Exod. 33. d

c ¶ *Qui cuſtodit mandatum non cognoſcet verbum malum*, &c.] Notandum quod non cognoſcet verbum malum, poſitum eſt pro eo quod eſt, non patietur, aut non erit in eo: Si quidem & de Saluatore ſic ſcriptum eſt: *Qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit*. Pro verbo quoque Symmachus rem interpretatus eſt, dicens: *Qui cuſtodierit mandatum non experietur rem malam*. Præcepit autem, regis imperium, id eſt Chriſti conſeruandum, & ſcire quid & quare & quo temopre iubeat.

2. Cor. 5 d

a ¶ Quia



E

a ¶ *Quia omni negotio eſt tempus*, &c.] Licet diuerſa eueniāt, & non poſſit iuſtus ſcire quid ei futurum ſit, nec ſingularum rerum cauſas rationeſq; cognoſcere (nemo enim eſt conſcius futurorum) tamen ſcit à Deo cuncta in vtilitatē hominum fieri, & non abſq; eius voluntate diſponi. Eſt n. magna afflictio generi humano; quia vt poeta ait: Neſciamēs hominū fati ſortiſque futuræ: aliud ſperat, aliudque euenit: de altero loco expectat hoſtē, & alterius iaculo vulneratur. Pro eo autem quod Lxx. interpretes & Theodotio dixerūt, ὅτι γνῶσις τοῦ ἀνθρώπου ἐστὶ πολλὴ ἐπ᾽ αὐτόν, id eſt, *quia ſcientia hominis multa ſuper eum*: in Hebræo malitiā habet, non ſcientiā: ſed quia ר res & ד daleth litteræ Hebraicæ excepto paruo apice ſimiles ſunt, pro [a] רעת legerunt [b] דעת: id eſt, pro malitia, ſciētiā. Hoc melius ſciet qui eiuſdē linguę habuerit notitiam. Illud quoq; quod in fine horū verſuū ſcriptum eſt: *Quia neſcit quod factum ſit, & quod futurū ſit poſt eum, quis annunciabit ei*: de verbo ad verbū nunc ex ſermone Hebręo trāſtulimus, vt eſſe ſenſum alterum nouerimus, quod ſcilicet nec ea quæ præterierunt ſcire poſſumus, nec ea quæ futura ſunt, ita vt ſunt futura cognoſcere.

a raath

b daath

F

b ¶ *Non eſt homo poteſtatem habens in ſpiritum, vt prohibeat ſpiritum* &c. Non eſt in poteſtate, anima noſtra ne auferatur à nobis, & egrediētem ad imperium domini ſpiritum prohibere. Nihil prodeſt ora cōcludere, & vitam retinere fugiētem. Cumq; interitus, inimicus vitæ noſtræ & hoſtis aduenerit, inducias accipere non poſſumus. Nec reges quōdā in ſęculo, & omnia noſtra impietate vaſtātes, obuias morti ferre manus: ſed in cinerē terrāque ſoluemur. Nō eſt ergo lugendum ſi futura ſcire nō poſſumus, & ſæpe ab iniquis potētiorib. opprimamur: cū morte omnia finiant, & ſuperb⁹ & potens qui cuncta populatus eſt, non valeat animam ſuam retinere cū rapitur. Aliter: Spirit⁹ qui vniuerſa diſpenſat, non poteſt à quoquam hominum prohiberi, & leges accipere ſpirandi. De quo & ſupra dictum eſt: *Gyrans gyrando vadit ſpiritus*. In die mortis non ſumus potentes, in die enim vitæ facile vitatur inimicus. Similiter qui in bello eſt, & Dei pacem non habet, quæ ſuperat omnem intellectum, non habebit emiſſionem, de qua ſponſæ dicitur: *Emiſſiones tuæ paradiſus malorum granatorū cum fructu pomorū*. Et quia impietas non ſaluabit habētem ſe; pietas è regione ſaluabit. Poteſt impietas diabolus appellari, & pietas dominus noſter Ieſus Chriſtus.

Supra. a

Cant. 4. d

c ¶ *Omnia hæc vidi, & dedi cor meum in omne opus, quod factum eſt ſub ſole: & dominatus eſt homo homini vt affligeret eū*, &c.] Dedi, inquit, cor meum, vt omne quod ſub ſole geritur intuerer: & hoc vel maxime, quod homo accepit in homines poteſtatem, vt quoſcumque vult affligat atque condemnet. Cum itaque mentem meam ad hæc intuenda dirigerem: vidi impios cum tali opinione mortuos, & ſic ſepultos, vt ſancti æſtimarentur in terra qui & cum viuerent putabantur digni eſſe eccleſiæ principes, & templo Dei, & inſuper ambulantes tumidi, laudabantur in malis ſuis. Sicut ſcriptum eſt: *Laudatur* enim *peccator in deſideriis animæ ſuæ, & qui iniqua gerit, benedicitur*. Hoc autē propterea euenit: quia nemo peccantibus epiſcopis audet contradicere: nec ſtatim Deus ſcelus vlciſcitur, ſed differt pœnam, dum expectat pœnitētiam. Peccatores autem, quia nō ſtatim arguti atque correpti ſūt, putantes nequaquam futurū eſſe iudicium, in ſcelere perſeuerant. Poſſum⁹ hoc teſtimoniū accipere aduerſus epiſcopos, qui acceperūt in eccleſia poteſtatem, & ſcandalizāt eos magis quos docere & ad meliora debuerant incitare. Hi frequēter poſt mortem laudātur in eccleſia, & beati, in his quæ non probabiliter fecerāt, publicè ſiue à ſucceſſoribus, ſiue à populis prædicātur. Et hoc itaq; vanum eſt: quia non vt egerunt ſic audiunt: nec ſtatim corripiunt in peccato ſuo. Nemo quippe audet accuſare maiorem: propterea quaſi ſancti & beati, & in præceptis domini ambulātes, augēt peccata peccatis. Difficilis eſt accuſatio in epiſcopum. Si enim peccauerit, non creditur; & ſi conuictus fuerit, non punitur.

G

Pſal. 9. d

d ¶ *Quia peccator facit malum centies, & elongat ei Deus. Ex hoc cognoſco ego quod erit bonum*, &c.] Ex eo quod peccāti plurimum (hoc quippe ſignificat centies) dat Deus locum pœnitentię, nō eum ſtatim punit in ſcelere, ſed expectat vt cōuertat ab iniquitate ſua. Ego intelligo quam benign⁹ & miſericors ſuper eos futurus ſit Deus, qui habent timorē eius, & ad verbum illius cōtremiſcunt. Symmachus hūc locum ita tranſtulit Peccās enim malus mortuus eſt lōga ætate cōceſſa ei. Porrò ego ſcio quia erit bene timētibus Deum, qui timuerunt à facie eius. Bonum verò nō erit iniquo, neque lōgo ſupererit tempore, quia nō timuit à facie Dei & quia manifeſtum eſt quid ipſe trāſtulerit: hoc dicendū eſt quod verbum Hebraicū [c] מאת, quod Lxx. ἀπὸ τότε id eſt, ex tunc, tranſtulerunt, & nos centies poſuimus: Aquila & Symmachus, & Theodotio, mortuus eſt, interpretati ſunt, vt ſit, qui peccauit & fecit malū mortuus eſt in eo .n. quod peccauit, ſtatim mortuus eſt. Si autē iuxta Lxx. interpretes, pro eo quod eſt, mortuus eſt, legerimus, ex tunc, iuxta quoſdam hic erit ſenſus. Peccator non tunc primum peccat, quādo videtur facere peccatum, ſed iam ante peccauit. *Abalienati ſunt* enim *peccatores à vulua, errauerunt à ventre* Sed quærūt hoc quod ſequitur; locuti ſūt falſa, quo modo poſſit exponi; ſimplex .n. intelligentia habere conſequentiam non videtur, paruulos peccatores ſtatim vt de vulua eiecti ſunt mendacium loqui.

H

c meath

Pſal. 57. a

HEB.

[a] Quia omni negotio eſt tēpus & iudicium. Afflictio quippe hominis multa ſuper eū: quia neſcit quod futurum eſt: ſicut .n. erit quis annunciabit ei? [b] Non eſt homo poteſtatē habēs in ſpiritū, vt prohibeat ſpiritū, & nō eſt potēs in die mortis, & nō eſt emiſſio in die belli & nō ſaluabit impietas habentē ſe. [c] Omnia hæc vidi: & dedi cor meū in omne op⁹, quod factū eſt ſub ſole: & dominatus eſt homo homini vt affligeret eū. Et tunc vidi impios ſepultos, & venerūt: & de loco ſācto egreſſi ſunt, & laudati ſunt in ciuitate, quia ſic fecerūt: ſed & hoc vanitas. Quia .n. non eſt cōtradictio faciētib. malum cito: ideo repletum eſt cor filiorum hominum in eis, vt faciāt malū[d]. Quia peccator facit malum centies, & elongat ei Deus. Ex hoc cognoſco ego quod erit bonū timētib. Deū, qui timebūt à facie eius. [e] Et bonum non ſit impio

SEPT.

*eſt, & opportunitas, & multa hominis afflictio: quia ignorat præterita, & futura nullo ſcire poteſt nuncio. Non eſt in hominis poteſtate prohibere ſpiritum: nec habet poteſtatem in die mortis, nec ſinitur quieſcere ingruente bello: neque ſaluabit impietas impium. Omnia hæc conſideraui, dedi cor meum in cunctis operibus, quæ fiunt ſub ſole. Interdum dominatur homo homini in malum ſuum. Vidi impios ſepultos, qui etiam cum adhuc viuerent, in loco ſancto erant, & laudabantur in ciuitate quaſi iuſtorum operum. Sed & hoc vanitas eſt. Etenim quia non profertur cito contra malos ſententia, abſque timore vllo filij hominum perpetrant mala. Attamen peccator ex eo quod centies facit malum, & per patientiam ſuſtentatur, ego cognoui quod erit bonum timentibus Deum, qui verentur faciem eius. Non ſit bonum impio*

e ¶ *Et bonum non ſit impio, & non prolonget dies, quaſi vmbra qui non timet à facie Dei.*] Imprecatur male his qui non habent timorem Dei, & optat ne diu differantur à pœna, ſed ſtatim morte ſubtracti, cruciatus recipiant, quos merentur. Simile quid & Apoſtolus loquitur: *Vtinam præcidantur qui vos conturbant*. Et alibi: *Alexander ærarius multa mihi mala oſtendit: reddet illi Dominus ſecundum opera eius*. Quæ quo modo clementer dicta ſint, requirendū eſt. Hæc iuxta ſenſus Hebraici veritatem. Si quis verò Lxx. interpretes ſequitur: qui quaſi ab alio ſenſu incipientes dixerūt,

Gal. 5. b

2. Tim. 4. 6

A Et ego cognoſco quia erit bonum timentibus Deum, vt timeant à facie eius: & bonum non erit impio, & non ꝓlongabit dies in vmbra: quia nō eſt timēs à facie Dei. Hoc poterit dicere. Fiēt quidem & illa, de quibus paulo ante tractaui: ego tamē manifeſtiſſime cognoſco, quia bene erit his qui timēt à facie Dei. Pſalm. 33 c *Vultus n. domini ſuper facientes mala*: Et impio nō erit bene, non enim timet à facie Dei: & non ꝓlōgabit dies in vmbra: hoc eſt dies vitæ ſuæ, q. quaſi vmbra viuētib. ſunt. Non n. hi qui multo tēpore viuunt, prolongant dies ſuos: ſed qui grandes eos faciūt bonorum operum magnitudine. Vnde & Iacob quaſi ſe peccatorē cōfitens dicit. Geneſ 47 b Pſal. 101. b *Parui & mali dies mei*: ſicut & in pſalmo cōfitēs: *Dies*, inquit, *mei ſicut vmbra declinauerūt, & ego ſicut fœnum arui*. Non quod longam vitā quæſierit in pręſenti (in quo omne quod viuimus breue & vmbra eſt & imago: In imagine n. perambulat homo) ſed quod de futuro timeat, ne lōgitudo vitæ ipſius, vbi vera eſt vita breuietur.

a ¶ *Eſt vanitas quæ fit ſuper terram: quia ſunt iuſti ſuper quos, &c.*] Inter cæteras vanitates, q̃ in mundo vario feruntur euētu, etiā hoc deprehendi, quod iuſtis ea frequenter eueniunt, q̄ impiis euenire debuerāt: B & impii tā feliciter in hoc mūdo degunt, vt eos putes eſſe iuſtiſſimos. Luc 6. c Docet exemplum euāgelicū diuitis purpurati & pauperis Lazari. Septuageſimus quoq; ſecundus pſalmus de hac re diſputat: cur iuſtis interdum mala, & impiis eueniant bona. Pro eo autem ꝙ nos poſuimus, Eſt vanitas quę fit ſuper terram, Symmachus abſolute tranſtulit dicens. *Eſt difficile cognitu quod fit ſuper terram.* Hebræi iuſtos quib. eueniunt mala, & impios quibus accidunt opera iuſtorū, filios Aaron interpretantur, & Leuit. 10. a 2. Par. 33 b Manaſſen: ꝙ illi ſacrificātes perierint, & iſte poſt tāta mala & captiuitatem, in imperium reſtitutus ſit.

b ¶ *Et laudaui ego lætitiam: quia non eſt bonū homini ſub ſole niſi comedere, & bibere, & lætari. Et ipſum egredietur cum eo de labore ſuo diebus vitæ ſuæ, quos dedit ei Deus ſub ſole.*] Hoc plenius ſupra interpretati ſumus, & nūc ſtrictim dicimus: licet breuem & cito finiendam præferre eum veſcendi & bibendi voluptatem anguſtiis ſęculi, & his quæ fieri videntur iniq; in mundo: quod ſolum hoc homo de labore ſuo habere videatur, ſi vel modico fruatur refrigerio. Verum hæc interpretatio ieiunātes, eſuriētes, ſitientes, atq; lugentes (Matt. 5. quos beatos in euāgelio domin⁹ vocat) ſi accipitur, vt ſcriptū eſt, miſeros approbabit. Et cibum itaque & potum ſpiritualiter accipiamus, & ſuper eis lætitiam, quā in labore vitę noſtræ vix poſſumus inuenire.

### Heb.

impio, & non prolonget dies quaſi vmbra qui non timet à facie Dei. [a] Eſt vanitas quæ fit ſuper terram: quia ſunt iuſti ſuper quos veniūt quaſi facta impiorū, & ſunt impii ad quos perueniūt quaſi facta iuſtorū. Dixi, q͡a hoc vanitas eſt. [b] Et laudaui ego lætitiā: quia non eſt bonum homini ſub ſole niſi comedere, & bibere, & lætari. Et ipſū egredietur cum eo de labore ſuo diebus vitę ſuæ, quos dedit ei De⁹ ſub ſole. [c] Quapropter dedi cor meū vt cognoſcerē ſapientiā, & viderem occupationē, quæ facta eſt ſuper terram. Quia & in die & in nocte ſomniū in oculis ſuis nō eſt videns. Et vidi omnia opera Dei: quia nō poterit homo inuenire op⁹ quod factum eſt ſub ſole: in quo laborauit homo vt quæreret & nō inueniret. Siquidē & ſi dixerit ſapiens ſe cognoſcere, non poterit inuenire.

### Caput IX.
### Heb.

Omne hoc dedi in corde meo, vt conſiderarem vniuerſa: quia iuſti & ſapientes, & opere eorum in manu domini. Et quidem charitatē & quidem odium: nō eſt cognoſcens homo omnia in facie eorū. [d] In omnibus euentus vnus; iuſto & impio, bono & malo, mundo & polluto, ſacrificanti

### Sept.

*impio, nec prolongentur dies eius, ſed quaſi vmbra tranſeant qui non timent faciem domini. Et eſt alia vanitas, quæ fit ſuper terram. Sunt iuſti quibus mala proueniunt, quaſi opera egerint impiorum: ſunt impij qui ita ſecuri ſunt, quaſi iuſtorum facta habeant: Sed & hoc vaniſſimum iudico. Laudaui igitur lætitiam, quod non eſſet homini bonum ſub ſole, niſi quod comederet, & biberet, atque gauderet. Et hoc ſolum ſecum auferet de labore ſuo in diebus vitæ ſuæ, quos dedit ei* Deus *ſub ſole.* E*t appoſui cor meum, vt ſcirem ſapientiam, & intelligerem diſſenſionem, quæ verſatur in terra. Eſt homo qui diebus & noctibus ſomnum non capit oculis.* Et *intellexi quod omnium operum Dei nullam poſſit homo inuenire rationem eorum, quæ fiunt ſub ſole.* E*t quanto plus laborauerit ad quærendum, tanto minus inueniat.* E*t iam ſi dixerit ſapiens ſe noſſe, non poterit reperire.*

### Caput IX.
### Sept.

*Omnia hæc tractaui in corde meo, vt curioſe intelligerem. Sunt iuſti, atque ſapientes, & opera eorum in manu Dei: & tamen neſcit homo vtrum amore, an odio dignus ſit, ſed omnia in futurum ſeruātur incerta eo quod vniuerſa æque eueniant iuſto & impio, bono & malo, mūdo & immundo*

C Quod autem hæc ita ſentienda ſint vt diximus, demōſtrat ſequens verſiculus, in quo ait: Dedi cor meum vt viderem ſapientiam & occupationem, quod ſc. occupentur homines ſuper terram, & diebus ac noctib. in ſcripturarum meditatione verſentur: ita vt plerūq; pro inueſtigatione veri ab oculis ſomnus aufugiat.

c ¶ *Quapropter dedi cor meū, vt cognoſcerem ſapientiam, & viderem occupationem, &c.*] Qui quærit cauſas rationeſque rerum, quare hoc vel illud factū ſit, & quare mundus variis gubernetur euētib. cur alius cæcus, alius debilis, alius videns naſcat' & ſanus: hic paupertatē habeat, ille diuitias: iſte ſit nobilis, ille inglorius. Nihil aliud proficit, niſi in ſua tātū quæſtione torqueri, & diſputationē pro tormento habere, nec tamē inuenire quod quærit. Et cū hęc dixerit ſe cognouiſſe tūc ignorationis habere principium, & in ꝓfundo erroreverſari: ſuboſtendit tamē eſſe cauſas rerum omnium & iuſtitiam: quare vnumquodq; ſic fiat: ſed in occultas eas latere, & non poſſe ab hominibus comprehendi.

### Caput IX.

*Omne hoc dedi in corde meo vt conſiderarem vniuerſa, &c.*] Etiam hunc locum Symmachus manifeſtius interpretatus eſt, dicens: Omnia hæc D ita ſtatui in corde meo, vt vētilarem vniuerſa: quia & iuſti, & ſapientes, & opera eorum in manu Dei ſunt: Et inſuper neq; amicitias neque inimicitias ſcit homo: ſed omnia coram eis incerta: propterea ꝙ omnib. eueniūt ſimilia, iuſto & iniuſto. Porro hic ſenſus eſt: Etiam in hoc dedi cor meū, & ſcire volui quos Deus diligeret, quos odiſſet, & inueni iuſtorū quidem opera in manu Dei eſſe, & tamen vtrum amētur à Deo an nō, nunc eos ſcire nō poſſe, & in ambiguo fluctuare, vtrum ad probationē ſuſtineāt q̃ ſuſtinēt, an ad ſuppliciū. In futuro igit' ſcient & in vultu eorum ſunt omnia: id eſt antecedit eos, cum de vita hac deceſſerint, notitia iſtius rei quia tūc eſt iudiciū, nunc certamē. Et quicumq; aduerſa ſuſtinent, vtrum per amorē Dei ſuſtinent, vt Iob: an p odium, vt plurimi peccatores, nunc habetur incertum.

d ¶ *In omnibus euentus vnus: iuſto & impio, &c.*] Ea quæ per ſe nec bona, nec mala ſunt, ſed à ſapientibus huius ſæculi media nuncupātur (quia æqualiter & iuſtis eueniunt & iniuſtis) ſimplices quoſque conturbant, cur ita eueniant, propterea non putant eſſe iudicium, cum omnium rerum in futuro diſcrimen ſit, & hîc confuſa ſint omnia. Quod autem ait: *Euentus eſt vnus omnibus iuſto, & impio*: ſiue anguſtiarum, ſiue mortis ſignificat euentum, iccirco nec charitatem Dei





E eos in ſe noſſe, nec odium. Sacrificans quoque & nō ſacrificans, &c. quæ contraria enumerata ſunt, ſpiritualiter accipienda: ſecundum illud: *Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non, &c.*]

Pſal. 50. d a ¶ *Hoc eſt peſſimum in omni quod factū eſt ſub ſole: quia euentus vnus omnibus, &c.*] Et hoc apertius more ſuo interpretatus eſt Symmachus, dicens; *Sed & cor filiorum hominum repletur malitia & procacitate iuxta cor eorum in vita ſua*: Nouiſſima autem eorum veniūt ad mortuos. Quis enim poteſt in ſempiternum perſeuerare viuens: Eundem autem ſenſum ſcriptura reperit, de quo paulo ante tractauimus: quod cū omnia æqualiter eueniāt vniuerſis & nulla ſit in bonis ſuſtinēdis malis ve diſcretio: vel certè æquali de hoc ſęculo ſubtrahamur euētu: nihilominꝰ errorib. & ꝓcacitate & malitia repleamur, & poſt hæc oīa ſubito rapiamur interitu, nec vltra poſſim⁹ cū viuētib. habere cōſortiū. Vel certe ſic: Quoniā communes anguſtiæ & iuſtos & iniuſtos premunt: iccirco ad peccata homines ꝓuocantur, & tamē poſt omnes conatus, q͡b. fruſtra niſi ſunt, dum ignorant, ad inferna deſcendunt.

b ¶ *Eſt confidentia, quoniam canis viuens melior eſt leone mortuo: quia viuentes, &c.*] Quia ſupra F dixerat, cor filiorum hominū impleri malitia & procacitate, & poſt hęc omnia morte finiri: nunc eadem complet & repetit, donec viuūt homines eos poſſe fieri iuſtos, poſt mortē vero nullam boni operis dari occaſionē. Peccator viuens poteſt melior eſſe iuſto mortuo, ſi voluerit in eius tranſire virtutes: vel certé eo qui ſe in malitia, potētia, ꝓcacitate iactabat, & mortu⁹ fuerit, melior poteſt quis paup eſſe & viliſſimus. Quare? quia viuentes, metu mortis poſſunt bona opera perpetrare: mortui verò nihil valent ad id adiicere, ꝙ ſemel ſecum tulere de vita: & obliuione obuoluta ſūt omnia, iuxta illud, quod in pſalmo ſcriptū eſt: *obliuioni datus ſum tāquam mortuus à corde.* Pſal. 30 d Sed & dilectio eorū, & odium, & æmulatio, & omne, quod in ſęculo habere potuerunt, mortis finitur aduentu: nec iuſtè quippe poſſunt agere, nec peccare, nec virtutes adiicere, nec vitia. Licet q̄dam huic expoſitioni contradicant, aſſerētes etiā poſt interitū excreſcere nos poſſe & decreſcere, & in eo ꝙ nunc ait: Et pars non erit eis adhuc in ſæculo in omni ꝙ factum eſt ſub ſole: ita intelligūt, vt dicāt eos in hoc ſæculo, & ſub hoc ſole, quem nos cernimus, nullā habere cōmunionē: Ioan. 8. c habere vero ſub alio ſæculo, de quo Saluator ait: *Non ſum ego de hoc mundo*, & ſub ſole iuſtitiæ: & non excludi opinationē, quæ cōtendit, poſt q̃ de hoc ſæculo migrauerimus, & offendere poſſe creaturas rationales & promereri. Aliter referebat mihi Hebræus verſiculum iſtum in quo dicitur: Melior eſt enim canis viuens ſuper leonem mortuum: ita apud ſuos exponi: vtiliorem eſſe quamuis indoctum, & eū qui adhuc viuat & doceat, p̃ceptore perfecto qui iam mortuus eſt. Verbi cauſa: vt canem intelligeret vnū quēlibet de plurib. præceptorem: & leonem Moyſen aut aliū quēlibet prophetarū. Sed quia nobis hæc expoſitio nō placet, ad maiora tendamus: Et Chananæam illam, cui dictū eſt: Matt. 9. c *Fides tua te ſaluam fecit*: canem eſſe iuxta euangelium dicamus. Leonē verò mortuum, circunciſionis populum, ſicut G Balaā propheta dicit: *Ecce populus, vt catulus leonis cōſurget, & vt leo exultans.* Num. 13 d Canis ergo viuens nos ſumus ex nationibus: leo autem mortuus, Iudæorum eſt populus à domino derelictus. Et melior eſt apud dominum iſte canis viuens, quam leo ille mortuus. Nos n. viuentes cognoſcimus patrem & filium & ſpiritū ſanctum: illi verò mortui nihil ſciūt: neq; expectāt aliquā repmiſſionē atq; mercedē: ſed completa eſt memoria eorū: Neq; ipſi meminerūt quæ ſcire debuerāt: neq; illorū iam dominus recordaturus eſt. Dilectio quoque qua aliquādo Deū diligebāt, periit, & odiū de quo audacter loquebant'. Pſal. 138. d *Nōne odiētes te domine odiui, & ſuper inimicos tuos tabeſcebam?* Neę non & zelus eorum, iuxta quem Phinees zelatus eſt, & Mattathię intremuerūt poplites. Num 25. c 1. Mac. 2 e Perſpicuum eſt autem, quod & pars eorum nō eſt in ſęculo. Non enim poſſunt dicere: Pſal. 72. d *Pars mea dominus.*

c ¶ *Vade & comede in lætitia panem tuum, & bibe in corde bono vinum tuum, quoniam iam complacuerunt Deo opera tua.*] Vſque ad eum locū in quo ait. Sicut piſces qui tenētur in captione peſſima, & ſicut volucres quæ capiūtur in laqueo, ſimiliter capiēt' filii hominū in tēpore peſſimo, cum ceciderit ſuper eos ſubito. Anteq̃ H de ſingulis diſputem⁹; breuiter conſtringēda ſunt omnia, vt appareat quo ſimul ſenſu cuncta dicātur. Quia in ſuperiori capitulo fuerat prælocutus, ꝙ poſtquam mortui fuerint homines, à corde viuentium excidāt; & nec dilectionē quis in eos habeat nec odium, ſecundum illud poëtæ. Nullū cum victis certamē & æthere caſſis, & quia ſub ſole vltra nihil poſſint, nunc quaſi errorē humanū & conſuetudinem, qua ſe ad fruenda hui⁹ ſæculi bona inuicē hortantur, inducit, & προσωποποιίαν facit more rhetorum & poëtarum, dicens. O homo, quia ergo poſt mortē nihil es, & mors ipſa nihil eſt: audi conſilium meū, & dū viuis in hac breui vita, fruere voluptate, vtere dapib⁹, vino curas opprime, & intellige quoniā à Deo nobis donata ſunt ad vtendū. Candidis veſtib. ornatus incede: vnguentis ſpiret caput tuum: quæcumq; tibi placuerit feminarum, eius gaude complexu, & vanā hāc & breuem vitam, vana & breui voluptate percurre. Nihil n. extra hęc habebis amplius, quam frui quocumq; delectare poteſt: feſtinus carpe ne pereat. Neque enim friuola debes formidare commenta: quod ſingulorum operum vel bonorū vel malorum apud inferos tibi reddēda eſt ratio. Nō eſt enim in morte aliqua ſapiētia: nullus poſt diſſolutionē vitæ huius ſenſus. Et hęc, inquit, aliquis loquatur Epicurus, & Ariſtippus, & Cyrenaici, & ceteri pecudes philoſophorū. Ego autem mecum diligenter retractās, inuenio, non vt quidā æſtimant male, omnia fortuito geri, & variā in rebus humanis fortunam ludere, ſed cuncta iudicio Dei fieri. Neq; enim velox pedibus, ſuum debet curſum putare, ſi currat: Nec fortis in ſuo cōfidat robore, nec ſapiēs diuitias & opes æſtimet prudentia cōgregari: nec eloquens & doctus p eloquentiam & doctrinam apud populū inuenire ſe poſſe gratiā: ſed omnia Deo fieri diſponēte. Et niſi ille ſuo cūcta arbitrio rexerit, & ædificauerit domum, in vanum laborant qui ædificant eam. Pſal. 126. Niſi ille *cuſtodierit ciuitatem, in vanum vigilant, qui cuſtodiunt eam.* Non eſt itaque, vt illi

### Heb.

canti & non ſacrificāti. Sic bonus vt peccator: ſic iurans ſicut iuramentum timens. [a] Hoc eſt peſſimum in omni quod factum eſt ſub ſole, quia euentus vnus omnibus. Sed & cor filiorum hominum repletum eſt malitia: & errores in corde eorum in vita ſua, & poſt hæc ad mortuos. Quia quis eſt qui communicet in omnes viuentes? [b] Eſt confidentia, quoniam canis viuens melior eſt leone mortuo: quia viuentes ſciunt quod moriantur, & mortui neſciunt quidquā; & non eſt eis amplius merces. In obliuione enim venit memoria eorum. Sed & dilectio eorum & odiū eorum, & zelus eorum iam periit: & pars non eſt eis adhuc in ſęculo in omni quod fit ſub ſole. [c] Vade & comede in lætitia panē tuum, & bibe in corde bono vinum

### Sep.

*mundo immolanti victimas, & ſacrificia contemnenti. Sicut bonus ſic & peccator, vt periurus, ita & ille, qui verum deierat. Hoc eſt peſſimum inter omnia quæ ſub ſole fiunt, quia eadem cunctis eueniunt. Vnde & corda filiorum hominum implentur malitia, & contemptu in vita ſua, & poſt hæc ad inferos deducentur. Nemo eſt qui ſemper viuat, & qui huius rei habeat fiduciam. Melior eſt canis viuus leone mortuo. Viuentes enim ſciunt ſe eſſe morituros, mortui vero nihil nouerunt amplius, nec habent vltra mercedem: quia obliuioni tradita eſt memoria eorum. Amor quoque & odium, & inuidiæ ſimul perierunt, nec habent partem in hoc ſæculo, & in opere quod ſub ſole geritur. Vade ergo & comede in lætitia panem tuum, & bibe*

A putant, vnus euētus & incertus vitæ huius ſtatus: quia quādo non æſtimant, repentina morte ſubducti ad iudiciū venient. Et quo modo piſces hamo capiunt & retibus, & aues per aerē liberæ, laqueo dum neſciunt alligantur, ſic & homines pro merito ſuo ad æterna ſupplicia deducētur, cum repente mors venerit, & iudicium in eos q putabāt incerto ſtatu omnia volutari. Hæc iuxta eū ſenſū, quo breuiter voluimus vniuerſa cōprehēdere: nunc quaſi nō ex alterius, ſed ex ſua perſona loquatᷣ, interpretāda ſūt ſingula. Vade comede in lętitia panē tuum, &c. Quia didiciſti ꝙ morte omnia finiantur, & in inferno non ſit pœnitētia, nec aliquis ad virtutes recurſꝰ: dū in iſto ſæculo es, feſtina, cōtēde agere pœnitentiā: dum habes tēpus labora. Libēter enim ſuſcipit Deus pœnitentē. Aliter. Simpliciter intellectū ꝓdeſt, iuxta illud: *Siue māducetis, ſiue*
1. Cor 10.g *bibatis, ſiue aliquid faciatis, omnia in nomine domini facite.* Et in
Prou. 31.a Sec. 70. alio loco: Cum conſilio vinū bibe. Non enim habet veram lætitiā & cor bonum, qui creaturis ſupra modum abutitur. Melius autē eſt ſic ſentire. Cuius placuerunt opa corā Deo, nequaquā indigere poterit vero pane & vino, ꝙ calcatum eſt de vinea Sorech. Dato nobis itaq; præcepto quod dicit: *Deſideraſti ſapientiā, ſerua man-*
Eccl. 1 d *data, & dominus miniſtrabit tibi*
B *eam*: & ſeruemus mandata & panem & vinum ſpiritualia inuenire poterimus. Qui autem mandata non ſeruat, & in panis & vini abundantia gloriatur, dicitur ei per Eſaiā:
Eſa. 48.b ſec 70. *Ne dicas, etiam cognoſco eam: neque cognouiſti, neque ſcis: neque à principio aperuit tibi aures. Scio enim quia contemnens contemnes.* Porrò quod in Lxx. interpretibus dicitur: δεῦρο φάγε ἐν εὐφροσύνῃ τὸν ἄρτον σου, καὶ πίε ἐν καρδίᾳ ἀγαθῇ οἶνόν σου, id eſt.
Ioan 7.f Prou.9 a *Veni comede in lætitia panem tuum, & bibe in corde bono vinum tuum*: Eius Eccleſiaſtæ vox eſt, qui in euangelio loquitur: *Qui ſitit veniat ad me & bibat.* Et in Prouerbiis: *Venite, comedite panes meos, & bibite vinum meum.*

## HEB.

vinum tuum, quoniā iam complacuerunt Dei opera tua. In omni tempore ſint veſtimenta tua candida. [b] Et oleum de capite tuo nō deſit. c Vide vitā cū muliere quā dilexiſti omnibus dieb. vitæ vanitatis tuæ, qui dati ſunt tibi ſub ſole: Quia hæc eſt pars tua in vita & in labore quo tu laboras ſub ſole. [d] Omnia quæ inuenit manus tua vt facias, in virtute tua fac: quia non eſt opus, & cogitatio, & ſcientia, & ſapientia in inferno, quo tu vadis illuc. e Cōuerti me & vidi ſub ſole, quoniam non eſt velociū curſus; nec fortiū prælium; nec prudentiū diuitiæ; nec ſcientiū gratia

a ❡ *In omni tempore ſint veſtimenta, &c.*] Habeto, inquit, corpus mundum, & eſto miſericors. Vel ita. Non ſit tempus in quo candida non habeas veſtimenta, caue nequando polluris veſtibus induaris. Populus quippe peccator in veſtibus fuſcis luxiſſe deſcribitur. Tu autem induere lucem,
Pſal. 108.c Col. 3 b & non maledictionem, quæ ſuper Iudam ſcripta eſt. *Induadur maledictione ſicut veſtimentū.* Induere viſcera miſericordiæ, benignitatis, humilitatis, manſuetudinis, patientiæ. Et cum expoliatus fueris veterem hominem cum operibus eius, *induere nouum, qui renouatur de die in diem.* Quod autem ait.

b ❡ *Et oleum de capite tuo non deſit.*] Sciendum naturam hanc eſſe olei, vt & lumen alat, & feſſorum reſoluat laborem. Eſt oleum ſalutare & ſpirituale, oleum exultationis,
Pſal.44.b Matt. 6.c de quo ſcribitur: *Propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis.* Hoc oleo vultus noſter exhi-
Eſa 1.b larandus eſt. Hoc ieiunantes ad vngendum caput habent, quod peccatores habere non poſſunt, quibus dicitur:
Pſal.140 b *Non eſt malagmā imponere, neque oleum, neque alligaturas.* Habent autem oleum contrarium, quod vir iuſtus deteſtatur, dicens: *Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.* Hoc oleum hæretici habent, & eo cupiunt deceptorum capita perfundere.

c ❡ *Vide vitam cum muliere quam dilexiſti omnibus diebus vitæ vanitatis tuæ, qui dati ſunt tibi ſub ſole: Quia hæc eſt pars tua in vita & in labore, quo tu laboras ſub ſole.*] Sapientiam ſequere & ſcientiam ſcripturarum, & hāc tibi in C
coniugium copula, de qua in Prouerbijs dicitur: *Ama illā,* Prou. 4.b
*& ſeruabit te, amplexare illam, & circundabit te.* Dies autē vanitatis, dies huius ſæculi nequam ſignificant. De quo & A- Epheſ.5.d
poſtolus non tacet. Quod autem ait: Vide vitam cum muliere quam dilexiſti: ambigue dictum eſt, ſiue vide & contēplare vitam, & ipſe & vxor tua tecum (non enim poteris ſine tali vxore ſolus videre vitam) Siue vtrumq; conſidera, & vide vitam, & mulierem diebus vanitatis tuæ. Et pulchre ꝑcipit, vt in diebus vanitatis noſtrę, veram vitam cum ſapienti vxore quæramus. Hæc enim pars noſtra eſt; & hic laboris fructus, ſi in hac vita vmbratili vitam veram inuenire valeamus.

## SEPT.

*bibe cum gaudio vinum tuum, quia Deo placent opera tua. Omni tempore ſint veſtimenta tua candida, & oleum de capite tuo non deficiat. Perfruere vita cum vxore, quam diligis cunctis diebus vitæ inſtabilitatis tuæ, qui dati ſunt tibi ſub ſole, omni tempore vanitatis tuæ. Hæc eſt enim pars in vita & in labore tuo, quo laboras ſub ſole. Quodcunque facere poteſt manus tua, inſtanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia erunt apud inferos, quo properas. Verti me ad aliud, & vidi ſub ſole, nec velocium eſſe curſum, nec fortium bellum, nec ſapiētium panem, nec doctorum diuitias*

d ❡ *Omnia quæ inuenit manus tua vt facias, in virtute tua fac, quia non eſt opus, & cogitatio, & ſcientia, & ſapientia in inferno, quo tu vadis illuc.* Fac quodcumq; nunc potes & labora: quia cum ad infernum deſcenderis, locus nō erit pœnitentiæ. Huic quid ſimile à Saluatore præcipitur: *Operamini dum dies eſt: veniet nox,* Ioan. 9 a
*quando nemo poterit operari.* Quod autem ait: *In inferno quo tu vadis illuc*: Nota vt Samuēlem quoque verè in inferno credas fuiſſe: & ante aduentum Chriſti, quamuis ſan- D
ctos, omnes inferni lege detētos. Porrò quod ſancti poſt reſurrectionem domini nequaquam teneantur in inferno, teſtatur Apoſtolus dicens: Philipp. 1 c
*Melius eſt diſſolui, & eſſe cum Chriſto.* Qui autem cum Chriſto eſt, vtique non tenetur in inferno.

e ❡ *Conuerti me, & vidi ſub ſole, quoniam non eſt velocium curſus, nec fortium prælium, nec ſapientium, &c.*] Qui vinctus eſt compedibus ferreis, & grauibus plumbi nexibus prægra- Zach.5.c
uatur: (Iniquitas enim ſedet ſuper plumbeum talentum. Et in pſalmo loquitur: *Sicut onus graue grauitæ ſunt ſuper me*) Pſal 37.a
non eſt aptus ad curſum illum, de quo dicitur: *Curſum* 2.Tim.4.b
*conſummaui, fidem ſeruaui.* Qui autem leuis eſt, & anima illius non grauatur, nihilominus & ipſe abſque auditore Deo ad calcem nō poteſt peruenire. Sed & cum prælium fuerit aduerſus contrarias poteſtates, de quo ſcriptum eſt: *Sanctificate bellum*: licet robuſtus, tamen propriis viribus Hier. 6.a
vincere non valebit. Perfectus quoque in filiis hominum & ſapiens, viuentem panem atque cœleſtem habere non poterit, niſi per ſapientiā cohortantem: *Venite, comedite pa-* Prou. 9.a
*nes meos.* Et quoniam non deſunt diuitiæ, de quibus Apoſtolus ait: *Diuites fieri in operibus bonis.* Et alibi: *Diuites facti e-* 1.Tim. 6 d
*ſtis in omni ſermone, & omni ſcientia*: Sciendum prudentem 1. Cor. 4.b
virum has non poſſe diuitias cōgregare, niſi eas à domino acceperit, cuius ipſæ diuitiæ ſunt. De quibus & alibi dictū Prou.13.b
eſt: *Redemptio animæ viri, propriæ diuitiæ.* Gratia quoque niſi ſcientiam comitata fuerit, & conceſſa à Deo, quamuis eruditus vir, eam non poterit inuenire. Quod Paulus ſciēs: 1.Cor.15.b
*Plus*, inquit, *omnibus illis laboraui: non autem ego, ſed gratia Dei, quæ mecum eſt.* Et iterum: *Gratia eius non fuit vacua in me.* Et ad extremum neſcitur ab homine quando tempus aduentat, in quo varius euentus & finis omnium ſubſequatur. Hæc ſecundum ἀναγωγήν. Ceterum vt Rom.9.c
ſimplicibus diſſeramus: Epiſtola ad Romanos huic loco congruit: quia *non volentis, neque currentis, ſed miſerentis Dei ſit.* Quod autem ait: Non eſt ſapientibus panis, multorum quotidie probatur exemplo: qui cum ſapientiſſimi ſint, neceſſariis indigent. Et illud: *Non eſt ſcientibus gratia.*

Videas



E Videas enim in eccleſia imperitiſſimos quoſque florere, & quia nutrierūt frontis audaciam, & volubilitatem linguæ conſecuti ſunt, dum non recogitāt, quid loquantur, prudētes ſe & eruditos arbitrantur, maxime ſi fauorem vulgi habuerint, qui magis dictis leuioribus delectatur & cōmouetur: Et è contrario eruditū virum latere in obſcuro, perſecutiones pati, & nonſolum in populo gratiam non habere, ſed inopia & egeſtate tabeſcere. Hæc autē fiunt, qa incerto ſtatu ferūtur omnia, & nō eſt in præſenti retributio meritorum, ſed in futuro.

a ❡ *Et quidem neſcit homo tempus ſuū, &c.*] Iam & ſupra diximus, quoddum neſciāt homines; eis aut anguſtiæ veniāt, aut interitus. Porro ſe-
Matt.13 f cundū Allegoriā eſt ſciendū, regnū cœlorū ſimile eſſe ſagenæ miſſæ in mari. E cōtrario habere ſagenā hæreticos, per quam piſces capiāt ad interitū. Sagena eorū, eſt ſermo affabilis, blandū eloquiū, ſimulata aut coacta ieiunia, veſtis humilis, virtutum imitatio. Quod ſi cœperit de ſuperiorib. diſputare & in ſublime leuare os ſuum, & Dei altitudines quærere, laqueū ponūt in excelſis. Quomodo igitur piſces & volucres cito capiūtᷣ à tali ſagena, & iſtiuſmodi laqo, ſic cū multiplicata fuerit iniqtas, & refrixerit
F charitas multorū, & ſigna facta fuerint atq; portēta, ita vt
Matt.24.b ſeducātᷣ, ſi poſſibile eſt, etiam electi: ſciendū eſt eccleſiaſticos quoſq; viros, qui filij hominū appellātur, & ſunt modicæ fidei, cito poſſe corruere. Notādū ēt ꝙ per totum librū vbicumq; dicitur, filij ho-
abene ha-adam. minum, in Hebræo habet [a] בני האדם, i. e. filij hominis: hoc eſt filij Adā. Et omnis pene ſcriptura hoc idiomate plena eſt, vniuerſum genus hominū, Adam filios vocans.

b ❡ *Sed & hanc vidi ſapientiā ſub ſole, & magna eſt, &c.*] Aliis omnia incerta dicētib. & iuſtum ab iniuſto nihil amplius habere, ego ſapientiam etiā in hoc maximam cōprobaui: quod crebrius euenit vt parua ſit ciuitas, & habitatores pauci in ea; & innumerabiliū hoſtium cingatur exercitu, & ab obſidione & fame populꝰ intus necetur: & repēte contra omnium ſuſpicionem inueniri virum humilem & pauperem, qui habet ſapientiā maiorem cunctis diuitibus, magnis & potentibus, & ſuperbis in periculo poſitis, & ad obſidionem pauētibus, cogitat & inquirit & inuenit quo modo à malis eruat ciuitatem. Et ô ingrata hominū obliuio! poſtquā fuerint liberati, & ſoluta captiuitas, & reddita patriæ libertas, nemo meminit ſapiētis illiꝰ pauperis, nemo refert gratias pro ſalute: ſed oēs honorāt diuites, qui in periculo nihil ſubuenire potuerāt. Aliter Hebræus hunc locū interpretatus eſt. Ciuitas parua, homo eſt, inquit, qui etiā apud philoſophos mūdus minor vocatur. Et viri pauci in ea, membra de quibus ipſe homo contexitur. Cum autem venerit aduerſus eam rex magnus diabolus (diabolus ſerpēs eſt lubricus: cuius ſi capiti, i. e. primę ſuggeſtioni non reſiſtitur, totus interna cordis dum non ſentitur, illabitur: tentationū diabolicarum initia flagitia ſunt: non eſt immiſſor, ſed incenſor vitiorum, Vnde G
Dauid: *Tu fregiſti caput draconis*) & quæſierit locum, per quē Pſal.73.c
poſſit irrumpere, inuenitur in ea humilis & ſapiēs & quietus interioris hominis ſenſus: & eruet vrbem, quæ obſeſſa ab hoſtib. cingebatur. Cūq; homo de periculo ſiue perſecutionis, ſiue anguſtiarū, ſiue cuiuſcumq; aduerſæ rei atq; peccati fuerit erutꝰ: homo ille exterior, qui inimicꝰ eſt illiꝰ pauperis hominis & ſapiētis, nō recordatᷣ interioris hominis: nec ſubdit ſe conſiliis eius, ſed rurſum ſua fruitᷣ libera voluntate. Aliter: Parua ciuitas eſt, & viri in ea pauci, ad cōparationē totius mūdi, eccleſia eſt: aduerſus q ſæpe cōſurgit rex magnus diabolus, non quod magnus ſit, ſed quod magnū ſe eſſe iactet, & circundat eā obſidione ſiue perſecutionis, ſiue alio anguſtiarū genere. Et inuenit in ea virū pauperem & ſapientem, Dn̄m Ieſum Chriſtū, qui pro 2.Cor.8 b
nobis pauper factus eſt, & eſt ipſa ſapiētia: & ille vir pauper liberat vrbē in ſapientia ſua. Quoties videmus ſeden- Pſal. 9.c
tē leonē *in inſidijs cum diuitibꝰ*: hoc eſt cum ſenatorib. & prīcipib. huius ſæculi; & aduerſus eccleſiā molientē, pauperis iſtius ſapientia corruiſſe? Cumq; pauper hic vicerit, & H
vrbs paci fuerit reſtituta, vix aliquis eiꝰ meminit, vix illiꝰ mandata cōſiderat: ſed totos ſe luxuriæ & voluptatib. cōcedentes, quærunt diuitias, quæ in neceſſitate nō liberāt.

## HEB.

gratia: quoniam tempus & euentus occurret omnibus illis. [a] Et quidem neſcit homo tempus ſuum: qua piſces qui retinentur in retiaculo malo, & ſicut volucres quæ colligātur in laqueos: ſimiliter corruent filij hominū in tempore malo cum ceciderit ſuper ipſos extemplo. [b] Sed & hanc vidi ſapientiā ſub ſole, & magna eſt apud me. Ciuitas parua, & viri pauci in ea: & venit ad eam rex magnus, & circundedit eam; & ædificauit aduerſus eam machinam magnam. Et inuenit in ea virum pauperem & ſapiētem, & ſaluauit hic ciuitatem in ſapientia ſua: & homo non recordatus eſt hominis pauperis illius. c Et dixi ego meliorem eſſe ſapientiam ſuper fortitudine, & ſapientia pauperis quæ deſpecta eſt, & verba eius quæ non ſunt audita. [d] Verba ſapientiū in quiete audiuntur pluſquam clamor poteſtatem habentis in ſtultis. [e] Melior eſt ſapientia ſuper vaſa belli, & peccans vnus perdet bonitatē multam.

CAP.

## SEPT.

*diuitias, nec artificum gratiam, ſed tempus, caſumque in omnibus. Neſcit homo finem ſuum, ſed ſicut piſces capiuntur hamo, & aues laqueo comprehenduntur: ſic capiuntur homines in tempore malo, cum eis extemplo ſuperuenerit. Hanc quoque ſub ſole vidi ſapientiam, & probaui maximam. Ciuitas parua, & pauci in ea viri. Venit contra eam rex magnus, & vallauit eam, extruxitque munitiones per gyrum, & perfecta eſt obſidio. Inuentuſque eſt in ea vir pauper & ſapiens, & liberauit vrbem per ſapientiam ſuam: & nullus deinceps recordatus eſt hominis illius pauperis. Et dicebam ego, meliorem eſſe ſapientiam fortitudine. Quomodo ergo ſapientia pauperis contempta eſt, & verba eius non ſunt audita? Verba ſapientium audiuntur in ſilentio, plus quam clamor principis inter ſtultos. Melior eſt ſapientia, quam arma bellica, & qui in vno peccauerit multa bona perdet.*

CAP.

c ❡ *Et dixi ego meliorem eſſe ſapientiam ſuper fortitudine, & ſapientia pauperis quæ deſpecta eſt, &c.*] Quamquam nullus meminerit ſapientis pauperis illius, cum læta ſunt omnia: ſed vniuerſi diuitias & potētiam admirentur: Ego tamen ſecundum omnes interpretationes magis honoro contēptam ſapientiam, & verba quæ nullus audire dignatur.

d ❡ *Verba ſapientium in quiete audiuntur plus quam clamor poteſtatem habentis in ſtultis.*] Quemcumque videris in eccleſia declamatorem, & cum quodam lenocinio ac venuſtate verborum excitare plauſus ac riſus excutere, audientes in effectus lætitiæ concitare: ſcito ſignum eſſe inſipientiæ, tam eius qui loquitur, quam eorum qui audiunt. Verba quippe ſapientium in quiete & moderato audiuntur ſilētio: qui vero inſipiens eſt, quamuis ſit potens & clamorem ſiue ſuæ vocis, ſiue populi habeat acclamantis, inter inſipientes computabitur.

e ❡ *Melior eſt ſapientia ſuper vaſa belli, & peccans vnus perdet bonitatem multam.*] Nunc quoque ſapientiam præfert fortitudini, & dicit plus eam valere in præliis quam arma pugnantium. Quod ſi vnus inſipiens fuerit, quamuis paruus & nihil ſit, crebro tamen per illius ſtultitiam, opes magnas diuitiaſque ſubuerti. Quia vero in Hebræo poteſt legi: Et qui peccat vnum, perdet bonitatem multam: etiam ſic ſentiendum eſt: quod propter vnum peccatum, multæ iuſtitiæ retro percant, & inuicem ſe virtutes ſequi, & qui vnam habuerit, habere omnes. Et qui in vno peccauerit, Iac.2 b
eum omnibus vitiis ſubiacere.

 CAP.

*A*

## CAPVT X.

MVſcæ morituræ exterminãt oleum compoſitionis: pretioſa eſt ſuper ſapientiam & gloriam ſtultitia parua.] Exemplum ſuperioris ſenſus dedit, in quo ait: per vnum ſtultum multa bona ſubuerti: quod ſic malus mixtus bonis cõtaminet plurimos, quo modo muſcæ ſi moriantur in vnguẽto, perdant odorem illius & ſaporẽ. Et quia ſæpe calliditati mixta eſt ſapientia, & habet malitiã prudẽtia: ꝑcipit vt ſapiẽtiam ſimplicem requiramus, mixtaque ſit cũ innocentia colũbarum: prudentes ſimus ad bonũ, ſimplices autem ad malum Ecce eſt ſenſus. Iuſto enim conuenit habere parũ ſimplicitatis, & propter nimiam patientiam dum vltionẽ reſeruat Deo, ſtultũ videri, quam ſtatim ſe vindicantẽ ſub velamẽto prudẽtiæ exercere malitiã. Aliter: Muſcæ q̃ *Eſa. 7. c* ſecundũ Eſaiam principant̃ parti fluminis Ægypti, ꝑdũt olei ſuauitatem: in vnoquoq; credentium relinquentes immunditiæ ſuæ odorẽ atq; veſtigia. Ab his muſcis etiã prĩceps appellat⁹ eſt dęmoniorũ *Matt. 12. b* *בעל זבוב* Beelzebub, qui interpretat̃, aut idolũ muſcarum, aut vir muſcarũ, aut hãbẽs muſcas.

*B* b ¶ *Cor ſapientis in dextra eius, &c.*] Et in euãgelio ꝑcipitur, vt neſciat ſiniſtra quid faciat dextera ſapientis. *Matt. 6. a* *Ibi. 5. f.* Et quando ꝑcutimur in maxillam dexteram, non iubemur ſiniſtrã genam præbere percutienti, ſed alteram dexteram. Iuſtus *Matt. 25. c* enim ſiniſtram in ſe non habet, ſed totum in eo dextrum eſt. Et cum ad iudicandum *Prou 4 d* Saluator venerit, agni ſtabunt à dextris, hœdi vero à ſiniſtris erunt. Et in Prouerbiis ſcribit̃: *Dextras vias nouit dominus: quæ autem peruerſæ ſunt, à ſiniſtris ſunt* Qui ergo ſapiens eſt, ſemper de futuro ſæculo cogitat, quod ducit ad dextram. Qui vero inſipiens eſt, de præſenti, quod poſitum eſt in ſiniſtra. Quæ quidem ſecutus idem philoſophus & Poëta ait: Dextera quæ magni Ditis ſub mœnia ducit. Hac iter Elyſium nobis: at læua malorum Exercet pœnas, & ad impia tartara mittit. Firmianus quoque noſter in præclaro inſtitutionum ſuarũ opere y. litteræ meminit, & de dextris ac ſiniſtris, hoc eſt de virtutib. & vitiis pleniſſime diſputauit. Nec putemus huic ſententiolæ illud eſſe contrariũ: in quo dicitur: *Ne declines in dexteram, neque in ſiniſtram*: Hic *Prou. 4 d* enim pars dextera pro bono accipitur: ibi vero non tam dextera quam declinatio dextræ accuſatur: ne plus ſapiamus quã ſapere nos neceſſe eſt: quia virtutes in medio ſũt, & nimietas omnis in vitio eſt. Sequentis autẽ verſiculi in *פלבבל* quo ait: *Sed & in via cũ ſtultus ambulat, cor eius indiget, & dicit: omnis inſipientia eſt.* ſiue *inſipiens*. hic eſt ſenſus: ſtultus vt ipſe peccat, ſperat omnes peccare ſimiliter, atq; ex ſuo ingenio vniuerſos iudicat. Denique Symmachus ita interpretatus eſt *Sed & in via ſtultus cum ambulat, ipſe inſipiens ſuſpicatur de omnibus, quia ſtulti ſunt* *καὶ ἃ λογιεῖται πάντα ἀφροσύνη ἐστί* Lxx. vero aliũ fecere ſenſum, quo dicerent: Omnia quæ inſipiens cogitat eſſe vaniſſima.

c ¶ *Si ſpiritus habentis poteſtatem aſcenderit ſuper te, &c* ] *Eph. 2. a. 6. b* Principem mundi iſtius & rectorem tenebrarũ harum, & operantem in filiis diffidentię, cuius & Apoſtolus meminit, nunc ſcriptura ſignificat. Quod ſi in cor noſtrũ aſcẽderit, & animus malæ cogitationis vulnus acceperit, nõ debem⁹ locũ vltro tribuere, ſed pugnare contra cogitationem peſſimã, & liberari à peccato maximo: ne ſcilicet cogitationẽ opere compleamus: quia aliud eſt cogitatione, aliud opere peccare. *C* De quo grandi peccato & in pſalmo ſcribitur: *Pſal. 18. d* *Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, & emundabor à delicto maximo*, Symmachus verbum Hebraicum [a] מרפא *a marpe* (quod omnes ἴαμα, hoc eſt ſanitatem vel curationẽ ſimiliter tranſtulerũt) interpretatus eſt ad ſenſũ & ait: Si ſpiritus principis irruerit tibi, de loco tuo ne recedas: quia pudicitia comprimit peccata magna, id eſt, ſi titillauerit mentẽ tuã diabolus, & te ad libidinẽ concitauerit: ne ſequaris cogitationem peſſimã & blandiẽtem voluptatẽ: ſed ſta fortis, & rigidus frigore caſtitatis, flãmam voluptatis extĩgue. Hebræus in loco tale neſcio quid ſuſpicatus eſt. Si aliquã in mũdo acceperis dignitatẽ, & ordinatus fueris maior in populis, noli relinquere priora opera tua, & antiquarũ virtutũ ne incipias obliuiſci, laborẽq; priſtinũ nõ habere: quia peccatorũ maiorum remedium ex conuerſatione bona naſcitur, & nõ ex tumẽti & ſuꝑflua dignitate.

d ¶ *Eſt malum quod vidi, &c.*] Pro eo quod nos poſuimus: quaſi ignorantia egrediens à facie potẽtis: Aquila & Theodotio & Lxx. interpretati ſunt: *בשגגה שיצא מלפני השליט* ὡς ἀκούσιον ἐξῆλθεν ἀπὸ προσώπου τοῦ ἐξουσιάζοντος, i. e. quaſi non ſpõtaneum exiuit à facie poteſtatem habẽtis. *D* Cui ſubnectens Symmachus ait: *Poſitum ſtultum in ſublimitate magna: diuites autem ſedere humiles.* Et hanc ergo iniquitatem ſe in ſæculo perſpexiſſe commemorat: quod videatur iniuſtum eſſe Dei iudicium, & ſiue per ignorationem, ſiue abſque eius fieri voluntate, vt vel in mundi poteſtatibus, vel in eccleſiæ principatu: hi qui diuites ſunt in ſermone atque ſapientia, diuites etiam in operib. bonis, ignobiles ſedeant, & imprudens quiſque in eccleſia principatum teneat. Hoc autem fieri à vultu ei⁹, qui in ſęculo habet poteſtatem; vt potentes quoſque & doctos viros premat, nec eos in populis apparere permittat. Illos vero quos ſcit imprudentes eſſe, in eccleſiis faciat eſſe maiores: vt cæci à cæcis ducantur in foueã. *Matt. 15. b* In hunc ſenſum facit & illud quod ſequitur: *Vidi ſeruos ſedere ſuper equos, & principes ambulantes quaſi ſeruos ſuper terram.* Quod hi qui ſerui ſunt vitiorum atque peccati, ſiue tam humiles, vt ſerui ab hominibus computentur, ſubita à diabolo dignitate perflati, vias publicas mannis terãt, & nobilis quiſq; vel prudens paupertate oppreſſus, gradiatur itinere, officioq; ſeruorum. Hebræus potentem & principem, à cuius facie ignoratio videatur egredi, Deum expoſuit: quod putẽt homines in hac vita inæqualitate rerum, illum non iuſte, & vt æquum eſt, iudicare. Porro alij cum ſuperioribus æſtimant eſſe iungendũ: Vt ipſe ſit potens, de quo ante hos verſus dicitur: Si ſpirit⁹ habentis poteſtatem aſcenderit ſuper te, locum tuũ ne dimiſeris Nõ ſimus itaq; triſtes, ſi in hoc ſæculo humiles eſſe videamur: ſcientes à facie diaboli ſtultos ſubleuari, & diuites deiici: ſeruos inſignia habere dominorum, & principes ſeruorum ingredi vilitate. Notandum autem quod & hic equus in bonã partẽ accipitur, vt ibi: *Equitatio tua ſalus.* *Habac. 3. b*

e ¶ *Qui fodit foueam, &c.*] Ex parte ſimplex, & ex parte myſticus intellectus eſt. Siquidem & alibi ipſe Salomon ait: *Qui ſtatuet laqueum, capietur in illo.* *Eccl. 17. d.* Et in pſalmo ſeptimo: *Lacum aperuit, & effodit eum, & incidit in foueam quã fecit.* Sepis autem

### CAP. X.

### HEB.

MVſcæ moriturę exterminant oleum compoſitionis: pretioſa eſt ſuper ſapiẽtiã & gloriam ſtultitia parua. [b] Cor ſapientis in dextera eius, & cor ſtulti in ſiniſtra illius Sed & in via cũ ſtultus ambulat, cor eius minuitur: & dicit, omnis inſipiens eſt. c Si ſpiritus habentis poteſtatem aſcenderit ſuper te, locum tuum ne dimiſeris: quia ſanitas requieſcere facit peccata magna. Eſt malum quod vidi ſub ſole, quaſi ignorantia egrediens à facie potẽtis: dari ſtultum in ſublimitatibus magnis, & diuites in humilitate ſedẽtes. Vidi ſeruos in equis & principes ambulantes quaſi ſeruos ſuper terram, e Qui fodit foueã, in ipſam incidet, & qui diſſipat ſepẽ, mordebit eum ſerpens.

### CAP. X.

### SEPT.

*MVſcæ morientes perdunt ſuauitatem vnguenti. Pretioſior eſt ſapientia, paruaque gloria, ad tempus ſtultitia. Cor ſapientis in dextra eius, & cor ſtulti in ſiniſtra illius. Sed & in via ſtultus ambulans, cum ipſe inſipiens ſit, omnes ſtultos æſtimat. Si ſpiritus poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te, locum tuum ne dimiſeris: quia curatio faciet ceſſare peccata maxima, Eſt malum, quod vidi ſub ſole, quaſi per errorem egrediens à facie principis. Poſitum ſtultum in dignitate ſublimi, & diuites ſedere deorſum. Vidi ſeruos in equis, & principes ambulantes ſuper terram, quaſi ſeruos. Qui fodit foueam, incidet in eam, & qui diſſipat ſepem, mordebit eum colu-*



*E* autem maceriæque euulſio eccleſiaſtica dogmata ſunt, & inſtitutio ab Apoſtolis propheti ſque fundata: quæ qui diſſoluerit & voluerit præterire, in eo ipſo quo negligit, à ſerpente percutitur. De quo ſerpente & in Amos ſcriptum *Amos. 9 a* eſt: *Si deſcenderint in infernum, mandabo ſerpenti, & mordebit eos.*

a ¶ *Qui ſubtrahit lapides, dolebit in eis, &c.* ] Voluũtur & in Zacharia ſancti lapides ſuper terram. *Zach. 9. d* *Sec. 70.* Nõ n. firma in ea ſtatione conſiſtũt, ſed ꝑtereunt, & ſemper ad altiora nitẽtes, hinc abire feſtinãt. De his viuis lapidib. & in Apocalypſi vrbs Saluatoris extruit̃, & eccleſiã ædificari Apoſtol⁹ non tacet. *Apoc. 21. c* *1. Cor 3 a* *1. Pet. 2. a* Si q̃s ergo hæretica arte peruerſus de eccleſię ędificio iſtos abſtulerit lapides (vnde & ſignanter Aquila & Symmachus ꝓ eo ꝙ nos poſuimus: *Qui ſubtrahit lapides, dolebit in eis,* dixerũt: *Qui transfert lapides, dilacerabitur in eis*) poſtea tormẽta patietur. Quia vero abſolute ſcriptura ait: Qui ſubtrahit lapides, ſiue q̃ trãsfert lapides, & non adiecit, bonos ſiue malos: propterea & è cõtrario intelligendũ, ꝓ eccleſiaſticus vir, epiſcopus videl. & presbyter, ſi iuxta mandatum Leuitici, de leꝓſa domo lapidẽ abſtulerit, *Leui. 14 f* in cinerẽ & puluerem conterẽdum dolebit in eo ipſo ꝙ de eccleſia Chriſti lapidẽ auferre cogitur: dicens ſecundum *F* Apoſtol. *Flere cum flentibus, lugere cũ lugentibus.* *Rom 12. d* *2. Cor 11. g* *Deut. 16. d* Et: *Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis ſcandalizatur, & ego non vror?* Ligna quoq; ſcindens, periclitabitur in eis. Hæretici ligna infructuoſa ſunt, & ſaltus abſq; vtilitate pomorum. Vnde & in templo Dei prohibet̃ plantari nemus, & vana foliorum, id eſt, verborum tantum ſonãtium ſpernuntur vmbracula. Quamuis igitur ſit prudẽs & doctus vir, qui gladio ſermonis ſui hæc ligna cõſcĩdat, periclitabitur in eis, niſi diligẽter attenderit, maxime ſi ei quod ſequitur, acciderit. Si retuſum fuerit ferrum, & faciẽ eius turbauerit: id eſt, ſi diſputatio eius infirmior fuerit inuenta, nec acumen habuerit ingenij, quo contraria quæque deſecet, ſed principale cordis eius hebetetur: in partem tranſibit aduerſam, & confirmabit eum fortitudo *καὶ δυνάμεις δυναμώσει* peruerſa. Hoc n. eſt quod Septuaginta interpretes tranſtulerunt: Et fortitudine confortabitur, & ſuperflua roboratus ſapientia, incipiet, inquit, fortitudinem habere & ſapientiam quæ ſuperflua eſt, & non adiuuat poſſidentem.

b ¶ *Si retuſum fuerit ferrum, & hoc non vt prius, ſed conturbatum fuerit, &c.* ] Si ſe, inquit, aliquis viderit per negligentiam amiſiſſe ſcientiam ſcripturarum, & acumen ingenij eius fuerit obtuſum, & conturbatus nequaquam manſerit qualis eſſe iam cœperat: Euenit quippe interdũ, vt cum modicum ſcientiæ quis habuerit, elatus in ſuperbiam, diſcere deſiſtat & legere, & paulatim ex eo quod nihil ei additur, ſubtrahatur, & vacuum diſciplinis pectus remaneat, ferrumque quod acutum fuerat, hebetetur: otiũ enim & deſidia quaſi quędam rubigo ſapientiæ eſt. Si igitur quis hoc paſſus fuerit, non deſperet remedium ſanitatis, ſed vadat ad magiſtrum, & rurſum inſtruatur ab eo, & poſt laborem & induſtriam ſudoremque nimium, valebit ſapientiam recipere quam amiſerat. Hoc eſt quod in Hebręo ſignificantius dicitur: *וחילים יגבר* Et fortitudinibus corroborabitur: id eſt, labore, & ſudore, & induſtria, & quotidiana lectione, ſapientiam conſequetur, & fortitudo ipſius habebit hunc finem, vt accipiat ſapientiam.

c ¶ *Si momorderit ſerpens in ſilentio, non eſt amplius habenti linguam, &c.* ] Simplex hic ſenſus eſt: Serpens & detractor, æquales ſunt. Quomodo enim ille occulte mordens, venenum inſerit: ſic iſte clam detrahẽs, virus pectoris ſui infũdit in fratrem, & nihil habet à ſerpente amplius. Cum n. lingua hominis ad benedicendum Deum, & ædificationẽ proximi ſit creata, ille eam ſerpẽti æqualem facit: dũ virtutib. eius in ꝑuerſũ abutit̃. Aliter: Si quẽ ſerpens diabol⁹ occulte momorderit, & nullo cõſcio eũ peccati veneno interfecerit: ſi tacuerit qui ꝑcuſſus eſt, & non egerit pœnitẽtiã, nec vulnus ſuum fratri & magiſtro voluerit cõfiteri, magiſter qui linguã habet ad curandũ, facile ei ꝓdeſſe nõ poterit. Si enim erubeſcat ægrotus vulnus medico cõfiteri, q̃ ignorat medicinã, non curat.

d ¶ *Verba oris ſapiẽtis gratia, & labia inſipientis præcipitabũt eũ.*] Stultitia ſi ſua eſſet ruſticitate contẽta, minus aliquid haberet mali. Nunc autem contra ſapientiã bellum gerit, & q̃dquid prudentiæ in docto viro viderit, Zelo ſtimulata nõ recepit. Loquit̃ enim vir ſapiẽs verba ſciẽtiæ, verba gratiæ, q̃ vtilitatẽ poſſunt præbere audiẽtibus: & aures ſtulti nõ ita ſuſcipiunt quæ dicũtur, vt dicta ſunt, ſed è cõtrario virum prudentem ſupplantare conatur, & ſui ſimilem facere. Et re uera præcipitatur vir ſapiẽs, quãdo in aurem loquitur imprudentis, *H* & verbera eius ꝓfundo (vt ita dicã) gurgite pereunt. *Eccleſ. 25. b* Vnde beatus ille eſt, qui in aurẽ loquitur ſapientiũ.

e ¶ *Initium verborum ſtulti inſipientia, & nouiſſimum oris eius error peſſimus. Et ſtultus multiplicat verba. Ignorat homo quid ſit quod factũ eſt, & quod futurum eſt poſt eũ, quis annunciabit ei?* ] Adhuc ei de ſtulto diſputatio eſt, cuius labia præcipitant ſapientem, ſiue iuxta aliam interpretationẽ, ſtultũ ipſum corruere faciunt. Initiũ ſermonis eius & finis ſtultitia eſt, *דברי הולל* & error peſſimus, ſiue vt Symmachus tranſtulit, tumultus, & quædam verborum inconſtantia: dũ non manet in ſententia, ſed putat in multiplicatione ſermonum effugere peccatum ſe poſſe. Cùm enim nec pręteritorum meminerit, nec futura cognoſcat, & ignorantię tenebris voluetur, falſam ſibi ſcientiam repromittens, in eo doctum ſe putat eſſe & ſapientem, ſi verba multiplicet. Poteſt hoc & de hęreticis accipi, qui prudentium virorum dicta non capiũt, ſed ſe ad diſputationes contrarias pręparantes, & initium & finem loquendi vanitate, cum multo errore conuoluunt, & cum nihil ſciant, loquuntur plura quam norunt.

f ¶ *Labor ſtultorum affliget eos, qui neſciunt ire in ciuitatem, &c.*] Cum ſuperioribus etiam hos iunge verſiculos, aut generaliter de omnibus ſtultis qui ignorant Deum, aut ſpecialiter de hęreticis diſputationib. Lege Platonem: Ariſtotelis reuolue verſutias: Zenonem & Carneadem diligentius intuere, & probabis verum eſſe quod dicitur: Labor ſtultorum affliget eos. Veritatẽ illi quidem omni ſtudio quęſierunt: ſed quia non habuerunt ducẽ, & præuium itineris, & humanis ſenſibus rati ſunt ſe comprehendere poſſe ſapientiam, ad ciuitatem minime peruenerunt. De qua in pſalmo dicitur: *Pſal. 72. d* *Domine in ciuitate tua imaginem ipſorum diſſipabis* Omnes enim vmbras & diuerſas imagines atque perſonas, quas ſibi in variis dogmatibus induerunt, in vrbe ſua dominus diſſipabit. De qua & alibi ſcribitur: *Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei.* Et in euangelio: *Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita.* Et in Eſaia: *Ego ciuitas firma, ciuitas quæ oppugnatur.* *Pſal. 45. a* *Matt 5 b.* *Eſai. 27 b* *Sec. 70.* Siquidem hanc veritatis & ſapientiæ ciuitatem cum firma ſit & robuſta, omnes ſapientes ſæculi & hæretici impugnare conantur. Et

### HEB.

pens. [a] Qui ſubtrahit lapides, dolebit in eis, & qui ſcindit ligna, periclitabitur in eis. [b] Si retuſum fuerit ferrũ, & hoc nõ vt prius, ſed conturbatũ fuerit virtutibus corroborabitur, & reliquum fortitudinis ſapientia eſt. [c] Si momorderit ſerpens in ſilentio, nõ eſt amplius habẽti linguã. [d] Verba oris ſapientis gratia, & labia inſipiẽtis præcipitabunt eũ. [e] Initium verborũ ſtulti inſipientia, & nouiſſimum oris eius error peſſimus. Et ſtultus multiplicat verba. Ignorat homo quid ſit, quod factum eſt, & quod futurum eſt poſt eum, quis annunciabit ei? [f] Labor ſtultorum affliget eos qui neſciunt

### SEPT.

*coluber. Qui transfert lapides affligetur in eis, & qui ſcindit ligna, vulnerabitur ab eis. Si retuſum fuerit ferrum, & hoc non vt prius, ſed hebetatum fuerit, multo labore exacuetur, poſt induſtriam ſequetur ſapientia. Si mordeat ſerpens in ſilentio, nihil eo minus habet, qui occulte detrahit. Verba oris ſapientis gratia, & labia inſipientis præcipitabunt eum. Initium verborum eius ſtultitia, & nouiſſimum oris illius error peſſimus. Stultus verba multiplicat. Ignorat homo, quid ante ſe fuerit, & quid poſt ſe futurum ſit, quis ei poterit indicare? Labor ſtultorum affliget eos, qui neſciunt in* vrbem

A

Et quod de philoſophis diximus, hoc idem & de hæreticis ſentiendum, quod fruſtra laborent & affligantur in ſtudio ſcripturarum, cum ambulent in deſerto, & ciuitatem inuenire non valeant. De quorum errore & pſalmiſta commemorat, dicens: *Errauerunt in deſerto & in aquoſo, viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt.* (Pſal. 106.a)

**Heb.**

neſciunt ire in ciuitatem. [a] Væ tibi terra, cuius rex adoleſcens eſt, & principes tui mane comedunt. Beata terra cuius rex tuus filius ingenuorũ, & principes tui in tempore comedunt, in fortitudine, & non in cõfuſione. [b] In pigritiis humiliabitur cõtignatio, & in infirmitate manuum ſtillabit domus. [c] In riſu faciunt panẽ & vinum, vt epulentur viuentes. Et argento obediunt omnia. [d] In mente tua regi ne maledixeris, & in ſecreto cubilis tui ne maledixeris diuiti: quia volucres cæli auferent vocem tuam, & habens pennas annunciabit verbum.

Cap.

a ¶ *Væ tibi terra, &c.*] Videtur quidẽ reprobare iuuenũ principatũ, & luxurioſos iudices cõdemnare: quod in altero ꝑ ętatem ſit infirma ſapiẽtia: in alijs matura ętas delitiis eneruetur. Et è contrario principẽ ꝓbare bonis morib. & liberaliter inſtitutũ & eos iudices ꝓ dicare, qui nequaquã voluptatẽ negotijs ciuiũ præferãt, ſed poſt multum laborẽ & adminiſtrationẽ reipublicę, cibum capere quaſi neceſſitate cogãtur. Verũ mihi ſacratius quid latere videt̃ in littera: ꝙ iuuenes dicãtur in ſcriptura, qui à veteri auctoritate deſciſcũt, & cana pręcepta parẽtũ cõtẽnũt: qui neglecto Dei mãdato, cupiũt ſtatuere traditiones hominum. De quib. & in Eſaia Iſraëli Dñs comminatur: eo quod noluerit *aquã Siloe, quæ vadit cum ſilentio,* & veterem piſcinã auerterit, eligens ſibi fluẽta Samariæ, & gurgites Damaſci. *Et dabo,* inquit, *iuuenes principes eorũ: & illuſores dominabuntur eis.* Lege

Eſai. 8. b

Eſai. 3. a

B

Danielem: vetuſtum dierum inuenies Deum. Lege Apocalypſim Ioãnis: Et caput Saluatoris candidum vt niuem, quaſi lanam albam reperies. Hierem. quoque quia ſapiens erat, & cani eius in ſapientia reputabantur, prohibetur iuuenem eſſe ſe dicere. Væ ergo terræ cuius eſt diabolus rex, qui ſemper nouarum rerum cupidus, etiam in Abeſſalon aduerſus parentem rebellat: quæ iudices & principes eos habet, qui amant huius ſæculi voluptates: Qui antequam dies mortis adueniat, dicunt: *Manducemus & bibamus, cras enim moriemur.* E contra beata terra eccleſiæ, cuius rex eſt Chriſtus filius ingenuorum: de Abraham, Iſaac, & Iacob, prophetarum quoque & ſanctorum omnium ſtirpe deſcendens: quibus peccatum non fuit dominatum, & ob id vere fuerũt liberi, ex quibus nata eſt virgo liberior ſancta Maria, nullum habens fruticem, nullum germen ex latere, ſed totus fructus eius erupit in florẽ, loquentem in Cantico canticorum: *Ego flos campi & liliũ conuallium.* Principes quoq; eius ſunt Apoſtoli & omnes ſancti, qui regẽ habent filium ingenuorum, filium liberæ: non de ancilla Agar, ſed de Saræ libertate generatum. Nec comedũt mane, nec velociter. Non enim in ꝓſenti ſæculo quærunt voluptatem: ſed tempore ſuo manducabunt, cum retributionis tempus aduenerit, & manducabunt in fortitudine, & non in confuſione. Omne bonum ꝓſentis ſæculi confuſio eſt, futuri vero perpetua eſt fortitudo. Tale quid & in Eſaia dicitur: *Ecce qui ſeruiunt mihi, bona manducabunt, vos autem eſurietis.* Et iterum: *Ecce qui ſeruiunt mihi, lætabuntur, vos autem pudebit.*

Dan. 7 b
Apoc. 1 c
Hier. 1. b
2. Reg. 15.
Eſa 22. d
Cant. 2. b
Eſai 65. c

b ¶ *In pigritijs humiliabitur contignatio, & in firmitate manuum ſtillabit domus.*] Domus noſtra, quæ cum ſtatu hominis erecta eſt, & habitatio quam habemus in cœlis, ſi pigri ſumus, & ad bona opera tardiores, humiliabitur. Et omnis contignatio quæ debet culmen portare in ſublime, ad terram corruens, habitatorem ſuum opprimit. Cumque auxilium manuum virtutumque torpuerit, omnes deſuper tempeſtates & nimborum ad nos turbo prorumpit. Porro quod in homine vno interpretati ſumus, melius poteſt ſuper eccleſia accipi: quod per negligentiam principum, omnis eius corruat altitudo: Et ibi vitiorum illecebræ ſint, vbi tegmen putabatur eſſe virtutum.

c ¶ *In riſu faciunt panem & vinum, vt epulentur viuentes. Et argento obediunt omnia.* Exiſtimo ex ſuperioribus pẽdere quod ſequitur. In pigritia enim & in ſocordia magiſtrorum humiliari eccleſiam, & culmen eius concidere, & tigna perflui, ſupra expoſuimus. Nunc ergo de eiſdem magiſtris lo-

C

**Sept.**

*vrbem pergere. Væ tibi terra, cuius rex puer eſt, & cuius principes mane comedunt. Beata terra, cuius rex nobilis eſt, & cuius principes veſcuntur in tempore ſuo, ad reficiendum, & non ad luxuriam. In pigritijs humiliabitur contignatio, & in infirmitate manuũ perſtillabit domus. In riſu faciunt panem & vinum, vt epulentur bibentes. Et pecuniæ obediunt omnia. In cogitatione tua regi ne detrahas, & in ſecreto cubiculi tui non maledixeris diuiti: quia & aues cœli portabunt vocem tuam, & qui habent pennas annunciabunt ſententiam.*

Cap.

quitur. Et quia viſus fuerat accuſare eos cur tacerent, & nõ vterẽtur officio magiſtrorũ, & epiſcopi & presb. in eccleſia conſtituti, non laborarent in ſermone & doctrina, ꝙ & Titus cõmonetur vt faciat, & Timotheo pręcipitur, ne gratiã negligat, q̃ ꝑ impoſitionẽ manuũ acceperat: ſed & in eo ſe æſtimarent presbyteros & epiſcopos, vt ſalutaria acciperẽt, & vt ꝓceptores honorẽ duplicẽ quærerent, qui laborãtib. in doctrina & ſermone debetur: Nũc è cõtrario accuſat eos, qui loquuntur quidẽ in eccleſia & docẽt populos, ſed ea docent q̃ populum audire delectet, ꝙ peccatores palpẽt in vitio, & ſtrepitus cõcitent audientiũ. Nonne quãdo in eccleſia laſciuit orator, & beatitudinẽ & regna cœlorũ multitudini pollicetur, videt̃ tibi in riſu facere panẽ & vinũ ad lætitiam miſcere viuẽtiũ? Siueq; ipſi qui docẽt, diuitias, & cibos, & opes ꝓ delectabilia promiſſa cõquirãt. Siue quod eccleſiæ panẽ, qui panis lugentium eſt, & non ridentium, *Beati* quippe *lugẽtes, quoniam ipſi ridebunt* in lætitia gaudioq; conficiant. Quod autẽ ſequitur: Pecuniæ vel argento obediunt omnia, dupliciter accipiendum. Vel ipſos doctores poſtquam adulatione ditati ſint, regnum in populos exercere. Vel certe quia argentũ pro ſermone ſemper accipitur: *Eloquia* enim *Domini, eloquia caſta: argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum ſeptuplum*: hoc aſſeuerat quod eloquentiæ & orationi, quæ verborum ſit fronde compoſita, facile vulgus cedat ignobile. Aliter: Qui habent apud ſe ſponſum, & propterea lugere & ieiunare prohibentur, in riſu faciũt panem. A quo riſu nomen Iſaac accepit, & in lætitia viuentium vinum præparant. Omnis itaque vir ſanctus qui vt Chriſtus præcipit, magiſter Eccleſiæ eſt, in riſu & lętitia panem facit, & vini pocula miniſtrat in gaudio. Argentum quoque cui obediunt omnia, quinque illa, de Euangelio, & duo, & vnum patris familias ſunt talenta, & decem minæ, quę ſeruis in negotiatione creduntur.

Tit. 2.
1. Tim. 4. d

D

Luc. 6. d
Pſal. 11. b
Matt. 9. b
Matt. 25. b
Luc. 19.

d ¶ *In mente tua regi ne maledixeris, &c.*] Simplex ꝓceptum ędificat audientes, ne ira & furore ſuperati, in maledictũ & in detractionem regum & principũ prorumpamus: Quia contra ſpem interdum euenit: vt his quibus maledixim⁹, nuncietur, & incurramus periculum immoderatione linguę. Quod aũt ait: Volucres cœli auferent vocem tuam, & habens pennas, annunciabit verbum, Hyperbolice intelligendum, quo modo ſolemus dicere, etiam ipſos parietes, quib. conſciis loquimur, quę audierint non celaturos. Sed melius eſt ſic audire pręceptũ, vt ſciamus nobis eſſe mandatũ: non ſolum contra Chriſtũ temere nihil loquendum, verum etiam in arcanis cordis, quamuis varijs tribulationibus coarctemur, nihil blaſphemum, nihil impiũ ſentiẽdũ. Et quia dilectionem, quam Chriſto exhibemus, debem⁹ & proximo: *Diliges* quippe *Dominum Deum tuum: ſed & proximum tuum tanquam teipſum*: etiam nunc iubemur, ne poſt regem de ſanctis quoque facile detrahamus, & eos, quos viderimus ſapientia, ſcientia, virtutibuſque ditatos, linguę mordacitate rodamus: quia Angeli qui terram circumeunt, & ſunt adminiſtratorij Spiritus, & in Zacharia loquuntur: *Circuiuimus terram & ecce omnis terra habitatur*

Matt. 22. d
Zach. 1. c



E

*habitatur & ſilet*: ad inſtar auium noſtra verba & cogitationes ad cœlum perferunt, & quod clam cogitamus, Dei ſcientiam non latere.

## Caput XI.

*Mitte panem tuũ ſuper faciem aquæ: quia in multitudine dierum inuenies illum.*] Ad eleemoſynam cohortatur quod omni petenti ſit dandum: & indiſcretè faciendum bene. Quo modo enim qui ſuper irrigua ſeminat, fructum ſementis expectat: ita qui largitur egentibus; non granum ſeminis, ſed ipſum panem ſerit, fœnore quodam multiplicationem illius præſtolans: & cum dies iudicij aduenerit, multo amplius quam dederat recepturus. Aliter: In quocumque homine illam aquam videris, de qua dicitur: *Flumina de ventre eius fluent aquę viuę*: ne te pigeat panẽ ſapientiæ, panẽ rationalẽ, panem præſtare ſermonis. Si enim hoc frequẽter feceris, inuenies te non incaſſum doctrinarũ ieciſſe ſementẽ. Tale quid & in Eſaia dictũ puto: Beat⁹ qui ſeminat ſuper aquã, vbi bos & aſinus calcãt: Quod ille magiſter beatitudine dign⁹ habeatur: q ſuper irriguum pectus ſeminat audientium, tam ex Iudæis quam ex gentium populo congregatũ.

Ioan 7 f
Eſa 32 d
Sec. 70.

**Cap. XI. Heb.**

Mitte panẽ tuũ ſuper faciem aquæ, quia in multitudine dierum inuenies illum. [b] Da partem ſeptem, & quidẽ octo: quia non ſcis quid futurum malum ſit ſuper terrã. [c] Si repletæ fuerint nubes, imbrẽ ſuper terrã effundẽt. Et ſi ceciderit lignum ad auſtrũ, aut ad aquilonẽ: in locũ vbi ceciderit lignum, ibi erit. [d] Qui obſeruat ventũ, non ſeminabit, & qui aſpicit nubes, nõ metet. [e] Quomodo non cognoſcis tu quæ ſit via ſpirit⁹: & ſicut oſſa in vtero prægnantis, ſic neſcis opera Dei qui facit omnia. [f] In matutino ſemina ſemen tuũ, & ad veſperũ ne dimittas manũ tuam:

F

b ¶ *Da partem ſeptem, & quidem octo: quia non ſcis quid futurum malum ſit ſuper terram.*] Et in Ezechiele ſeptem & octo gradus ad templi leguntur aſcenſum. Et poſt ethicum illum pſalmum, id eſt centeſimum octauum & decimum, quindecim graduũ pſalmi ſunt: per quos primum erudimur in lege, & ſeptenario numero expleto, poſtea per ogdoadem ad euangeliũ ſcandimus. Præcipitur ergo vt in vtrumq; inſtrumentũ, tam vetus ſcilicet quam nouum, pari veneratione credamus. Iudæi dederũt partem ſeptem, credentes ſabbatum: ſed nõ dederunt octo, reſurrectionẽ diei dominicæ denegantes. E contrario hæretici, Marcion & Manichæus, & omnes qui veterem legem rabido ore dilaniant, dant partẽ octo, ſuſcipientes euãgelium: ſed eandẽ ſeptenario numero non tribuũt, legẽ veterem reſpuentes. Nos igitur vtriq; inſtrumento credamus, non enim poſſumus dignos cruciatus, dignamque pœnam iam nunc mente comprehendere: quæ repoſita eſt his qui verſantur in terra, Iudæis atq; hæreticis, è duobus alterum denegãtibus. Hebræi ita hunc locũ intelligunt: Et ſabbatum & circunciſionem ſerua: ne ſi hoc forte non feceris, inopinatum tibi ſuperueniat malum.

Ezech 40.

c ¶ *Si repletæ fuerint nubes, imbrem ſuper terram effundent. Etſi ceciderit lignum ad auſtrum, aut ad aquilonem, &c.*] Serua mandata, quæ tibi ſuperius ſunt præcepta, vt nubes ſuper te effundant imbrem ſuum. Vbicunque enim tibi locum præparaueris, futuramque ſedem, ſiue ad auſtrum, ſiue ad boream: ibi, cum mortuus fueris, permanebis. Aliter: Propterea ſupra diximus: Mitte panem tuum ſuper faciem aquæ, & omni petenti te tribue: quia & nubes cũ plenæ fuerint, diuitias ſuas mortalib. largiuntur, & tu quaſi lignum, quamuis longæuus ſis, non eris in perpetuũ: ſed ſubita vi ventorum, ita mortis tempeſtate ſubuerſus vbicumq; cecideris, ibi iugiter permanebis: ſiue te rigidũ & trucem, ſiue clementem & miſericordem, vltimum inuenerit tempus. Aliter: Dicitur in pſalmis ad Deum: *Veritas tua vſq; ad nubes.* Et in Eſaia, peccãti Deus vineæ comminatur: *Mandabo nubibus, ne pluant ſuper eam imbrem.* Nubes igitur ſunt prophetæ, & omnis vir ſanctus: qui cum plures in corde ſuo cõgregauerit diſciplinas, tunc valebit pręcepta pluere doctrinarum, & dicere: Expectetur ſicut pluuia ſermo meus: & effundent ſuper terram imbrem. Ad quam dictum eſt: Audiat terra verba oris mei. Quod autem ſequitur. *Et ſi ceciderit lignum ad auſtrum, aut ad aquilonem: in locum vbi ceciderit lignum, ibi erit*: Illuc de Habacuc ſumamus exemplum, in

Pſal 35. b
Eſa 5. b
Deut. 32.

G

Habac. 3.

## Caput XI.

**Sept.**

*Mitte panem tuum ſuper tranſeuntes aquas, quia poſt tempora multa inuenies illum. Da partes ſeptem, necnon & octo, quia ignoras quid futurum ſit mali ſuper terram. Si repletæ fuerint nubes, imbrem ſuper terram effundent. Si ceciderit lignum ad auſtrum, aut ad aquilonem, in quocumque loco ceciderit, ibi erit. Qui obſeruat ventum, non ſeminat, & qui conſiderat nubes, numquam metet. Quo modo ignoras quæ ſit via Spiritus, & qua ratione compingantur oſſa in ventre prægnantis, ſic neſcis opera Dei, qui fabricator eſt omniũ. Mane ſemina ſemen tuũ, & veſpere*

quo ſcribitur: Deus de Theman veniet: quod alii interpretes ediderunt, Deus ab auſtro veniet. Et quantũ ego exiſtimo, ſemper in bonam partem accipitur auſter. Vnde & in Cantico canticorum dicitur: *Exurge aquilo*, hoc eſt, recede & abi, & *veni auſter.* Lignum igitur, quod in hac vita corruerit, & conciſione mortalitatis fuerit inciſum, aut peccauit ante dum ſtaret, & in boreæ parte poſtea ponetur: aut ſi dignos auſtro fructus attulit, in plaga iacebit auſtrali. Nec eſt aliquod lignum, quod aut ad aquilonem non ſit, aut ad auſtrum. Hoc idem ſignificat & illud quod ſcriptum eſt in Eſaia: *Dicam Aquiloni adduc, & Aphrico, noli prohibere* Numquam enim auſtro & orientali vento præcipitur vt adducant: quia apud alias plagas eſſe eos oportet, qui ad orientem & auſtrum poſtea deducantur. Aquilo igitur ad auſtrum adducit, & Aphricus ad orientem habitatores ſuos. Nec enim poſſunt proficere, ſi in priſtinis ſedibus perſeuerent.

Cant. 4. d
Eſa. 43. a

H

d ¶ *Qui obſeruat ventũ non ſeminabit, & qui aſpicit nubes*, benefaciat, & non omni petenti non metet.] Qui conſiderat cui ſe tribuit, ſæpe præterit eum qui meretur accipere. Aliter: Qui tantum eo tempore Dei verbum prædicat, quo populus libenter auſcultat, & ſecunda aſpirat aura, tumoris ſator, negligens & ignauus agricola eſt. In ipſis enim proſperis, dum neſcimus, aduerſa conſurgunt. Sed opportune, importune, ſuo tenore, Dei ſermo eſt prædicandus: nec fidei tempore, aduerſariarum nubium conſideranda tempeſtas. De qua in Prouerbiis dicitur: *Sicut pluuia vehemens & inutilis: ſic qui derelinquunt ſapientiam, & impietatem laudant.* Abſque conſideratione ergo nubium & timore ventorum, in medijs tempeſtatibus ſeminandum eſt. Nec dicendum: illud tempus commodum, hoc inutile: cum ignoremus quæ via, & quæ voluntas ſit ſpiritus vniuerſa diſpenſantis.

Prou 28. a
Sec. 70.

e ¶ *Quo modo non cognoſcis tu quæ ſit via ſpiritus, & ſicut oſſa in vtero prægnãtis, ſic neſcis opera Dei qui facit omnia.*] Sicut neſcis viam ſpiritus & animæ egredientis in paruulum, & ignoras oſſium & venarum varietates in ventre prægnantis: quo modo ex vili elemento corpus hominis in diuerſas effigies artuſque varietur, & de eodem ſemine, aliud molleſcat in carnibus, aliud dureſcat in oſſibus, aliud in venis palpitet, & aliud ligetur in neruis: ita Dei opera ſcire non poteris, qui factor eſt omnium. Ex quo docet contraria nõ timenda, nec temere de ventis & nubibus, quas ſupra diximus, iudicandum: cum ſuo tempore & curſu, debeat ſator pergere, & euentum domini ſententiæ reſeruare. *Non enim volentis, neque currentis, ſed Dei miſerentis eſt.*

Rom. 9. a

f ¶ *In matutino ſemina ſemen tuum, & ad veſperum ne dimittas manum tuam: quoniam neſcis quid placeat, aut hoc, an illud. Et ſi vtrumque, quaſi vnum bonum eſt.* Et dulce lumen, & bonum oculis videre ſolem: quia ſi annis multis vixerit homo, in omnibus his lætetur, & meminerit dies tenebrarum, quia plurimæ erunt. Omne quod venturum eſt, vanitas.] Ne eligas cui bene facias: ſed & cum bene feceris, numquam à bono opere deſiſtas. Matutinam iuſtitiã veſper inueniat

Et veſpe-

A Et veſperi miſericordiá ſolis ortus accumulet. Incertum eſt n. quod opus magis placeat Deo,& ex quo tibi fructus iuſtitiæ præparetur.Poteſt autem accidere,vt non vnũ,ſed vtrumq; placeat Deo.Aliter:Et in adoleſcentia,& in ſenecta,æquus tibi labor ſit.Nec dicas:dũ potui, laboraui:debeo in ſenectute quieſcere. Neſcis n.vtrum in iuuentute, an in ætate longæua placeas *Ezech 33.* Deo.Nec prodeſt adoleſcẽtiæ frugalitas,ſi ſenecta ducatur in luxu. In quacumq; enim die errauerit iuſtus,veteres eũ iuſtitię à morte liberare nõ poterunt. Quod ſi iuxta vtramque interpretationẽ, ſemper bene feceris, & omni ætate æqualẽ curſum habueris: videbis Deũ patrem dulciſſimum lumẽ,videbis Chriſtum ſolem iuſtitię. Porro ſi & multis annis vixeris; & omnia bona habueris: vel bona opera ꝑpetraris,& ſcieris te ſemper eſſe moriturum, & ante oculos tuos tenebrarũ ſemper verſetur aduẽtus: præſentia quaſi fluxa,fragilia,& caduca cõtemnes. Symmachus finem huius ſentẽtiæ ita interpretatus eſt: *Si enim multis vixerit homo, & in omnibus his lætatus fuerit, recordari debet & dierum tenebrarum, quia multæ erunt: in quibus omnibus veniet eſſe deſinere.* Aliter: Repromittit in alio ſcripturæ loco Deus di *Deut 11.b* cens: Dabo vobis pluuiam tẽ B poraneá & ſerotinam: Vetus ſcilicet teſtamentum & nouum,& vtroq; vos imbre irrigabo. Vnde & nũc admonemur,vt ſic legamus legem veterẽ, ne euangelium contemnamus: ſic quæramus ſpiritualẽ in veteri inſtrumento intelligentiã,ne in Euangeliſtis & Apoſtolis hoc tãtum putemus ſonare quod legitur. Ignorare enim nos in quo magis ſcientia nobis à Deo tribuatur & gratia,felicemq; eum eſſe, qui vtrumque in commune ſociauerit, & quaſi vnum corpus effecerit. Quod qui fuerit cõſecutus, videbit lucem, videbit Chriſtum ſolem iuſtitiæ. Et ſi annis plurib. vixerit in ſumma lætitia & delectatione verſabitur, habens ſcientiam ſcripturarum,& magis ad hunc laborẽ recordatione futuri iudicij compelletur: quia perpetuum tenebrarum tempus adueniet,& æternæ pœnæ ꝑparabũtur eis qui nõ ſeminauerint mane & ad veſperam,& nequaquam vtrumq; ſociauerunt: nec viderunt lucem, nec ſolem, vnde ipſum lumen egreditur.

HEB.

tuam: quoniá neſcis quid placeat,aut hoc, an illud. Et ſi vtrumq; quaſi vnum bonũ eſt. Et dulce lumẽ, & bonum oculis videre ſolem: quia ſi annis multis vixerit homo, in omnibꝰ his lætetur,& meminerit dies tenebrarum, quia plurimę erunt. Omne quod vẽturum eſt, vanitas.

CAPVT XII.

HEB.

LÆtare adoleſcẽs in iuuentute tua, & in bono ſit cor tuũ in diebus adoleſcentiæ tuæ: & ambula in viis cordis tui, & in intuitu oculorũ tuorum. [b] Et ſcito hoc, quia ſuper omnibus his adducet te Deꝰ in iudicium. [c] Et repelle iram

CAPVT XII.

LÆtare adoleſcens in iuuentute tu*a*, &c.] In hoc capitulo, diuerſa omnium explanatio fuit,& tot pene ſententiæ quot homines. Vnde quia longum eſt opiniones omniũ recenſere,& argumenta,quibus ſententias ſuas approbare voluerint,explicare,prope res vnius voluminis eſt:ſufficiat prudentibus ſignificaſſe quid ſenſerint, & quaſi in quadam breui tabella, ſitus pinxiſſe terrarum, totiuſque orbis vaſtitatem & ambitum Oceani, anguſto monſtraſſe compendio. Hebræi ad Iſrael æſtimant pertinere mandatum: cui præcipitur,vt fruatur diuitiis ſuis, antequam ei captiuitatis tempus adueniat, & adoleſcentiam ſenectute commutet:quidquid delectabile vel iucundum tam cordi,quã oculis apparuerit, eo dum in promptu eſt, abutatur:ita tamen vt ſe nouerit in omnibus iudicandum, & tam cogitationes malas,quam libidines fugiat:ſciens ſtultitiam adoleſcentiæ copulatam, recordeturque ſemper creatoris ſui, antequam veniat dies Babyloniæ ac Romanæ captiuitatis, in quibus non poterit habere voluptatem. Et totum hunc locum ab eo quod ait: *Antequam tenebreſcat ſol, & luna, & ſtellæ*: vſq; ad eũ locum, in quo ſcriptura cõmemorat: *Et cõuertetur puluis in terrã ſuã ſicut erat, & ſpiritu reuertetur ad dominũ qui dedit illum*: ſuper ſtatu ſuæ conditionis explanant. Quæ C quia, vt ſupra diximus,laciniosa ſunt & prolixa,ſtrictim à nobis breuiterque tangentur. *ætare ergo in iuuentute tua*, ô Iſraël,& fac illa vel illa, de quib. iam dictum eſt, antequã captiuitas adueniat,& à te tuus honor recedat & gloria, & iudices & ſancti tui,quos in ſole,& luna,& ſtellis intelligi volunt, auferãtur à te: Antequam veniat Nabuchodonoſor,ſiue Titus Veſpaſiani filius,accitus à prophetis, & corũ vaticinia compleãtur. In die qua angeli tẽpli præſides recedent:& turbabuntur robuſtiſſimi quique in exercitu tuo,& otioſa erunt eloquia magiſtrorũ,& prophetæ q de cælis ſolebant viſionũ ſuarum lumẽ accipere, contenebreſcent: quando claudent templi ianuæ, & humiliabitur Hieruſalẽ,& Chaldæus veniet quaſi cantus volucris,ita Hieremiæ vocib. prophetatus: & conticeſcent filiæ cãtici in tẽplo pſallentium chori: illo tẽ *Hier.9.c* pore quando aduenietes Hieroſolymam, ipſi quoq; hoſtes Dei pertimeſcent magnitudinẽ,& in via dubii, Sennache *Eſai.37.g* rib interitũ formidabunt. Hoc enim dictum putant: & ab excelſis timebunt,& formidabũt in via. In illis diebus *florebit amygdalus*: Ille baculꝰ, & virga quam Hieremias in prophetiæ *מקל שקד* *Hier.1.c* ſuæ vidit exordio, & impinguabitur locuſta, Nabucho- D donoſor cum ſuo exercitu;& diſſipabitur capparis, amicitia Dei cum Iſraël. Quid ſibi autem velit capparis, cum de ſingulis cœperimus dicere, plenius explicabitur. Hoc autem totum eueniet Iſraëli, quia abiturus eſt homo in domũ æternitatis ſuæ,& à præſidio Dei ad cœleſtia reuerſurus: quo abeunte in tabernaculum ſuum,circumeunt in platea plãgentes atque flentes, hoſtium obſidione vallati. Lętare ergo Iſraël in iuuẽtute tua, *antequam rumpatur funiculus argenteus*, hoc eſt, donec gloria veſtra vobiſcum eſt: antequã *recurrat vitta aurea*, id eſt, antequã arca teſtamẽti auferatur: priuſquam *conteratur hydria ad fontem, & conuoluatur rota ſuper lacum*. id eſt, donec intra ſancta ſanctorum pręcepta legis & ſancti ſpiritus eſt gratia: & antequã reuertaris in Babylonem, vnde in lumbis egreſſus es Abrahę, & incipias in Meſopotamia conteri, vnde quondam profectus es: omniſque gratia prophetiæ, qua quondam fueras inſpiratus, reuertatur ad datorem ſuum. Hæc Iudæi vſque hodie diſſerunt, & ad perſonam ſuam intelligentiam huius capituli trahunt. Nos autem ad ſuperioris diſputationis ordinem reuertẽtes, ad ſingula conabimur explanare. *Lætare iuuenis in adoleſcentia tua*,&c.] Dixerat lucem mundi huius eſſe dulciſſimam,& lætari debere hominem in diebus vitæ ſuæ,omnique ſtudio carpere voluptatem: Ingruere enim noctem mortis æternam, quando non liceat perfrui congregatis, & quaſi vmbram, vniuerſa quæ habuimus pertranſire. Nunc autem hominem cohortatur & dicit: O adoleſcens, antequam tibi ſenectus & mors ingruat, lætare in iuuentute tua, & quidquid tibi corde bonum, aſpectuque iocundum videtur, aſſume & fruere vt libet mundi rebus. Rurſum ne putaretur hæc dicens hominem ad luxuriam prouocare, & in Epicuri dogma corruere, ſuſpicionem hanc abſtulit inferens.

b ¶ *Et ſcito quoniam ſuper omnibus his adducit te Deus in iudicium.*] Sic, inquit, abutere mundi rebus, vt ſcias te in vltimo iudicandum.

c ¶ *Et repelle iram è corde tuo, & aufer malitiam à carne tua: quia adoleſcentia & ſtultitia vanitas eſt.*] In ira omnes perturbationes animi comprehendit. In carnis malitia vniuerſas

SEPT.

*ſpere ne ceſſet manus tua: quia neſcis quid magis oriatur, hoc aut illud, & ſi vtrumque ſimul, melius erit. Dulce lumen, & delectabile eſt oculis videre ſolem. Si annis multis vixerit homo, & in his omnibus lætus fuerit: meminiſſe debet tenebroſi temporis, & dierum multorum: qui cum venerint vanitatis arguentur præterita. Lætare ergo iuuenis in adoleſcentia tua, & in bono ſit cor tuum in diebus iuuentutis tuæ, & ambula in viis cordis tui, & in intuitu oculorum tuorum: & ſcito quod pro omnibus his adducet te Deus in iudicium. Aufer iram à corde tuo; & amoue*



E uerſas ſignificat corporis voluptates Sic ergo, inquit, bonis ſęculi huiꝰ fruere:ne aut deſiderio, aut carne delinquas. Relinque antiqua vitia, quibꝰ in adoleſcẽtia tua vanitati ſtultitiæque ſeruiſti:quia iuuentus inſipiẽtiæ copulata eſt

a ¶ *Et memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ: antequam veniant dies malitiæ, & appropinquent anni in quibus dices: Non eſt mihi in illis voluntas.*] Semper memento creatoris tui, & ſic adoleſcentiæ tuæ viam gradere, vt mortis vltimæ recorderis: Antequam tibi tempus adueniat, quo triſtia quæque ſuccedant.

b ¶ *Antequã obtenebreſcat ſol, & lumen, & luna, & ſtellæ, & reuertantur nubes poſt pluuiam.*] Si de generali conſummatione mundi accipimus, verbis domini hoc capitulum cõgruit, *Matt.24.b* in quibus ait: *Erit tribulatio magna & anguſtia, qualis non fuit ab initio creaturæ, ſed neque fiet.* Sol enim tenebreſcet,& luna non dabit lumen ſuum,& ſtellæ cadent de cœlo,& virtutes cælorum commouebuntur: quæ ſunt cuſtodes domus: ita vt domus intelligatur hic mũdꝰ, viri vero fortes, errore decepti,& diſſipandæ contrarię fortitudines. Quod ſi ſpecialis vniuſcuiuſq; cõſummatio, ad vitę huius finẽ refertur,& ſol, F & luna, & ſtellæ, & nubes,& pluuiæ ei eſſe ceſſabunt, qui mortuus fuerit. Aliter. Lętare adoleſcens, ô popule Chriſtiane,& fruere bonis, quæ à Deo tibi conceſſa ſunt, & in his omnibus ſcito te à domino iudicandum. Nec putes quia *Rom 11.* priores rami fracti ſunt, & tu inſertus es in radicem bonæ oliuæ, iccirco te eſſe ſecurum: ſed aufer iram à corde tuo, & à corpore tuo voluptates, & cæteris vitijs derelictis, memento creatoris tui antequam tibi dies malitiæ adueniat & inſanabilis: in qua peccantibus pœnæ ſunt præparatæ: ne cum peccaueris, occidat tibi ſol iuſtitiæ meridie, & ſcientiæ lumen intereat, & ſplendor lunæ, id eſt, eccleſiæ, ſubtrahatur, & ſtellæ occidant, *Philipp.2.b* de quibus ſcriptum eſt: *In quibus lucetis ſicut luminaria in hoc mundo, rationem vitæ habentes.* Et alibi: *Stella à ſtella dif- 1.Cor.15.c fert in claritate. Antequam reuertantur nubes poſt pluuiam*: ne prophetæ, qui corda prudentium ſuo ſermone, ſuiſque pluuiis irrigant, poſtquam te imbre ſuo indignum eſſe perſpexerint, reuertantur ad ſedem ſuam: ad eum ſcilicet à quo miſſi ſunt.

c ¶ *In die quo commoti fuerint cuſtodes domus, & perierint viri fortitudinis.*] Cuſtodes domus, aut ſol intelligitur & luna, & reliquus aſtrorum chorus, aut angeli qui huic mundo præſident. Viri vero fortitudinis, ſiue fortes, vt interpretatus eſt Symmachus, qui peribunt: ſiue vt Aquila, qui tranſtulit, errabunt: dæmones ſentiun- *Matt.12.c* tur, à forti diabolo etiam ipſi fortium ſortiti vocabulum. Quem ſuperans dominus & ligans, iuxta euangelii ſententiam, vaſtat domum eius. Aliter: *Cuſtodes domus*, qui ad corpus hominis referunt cuncta quæ ſcripta ſunt, coſtas ſignificari putant, quod ab ipſis inteſtina vallentur, & tota ventris mollitudo ſeruetur, Viros vero fortes, crura æſtimant, Solem & lunam & ſtellas, ad oculos, aures, nares, & totius capitis ſenſus coaptant. Hoc autem ideo, quia inferius neceſſitate coguntur, non de angelis & dæmonibus, ſole & luna & ſtellis, ſed de hominis membris intelligere quæ ſequuntur.

HEB.

iram à corde tuo, & aufer malitiam à carne tua: quia adoleſcẽtia & ſtultitia vanitas eſt. [a] Et memẽto creatoris tui in diebꝰ iuuẽtutis tuæ: antequam veniant dies malitiæ, & appropinquent anni, in quibus dices. Nõ eſt mihi in illis voluntas. [b] Antequam obtenebreſcat ſol & lumẽ, & luna, & ſtellę, & reuertantur nubes poſt pluuiam. [c] In die quo commoti fuerint cuſtodes domus, & perierint viri fortitudinis. [d] Et ceſſabunt molentes, quoniã imminutæ ſunt: & contenebreſcent quæ vident in foraminibus. [e] Et claudent oſtia in platea in humilitate vocis molentis, & conſurget ad vocem volucris, & obmuteſcent omnes filiæ carmi-

d ¶ *Et ceſſabunt molentes: quoniam imminutæ ſunt, & contenebreſcent quæ vident in foraminibus.*] In conſũmatione mũdi, cum refrixerit caritas multorum, & imminutæ fuerint G animæ magiſtrorum, quę poſſunt cœleſtem cibum præbere credentibus, tranſlatæ in cœleſtia: tunc incipient hi, qui ex parte in hoc mundo intuebãtur lumen ſcientię, inuolui tenebris. Si n. Moyſi dicitur: *Exod,33.d* *Ponam te in foramine petræ, & ſic poſteriora mea videbis*; quanto magis vnaquæque anima per foramẽ,& quaſdam tenebroſas cauernas aſpicit veritatẽ. Aliter: Duæ molentes ſunt: ex *Matt.24.d* quibus vnam recipi & alterã relinqui, euangeliũ nõ tacet. Quę cũ imminutę fuerint atq; ceſſauerint, neceſſe eſt vt omne lumen ſciẽtiæ auferatur ex oculis: Aliter: Ceſſare molentes, quia imminutæ ſint, de dentibus dictũ putant. Quod cum extrema ſenectus aduenerit, dentes quoque aut atteruntur, aut decidunt: quibus moliti cibi in aluum tranſmittuntur. Tenebreſcere autem vidẽtes in foraminibus, oculo arbitrantur: quod ætate confectis, caliget acies, & intuitus obſcuretur.

e ¶ *Et claudent oſtia in platea in humilitate vocis molentis, & conſurget ad vocem volucris, & obmuteſcent omnes filiæ carminis,*] H Cum vox molentis fuerit infirmata, & magiſtrorum doctrina ceſſauerit, conſequenter ceſſabunt omnia: inter quæ & oſtia claudentur in platea, vt iuxta fatuas euangelij *Matth.25.* virgines, vnuſquiſque habeat clauſas ſuæ plateæ ianuas,& illæ oleum emere non poſſint. Vel certe fatuis virginibus circumeuntibus in platea claudent cubiculum ſponſi, quæ cum eo intrauerint. Si enim *arta & anguſta via eſt quæ ducit ad vitam, & lata & ſpatioſa via eſt quæ ducit ad mortem*: recte refrigerata charitate mul- *Matt.7.b* torum, oſtium doctrinarum clauditur in plateis. Sequenti autem verſiculo in eo quod ait: Et conſurget ad *צפור* vocem volucris, ſiue paſſeris: vtimur in tempore, ſiquando viderimus peccatorem ad vocem epiſcopi ſiue presbyteri per pœnitentiã conſurgentẽ. Poteſt quoq; hoc extraordinarie, tametſi cõtextum capituli non ſequamur,& de vltima reſurrectione accipi, quando ad vocẽ archãgeli reſur- *2.Cor.15.* gent mortui. Nec mirandũ ſi angeli tubam paſſeri cõparemus, cum omnis vox ad Chriſtum comparata, ſit tenuis. Et quãtum ego poſſum animo recordari, numquam paſſerem in malã partem legiſſe me noui. Loquitur in decimo pſalmo iuſtus: *In domino confido: quo modo dicitis animæ meæ, transmigra in montẽ ſicut paſſer.* Et alibi: *Vigilaui, & factus ſum* *Pſal.101.b* *ſicut paſſer ſolitarius in tecto.* Nec non & in alio loco: *Etenim* *Ibid 83.a* *paſſer inuenit ſibi domũ.* Aliter: Clauſas in plateis ianuas, infirmos ſenis greſſus accipi volunt: quod ſemper ſedeat, & ambulare non poſſit. Humilitatem autem vocis molentis, de mãdibulis interpretantur: quod cibum terere nequeat; & vix ſpiritu coarctato vox eius tenuis audiatur. Porro cõſurgere eum ad vocem volucris: oſtendit quod frigeſcẽte iam ſanguine,& humore ſiccato, quibus materiis ſopor alitur, ad leuem ſonitum euigilet: noctiſq; medio cum gallus cecinerit, feſtinus exurgat: nequaquam valẽs ſtrato ſæpius membra conuertere. Obmuteſcere quoque, ſiue vt melius habet in Hebræo, ſurdeſcere filias carminis, aures *השיר* ſignificat: quod grauior ſenum auditus fiat, & nulla inter voces valeant ſcire diſcrimina, nec carminibus delectari. Quod

SEPT.

*amoue malitiam à carne tua. Adoleſcentia enim & voluptas, vana ſunt.*

CAPVT XII.

SEPT.

*MEmento creatoris tui in diebus iuuẽtutis tuæ: antequam veniat tempus afflictionis tuæ, & appropinquent anni, de quibus dicas; non mihi placent. Antequam tenebreſcant ſol & lumen, & luna & ſtellæ, & reuertantur nubes poſt pluuiam. Quando commouebuntur cuſtodes domus, & nutabunt viri fortiſſimi. Et otioſæ erunt molentes in minuto numero, & tenebreſcent videntes per foramina. Et claudẽt oſtia in platea in humilitate vocis molẽtis, & conſurgent ad vocem volucris, & obſurdeſcent oẽs filiæ carminis. Excel-*

A 2. Reg 19.c Quod quidem & Berzellai loquitur ad Dauid, nolens tranſire Iordanem.

a ¶ *Sed & ab excelſis timebunt & formidabunt in via.* ] Id eſt, ardua ingredi non valebunt, & laſſis poplitibus, ac tremẽti veſtigio, etiam in plano itinere fluctuantes offenſam greſſum formidabunt.

b ¶ *Et florebit amygdalum, & impinguabitur locuſta, & diſſipabitur capparis*, &c. ] Per metaphoram etiam nũc de mẽbris hominis Eccleſiaſtę ſermo eſt: Quod cum ſenect⁹ aduenerit, capill⁹ incanuerit, tumuerint pedes, libido refrixerit, & homo morte fuerit diſſolut⁹: tũc reuertetur in terrã ſuam, & in domũ æternitatis ſuæ: ſepulcrũ exequijs quærat celebratis, plangentiumq; funus turba p̃cedat. Florẽ autẽ amygdali, quẽ nos pro canis poſuimus, quidam ſacrã ſpinã interpretantur, ꝙ decreſcentib. natiũ carnibus, ſpina ſuccreſcat & floreat. Porro ꝙ ait: Impinguabitur locuſta: ſciendũ vbi in noſtris codicib. legitur locuſta, in Hebręo ſcriptũ eſt, חגב chagab: ꝙ verbum apud eos ambiguum eſt. Poteſt n. talus, & locuſta trãſferri. Quo modo igiť in Hieremiæ principio, verbũ שקד ſoced, ſi varietur accentus, & nucẽ ſignificat & vigilias; Et dicit ad eũ B quid tu vides Hieremia? Et reſpõdit: Baculũ nuceũ: Et ait dominus ad eũ: Bene vidiſti: quia vigilabo ego ſup verbũ meũ, vt faciã illud, vel illud: Et habet etymologiam nucis, quod vigilaturus ſit De⁹, & retributurus populo quod meret, idq; ſermonis occaſio eſt: Ita & nũc, ambiguitas verbi p etymologiã eius: indicat ſenum crura tumẽtia & podagræ tumoribus prægrauata. Non quod omnib. ſenibus hoc fiat, ſed quod plerumq; accidat, συνεκδοχικῶς à parte id quod totum eſt appelletur: in eo vero, vbi nos habemus, capparim: in Hebræo habet, אביונה auiiona: ꝙ & piſum ambiguum eſt, interpretaturq; amor, deſiderium, concupiſcentia: vel capparis ſignificatur vt ſupra diximus, ꝙ ſenum libido frigeſcat & organa coitus diſſipentur. Hoc autem ideo, quia hæc verba ambigua, cum in vocabulis ſuis, & amygdalũ, & locuſtam, & capparim ſonent, aliud deriuata ſignificãt, & per figuram ad ſenſus, qui ſeni conueniunt, deriuantur. Sciendum quoque quod vbi nunc Lxx. interpretes poſuerunt τὸ ἀμυγδαλὸν, ipſum verbum ſit שקד ſoced; ꝙ in Hie- Hier. 1.b remiæ principio eſt: ſed ibi in nucẽ verſum eſt, hic in amygdalum. Symmachus neſcio quid in hoc loco ſentiẽs, multo aliter interpretatus eſt. Ait enim: *Super hæc etiam de excelſo videbunt, & terror erit in via, & obdormiẽt vigilãtes, & diſſoluetur ſpiritus fortitudo. Ibit enim homo in domum æternitatis ſuæ, & circumibunt in platea plangentes.* Cuius interpretationẽ Laodicenus ſecutus, nec Iudæis placere poteſt, nec Chriſtianis: dum & ab Hebræis procul eſt, & ſequi Septuaginta interpretes dedignatur.

c ¶ *Antequam rumpatur funiculus argenti*, &c. ] Reuertitur ad ſuperiora & poſt grande hyperbaton (quod ab eo loco interiecerat, in quo ait: Et memento creatoris tui in dieb. iuuentutis tuæ: antequam veniat dies malitiæ, & antequã tenebreſcat ſol & luna, & ſtellæ, & cætera, in die quo mouebuntur cuſtodes domus) nunc cœptã ſententiã, ſimili fine concludit, dicens: *Antequam rũpatur funiculus argenti* & illud vel illud fiat. Funiculus autem argenti candidam hanc

HEB.

carminis. [a] Sed & ab excelſis timebũt & formidabũt in via. [b] Et florebit amygdalũ, & impĩguabitur locuſta, & diſſipabitur capparis. Quoniã ibit homo in domũ æternitatis ſuæ, & circuibũt in platea plangẽtes. c Antequã rumpatur funicul⁹ argenti, & recurrat vitta aurea, & cõteratur hydria ſuper fontẽ, & cõfringatur rota ſuper lacum, & reuertatur puluis in terrã ſuam ſicut erat, & ſpiritus redeat ad Deũ qui dedit illũ. Vanitas vanitatũ, dixit Eccleſiaſtes, vniuerſa vanitas. [d] Et amplius quia factus eſt Eccleſiaſtes ſapiẽs: adhuc docuit ſciẽtiam populũ, & audire eos fecit, & ſcrutans cõpoſuit prouerbia. Multum quæſiuit Eccleſiaſtes, vt inueniret verba volũtatis, & ſcriberet recte verba veritatis e Verba ſapientũ vt ſtimuli, & quaſi

SEPT.

*Excelſa quoque timebunt, & formidabunt in via. Florebit amygdalus, impinguabitur locuſta, & diſſipabitur capparis. Quoniam ibit homo in domum æternitatis ſuæ, & circumibunt in platea plangentes. Antequam rumpatur funis argenteus, & recurrat vitta aurea, & conteratur hydria ſuper fontẽ, & confringatur rota ſuper ciſternam, & reuertatur puluis in terram ſuam vnde erat, & ſpiritus redeat ad Deum qui dedit illum. Vanitas vanitatum, dixit Eccleſiaſtes, omnia vanitas. Cumque eſſet ſapientiſſimus Eccleſiaſtes, docuit populum, & enarrauit quæ fecerat, & inueſtigans compoſuit parabolas multas. Quæſiuit verba vtilia, & conſcripſit ſermones rectiſſimos, ac veritate plenos. Verba ſapientiũ ſicut ſtimuli, & quaſi claui in altũ defixi,*

vitam, & ſpiramen, quod nobis de cœlo tribuitur, oſtẽdit. G Recurſus quoque vittæ aureæ animam ſignificat, quæ illuc recurrit vnde deſcenderat. Porro duo reliqua quæ ſequuntur contritio hydriæ ſuper fontem, & cõfractio rotæ ſuper lacum: per metaphorã, mortis ænigmata ſunt. Quo modo enim hydria, quæ conteritur, ceſſat haurire, & rota, per quã de lacu & puteis leuanť aquę, ſi confracta fuerit, ſiue (vt alij interpretes voluerunt) in ſuo funiculo cõuoluta, aquę vſus intercipitur: ita & cũ funiculus argẽti, ſi fuerit interrupt⁹, & animæ riuus recurrerit ad fontẽ, interibit homo. Et vt manifeſti⁹ ſequiť: conuerteť puluis in terrã ſuã, vnde ſumptus eſt, & ſpiritus reuertetur ad dominũ, qui dedit illum. Ex quo ſatis ridẽdi ſunt, qui putãt animas cũ corporib. ſeri, & non à Deo, ſed à corporũ parẽtibus generari. Cũ enim caro reuertatur in terrã, & ſpiritus redeat ad Deũ, qui dedit illum: manifeſtũ eſt Deũ, patrẽ animarum eſſe, non homines. Poſt deſcriptionẽ interit⁹ humani, pulchre exordiũ libri ſui repetẽs ait: *Vanitas vanitatum, dixit Eccleſiaſtes, omnia vanitas.* Cum enim cũctus mortalium labor, de quo in toto volumine diſputatũ eſt, huc perueniat, vt reuertatur puluis in terram ſuam, & anima illuc redeat, vnde ſumpta eſt, magnæ vanitatis eſt in D hoc ſæculo laborare, & nihil profutura conquirere.

d ¶ *Et amplius quia factus eſt Eccleſiaſtes ſapiens: adhuc docuit ſcientiam populũ, & audire eos fecit, & ſcrutans compoſuit prouerbia, &c.* ] Sapientiam, qua præiuit Salomon omne hominum genus, nunc quoque in fine opuſculi ſui profitetur, quod non fuerit veteris legis inſtitutione contentus, ſed in profundas ſe vltro demerſerit quæſtiones, & ad docendum populum, prouerbia, & parabolas compoſuerit, aliud in medulla habẽtes, aliud in ſuperficie pollicentes. Prouerbia quippe nõ hoc ſonare quod ſcriptum eſt, etiam in euangelijs edocemur: quod dominus populo in parabolis & prouerbijs ſit locutus: ſecreto autẽ Apoſtolis diſſoluerit ea: Ex quo manifeſtum eſt & ꝓuerbiorum librum, non vt ſimplices arbitrantur, parentia habere Matt. 13. præcepta: ſed quaſi in terra, aurum, in nuce, nucleus, in hirſutis caſtanearum operculis, abſcõditus fructus inquiritur: ita in eis diuinum ſenſum altius perſcrutandũ. Super hæc addidit cauſas, naturaſq; rerum ſe voluiſſe cognoſcere, & Dei diſpoſitionẽ & prouidẽtiam: quare vnumquodq; vel quo modo factum ſit, ſcire voluiſſe: vt quod Dauid poſt diſſolutionem corporis & animæ ad cœlos recurſum ſe ſperat eſſe viſurum, dicens: *Videbo cœlos tuos, opera digitorum* Pſal. 8 d *tuorum*: hoc nunc in præſenti Salomon niſus fuerit inuenire, & veritatem ſoli Deo cognitam, quam corporis vallata ſepto mens humana comprehendere non poteſt.

e ¶ *Verba ſapientum vt ſtimuli, & quaſi claui in altum defixi*, &c. ] Ne videretur poſt legẽ Dei, temerarius ſubito præceptor erumpere, & ſibi vendicare doctrinã, quam Moyſes, non tam ſua ſponte quã Deo iraſcente primum, dehinc inſpirante ſuſceperat: dicit verba ſua verba eſſe ſapientium, q̃ in ſimilitudinem ſtimulorum corrigãt delinquentes, & pigros mortalium greſſus aculeo pungente cõmoueant: ſicq; ſint firma quaſi claui in altũ ſolidumq; defixi: nec auctoritate vnius, ſed conſilio atq; cõſenſu magiſtrorũ omnium proferan-



E proferantur. Et ne contemneretur humana ſapientia, ait eam ab vno paſtore conceſſam, id eſt, licet plurimi doceant, tamen doctrinæ auctor vnus eſt Dominus. Facit hic locus aduerſus eos, qui alium legis veteris, alium euangelij exiſtimant Deum, quod vnus paſtor concilium prudentium inſtruxerit. Prudentes autem tam prophetæ ſunt, quam Apoſtoli. Simul & hoc notandum eſt, quod dicantur verba ſapientium pungere, nõ palpare, nec molli manu attrahere laciniam, ſed errantibus, & vt ſupra diximus, tardis, pœnitẽtiæ dolores & vulnus infigere. Si igitur ſermo non pungit, ſed oblectationẽ facit audientibus, iſte non eſt ſermo ſapientis. Verba quippe ſapientium, vt ſtimuli. Quæ quoniam ad conuerſionem prouocant delinquentem, & firma ſunt, & à concilio ſanctorum data, atque ab vno paſtore conceſſa, & ſolida radice fundata ſunt. Hoc ſtimulo nec dum Paulum, ſed adhuc Saulum puto in via con- Act. 9.a foſſum erroris audiſſe: *Durum tibi eſt calcitrare contra ſtimulum Dei.*

a ¶ *Et amplius ab ipſis fili mi caue, faciendi libros multos, quibus non eſt finis, & meditatio plurima, labor eſt carnis.* ] Exceptis his verbis, quæ ab vno poſtre ſunt data, & à concilio atque conſenſu prolata ſapientium, nihil facias, nihil tibi vendices: maiorum ſequere veſtigia, ab eorum auctoritate non diſcrepes. Alioqui quærenti multa, infinitus librorum numerus occurret, qui te protrahat ad errorem, & F legentem multa, fruſtra faciet laborare. Vel certe docet breuitati ſtudendum, & ſenſum magis ſectandum eſſe, quam verba: aduerſus philoſophos & ſæculi huius doctores, qui ſuorum dogmatum falſitates conantur aſſerere, varietate ac multitudine ſermonum. Econtra ſcriptura diuina, breui circulo coarctata eſt, & quantum dilatatur in Rom. 9.f ſenſibus, tantum in ſermone conſtringitur. Quia con- Deut 30.c ſummatum breuiatumque ſermonem fecit Deus ſuper terram: & verbum eius iuxta eſt in ore noſtro, & in corde noſtro, Aliter: Frequens lectio & quotidiana meditatio animæ ſolet magis labor eſſe, quam carnis. Quomodo enim quidquid manu & corpore fit, manus & corporis labore completur: ita quod ad lectionem pertinet, magis eſt labor mentis. Ex quo mihi videtur, ſuperiora de multitudine librorum, aliter ſentienda, quam plerique exiſtimant. Moris eſt ſcripturarum, quamuis plures libros, ſi inter ſe non diſcrepent, & de eadem re ſcribantur, vnum volumen dicere. Siquidem & euangelium, & lex domini immaculata, conuertens animas, ſingulariter appellantur, cum plura euangelia, & multa ſint mandata legis. Sin Eſa. 29.c & volumen in Eſaiæ ſermone ſignatum, omnis ſcri- Ezech. 2.d ptura diuina eſt: & vno capitulo libri, Ezechiel, Ioan- Apoc. 10 a neſque veſcuntur. Saluator quoque omnium retro ſan- Pſal. 39.b ctorum vocibus prophetatus, ait: *In capitulo libri ſcriptũ eſt de me.* Iuxta hunc igitur ſenſũ arbitror nunc præceptum, ne plures libri fiant. Quidquid enim dixeris, ſi ad eum referatur, qui *in principio erat apud Deum, & Deus erat verbum,* G Ioan. 1.a vnum volumen eſt, & immutabiles libri, vna lex, vnum euangelium nominatur. Quod ſi diuerſa, & diſcrepantia diſputaueris, & curioſitate nimia huc atque illuc animum deduxeris, etiam in vno libro, multi libri ſunt. Vnde dictum eſt: *Ex multiloquio non effugies peccatum.* Eccl. 20.a Talibus igitur libris non eſt finis. Bonum enim omne, & veritas certo fine concluditur: malitia vero atque mendacium, ſine fine ſunt. Et quanto plus requiruntur, tanto maior eorum ſeries naſcitur. Hac in re ſtudium atque meditatio, labor eſt carnis. Carnis, inquam, non ſpiritus. Habet ſiquidem & ſpiritus laborem ſuum, iuxta illud quod ait Apoſtolus. *Plus autem illis omnibus laboraui; non autem ego, ſed gratia Dei quæ mecum eſt.* 1. Cor 15. c Pſal. 68. a Et Saluator: *Laboraui clamans.*

b ¶ *Finis ſermonis verbi vniuerſi auditu perfacilis eſt, &c.* ] Aiunt Hebræi cum inter cætera ſcripta Salomonis, quæ antiquata ſunt, nec in memoria durauerunt, & hic liber oblitterandus videretur, eoquod vanas aſſerat Dei creaturas, & totum putaret eſſe pro nihilo, & cibũ & potum & delicias tranſeuntes præferret omnibus: ex hoc vno capitulo meruiſſe auctoritatem, vt in diuinorum voluminum numero poneretur: quod totam diſputationem ſuam, & omnem catalogum ſuum hac quaſi ἀνακεφαλαιώσει coarctauerit, & dixerit finem ſermonum ſuorum auditu eſſe promptiſſimum, nec aliquid in ſe habere difficile; vt ſcilicet Deum timeamus, & eius præcepta faciamus. Ad hoc enim H natum eſſe hominem, vt creatorem ſuum intelligens, veneretur eum metu, & honore, & opere mandatorum. Si quidem cum iudicij tempus aduenerit, quidquid à nobis geſtum eſt, ſtare ſub iudice, & ancipitem diu expectare ſententiam, & vnumquemque recipere pro opere ſuo, ſiue mali quid geſſerit, ſiue boni. Pro eo autem quod nos poſuimus, De omni abſcondito, ſiue bonum ſiue malum ſit: Symmachus & Septuaginta interpretati ἐν παντὶ παρεωραμένῳ. ſunt, de omni contemptu: vel certe de omni ignoratu: 1. Ioan. 2. quod etiam de otioſo verbo, & non voluntate, ſed ignoratione prolato, reddituri ſumus rationem in die iudicij. Aliter: quia timor ſeruorum eſt, & perfecta dilectio foras mittit timorem, & in ſcriptura diuina tam inſipientium quam perfectorum duplex appellatur metus: nunc de conſummato in virtutibus metu dici puto, ſecundum illud: *Nihil deeſt timentibus eum.* Pſal. 33 b Vel certe qui adhuc homo eſt, & necdum nomen Dei accepit, hanc habet rationem ſubſtantiæ ſuæ, vt in corpore poſitus Deum timeat. Quia omne factũ, id eſt, omnes homines Deus adducet in iudicium, ſuper vniuerſis, quæ aliter quam ab eo diſpoſita ſunt, & dicta ſenſerunt, ſiue in hanc partem, ſiue in illam. *Væ* quippe *his qui dicunt bonum malum, & malum bonum.* Eſai. 5. c

HEB.

quaſi claui in altũ defixi, habentibus cœtus data ſunt à paſtore vno. [a] Et amplius ab ipſis fili mi caue, faciendi libros multos, quibus non eſt finis, & meditatio plurima, labor eſt carnis. [b] Finis ſermonis verbi vniuerſi, auditu perfacilis eſt. Deũ time, & mandata eius cuſtodi. Hoc eſt enim omnis homo: quia omne factum Deus adducet in iudicium de omni abſcondito, ſiue bonum ſiue malum ſit.

SEPT.

*defixi, quæ per magiſtrorum conſilium data ſunt à paſtore vno. His amplius fili mi ne requiras. Faciendi plures libros nullus eſt finis. Frequenſque meditatio, carnis afflictio eſt. Finem loquendi pariter omnes audiamus. Deum time, & mandata eius obſerua. Hoc eſt omnis homo. Cuncta quæ fiunt adducet Deus in iudicium pro omni errato, ſiue bonum ſiue malum ſit.*

*Diui Hieronymi Commentariorum in Eccleſiaſten finis.*

A
# DIVI HIERONYMI PRESBYTERI COMMENTARIORVM IN OSEE PROPHETAM AD PAMMACHIVM.
C

## *PROOEMIVM.*

SI in explanationibus omnium prophe-
tarum ſancti Spiritus indigemus ad-
uentu, vt cuius inſtinctu ſcripti ſunt,
Eſa.19.d illius reuelatione pandantur. Et in
Apoc.3.b Eſaia, ſignatum librum legimus, quem
ſcribæ & phariſæi, qui legis literas noſſe ſe iactant,
non poſſunt legere, quia ſignatus eſt: nullúſque in-
Ioan.6.c ueniri potuit, niſi leo de tribu Iuda, quem ſignauit
Deus pater, qui eius poſſet reſerare myſteria: quãto
magis in explanatione Oſee prophetæ orandus eſt
Matt.13.e dominus, & cum Petro dicendum: *Ediſſere nobis pa-*
*rabolam iſtam*: Præſertim cum obſcuritatem volumi-
Ibid.24.d nis in fine teſtetur ipſe qui ſcripſit: *Quis ſapiens & in-*
*telliget iſta, intelligens & cognoſcet ea?* Quod non pro
impoſſibili, ſed pro difficili debemus accipere, iux-
ta illud euangelij: *Quis putas eſt ſeruus fidelis & pru-*
*dens, quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuã?* Quis
enim non ſtatim in fronte libri ſcandalizetur, & di-
cat: Oſee primus omnium prophetarũ meretricem
accipere iubetur vxorem, & non contradicit? Non
ſaltem nolle ſe ſimulat, vt rem turpem facere vide-
tur inuitus, ſed exequitur lætus imperium, quaſi op-
tauerit, quaſi multo tempore eum pudicitiæ vacaſſe
pæniteat: cum honeſtiora & abſque peccato ſanctos
viros renuiſſe domino, legerimus. Moyſes mittitur
B ad Pharaonẽ, & dux Iſraelitici populi cõſtituitur, &
Exod.4.c tamen non imbecillitate, ſed humilitate reſpondet;
Prouide aliũ quem mittas. Hieremias puerũ eſſe ſe
Hier.1.b dicit ne peccantem arguat Hieruſalem. Ezechiel de
omni genere leguminis ac ſementis vnũ ſubcine-
riciũ panẽ facere, & coquere illum in humano ſter-
Ezech 4.c core iubetur, & ait: *Nequaquam domine, quia numquã*
Oſee 1. *immundum introiuit in os meũ.* Et Oſee audiens à do-
mino: *Accipe vxorẽ fornicariã*, non frontem rugat, nõ
mœrorem pallore teſtatur, non verecundiã mutato
genarum rubore demõſtrat: ſed pergit ad lupanar, &
ſcortum ducit ad lectulũ. Et non initiat illã pudici-
2.Cor.6.d tię matronali, ſed ne luxurioſum ac nepotẽ probat.
Qui enim *adhæret meretrici, vnũ cũ ea corpus efficitur.*
Oſee 14.d Hæc igitur audientes quid poſſumus reſpõdere niſi
illud propheticum. *Quis ſapiens & intelliget iſta, in-*
*telligens & cognoſcet ea?* Vnde & nobis dicendũ eſt cũ
Pſal.118.c Dauid: *Reuela oculos meos, & cõſiderabo mirabilia de le-*
*ge tua*: vt introducat nos rex in cubiculum ſuum, &
1.Cor.3.d velamen quod ante oculos Moyſi poſitum fuit in
lectione veteris teſtamenti, tollat à nobis. Statim n.
vt locutus eſt dominus: *Pater in manus tuas commẽdo*
Matt.27.f *ſpiritum meum, & hæc dicens expirauit*, velum templi
ſciſſum eſt, & omnia Iudæorum ſecreta patuerunt.
Exod.47.b. Et fons qui egrediebatur de domo Dauid ingreſſus
4.Reg.2.d eſt mare ſolitudinis: & verus Heliſæus aquas ſteriles
atque mortiferas ſapientiæ ſuæ cõdiuit ſale, & fecit
eſſe vitales. Marah aqua legis, quæ interpretatur a-
maritudo, ligno patibuli dulcorata eſt. Intelligimus
n. quis ſit Iudas patriarcha electus in regem, nec mi-
Exod 15.d ramur cur ad Thamar quaſi ad meretricem vir ſan-
Gen.38.d ctus introierit: Quare Samſon, qui interpretatur
Iudic.16.a ſol, Dalilam amauerit, quæ transfertur in pauperem,
& propter eam irriſus & mortuus aduerſariorũ mil-
lia trucidarit: Cur Salomon virum iuſtum Booz de
Raab meretrice generarit: qui Ruth Moabiten pin- Ruth.1.c
na pallij ſui operiens, & iacentem ad pedes ad caput
euangelij tranſtulit: Quid cauſæ ſit vt cum Dauid 3.Reg.1.
tot habuerit vxores, nullum alium regni ſui fecerit
ſucceſſorẽ, niſi eũ qui de Bethſabee procreatus eſt:
vt non ſolum meretrices, ſed etiam adulteræ Deo
placere videantur. Vnde & in hoc ipſo propheta le-
gimus quod iũctus primum meretrici, ſecũdo adul-
terę copuletur, dicẽte ad eũ domino: *Adhuc vade, di-* Oſee.3.a
*lige mulierem dilectam amico*, ſiue diligentem mala & Luc.7.d
adulterã. Hæc eſt mulier meretrix & adultera, quæ Matt.26.a
in euangelio pedes domini lacrymis lauit, crine de-
terſit, & cõfeſſionis ſuæ honorauit vnguento: indi-
gnãtibuſq; diſcipulis, & maxime proditore, quod nõ
fuiſſet venditũ, & pretium illius in alimenta pauperũ
diſtributum, dominus reſpõdit: Quid moleſti eſtis
mulieri? opus bonum operata eſt in me: pauperes
enim ſemper habebitis vobiſcum, me autem non
ſemper habebitis. Et ne putaremus leue eſſe quod
fecerat & nardum piſticum, id eſt, vnguentum fide-
liſſimum, ad aliud quid, & non ad eccleſiã eſſe refe-
rendũ, dat nobis occaſionẽ intelligentiæ, & magnæ
fidei magna præmia repromittit, dicens: Amen di-
co vobis, vbicumq; prædicatum fuerit hoc euange-
lium in toto mundo, dicetur quod hæc fecit in me-
moriã eius. Hæc eſt meretrix, de qua loquitur do- D
minus ad Iudæos *Amẽ dico vobis, meretrices & publi-* Matth.21.c
*cani præcedent vos in regno Dei.* Vos n. miſſum ad vos
filiũ patrisfamiliæ & dominũ vineæ, qui plantauit
eam, ſuſcipere noluiſtis. Iſta meretrix exploratores
meos duos fortiſſimos iuuenes: quorũ alterũ in cir- Ioſ.2.
cumciſionem miſi, alterum ad gentes, humanitate
ſuſcepit, abſcondit ſtudio, leuauit in tectum, operuit
lini ſtipula. Quæ cæſa perſecutionibus & lota in ba-
ptiſmate; immutat colorẽ, & de tetro in album ver-
titur. Nec mirũ ſi in figura domini Saluatoris & ec-
cleſiæ de peccatorib. cõgregatæ hæc facta memo-
remus, cum ipſe in hoc eodem dicat propheta: Lo-
quar ad prophetas; *ego viſiones multiplicaui, & in ma-* Oſee 12.c
*nibus prophetarum aſſimilatus ſum*: vt quidquid pro-
phetæ iubentur operari, ad meam referatur ſimilitu-
dinẽ. Cuius vxor Æthiopiſſa eſt: contra quã Aaron Num 12.a
& Maria carnale ſacerdotiũ Iudæorum, & prophe- Cano.1.b
tia literæ ſeruiens muſſitãt & offendunt Deũ. Quæ
dicit in Cãtico canticorum; *Fuſca ſum & formoſa fi-* Hier.13.a
*liæ Hieruſalem.* Alioquin ſi omnia quæ præcipiuntur,
ob cauſas vt in ſimilitudinem fiant, vere facta con-
tendimus: ergo & Hieremias accinctus lumbari, ve-
ſtimento muliebri inter innumerabiles nationes &
Aſſyrios atq; Chaldæos, gẽtes inimiciſſimas Iudæo-
rũ, iuit ad Euphratẽ, vt ibi abſcõderet lũbare ſuum,
& poſt multa tempora reuerſus, inuenit illud cõpu-
truiſſe, quod nulli eſſet vſui. Quomodo exire pote-
rat & ire tam longe obſeſſa Hieruſalẽ, extructis per
circuitũ munitionib. foſſa, vallo, atq; caſtellis. Qui Ibid.37.c
cũ ſemel ad Anatoth viculũ ſuum in tertio millia-
rio ab vrbe ſitum voluiſſet exire in portã, capitur, &
reductus ad principes, quaſi proditor verberatus in
carcerem



carcerem mittitur. Si illud in typo, quia fieri non
E potuit: ergo & hoc in typo, quia ſi fiat, turpiſſimũ
eſt. Sed reſpõdebis, Deo iubẽte nihil turpe eſt, &
nos dicimꝰ, nihil Deꝰ p̃cepit, niſi ꝙ honeſtũ eſt: nec
iubẽdo turpia, facit honeſta quę turpia sũt. Sed
quia ſcimꝰ nihil Deũ velle niſi ꝙ honeſtũ eſt, hoc
præcipit quod honeſtũ eſt. Hæc in principio proli
xiꝰ ſũ locutꝰ, vt difficillimã primũ ſoluerem quæ-
ſtionẽ, & abditũ in ipſo exitu ſcopulũ Dei auxilio
prætergrediẽs, ad tuta decurrerẽ. Cæterum non
ignoro Pãmachi chariſſime à multis eccleſiaſticis
prętermiſſam, & qui exponere ſunt conati, apud
Græcos reperi Apollinariũ Laodicenũ: qui cũ in
adoleſcẽtia ſua breues & in hũc & in alios prophe
tas cõmẽtariolos reliquiſſet, tãgens magis ſenſus
quã explicãs, rogatus eſt poſtea vt in Oſee pleniꝰ
ſcriberet: qui liber venit in noſtras manꝰ: ſed & ip
ſe nimia breuitate ad perfectã intelligẽtiã lectorẽ
ducere nõ poteſt. Origenes paruũ de hoc prophe
ta ſcripſit libellũ, cui hũc titulũ impoſuit περὶ τοῦ,
πῶς ὠνομάσθη ἐν τῷ ὡσηὲ ἐφραίμ, hoc eſt, quare appella
tur in Oſee Epraim: volẽs oſtẽdere quęcũq; cõtra
eum dicuntur, ad hæreticorũ referenda perſonã.
Et aliud volumẽ ἀκέφαλον καὶ ἀτέλεστον: quod & capi-
te careat & fine. Pierij quoq; legi tractatũ longiſſi-
mũ, quẽ in exordio huiꝰ prophetæ die vigiliarũ do
minicæ paſſionis ex temporali & deſerto ſermone
profũdit. Et Euſebiꝰ Cæſariẽſis in octauodecimo G
libro εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως quædã de Oſee ꝓphe-
ta diſputat. Vnde annos circiter viginti duos; cũ
rogatu ſanctæ & venerab. ſocrus, imò matris tuæ
Paulæ (illud. n. nomẽ carnis, hoc ſpiritus eſt) quæ
monaſteriorũ & ſcripturarũ ſemper amore flagra-
uit, eſſem Alexãdriæ: vidi Didymũ, & eũ frequẽ-
ter audiui, virũ ſui tẽporis eruditiſſimũ: rogauitq;
eũ vt quod Origenes non fecerat, ipſe compleret,
& ſcriberet in Oſee cõmẽtarios: qui tres libros me
petẽte dictauit, quinque quoq; alios in Zachariã.
Nã & in ipſum duo tãtum Origenes ſcripſit volu-
mina, vix tertiam partem à principio libri, vſq; ad
viſionem quadrigarũ ediſſerens. Hæc dico vt no-
ueris quos in prophetæ huius cãpo habuerim præ
curſores: quos tamẽ vt ſimpliciter & non ſuperbe
(ſicut quidã meorũ amicorũ ſemper inſibilat) tuæ
prudẽtiæ fatear, non in omnib. ſum ſecutus; vt iu
dex potiꝰ operis eorũ quã interpres, dicerẽq; quid
mihi videretur in ſingulis, & quid ab Hebręor. ma
giſtris vix vno & altero acceperim: quorũ & apud
ipſos iã rara auis eſt: dum omnes delitiis ſtudent
& pecuniis, & magis ventris quam pectoris curã
gerunt; & in hoc ſe doctos arbitrantur, ſi in taber-
nis medicorum de cunctorum operibus detra-
hant. Sed iam tempus eſt vt prophetæ verba po-
nentes, ea quæ ſcripta ſunt diſſeramus.

## DIVI HIERONYMI PRESBYTERI COMMENTARIORVM IN OSEE PROPHETAM.

### LIBER PRIMVS.

CAP. I.

VERBVM Domini quod factum eſt
ad Oſee filium Beeri: b In diebus O-
ziæ, Ioatham, Achaz, Ezechiæ regũ
Iuda, & in diebus Hieroboam filij
Ioas regis Iſrael.

| HEB. | SEPT. |
|---|---|
| c Principium loquendi Domini in Oſee. | *Principium verbi Domini ad Oſee.* |
| a Et | Et |

F
Iuan.1.a VErbũ domini quod fa-
*ctum, &c.*] Verbum
quod in prĩcipio e-
rat apud Deũ pa-
trem, & *Deus erat verbum*, factũ
eſt ad Oſee filiũ Beeri, vt pro-
Ioan.10.f phetam quoq; Deum faceret,
Saluatore dicente: *Si illos dixit*
*Deos ad quos ſermo Dei factus eſt,*
*& nõ poteſt ſolui ſcriptura: Quẽ*
*pater ſanctificauit & miſit in mu-*
*dum: vos dicitis, blaſphemas, quia*
*dixi, filius Dei ſum.* Vt quomodo Deus deos facit, & ſtat *in ſy-*
Pſal.81.a *nagoga deorum, in medio autem deos diiudicat*: & cum ipſe ſit ve-
rum lumen, ꝙ illuminat omnem hominem venientem in
Ioan.1.b hunc mundũ: ad Apoſtolos loquitur: *Vos eſtis lux mundi*: Sic
Matt.5.b & ipſe Saluator prophetam ſuum faciat Saluatorem. Oſee
הושע enim in lingua noſtra Saluatorem ſonat: ꝙ nomẽ habuit
Num.14. etiam Ioſue filius Nun, antequã ei à Deo vocabulum mu-
taretur. Non n. (vt male in Græcis codicib. legitur & Lati-
Αὐσῆ nis) Auſe dictus eſt: quod nihil omnino intelligit̃: ſed O-
ſee, id eſt, Saluator, & additum eſt eius nomini, dominus,
בארי vt Saluator domini diceretur. Iſte ergo Saluator filius eſt
Gen.16.26 Beeri, i. e. putei mei: quos puteos fodit Abraham, Iſaac &
Iacob, & Allophyli eos conabantur ſemper obruere. Inter
puteum & lacum, i. e. ciſternam, hoc intereſt, quod puteus
perpetuas aquas habet, & de viuo fonte manantes: Ciſter-
na, quę refrigerat, aquas ſuas externas & aduẽtitias poſſi-
det. Vnde per Hieremiam prophetam loquitur Deus: *Me*
Hier.2.c *dereliquerunt fontem aquæ viuæ & foderunt ſibi ciſternas, quæ*
Pſal.35.c *aquas non valent continere.* De hoc fonte ad Deum pſalmiſta
proclamat: Apud te eſt fõs vitæ, & in lumine tuo videbimꝰ
4.Reg.15.a lumen. Vnde quidam putant Beeri interpretari, lumen
Ibid.g meum: ſed ſuperior vera tranſlatio eſt.
b ¶ *In diebꝰ Oziæ, &c.*] Azarias qui vocatur & Oxias, de ſtir-
pe Dauid, regnauit in Hieruſalem ſuper duas tribus quæ
4.Reg.16.a appellabãtur Iuda, annis quinquaginta duobus: Cui ſuc-
ceſſit in regnũ filius eius Ioatham: qui & ipſe regnauit an-
nis ſedecim: poſt quẽ filius eius Achaz regnauit annis ſi-
militer ſedecim. Poſt Achaz regnauit filius eius Ezechias
annis XXIX. cuius anno ſexto, decẽ tribus, quæ appellabãtur
Iſraël, captę ſunt à Salmanaſar rege Chaldæorũ, & in Medo
rũ mõtib. collocatę. Ex quo perſpicuũ eſt ꝓphetãte Oſee,
Eſaia, & Iohel, & Amos, & Ab-
dia, & Iona, & Michea: qui
σύγχρονοι, i. e. cõtẽporanei eius
fuerunt, regnũ decem tribuũ H
eſſe finitum: ꝙ à primo rege 4.Reg.18.a
Hieroboam vſq; ad vltimum Ibid.b
Oſee permanſit, annis ducẽtis
quinquaginta: Eo aũt tẽpore
quo Ozias regnare cœpit ſup
Iudam, viceſimum ſeptimum 4 Reg 15.a
annum ſuper Iſraël regnabat
Hieroboam ꝓnepos Iehu, cui 4 Reg 10.f
dominus repromiſerat vſq; ad quartã generationẽ, ſobo-
lem illius regnaturã, eo ꝙ percuſſiſſet duos reges impios,
Iuda & Iſraël. Hoc dicimus vt tibi breuiter oſtendamꝰ O-
ſee prophetã, & ante captiuitatẽ Iſraël, & poſt captiuitatẽ
eius vaticinatum & tam vicinã q̃ præſentem & præteri
tam, & denunciaſſe venturã, & luxiſſe ingruentem, & in e-
mendatione Iudæ retexuiſſe p̃terita: quod in ipſo prophe-
ta iuxta hiſtoriã conabimur approbare. Ozias interpreta-
tur, fortitudo domini: Ioathã, domini cõſũmatio atq; per-
fectio: Achaz, virtus: Ezechias, imperiũ domini. Hi regna- עזיה
bãt in populo Iuda, cuius nomen cõfeſſio eſt. Porro in Iſ- יותם
raël qui ſibi idola fecerat ſeparatus, regnabat Hieroboam: אחז
qui interpretat̃, χρονισμὸ: i. e. tẽporalitas ſiue mora: ꝙ mũ- יחזקיה
dum amauerit, & in ipſo morari diu, vitã putauerit ſempi- יהוה
ternam, nequaquam futuris ſed præſentibus delectatus. ירבעם
c ¶ *Principium loquendi, &c.*] Quia vt ſupra diximus, & aliis
prophetis præferunt̃ in titulo: Ozias, Ioatham, Achaz, &
Ezechias, quibus regnantib. prophetauerunt: iccirco nunc
dicit ꝙ inter omnes hos primum in Oſee dominꝰ ſit locutꝰ
& poſtea ad ceteros. Aliud eſt autem loqui dominum in
Oſee: aliud ad Oſee. In Oſee, non ipſi loquit̃ Oſee, ſed per
Oſee ad alios ad Oſee vero loquens ad ipſum ſignificatur
conferre ſermonẽ. Alij autẽ non primum omniũ prophe-
tarum volunt fuiſſe Oſee, ex eo quod dicitur: Principium
loquendi domini in Oſee, ſed oſtendi quod hæc quæ ſe-
quuntur, primum ad Oſee dominus ſit locutus.

**HEB.**

ᵃ Et dixit dominus ad Oſee; Vade, ſume tibi vxorē fornicationū, ᵇac filios fornicationū, ᶜquia fornicās fornicabitur terra à domino. ᵈ Et abiit & accepit Gomer filiā Deblaim, & cōcepit & peperit filiū. Et dixit Dominus ad eū; Voca nomē ei⁹ Iezrahel: quoniā adhuc modicū, & viſitabo ſanguinē Iezrahel ſuper domū Iehu, & quieſcere faciā regnū domus Iſrael. ᵉEt in illa die conteram arcum Iſrael in valle Iezrahel.

ᵃ Et

**SEPT.**

*Et dixit Dominus ad Oſee: Vade tolle tibi vxorem fornicationis & filios fornicationis: quia fornicans fornicabitur terra poſt Dominum. Et abiit & accepit Gomer filiam Debelaim, & concepit, & peperit filium. Et dixit Dominus ad eum; Voca nomen eius Iezrahel; quia adhuc modicum, & vlciſcar ſanguinem Iezrahel ſuper domum Iuda, & quieſcere faciam regnum domus Iſrael.*

ᵃ Et

A a¶ *Et dixit dominus ad Oſee: Vade, &c.*] Verbum Hebraicum ᵃזנונים, nō fornicariam & fornicationē, vt pleriq; æſtimāt, ſed multas fornicationes ſonat. (a zenounim) Ex quo oſtenditur mulier iſta q̄ propheta ſumit in coniugem, non ſemel, ſed frequentius fornicata: vt quāto illa ſordidior eſt, tanto ſit ꝓpheta patiētior, qui talē vxorem duxerit. Quodq; addit: b¶ *Ac filios fornicationum, &c.*] ἀπὸ κοινοῦ ſubauditur. Sume tibi vxorem fornicationū, & ſume tibi filios fornicationum. Vtrūq poteſt intelligi, quod & fornicariæ priores de fornicatione ſuſceptos recipiat filios, & ipſe ex meretrice generet filios qui idcirco fornicationis appellandi ſunt filij, ꝙ ſint de meretrice generati. Nec culpandus ꝓpheta, interim vt ſequamur hiſtoriā, ſi meretricē cōuerterit ad pudicitiam, ſed potius laudandus, ꝙ ex mala bonam fecerit. Non enim qui bonus permanet, ipſe polluit, ſi ſocietur malo: ſed qui malus eſt, in bonū vertitur, ſi boni exēpla ſectetur. Ex quo intelligimus non ꝓphetam perdidiſſe pudicitiā fornicariæ copulatū, ſed fornicariā aſſumpſiſſe pudicitiam, q̄ antea non habebat: Præſertim cū beatus Oſee hoc nō ob cauſam luxuriæ, non libidinis, non ꝓpria fecerit voluntate: ſed Dei paruerit imperio: vt ꝙ in iſto carnaliter legimus, in Deo factū ſpiritualiter ꝓbaremus: Qui ſuſcepit ſynagogam, h. e. populum Iudæorum, fornicationi & libidini ſeruientē.
B Ad q̄ dominus loquitur per Ezechielem: *Et tu meretrix audi verbum domini.* (Ezech. 16. d; Ibid 23. a) Fractæ. n. ſunt in Ægypto māmæ eius, & volutabatur in ſanguine, & fuerat polluta vſq; ad verticē: vt nulla pars corporis atq; membrorum eius turpitudinis maculam non haberet. Operuit talem dominus pallio, & ſuis iunxit amplexibus: (Ezech. 16.) dedit ei mel & oleum, & ſimilam manducare, & induit eam veſtib. pretioſiſſimis: poſuit in collo ornamēta gemmarum: aures ornauit auro & lapide pretioſiſſimo: armillas quoq; brachiis præbuit vt bonis vteretur operib. Et nihilominus hæc contempta largitate (Ibidem e) & bonitate viri, prioris immemor turpitudinis, amatores Chaldæos & Aſſyrios & Ægyptios, qui magnarū ſunt carnium, ſecuta eſt. De Saluatoris & eccleſiæ typo in p̄fatiūcula diximus, ꝙ ſumpſerit ſibi vxorem fornicariam, quæ prius idolis ſeruiebat. Si quis autem cōtentioſus & maxime gentilium noluerit figuraliter dictū recipere & irriſerit prophetam fornicariæ copulatum, opponamus ei illud ꝙ ſolet laudare Græcia, & philoſophorū ſcholæ cōcinunt. Qua ratione prædicent virum eruditiſſimum Xenocratē, qui Polemonem luxurioſiſſimum iuuenem, & inter pſaltrias, atq; tibicines, & impudicas mulieres ebrium, & hædera coronatum fecit obedire ſapientiæ; & adoleſcentem turpiſſimum mutauit in ſapientiſſimum philoſophorum: Cur Socratem ad cœlum leuent, qui Phędonem, ex cuius nomine Platonis liber eſt, de lupanari ob crudelitatem, & auaritiam domini multorū libidini ſeruientē, in Academiam tranſtulerit. Et quidquid illi de philoſophiæ magiſtris reſponderint, nos ad ꝓphetæ defenſionem referemus. Hæc aduerſum ethnicos & eos qui ethnicorū ſunt ſimiles, dixerimus. Ceterum noſtris, qui tamen volunt ſuſcipere veritatem, illud breuiter oſtendamus ex eo quod dicitur:
c¶ *Quia fornicans, &c.*] Non tam prophetam iūctum eſſe meretrici, q̄ omne hominū gen⁹ à ſocietate domini receſiſſe. Poteſt quoq; ex eo ꝙ non eſt additū, omnis terra, nūc Iudęa accipi, vel ꝓprie Samaria & Iſraël, id eſt decē trib. quæ tempore, quo hæc dicebantur, à domino receſſerant.
d¶ *Et abijt, &c.*] Prophetæ ſic multa poſt ſæcula de aduētu Chriſti & vocatione gētium pollicentur, vt p̄ſens tempus non negligant: ne concionem ob aliud conuocatam non docere de his quæ inſtant, ſed de incētis ac futuris ludere videantur. C Itaq; & hæc Gomer filia Deblaim, q̄ ab Oſee vxor accipitur, & concipit ex eo & parit ei filium nomine ᵇיזרעאל, qui interpretatur ſemē Dei in cuius ſanguinis vltionem regnū ſubuerit Iehu ſiue vt male error obtinuit (b Izrael) Iuda, ſic ad vocationē referēda eſt nationū, vt illi tempori cōgruat ſub quo filiū generaſſe memoratur. (4 Reg. 10.) Et ne lōgo tractatu lectoris auiditatē differam, duæ iſtæ mulieres quarū vna vocatur Gomer, & eſt meretrix, paritq; tres liberos primum Iezrahel, ſecundū puellam, q̄ vocatur abſq; miſericordia, & tertiū maſculū, qui & ipſe appellatur, nō populus me⁹. Et altera mulier, quę cōducitur argēteis quindecim, (Oſee 3. a) & coro & dimidio coro hordei, & vocatur adultera referuntur ad Iſraël & Iudā, i. e. ad decē tribus, q̄ erāt in Samaria ſub rege Hieroboā, qui fuit de Ephraim & ad Iudam qui regnabat in Hieruſalē de ſtirpe Dauid. Hæ ſunt duę mulieres (Zach. 5. d) q̄ in Zacharia vpupæ, ſiue milui, ſiue herodij pennas habere (חסידה) dicuntur, & ire in terrā Sennaar, vbi Babylon cōdita eſt. (Ezech. 23 a) Has mulieres ſub nomine duarū ſororū Oolla ſignificat & Ooliba: (Ibid. 47. d) hæ in duabus virgis, quas Ezechiel in vnā virgā ſociat, demōſtrantur. Et quia commentarios, non lata volumina ſcribimus, ſingulis capitulis explanationes ꝓprias in ſuis locis reſeruantes, nunc tm̄ de præſenti capitulo diſputemus. ᶜגמר interpretatur τετελεσμένη id eſt, conſummata D atq; perfecta: alii θώρακας, i. e. loricas ſignificari putant. Sūt (c gomer) qui menſuram ſiue amaritudinem ſuſpicentur: ꝙ rectè diceret ſi ᵈ ג literam non haberet. ᵉדבלים παλάθας ſonat: (d gimel; e Deblaim) quarum in Palęſtina permagna copia eſt, & quas Eſaias propheta vlceri Ezechiæ regis iubet apponi. Eſt autem maſſa pinguium caricarum quas in morē laterū figurantes, vt diu illęſæ permaneāt, calcant atq; cōpingunt. Igitur & Iſraël, conſūmato in fornicatione atq; perfecta filia voluptatis, (4. Reg. 20. a; 4. Reg. 14.) quæ fruentib. ſuauis videtur & dulcis, in typo domini Saluatoris ab Oſee vxor accipitur, & primus ex ea Dei filius generatur, i. e. Iezrahel, eſt aūt ciuitas metropolis decē tribuum, in qua interfectus eſt Naboth: ob cuius ſanguinem ſuſcitatur Iehu, qui deleuit domū Achab & Iezabel. Verū quia & ipſe Iehu vltor ſanguinis iuſti, ingreſſus eſt per vias Hieroboam filii Naboth, qui fornicari fecit Iſraël, & conſtituit vitulos aureos in Dan & in Bethel; regnū quoq; eius dicit̃ ſubuertendum; ſub cuius ꝓnepote Hieroboā ꝓphetare cœpit Oſee quo mortuo, filius eius Zacharias ſucceſſit in regnū, quem ſexto menſe imperij ſui occidit Sellū de (4. Reg. 15. b; ibid. e) alia ſtirpe generatus. Quā ob cauſam nūc dicitur: *Adhuc modicū, & viſitabo ſāguine Iezrahel*, i. e. occiſionē populi mei, ſuper domū Iehu regiam, q̄ eo tēpore præerat Iſraël. Nec mirū ſi domus Iehu ſubuertatur, cum etiam regnū domus Iſraël, h. e. decem tribuū, poſt non multos annos omnino ſit delendū. A Zacharia. n. filio Ieroboā, cuius atauus fuit Iehu, vtq; ad nonū annum Oſee, ſub quo decē trib. ductæ ſunt in captiuitatē, ſupputātur anni quadraginta & nouē. Occiſoq; Zacharia, qui fuit vltimus de ſtirpe Iehu, ſtatim reges Aſſyrij ceperunt Rubē & Gad & dimidiam tribum Manaſſe, q̄ erant trans Iordanē: & deinde multas ciuitates Samarię, & deinde totā Nepthalim, ad extremum omnes reliquas tribus. Pro Iehu in editione vulgata legitur Iuda: ſed hoc mihi videtur non vitio Lxx. interpretum, ſed ſcriptorū inoleuiſſe imperitiā, qui ignorantes Iehu, ꝙ magis tritū erat, ſcripſerūt Iuda. Typus aūt ſeminis Dei, & vltio ſanguinis ei⁹ refertur ad domini paſſionē propter quā domus Iuda & regnum vniuerſi Iſraël dicitur ſubuertēdum.
e¶ *Et in illa die conteram arcum in valle Iezrahel.*] Quādo vltus



**HEB.**

ᵃ Et cōcepit adhuc & peperit filiam, & dixit ei: Voca nomen eius abſque miſericordia, quia non addam vltra miſereri domui Iſrael, ſed obliuione obliuiſcar eorum. Et domui Iuda miſerebor, & ſaluabo eos in domino Deo ſuo, & non ſaluabo eos in arcu & gladio, & in bello, & in equis & in equitibus.

**SEPT.**

*Et concepit adhuc & peperit filiam, & dixit ei: Voca nomen eius abſque miſericordia: quia nequaquam addam vltra miſereri domui Iſrael: ſed aduerſans aduerſabor eis: filiorum autem Iuda miſerebor, & ſaluabo eos in domino Deo ſuo, & non ſaluabo eos in arcu neque in gladio, neque in bello, neque in equis, neque in equitibus.*

ᵇEt ablactauit eā quæ erat abſq; miſericordia: & cōcepit, & peperit filium, & dixit: Voca nomen eius non populus meus: quia vos non populus meus, & ego non ero veſter.

**HEB.**

ᶜEt erit numerus filiorum Iſrael quaſi arena maris, quæ ſine mēſura eſt, & nō numerabitur. Et erit in loco vbi dicetur

**SEPT.**

*Et erit numerus filiorum Iſrael ſicut arena maris, quæ non menſurabitur nec numerari poteſt. Et erit in loco vbi*

E tus fuero ſanguinem Iezrahel ſuper domum Iehu, & regnum Iſrael Aſſyrio vincente deleuero: tunc in illa die, & in illo tempore conteram omne robur exercitus Iſrael in valle Iezrael. Supra diximus Iezraelē, qui nunc iuxta Maximianopolim eſt, fuiſſe metropolim regni Samarię: prope q̄ ſunt cāpi latiſſimi, & vallis nimię vaſtitatis: q̄ plus decē miliū tenditur paſſib. In hac cōmiſſo certamine, ab Aſſyriis cæſus eſt Iſrael, i. d. decē trib. q̄ ob Hieroboā de tribu Eprai, q primus ſchiſma fecit in populo, appellatę ſunt Ephraim. Interdū ꝓpter Ioſeph qui fuit pater Ephraim vocat̃ Ioſeph: nonnunq̄ Samaria: q̄ & ipſa altera vrbs fuit Metropolis decem tribuū: q̄ poſtea ab Auguſto Cæſare appellata eſt Auguſta, i. e. σεβαστὴ: in qua oſſa Ioānis Baptiſtæ cōdita ſunt. Poſt diuiſionē ergo duarū & decē tribuum, ob maximā partem multitudinis, quæ Hieroboā ſecuta eſt, nomen priſtinum Iſrael remāſit in decē tribub. Et ꝓpter tribum Iuda, q̄ regnauit in Hieruſalē, aliæ duę tribus appellatæ ſunt Iuda, ſimulq; typi veritas explicatur. Quomodo. n. propter ſāguinem Naboth, qui effuſus eſt in Iezrahel, deleta eſt domus Achab, vt Heliæ vaticinium cōpleretur: ſic ꝓpter ſanguinē veri Iezrahel, hoc eſt ſeminis (3. Reg. 21. d) Dei, regnum deſtructum eſt Iudæorū. In omnib. quidem (יזרעאל) F prophetis, ſed precipue in Oſee decem tribus referuntur ad hæreticos, quorum multitudo maxima eſt: duæ autem tribus quæ appellatur Iuda, eccleſiæ perſonam poſſident, quæ ſub ſtirpe Dauid regnabant. Arcus igitur hæreticorū, de quibus ſcriptum eſt: *Filij Ephraim intendentes, & mittentes arcum, conuerſi ſunt in die belli*: (Pſal. 77. b) confringentur in valle ſeminis Dei, de quo humilia & terrena ſenſerunt.
a¶ *Et concepit adhuc, &c.*] Poſtq̄ contritus eſt atq; confractus arcus Iſrael in valle Iezrahel, & regnum decem tribuum deſtitutū, ita vt ducerentur in captiuitatem, nequaquā iam Iezrahel, id eſt ſemen Dei, nec maſculini ſexus filius naſcitur: ſed filia, id eſt, femina fragilis ſexus, & quæ victorum pateat contumeliæ, & vocatur, abſq; miſericordia. Idcirco enim captiua ducta eſt, quia miſericordiā Dei non habuit. Et cōſideranda domini indignatio, ꝙ nequaquam domui Iſrael ſe dicat miſereri vltra, ſed eos de memoria ſua æterna delere: quia vſq; hodie Perſarum regibus ſeruiunt, & nūquā eſt eorum ſoluta captiuitas. Domui autem Iuda miſericordiam pollicetur, & dicit quod eos ſaluet in domino Deo ſuo, vel in ſeipſo qui loquitur, vel pater ſaluet in filio: iuxta illud quod ſcriptū eſt: *Pluit dominus à domino.* (Gen. 19 e) Saluauit eos etiam quādo Iſrael Aſſyriis traditus eſt, de manu Sēnacherib, non in arcu & gladio & bello, & in equitū multitudine, ſed in ſuo robore, quando miſit angelum, & percuſſit de exercitu Sēnacherib regis Aſſyriorum vna nocte (1. Par 32.) centum octoginta quinque milia. Iuxta typum, diximus eos qui ꝓpter ſanguinē ſeminis Dei vocantur abſq; miſericordia, dicere auſi ſunt: *Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros*: (Matth 27. c) hucuſque ſeruire Romanis. Domum autē Iuda, eos videlicet ex Iudæis, qui dominum ſunt confeſſi, non in exercitus fortitudine, ſed in euangelij prædicatione ſaluatos Quod in Iſraël & Iuda tam iuxta hiſtoriam, quam iuxta typum interpretati ſumus, referamus ad hæreticorū cōciliabula, & ad eccleſiam domini Saluatoris; quod illis abſque miſericordia derelictis regnumque perdentibus, eccleſia Dei ſui virtute ſuperarit.
b¶ *Et ablactauit, &c.*] Qui vocabitur ſemē Dei, verſus in feminam, & propter imbecillitatem virium, offenſamq; Dei G ductus in captiuitatem, quia domini miſericordiam non habebat, nequaquam ablactatus dicitur, ſed ablactata, viri. n. robur amiſerat. Qui ablactatur, recedit à matre, parētis lacte non veſcitur, alimentis ſuſtentatur externis: Ita & Iſrael proiectus à domino & captiuitatis circumdatus anguſtiis, atque in Babylone cibis ſuſtentatus immundis, vocatur nō populus Dei, & æterna gentis alienæ feritur ſententia, vt dicatur non populus meus, & abiiciatur in perpetuum. Quod rectè intelligere poſſumus, & in omni populo Iudęorū, qui propter offenſam ſeminis Dei captiuitati traditus, regnū perdidit & prouinciam, appellaturq; non populus Dei: Et in perſona hæreticorum. Si quis autem cōtentioſus interpres noluerit recipere iſta quę diximus, ſed meretricē nomine Gomer filiā Deblaim: primum & tertiū maſculos: ſecūdam quæ media eſt, feminam intellexerit procreaſſe: hoc volens ſcripturam ſonare ꝙ legitur: Reſpondeat quomodo in (Ezech. 4. a) Ezechiele illud exponat, vbi iubetur à domino portare iniquitates dom⁹ Iſrael, i. e. decē tribuum: & trecētis nonaginta dieb. in vno latere ſiniſtro dormire perpetuo (licet in Lxx. centum & nonaginta ſcripti ſint) & dormire ita, vt nūquā euigilet nec mutet latus, niſi forte ſopore ſatiatus paululum aperuerit oculos ad ſumēdum ſordidiſſimum cibum ſubcineritij panis: qui de frumento & hordeo & faba & lente & millio coctus ſit in humano ſtercore. H Hoc n. rerum natura non patitur, vt quiſquam hominum per trecētos nonaginta dies in vno ſemper latere dormiat. (Ibidem.) Et rurſus, inquit, ſuſcipies iniquitates domus Iuda, & dieb. quadraginta dormies in latere dextro. Hi autem dies pro annis ſupputantur, quibus Iſrael & Iudas obſidione & captiuitate longiſſima detinentur: ita vt vincti & immobiles, de altero in alterum latus ſe verſare non poſſint. Si illa & cætera his ſimilia, quæ in ſcripturis ſanctis legimus, facta non poterit approbare, ſed aliud quid ſignificare contenderit: ergo & meretrix iſta mulier, & illa adultera mulier, quæ aut prophetæ iungebantur, aut ſeruantur à propheta, non turpem ſtupri coniunctionem, ſed ſacramenta indicant futurorum.
c¶ *Et erit numerus filiorum Iſrael, &c.*] Legimus in abiectionem decem tribuum, & non miſerabilem Iſrael, nec vltra populum Dei indignatione perpetua condēnatum: Nunc diſcimus, quomodo filij Iuda & filij Iſrael pariter congregentur: & ponant ſibi caput vnū ſiue principatum, & aſcendant de terra, & in loco vbi prius dicebatur, non populus meus, appellentur filij Dei viuentis, & hoc fieri, quia magnus ſit dies Iezrahel. Ambigenti & in varias ſentētias fluctuanti, illud occurrit Pauli Apoſt. ad Roman. ſcribentis: (Rom. 9 c) *Quod ſi volēs Deus oſtēdere iram, & notam facere potentiā ſuam, ſuſtinuit in multa patiētia vaſa iræ apta in interitum, vt oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ, quæ præparauit in gloriā: quos & vocauit nos, non ſolū ex Iudæis, ſed etiā ex gentibus: ſicut in Oſee dicit: Vocaui non plebē meam plebē meam, & non miſericordiam conſecutā, miſericordiam conſecutā. Et erit in loco vbi dictū eſt eis: Non plebs mea vos, ibi vocabūtur filij Dei viui. Eſaias autē clamat pro Iſrael: Si fuerit numerus filiorū Iſrael tanquam arena maris, reliquiæ ſaluæ fient. Verbū enim cōſummans, & breuiās in æquitate: quia verbū breuiatū faciet dominus ſuper terrā.* (Oſee 2. d; Ibid 1. c.; Eſa. 10. c.) Et ſicut prædixit Iſaias: *Niſi dominus ſabaoth reliquiſſet nobis ſemē, ſicut Sodoma facti eſſemus, & ſicut Gomorra ſimiles fuiſſemus.* (Eſa. 1. e) *Quid ergo dicemus? quod gentes quæ non ſectabātur iuſtitiā, apprehenderunt iuſtitiā, iuſtitiam autē, quæ ex fide eſt: Iſrael vero ſectans legē*

A *iuſtitiæ, in legem iuſtitiæ nõ peruenit.* Igitur B. Apoſtolus, Oſee prophetæ aſſumens teſtimonium, & exponens illud ſuper vocatione gentiũ, & eorum fide qui ex Iudæis credere voluerũt, omnem nobis difficultatẽ interpretationis abſcidit, aſſerẽs Chriſti temporib eſſe cõpletum: vt ſcil. in Iſrael eligantur duodecim tribus: h. e omnis populus Iudæorum, & in Iuda hi qui ex gentib. Ieſum dominum confitentur. Si quis aũt alienus à fide Chriſti, & non recipiens auctoritatem noui teſtamenti, ſed de numero circumciſionis, reſponderit filios Iuda, & filios Iſrael duas tribus ſonare & decem, de quibus crebro diximus, & in hoc dantes manus, nihil fidei nocere mõſtrabimus. Sed poſtquã fuerit numerus filiorũ Iſrael quaſi arena maris in toto orbe diſperſus, & omnem ſupputationem vicerit populi multitudo, tunc habebit licẽtiam Iſrael (qui hodie quoq; captiuus eſt, & qui prius dicebatur, abſque miſericordia, & non populus meus) cum duabus tribubus, id eſt Iuda & Bẽiamin, quarum magna pars in Chriſtũ credidit, inire cõcordiam: vt corporib. ſeparatos iungat fides, & vnum ſibi caput ponant & principem, de quo ſcripſit Ezechiel: *Et prin-*
Ezech. 34. *ceps vnus in medio eorum, Dauid ſeruus meus: & reſuſcitabuntur quaſi ab inferis mortui:* Iuda ſcil.
B & Iſrael, q in infidelitate mortui erant. Et hæc omnia fient, quia magnus eſt dies ſeminis Dei, q interpretatur Chriſtus. Ex quo perſpicuum eſt, ideo in typo Naboth Iezraelitis ſanguinem p̃ceſſiſſe, vt veritas cõpleretur in Chriſto. In hoc n. & non in illo magnus eſt dies Iezrael, de quo dicitur: *Hæc*
Pſal. 117. d *eſt dies quã fecit dominus: exultemus & lætemur in ea.* Interpretationis tertiæ quã ſuſcepimus, Iſrael in hæreticis, Iuda in eccleſię hominib. exponendis, hic ſenſus eſt: Vt poſtquam dominus in claritate ſua venerit regnatur⁹, hi qui vocabãtur non populus eius, vocentur filij Dei viuentis: cũ Iudæ, i.e. eccleſiæ Dei fuerint copulati, & vnum caput Chriſtum habuerint, & aſcenderint de terra, id eſt de terrenis ſenſib. & humilitate literæ, & ſuſceperint magnum diem ſeminis Dei. Pro οὐκ ἠλεημένη, id eſt, abſque miſericordia: in quibuſdam fertur exemplarib. οὐκ ἠγαπημένη, id eſt, non dilecta: Sed veriora ſunt exemplaria, quæ habent abſque miſericordiã, maxime quia ad diſtinctionẽ Iſraelis, cui non miſeretur, infert Deus: Domui autem Iuda miſerebor.

### CAPVT II.

D*Icite fratribus veſtris, populus meus, & ſorori veſtræ, miſericordiam conſecuta.*] Quia magnus eſt dies Iezrael: in quo Iudas & Iſrael vnum habebunt principem, & nequaquã dicetur Iſraeli, non populus meus, ſed econtrario vocabũtur filij Dei viuentis: Idcirco, ô homines tribus Iuda, nolite deſperare decem tribuum ſalutem, ſed eam quotidie & ſermone & voto & litteris ad pœnitentiã prouocate: quia frater veſter appellatur & ſoror: frater, ex eo quod dicitur populus meus: ſoror, ex eo quod appellatur miſericordiam conſecuta. Aliter: Qui in Chriſtum creditis, & eſtis tam ex Iudæis quam ex gẽtibus, dicite fractis ramis, & priori populo, qui proiectus eſt, populus me⁹, quia frater tuus eſt, & miſericordiam cõſecutæ, quia ſoror tua eſt.
Rom. 11. c *Cum* enim *introiuerit plenitudo gentium, tunc omnis Iſrael ſaluus fiet.* Hoc idem nobis præcipitur, ne hæreticos penitus deſperemus, ſed prouocemus ad pœnitentiam, & illorum ſalutem germanitatis optemus affectu. C

b ¶ *Iudicate matrem veſtram, iudicate: quoniam, &c.*] Huc vſq; ad Iſrael populũ, hoc eſt decem tribus, ſermo directus eſt: Nunc alterũ caput incipit, & præcipitur filiis, id eſt populo, vt ineant iudicium aduerſum matrem ſuam, quæ eos genuit: quæ de meretrice vxor effecta, mores priſtinos non reliquit, & rurſum fornicata eſt cum amatorib. ſuis. Et vide clemẽtiam viri: Iam repudiata eſt, iam abiecta eſt, iam ei locutus eſt: hæc non vxor mea, & ego non vir eius: tamen p̃cipit filiis, vt nequaquam ad vxorem patris quem illa dimiſit, ſed ad matrẽ ſuam loquantur, quæ eos genuit. Loquantur autem ad pœnitentiam p̃uocantes: vt auferat fornicationes à facie ſua, & adulteria ſua de medio vberum ſuorũ. Fornicaria eſt, quæ cum pluribus copulatur. Adultera, quæ vnum virum deſerens, alteri iungitur. Quorum vtrumque eſt ſynagoga: quæ ſi permanſerit in fornicatione & adulterio, auferet ab ea Deus veſtem, & ornamenta quæ dederat. De quibus ſcribit Ezechiel: *In die quando nata es, non* Ezech. 16. a *ligauerunt mãmillas tuas, & ſale non es ſalita: & tranſiui per te, & inueni te nudam, & deturpatam, & conſperſam in ſanguine.* Et poſt D paululum: *Indui te byſſino, & ſubtilibus, & ornamenta circũpoſui tibi, & dedi armillas circa manus tuas, & monile circa collum tuum.* Hęc tunc ei dedit maritus largiſſimus, quãdo inuenit illã in Ægypto idololatriæ libidine conſtupratam, & diuaricantem omnibus pedes ſuos. Et nunc comminatur, ſi ad virum ſuum noluerit reuerti, ita eam futuram abſq; Deo & viro, ſicut prius in Ægypto fuerat. Ne ſemper triplici explanatione tendamus volumina, hoc raro admonuiſſe ſufficiat, quæ dicta ſunt, conuenire & Iudęis negantibus Chriſtum, & hæreticis fidem domini relinquentib. quorum fornicatio proprie inter vbera eſt, & in artificio idolorum & variorum dogmatum corde verſatur: qui reuertentur ad diem natiuitatis ſuę, vt ſi non egerint pœnitentiam, ethnicis comparentur.

c ¶ *Et ponam quaſi ſolitudinem, &c.*] Si noluerit ad meliora conuerti, faciam illi q̃ feci in ſolitudine: vt ducti in captiuitatem cadant in terra aliena, patientes ſitim omniũ bonorum, & ad patriam ſuam redire non valeant. Vel certe Matt. 23. d audiant in euangelio: *Relinquetur vobis domus veſtra deſerta.* Amos 8. d *Et mittet eis dominus non famẽ panis, nec ſitim aquæ: ſed famem* Eſa. 1 g. *audiendi verbum domini.* De quo & Eſaias loquitur: *Erunt ſi-* Sec. LXX. *cut paradiſus aquam non habens.* Hęretici qui abiecti ſunt à domino, ſi non redierint ad priſtinam domũ, ſic omnium rerum patientur penuriam, vt etiam quod falſum habere videntur, redigatur ad nihilum.

d ¶ *Et filiorum illius non miſerebor; quoniam filij fornicationum ſunt, quia fornicata eſt mater eorum, confuſa eſt quæ concepit eos, quia dixit: Vadam poſt amatores meos, qui dant panes mihi, & aquas meas, lanam meam, & linum meum, & oleum meum, & potum meum.*] Hoc plus faciam ei cui dixi non vxor mea, & ego non vir tuus, & ponam eam quaſi ſolitudinem, & faciam velut terrã inuiam. Quando enim de Ægypto eduxi eam interfectis parẽtibus, filij eorum terram repromiſſionis ingreſſi ſunt: Nunc autem fornicariæ matris liberi peribunt

HEB.

dicetur eis: Nõ populus meus vos: dicetur eis, Filij Dei viuentis. Et cõgregabũtur filij Iuda, & filij Iſrael pariter, & ponẽt ſibimet caput vnum, & aſcendẽt de terra: quia magnus eſt dies Iezrael.

CAP. II.

HEB.

DIcite fratribus veſtris, populus me⁹, ſorori veſtræ, miſericordiã conſecuta. [b] Iudicate matrẽ veſtram, iudicate, quoniam ipſa non vxor mea, & ego non vir eius, auferat fornicationes ſuas à facie ſua, & adulteria ſua de medio vberũ ſuorum: ne forte expoliẽ eam nudam, & ſtatuã eam ſecundũ diem natiuitatis ſuæ. [c] Et ponam eam quaſi ſolitudinẽ, & ſtatuã eam velut terrã inuiã, & interficiã eam ſiti. [d] Et filiorum illius non miſerebor: quo-

SEPT.

*Vbi dictum eſt eis: Non populus meus vos: vocabuntur filij Dei viuẽtis. Et congregabuntur filij Iuda & filij Iſrael ſimul, & ponent ſibi principatum vnum, & aſcendent de terra: quoniam magnus eſt dies Iezrahel.*

CAP. II.

SEPT.

D*Icite fratri veſtro, populus meus, & ſorori veſtræ, miſericordiam conſecuta. Iudicamini cum matre veſtra, iudicamini: quia hæc non vxor mea, & ego non vir eius: & auferam fornicationem eius, à facie mea, & adulteria eius de medio vberum illius, vt expoliem eam nudam, & reſtituam eam iuxta diem natiuitatis ſuæ. Et ponam eam vt deſertum, & ſtatuam eam ſicut terram ſine aqua & occidam illam in ſiti. Et filiorum eius non miſerebor: quoniam filij fornicationis ſunt, quia fornicata*



E peribunt cum matre meretrice: quoniam filii fornicationis ſunt, & mali ex malis geniti. Quibus in euangelio dici-
Matt. 3. b. tur: *Generatio viperarum*; quæ in tantam venit impudentiam, vt audiret per Hieremiam: *Facies meretricis facta eſt tibi, im-*
Hier. 3. b *pudorata es tu.* An nõ eſt hoc durę frontis, & meretricię impudẽtię, vt in ſuo ſcelere glorietur, & dicat: ſequar amatores meos, vadã ad idola quę mihi & ad victum & ad veſtitũ neceſſaria p̃buerunt. Omnia q̃ propheticus ſermo deſcribit ſpiritualiter à domino accepere Iudęi. Et q̃a Dei filiũ negauerunt, eligẽtes ſibi Barabbã, latrocinii & ſeditionis autorẽ, crucifigẽtes filium Dei: propterea vſq; hodie ſequuntur dæmones, & Dei beneficia ad illos referunt, cui cultorũ ſuorũ animas perdiderunt. Panes & aquas habent & hęretici: quorũ panis luct⁹ eſt, & aquæ eorum cœnoſæ, q̃ ſuffocant & interficiũt baptizatos. Habent & lanã de ſcabidis ouib. & linum de nigredine perſeuerans: oleumq;, de quo pro-
Pſal. 104. b pheta dicit: *Oleum peccatoris nõ impinguet caput meum*: Et potũ
Hier. 2. d aquarum Ægypti, de qubus clamat Hieremias: *Quid tibi & viæ Ægypti, vt bibas aquam Geõ: Et quid tibi & viæ Aſſyriorũ, vt bibas aquas fluminum?* Breuiter
F cuncta percurrimus, vt reliqua tranſeamus.

a ¶ *Propter hoc ecce ego ſepiã, &c.*] Dixerat meretrix: Vadã poſt amatores meos, qui omnium rerum mihi abundantiã præbuerunt. Reſpõdit dominus:
בסירים גדרה *Ego ſepiã viam tuam ſpinis ſiue ſudibus*, ne poſſis ire quò deſideras, & interponam maceriam ſiue murum, & ſemitas tuas quas crebro triueras pede, non inuenies: ne apprehendas eos quos tanto ſtudio ſequebaris, & rerum neceſſitate compulſa reuertaris ad virum tuum, & dicas illud de
Luc. 15. d euãgelio: *Quanti mercenarij in domo patris mei abũdãt panibus: ego autem hic fame pereo. Surgã & ibo ad patrẽ meũ, & dicã illi: Pater, peccaui in cœlũ & corã te, iam non ſum dignus vocari filius tuus: fac me ſicut vnũ de mercenariis tuis.* Ex quo intelligim⁹ q̃ p̃uidentia Dei ſępe nobis accidant mala, ne habeamus ea quę cupim⁹, & variis calamitatib. huius ſæculi, ac miſeriis ad Dei ſeruitutem redire cogamur. Amatores autem Hieruſalẽ & gentis Iudææ ſecundum hiſtoriam illius temporis, Aſſyrios atq; Chaldæos & Ægyptios, nationeſq; ceteras intelligamus, cum quorum idolis fornicata eſt à quib. bellorũ tempore & prementib. malis fruſtra ſperauit auxiliũ. Hos amatores iuxta intelligentiam ſpiritualẽ; ſequuntur hæretici: à quib. ſæpe deſerti, malorum pondere ad ſinum matris eccleſiæ reuertuntur.
Hier 6. b Per omnia enim flagella atq; tormenta eruditur Iſrael,

Sec. 70. b ¶ *Et hoc neſciuit, &c.*] Ad ſuperiora reſpondit, dixerat. n. *Vadam poſt amatores meos, qui dant panes mihi, & aquas meas, lanam & linum, & oleum, & potum meũ*: quæ vniuerſa ſuſceperat, vt in Dei cultum verteret. Illa verò panem, & vinũ, qui confirmat, & quod lætificat cor hominis, & oleum, q̃ G
Ioan. 1 a *illuminat omnem hominem venientẽ in hunc mundum*, & argen-
Pſalm. 11. b tum de quo ſæpe diximus: *Eloquia domini, eloquia caſta: argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum ſeptuplum.* Et aurum de quo legimus: *Si dormiatis inter medios cleros, pen-*
Pſal. 67. b *næ columbæ deargentatæ, & poſteriora dorſi eius in virore auri:*
בעל vertit in idola, & fecit Baal, quod interpretatur ſuperior & deuoratio: dum aut maiora ſe putat habere dogmata quam eccleſia, aut in ipſa falſæ opinationis ſcientia deuoratur. Quod autem iuxta literam, auro & argento & cunctis opibus abundauerit Hieruſalem, & fecerit idola Baal dæmoni Sidoniorum: ſiue vt quidam rectius arbitrantur, Babylonio, ex quo & Bel di-
Ezech. 8. citur. Ezechiel plenius in ſuo
Hier. 9. 11 ponit volumine, & omnis
Soph. 1. a prophetarum narrat chorus.

c ¶ *Idcirco reuertar, &c.*] Grauior pœna eſt, q̃do in tẽpore meſſis & vindemiæ ſperatæ fruges auferũtur, & vinũ, & quodãmodo tentæ tollũtur è manibus: Sin aũt in tempore areæ & præli & torcularis, quãdo ſterilitatẽ præteritam nouis frugib. terra fœcundat, omniũ rerũ penuria eſt: quid de reliquo anni tẽpore, quãdo vetera conſeruantur, æſti-
H mare debemus. Liberat aũt lana & linũ, ſiue veſtes & linteamina, ne vltra ignominiã operiãt meretricis, vt ſcil. Dei
Rom. 8. d nudẽtur auxilio, & omnium ab ea angelorũ tutela diſcedat. Vnde & Apoſtolus liberari dicit creaturam *à ſeruitute corruptionis in libertatẽ gloriæ filiorum Dei.* Multi accepere aurũ & argentũ ſapientię & eloquentiæ de quib. facerẽt candelabrum ſeptem lucernarũ ex auro puriſſimo, & menſam p̃poſitionis auream, & propitiatorium, & Cherubin auri ſplendore radiantia, & baſes columnarũ argẽteas, & triticum ſermonis Dei, & vinum gaudium Spirit⁹ ſancti; veſtimenta quoq; & linteamina quib. credẽtes veſtirentur in Chriſto: Quæ vniuerſa verterũt in idololatriæ cultũ, varia errorum dogmata cõponentes, & decepti alios deceperũt: Quæ omnia auferet Deus vt qui ex copia datorẽ non ſenſerant, ſentiant ex penuria.

d ¶ *Et nunc reuelabo, &c. beſtiæ agri, &c.*] Quod ſequitur: Volatilia cœli & reptilia terræ, obelo p̃notandũ eſt. Pro ſaltu quoq; quod Hebraicè dicitur [a] יער, Vnde [b] יערי קרים interpretatur villa ſiluarum, LXX. tranſtulerunt, teſtimonium, [c] ר & [d] ד literarum falſi ſimilitudine. Si. n. pro [e] ר [f] ד legatur teſtimonium dicitur: ita duntaxat, vt [g], litera non præcedat. Liberatis ergo veſte & linteamine, ne operient vltra ignominiam fornicariæ; omnis turpitudo Hieruſalem, ſiue ſtultitia, per q̃ operata eſt turpitudinẽ, reuelabitur in conſpectu amatorum eius: vt q̃ velatam deſiderabant, apertam contemnant. Cumque tradita fuerit amatoribus ſuis Aſſyrijs ſiue dæmonibus, quibus & ipſa & Aſſyrii ſeruiunt, nullus

a iaït
b kriat
ieatim
Μαρτύριον.
עד
c res
d daleth
e res
f daleth
g iod

HEB.

quoniam filij fornicationum ſunt, quia fornicata eſt mater eorũ: confuſa eſt quæ cõcepit eos, quia dixit: Vadam poſt amatores meos, qui dant panes mihi, & aquas meas, lanam meam, & linum meum, & oleũ meum, & potum meum. [a] Propter hoc ecce ego ſepiã viam tuam ſpinis, & ſepiã eam maceria, & ſemitas ſuas non inueniet. Et ſequetur amatores ſuos, & quæret eos, & nõ inueniet, & dicet: Vadam, & reuertar ad virum meum priorẽ: quia bene mihi erat tunc magis quam nunc. [b] Et hæc neſciuit, quia ego dedi ei frumentum, & vinum, & oleum, & argentum multiplicaui ei, & aurum, quę fecerũt Baal. [c] Idcirco reuertar, & ſumam frumẽtum meũ in tempore ſuo, & vinum meum in tempore ſuo, & liberabo lanã meã, & linum meum, quæ operiebant ignominiam eius. [d] Et nunc reuelabo ſtultitiã eius in oculis amatorum eius, & vir non eruet eã de manu mea: & ceſſare faciam omne gaudium eius, ſolemnitatem eius, neomeniam eius, ſabbatum eius, & omnia feſta tempora eius. Et corrumpam vineam

SEPT.

*cata eſt mater eorum: confuſa eſt quæ peperit eos, dixit enim: Vadam poſt amatores meos, qui dant mihi panes meos & aquam meam, veſtimenta mea, & oleum meum, & omnia quæ mihi neceſſaria ſunt. Propterea ecce ego ſepiam viam eius in ſudibus, & obſtruam vias illius, & ſemitam ſuam non inueniet, Et perſequetur amatores ſuos, & non apprehendet illos, & quæret eos, & non inueniet, & dicet. Vadam, & reuertar ad virum meum priorem: quia melius mihi erat tunc, quam nunc eſt. Et ipſa neſciuit, quia ego dedi ei frumentum & vinum, & oleum; & argentum multiplicaui ei: hæc autem argentea & aurea fecit ipſi Baal. Propterea reuertar, & tollam triticum meum in tempore ſuo, & vinum meum in tempore ſuo, & auferam veſtimenta mea, & linteamina mea, ne operiant ignominiam eius.* [d] *Et nunc reuelabo immunditiam eius in conſpectu amatorum illius, & nullus eruet eam de manu mea; & auertam omnes lætitias eius, ſolemnitates illius, & neomenias & ſabbata, & cunctas feſtiuitates illius. Et diſperdam vineã eius, &*

A nullus, inquit, eam de manu mea poterit eripere: probata imbecillitate dęmoniaca, quod quos rebus omnib. abundantes receperant, oppreſſos malis liberare non poſſunt. Tradita autem Babylonię ſeruituti nequaquam tres ſolemnitates, Paſchæ & Pentecoſtes & Tabernaculorum celebrare poterit. Nō Neomeniæ, id eſt, Kalendarū non ſabbati exercere lætitiam: nec omnes feſtiuitates, quas vno nomine cōprehendit. Vinea quoq; & ficus in rerum omnium abundantia corrumpetur: in vinea lætitiam, in ficu ſuauitatem, & dulcedinē intellige: quæ auferentur grauiſſimæ ſeruitutis malis, & auferētur idcirco, quia nō à Deo ſibi donata quaſi cōiugi, ſed ab amatorib. ſuis quaſi meretrici pro libidinis mercedib. arbitrata eſt. Tunc nequaquā habebit arbores pomiferas ſed omnia vertentur in ſaltū. Et quia ſemel metaphorā à ſiluis cœperat, finit in reliquo: Vt hoſtes à quib. deuoranda ſunt omnia, beſtias nuncupet. Hæc & iuxta hiſtoriam, & iuxta tropologiam, infelix Iudęa perpeſſa eſt: cuius omnis turpitudo in oculis gentiū reuelata eſt, & nullus eam eruere potuit de manib. Dei. Ceſſauerūt vniuerſæ cæremonię, in luctū eſt verſa feſtiuitas: omnia quæ ſibi putabat dari à dæmonibus, nūc ob offenſam Dei ablata cognoſcit. Deuorauerunt eam primū
B Aſſyrii atq; Chaldæi, Medi, & Perſæ, & Macedones: ad extremum
Dan. 7. a
ſęuiſſima lacerauit beſtia Romanorum imperiū: Cuius in Daniele nomen tacetur, vt maior formido, his qui deuorandi ſunt, augeatur. Quæ de Iudæa diximus, refer ad hæreticos, qui prima fronte doctrinam & ſcientiam promittentes, egreſſi de eccleſia deſeruntur à Deo, & omnis eorum ignominia in conſpectu amatorum ponitur, quos prius deceperant, & traditi beſtiis, quas propheta declinat dicens, *Ne tradas beſtiis animam confitentem tibi*, earum morſibus derelinquentur.
Pſal. 73. d

a ¶ *Et viſitabo, &c.*] Seruat perſonam meretricis, quæ auro ornatur & gemmis, vt placeat amatorib. ſuis, & quidquid pulchritudinis non habet per naturā, arte conquirit. Has inaures, quib. aures eius doctrina Dei fuerant adornatæ, & hæ margaritæ, quæ ex collo pretioſę pēdebāt; ita vt ſpōſus ad eam diceret & maritus: Collum tuū ſicut monilia, miſit ante porcorum pedes, & dedit ſanctum canib. Et impletū eſt quod in Prouerb. legimus, *Sicut inauris aurea in naribus ſuis: ita mulieri peſſimæ pulchritudo.* Hæc autem vniuerſa faciebat, vt ſequeretur amatores ſuos, & relinqueret virū. Tātumq; fuit deſiderium voluptatis ac libidinis, vt omnem memoriam amiſerit maritalem, & oblita ſit fuiſſe ſe coniugem. Quamobrem in ipſis ſolemnitatib. quibus incēdebat thura dæmonibus, viſitabitur in plagis, & corripietur in pœnis. Baal, numero ſingulari, Baalim pluraliter, eadē idola nominantur genere maſculino. Vbicumq; n. in fine Hebraici ſermonis h ים ſyllabam legimus: numero plurali eſt genere maſculino: vbi aūt i ות, numero plurali genere feminino. Ergo k שרפים & l כרובים plurali intelligimus numero, genere maſculino m צבאות autem quod interpretatur militiarum vel exercituum ſiue virtutum, numero plurali, genere feminino. Itaq; & Baalim maſculino genere, numero ſunt plurali: licet quidam male Βαὰλ καὶ Βααλὶμ legant genere feminino. Quomodo autem decipiant hęretici amatores ſuos, & componantur eloquii venuſtate, ſtructuraq; verborum, vt mendacio ſimulent veritatem, & coniugalem pudicitiā derelinquant, & incendant Baalim, id eſt, idolis, quæ de ſuo corde finxerunt, quotidie cernimus. Non enim habēt curam ruſticæ ſimplicitatis, quæ meretricia ornamenta

Cant. 1. e
Matth 7. a
Prou. 25. b

h im
i oth
k ſeraphim
l cheroubim
m ſebaoth

HEB.

vineam eius, & ficum eius, de quibus dixit: Mercedes hæ meæ ſunt, quas dederūt mihi amatores mei, & ponam eam in ſaltum, & comedet eā beſtia agri.[a] Et viſitabo ſuper eam dies Baalim, quibus accēdebat incenſum, & ornabatur in aure ſua, & monili ſuo, & ibat poſt amatores ſuos, & mei obliuiſcebatur, dicit dominus.
[b] Propter hoc ecce ego lactabo eā, & ducā eam in ſolitudinē, & loquar ad cor eius, [c] & dabo ei vinitores eius ex eodem loco, & vallem Achor ad aperiēdam

SEPT.

*& ficus illius, quæ dixit: Mercedes meæ iſtæ ſunt, quas dederunt mihi amatores mei, & ponam eam in teſtimonium, & comedent eam beſtiæ agri, volatilia cœli, reptilia terræ: & vlciſcar ſuper eam dies Baalim, in quibus immolabat eis, & circundabat ſibi inaures ſuas, & monilia, & ibat poſt amatores ſuos: mei autem oblita eſt, dicit dominus. Ideo ecce ego ſeducam eam, & ponam illam quaſi deſertum, & loquar ad cor eius, & dabo ei poſſeſſiones ſuas inde, & vallem Achor ad aperiendam intel-*

non quærit, ſed artificis elegantiſq; mendacii, vt amatoribus ſuis diabolis & dęmoniis placeant. G

b ¶ *Propter hoc ecce ego lactabo eam, &c.* Pro eo quod nos diximus, ad aperiendam ſpem. Lxx. verterunt ad aperiendam intelligentiam eius, interpretatus eſt Symmachus εἰς θύραν ἐλπίδος, i. e. in oſtium ſpei: Theodotio ἀνοῖξαι τὴν ὑπομονὴν αὐτῆς: id eſt, *aperire patientiam* vel *expectationē eius.* Poſtquam reuelata fuerit ignominia Hieruſalem, ſiue Iudææ meretricis in oculis amatorū eius, & ceſſauerit vniuerſa ſolemnitas: vineam & ficum vel ſiccitas vel grādo corruperit, & redacta in ſiluas atq; infructuoſas arbores, à beſtiis fuerint deuorata, & reddiderit ei dominus cruciatus atq; tormēta (quia dęmonib. Baalim thura ſucēderat) & nequaquā ſe vltra de cinerib. ac fauillis putauerit poſſe conſurgere: Tunc, hoc eſt in aduētu Chriſti filii ſui aperiet ſpem ſalutis, & dabit locū pœnitentiæ, & blandietur ei: Hoc enim ſignificat, lactabo eam: vt poſt pœnarum magnitudinē, dolores priſtinos repromiſſione mitiget proſperorum. *Et ducam eam*, inquit, *in ſolitudinem*, i. e. educam ex malis, ſicut & prius de Ægyptiaca eduxerā ſeruitute, *& loquar ad cor eius* verba mollia, verba conſolatoria: vt triſtitiam gaudio temperem, iuxta idioma ſcripturarū: quibus verbis & Sichen locutus eſt ad cor Dinæ, & Ioſeph in Ægypto fratrib. ſuis triſtibus atq; metuentibus, vt mœror gaudio mutaretur. Quod ſequitur:
לפתח תקוה
Gen. 34. a
45 d
D

c ¶ *Et dabo ei vinitores eius ex eodem loco, & vallem Achor ad aperiendā ſpem.*] Quia blanditias & ſolitudinē in præteritæ hiſtoriæ exeuntium de Ægypto ſimilitudine præmiſerat, in qua Moyſes & Aaron de eadem gente Iudæorū principes extiterunt: etiam nunc pollicetur, quod vinitores eius de eodem loco daturus ſit. Vineam intelligi Iſraël, omnis & veteris inſtrumēti, & noui ſcriptura teſtatur: *Vinea domini ſabaoth, domus Iſrael eſt*, Et *vineā ex Ægypto tranſtuliſti*. Et in euangelio: Paterfamilias locauit vineam ſuā, fructuſq; non recepit. Et interfecto filio ſuo, nouiſſime locauit eam aliis vinitorib. Hoc igitur prophetalis ſermo promittit, quod principes huius vineæ exeuntes de gentibus, & de captiuitate hoſtium ſiue vitiorū, de ipſo ſint genere Iudæorum, i. e. Apoſtoli: & locus tumultus, vallisq; turbarum (hoc n. interpretatur Achor) mutetur in oſtium ſpei, ſiue ad aperiendā ſpem atq; patientiam: quod idcirco ſupplicia & tormenta perpeſſa ſit, vt per hæc ad proſpera perueniret. Quod autē vallis Achor, in qua interfectus eſt Achan ob furtum eorum quæ Deo fuerant conſecrata, cōturbatio & tumultus interpretetur: non vt quidam putant διαστροφὴ, id eſt, peruerſitas, ipſe Ieſus interpretatur loquēs ad Achan: quia turbaſti nos, conturbet te dominus in die hac. Vnde appellatus eſt locus ille n עמק עכור, id eſt, vallis conturbationis. Simulq; & hoc intelligimus, quod in principio terræ ſanctæ, iuxta Hiericho, quando de ſolitudine egreſſus eſt populus, prope fluenta Iordanis, in prima Iſraelis victoria, mœror in gaudium cōmutatus ſit. Ibiq; aperta eſt ſpes, vbi fuerat deſperatio: vt punitis his qui peccauere in Chriſto, & commiſere ſacrilegium, ſaluentur ex eis, qui blaſphemātes Iudæos fuerint deteſtati, & quantū in ſe eſt, interfecerint. Hanc pericopen Iudæi & noſtri Iudaizantes ad mille annorū regnum referunt: quod & in principio per Apoſtolos vinitores, & credentiū multa millia ex Iſraël videmus eſſe cōpleta, & compleri quotidie in his qui credere voluerint. Quodq; nos diximus, Lactabo eam, & Lxx. interpretati ſunt: *Seducam eam*, ad Antichriſti tempus referunt: vt qui Chriſti non receperint verita-
Eſa. 5. d
Pſal. 97. b
Matt. 21. d
עכור
Ioſ. 7. d
n emek Achor.
מפתיה



E veritatem, illius recipiant mendacium, & poſtea Chriſto aduenientę ſaluentur.

a ¶ *Et canet ibi iuxta dies iuuentutis ſuæ, &c.*] In eo loco vbi nos poſuimus, canet, & Lxx. tranſtulerūt ταπεινωθήσεται, i. e. humiliabitur: in Hebraico ſcriptū eſt o ענתה, quod Symmachus interpretatus eſt κακωθήσεται, i. e. affligetur, Theodotio ἀποκριθήσεται, i. e. reſpondebit, Aquila ὑπακούσει, i. e. obediet: nos ab Hebræo κατὰ λέξιν, magis accepimus: eſt, præcinet: Vt quia ſemel lactationē & eductionem in ſolitudinē, & vinitores ex eodē loco, & vallē Achor poſuerat, & totā hiſtoriā exeuntium de Ægypto, & pergentiū ad terrā ſanctā, breui ſermone perſtringēs, etiā nunc hiſtoriæ ſimilitudinē conſeruaret. Vt quo modo eo tēpore, quando egrediebantur de terra Ægypti, ſubmerſo Pharaone in mari rubro arripuit Maria tympanū, & præcinēs cęteris exultauit & dixit: *Cantemus Domino, glorioſe. n. magnificatus eſt: equū & aſcenſorē deiecit in mare*: Sic nūc quoq; ſecundū dies iuuētutis ſuæ ſiue adoleſcentiæ ſuæ, quādo egreſſa eſt de terra Ægypti canat atq; lætetur, & regnū Chriſti ac ſuam ſalutem inter Eccleſiæ choros concinat. Et animaduerte, quod quando eximus de Ægypto, & ad meliora tranſimus, dicamur aſcendere: quia Ieruſalē in montib. ſita eſt: de qua qui Hiericho deſcendere
o anetha
Exod. 15 c
נעוריה
Luc. 10. e
F voluerat, vulneratus eſt. Ad eos autem qui Ægypti, i. e. ſæculi huius quærunt auxilia, dicitur: Væ qui deſcendunt in Ægyptū propter auxilium. Interpretatio Aquilæ & Theodotionis, è quib. alter ὑπακούσει poſuit, i. e. audiet: alter ἀποκριθήσεται, i. e. reſpondebit, nobiſcū facit, quod præcinentib. aliis, alii reſpondeant concinentes: Humiliabitur autē & affliget, quod Lxx. & Symmachus tranſtulerunt, non conuenit tempori lætitiæ, niſi fortè imitabitur Paulum, qui poſtquam vocatus eſt Apoſtolus, plangit antiqua peccata, & ſe dicit indignum vocatione Apoſtoli, quia perſecutus ſit Eccleſiam Dei: vt humiliatio & afflictio in conſcientia pręteriti vulneris, non in dolore malorum præſentium accipiatur.
1. Cor 15. b

b ¶ *Et erit in die illa, &c.*] Primū omni Aſiæ regnaſſe Ninū Beli filium, oēs & Græcæ & barbaræ narrant hiſtoriæ: qui apud Aſſyrios Ninū ſui nominis cōdidit ciuitatem, quam Hebræi vocant p נינוה. Huius vxor Semiramis, de qua multa & miranda referuntur, muros Babylonis extruxit: de qua inſignis Poëta teſtatur, dicens: *Quā dicitur olim coctilibus muris cinxiſſe Semiramis vrbē.* Hic aduerſus Zoroaſtrem magū, regem Bactrianorum forti certamine dimicauit, & in tantā peruenit gloriam, vt patrē ſuum Belum referret in Deum, qui Hebraicè dicitur q בל, & in multis Prophetis maximéq; in Daniele, & iuxta Theodotionem ſub idolo Babylonis, hoc appellatur nomine. Hunc Sidonii & Phœnices appellāt r בעל: eadē. n. inter s ב & t ל, literas conſonantes, u ע vocalis litera ponitur, quæ iuxta linguæ illius proprietatē nunc Beel, nunc Baal legitur. Vnde & Dido Sidonia regii generis, cum Æneam ſuſcepiſſet hoſpitio, hac patera Ioui vina delibat, qua Belus & oēs à Belo ſoliti. Didicimus exordiū dæmonis, imo hoīs in dęmonē conſecrati: omnia n. idola ex mortuorū errore creuerunt. Audiamus cętera: Lingua Hebræa & Syra x בעל interpretatur ὁ ἔχων, i. e. habens. Si voluerimus dicere: habens me, dicimus y בעלי, & apud vtramq; gentem, vxores viros ſuos vocant Baali. i. e. vir meus: quod intelligitur, habens me, & eſt ſenſus, qui me habet in coniugio. Eadem Hebręorum lingua vocatur vir z איש, vnde & vxor quæ de viro ſumpta eſt in Geneſi appellatur a אשה quaſi à viro virago. Quod ergo dicit dominus, vir meus. hoc eſt, cum vtroque ſermone, b אישי &
p Nineue
q Bel
r Baal
s beth
t lamed
u ain
x baal
y baale
Gen 2 d
z is
a iſſa
b iſi

HEB.

dam ſpem. [a] Et canet ibi iuxta dies iuuentutis ſuæ, & iuxta dies aſcenſionis ſuæ terra Ægypti.

SEPT.

*intelligentiam eius. Et humiliabitur iuxta dies infantiæ ſuæ, & iuxta dies aſcenſionis de terra Ægypti.*

[b] Et erit in die illa, ait Dominus: vocabit me Vir meus, & non vocabit me vltra Baali: & auferam nomina Baalim de ore eius, & nō recordabitur vltra nominis eorum.

HEB.

[c] Et percutiam eis fœdus in die illa, cum beſtia agri, & cum volucre cœli, & cum reptili terræ, & arcum, & gladium, & bellum conteram de terra, & dormire eos faciam fiducialiter.

SEPT.

*Et diſponam eis teſtamentum in die illa cum beſtiis agri, & cum volatilibus cœli, & cum reptilibus terræ; & arcum, & gladium, & bellum conteram de terra, & habitare eos faciam in ſpe.*

[d] Et ſponſabo te mihi in ſempiternū, & ſpōſabo te mihi in iuſtitia, & iudicio, & in miſericordia, & in

c בעלי appelletur vir meus, ſiue maritus meus, tantum odi idolorū nomina: Vt etiam quod bene dici pōt, propter ambiguitatē & verbi ſimilitudinem, nequāquā velī dici: ſed appellari me d איש magis quā e בעלי: ne dum aliud loquitur, alterius recordetur: & virū nominans, idolū cogitet. Ignoſce obſcuritati, quæ tribus naſcitur modis: aut rerū difficultate: aut magiſtri imperitia: aut diſcētis nimia tarditate. Neque n. Hebræum prophetam ediſſerēs, oratoriis debeo declamatiunculis ludere, & in narrationib. atq; epilogis Aſiatico more cantare: ſed auxilio orationū tuarū, & incredibili diſcendi ſtudio, aperire quæ clauſa ſunt. Deniq; Aquila diligēs & curioſus interpres: Vocabit, inquit, me, vir meus, & non vocabit me vltra habens me: id eſt, f בעלי.
G
c baali
d iſi
e baali
f baali

c ¶ *Et percutiam eis fœdus, &c.*] Quādo oīa religionis aduerſæ vocabula fuerint ablata de populo dn̄um confitente: Et vocauerit me, inquit, vir meus & nequaquā Baali, i. e. idolū meū: tunc percutiā eis fœdus atq; concordiā cum beſtiis agri & volucribus cœli, & reptilibus terræ. De hoc tempore & Eſaias loquatur: *Habitabit lupus cum agno: & pardus cum hœdo accubabit. Vitulus & leo & ouis ſimul morabuntur, & puer paruulus minabit eos, Vitulus & vrſus paſcentur, & ſimul requieſcent catuli eorum, & leo quaſi bos comedet paleas*: nequaquam carnem ſanguinemque deſiderans, ſed mundis atque ſimplicibus veſcens cibis. Quando Petro vt Cornelium ſuſciperet ex nationibus, reuelatum, iuſſumque eſt vt comederet omnes beſtias, & nihil immundum eſſe cognoſceret quod cum gratiarū actione perciperetur: ſuper quibus audit poſtea: quod Deus mundauit, tu ne commune dixeris. Ergo in aduentu Domini Saluatoris, poſt reſurrectionis eius triumphos, & aſcenſum ad patrem, duo parietes angulari lapide copulati ſunt, ab eo qui fecit vtrumque vnum. Et vocauit eam quæ dicebatur abſque miſericordia, miſericordiam conſequutam, & eum qui dicebatur non populus meus, populum ſuum: pacatiſque omnibus, arcus & gladius conteretur ad bellum. Non enim erunt neceſſaria inſtrumenta pugnantium, cum qui pugnent defuerint. Iungetur Iſrael gentibus, & implebitur illud Deuteronomii: *Lætamini gentes cum populo eius. Notus* enim *in Iudæa Deus: in Iſrael magnum nomen eius, & factus eſt in pace locus eius, & habitatio eius in Sion*, hoc eſt, in Eccleſia: in qua confregit potentias arcuum, ſcutum, gladium, & bellum: quibus fractis atque contritis dormient credentes fiducialiter, & ſub vno paſtore requieſcent, ſiue ſperabunt. In his *quæ oculus non vidit, & auris non audiuit, & in cor hominis non aſcenderunt, quæ præparauit Deus diligentibus ſe.*
Eſa. 11. b
Act 11 b
H
Epheſ. 2. c
Rom. 9. e
Deut. 32. f
Sec. heb.
Pſal. 75. a
Ibid. 65. a
Ibid 75. a
Eſaiæ 64.

d ¶ *Et ſponſabo te mihi in ſempiternum, & ſponſabo te mihi in iuſtitia, & iudicio, & in miſericordia, & in miſerationibus, & ſpōſabo te mihi in fide, & ſcies quia ego dominus.*] O quanta clemētia Dei: meretrix quę cum multis amatoribus fornicata eſt, & ob hoc crimen beſtiis tradita: poſtquam reuertitur ad virū, nequaquam reconciliari ei dicitur, ſed deſpondi. Et vide quid ſit inter Dei coniunctionem & hominum: homo cum vxorem acceperit, de virgine mulierem facit, id eſt, non virginem. Deus etiam meretricibus copulatus, eas mutat in virgines: iuxta illud quod adulterę dicitur per Hieremiam: Non vt dominum me inuocaſti, aut patrem, aut principem virginitatis tuę. Vnde & Apoſtolus poſt fornicationem, & idolorum cultum credentibus Corinthiis loquitur: *Deſpondi enim vos vni viro, virginem caſtam exhibere* CHRISTO. Quęrimus cur tertio deſponſionis nomen repetierit. Primo enim ait: *Sponſabo te*
Hier 3. b
2. Cor. 11. a

A *mihi in ſempiternum.* Secundo: *Sponſabo te mihi in iuſtitia & iudicio, & in miſericordia, & miſerationibus.* Nec hoc fine contentus iungit & tertium: Sponſabo te mihi in fide, & ſcies quia ego Dominus. Primo deſpondit eam in Abraham, ſiue in Ægypto, vt vxorem habeat ſempiternã. Secundo in monte Sinai, dans ei ꝓ ſponſalib. legis iuſtitiã, atq; iudicium, & iunctã legi miſericordiam: vt qñ peccauerit, tradatur captiuitati. cũ egerit pœnitentiã, reuocetur in patriã, & miſericordiã conſequať. De his ſpõſalibus in diuerſis locis Pſalmiſta decantat: (Pſal. 100. a) *Miſericordiã, & iudiciũ cãtabo tibi domine.* Et: (Pſal. 85. a) *Miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi, iuſtitia & pax e oſculata ſũt ſe.* Quos duos calices in ſeptuageſimoquarto pſalmo legimus. Calix in manu Dñi, vini meri plenus miſto, & inclinauit ex hoc in illũ: de iuſtitiæ calice in calicẽ miſericordię, & rurſum de calice miſericordiæ in calicẽ iuſtitiæ. (Pſal. 129. a) *Si iniquitates,* inquit, *obſeruaueris Dñe, Dñe, quis ſuſtinebit? Quia apud te propitiatio eſt.* Iſta igitur meretrix, q̃ primum voto ſponſi in æternos fuerat iũcta cõplexus, vt nũq̃ à vinculo recederet maritali: qa receſſit, & in Ægypto fornicata eſt, rurſum per legẽ aſſumitur: quã quia preterijt, ꝓphetis quaſi ſponſi ſodalibus, qui ad ſe miſſi fuerãt, interfectis: (B Matt. 21. d) nouiſſimè venit Dei filius, dñus Ieſus: quo crucifixo & à mortuis reſurgẽte, deſponſatur nequaq̃ in legis iuſtitia, ſed in fide, & gratia Euangelij: vt cum cognouerit vnigenitũ, agnoſcat & patrẽ. Dicit n. ipſe ad Philippũ: (Ioan. 14. a) *Tãto tempore vobiſcũ ſum, & non cognouiſtis me? Philippe, qui videt me, videt & patrem meum: quomodo tu dicis, oſtende nobis patrem: non credis quia ego in patre, & pater in me eſt:* Qui in fide fuerit deſponſatus, & crediderit Euangelio, ſtatim ſciet quia ipſe ſit Deus, credens in eum, quem prius negauerat.

a ¶ *Et erit in die illa, &c.* ] In die illa, & in illo tempore, quando te mihi in fide deſpondero, & cognoueris quod ego ſim dominus: exaudiam cœlos, qui enarrant gloriam Dei, (Pſal. 18. a) & cœli exaudient terram, vt eam cœleſti pluuia irrigent, & terra (de qua orta eſt veritas, & in cuius agrum paterfamilias egreditur vt ſeminet ſemen ſuum) exaudiet triticum, & vinum, & oleum, de quibus ſupra diximus, & hæc omnia exaudient Iezrahel, i. e. ſemen Dei: vt intelligatur omnium rerum abundantia atque fertilitas ob Dei ſemen, qui Chriſtus eſt, condonari: Quod Dei ſemen ſeminatur in terra, vt multiplices fructus afferat, centenarium, ſexagenarium, & tricenarium. (Matt. 13. b) Et illa meretrix, quæ Deo fuerat copulata, & tres ediderat liberos: duos maſculos, & vnam feminam: primum Iezrahel, ſecundam abſq; miſericordia, tertium nõ populus meus: videat propter ſemen Dei mutata eſſe rerũ vocabula, & in Chriſti fide conſecutam miſericordiam, q̃ abſque miſericordia erat & vocatum populum Dei, qui prius non populus vocabatur. Ex quo perſpicimus poſſe vniuerſa quæ dicta ſunt referri & ad decem tribus, quæ Iſrael vocantur, & ſub nomine meretricis tres liberos ediderunt, & ad omnem gentẽ Iudaici nominis. De exauditione cœli, & terræ, & frumenti, vini, & olei, & Iezrahel, hoc quidã ſentiunt: quod poſtquam Chriſtus aduenerit, omnia ſuo currant ordine, & vtilitati hominum cuncta deſeruiat creatura, vt ab initio condita eſt. Quæ omnia Iudæi & noſtri Iudaizãtes poſt Antichriſtũ in fine mundi corporaliter præſtolantur. C

& in miſerationibus, & ſponſabo te mihi in fide, & ſcies quia ego Dominus.

HEB.

a Et erit in die illa: Exaudiã, dicit Dominus, exaudiã cœlos, & illi exaudient terrã: & terra exaudiet triticũ, & vinũ & oleũ, & hæc exaudient Iezrahel. Et ſeminabo eã mihi in terrã, & miſerebor ei⁹ quæ fuit abſque miſericordia. Et dicam nõ populo meo, populus meus es tu, & ipſe dicet, Deus meus es tu.

SEPT.

*Et erit in die illa, dicit dominus, exaudiam cœlum, & cœlum exaudiet terram, & terra exaudiet frumentum, vinum, & oleũ, & hæc exaudient Iezrahel. Et ſeminabo eam mihi ſuper terram, & miſerebor eius quæ fuit abſque miſericordia. Et dicam non populo meo, populus meus es tu, & ipſe dicet, Dominus meus Deus es tu.*

CAP. III.

HEB.

ET dixit Dominus ad me: Adhuc vade, dilige mulierem dilectam amico & adulteram, ſicut diligit dominus filios Iſrael: & ipſi reſpectãt ad Deos alienos, & diligunt vinacia vũarum. c Et fodi eam mihi quindecim argenteis, & coro hordei, & dimidio coro hordei, & dixi ad eam: a Dies

CAP. III.

SEPT.

*ET dixit Dominus ad me: Adhuc vade, & & dilige mulierem diligentem mala, & adulteram, ſicut diligit* Dominus *filios Iſrael, & ipſi reſpiciunt ad* Deos *alienos, & amant † coctiones cum vinacijs.* Et *conduxi eam mihi quindecim argenteis, & gomor hordei, & nebel vini, & dixi ad eam: Dies*

CAP. III.

ET *dixit dominus, &c.* ] Priori mulieri in typum decẽ tribuũ vel totius Iudaici populi fornicãtis Propheta cõiungiť, & abiectos filios atq; cruciatos tandẽ recipit in ſalutẽ: hic iubetur vt adhuc diligat adulteram mulierem. Quando dicitur, adhuc, oſtẽdit ꝙ prius amauerit fornicariã: q̃ adultera, vel diligit illa mala: vel diligiť ab amico & proximo. a רע n. verbum Hebraicũ, vel malũ legitur, vel amicus. Et ne putemus dilectionẽ prophetæ in adulterã, aliud quid ſignificare q̃ Dei dilectionẽ in filios Iſrael, intulit, ſicut diligit dñus filios Iſrael. Ergo ꝙ propheta diligit adulteram, & tñ non ei matrimonio copulatur, nec fornicatione cõiungitur, ſed tantũ diligit delinquentem, typus Dei eſt, qui filios Iſrael peſſimos diligit: qui cũ diligãtur à dño, ad Deos alienos idolaque reſpiciunt, & diligunt vinacia vuarum, q̃ vina nõ habent, & priſtinã gratiã perdiderunt: ſicut dæmones q lapſi de propria dignitate, & nihil antiquæ gratiæ poſſidẽtes, ariditate marcẽtes. Vnde ꝓ vinacijs, ꝙ Hebraicè diciť b אשישי, Aquila interpretatus eſt παλαιά, i. e. vetera. (D) Symmachus ἀκάρπους, i. e. ſteriles, & non ſolum vinacia ſunt, ſed vetera vinacia, vt antiqua delicta teſtentur. Et notandũ ꝙ hæc adultera, pręſens tẽpus ſignificet Iudæorũ: qui abſq; Deo & notitia ſcripturarum, & gratia Spiritus ſancti diligãtur à domino: qui oĩum expectat ſalutẽ, & aperit ianuã pœnitentibus, & nihilominus illi res inutiles amant, traditiones hoĩum, & δευτερώσεων ſomnia diligentes: & nequaquã vuas habeãt, & vinum, & plena muſto torcularia, ſed vetera vinacia, quæ proiecta ſunt. Pro pemmatibus, quę Lxx. tranſtulerunt, & comeduntur cum vuis paſſis ſiue vinaciis, placẽtas Latinè poſſumus dicere, vel cruſtulas quæ idolis offeruntur, & Græcè appellantur πόπανα. Filii autem Iſrael in præſenti loco duodecim vocantur tribus: ſupra vero decem, quæ erant in Samaria, & poſſidebant metropolim Iezrahel. (Sup. 1. a)

c ¶ *Et fodi eam mihi quindecim argenteis, &c.* ] Pro γομὸρ in Hebraico ſcriptũ eſt c חמר: ꝙ oẽs interpretes abſq; Lxx. corũ interpretati ſunt: ſermone Gręco & maximè Palæſtino, qui habet triginta modios. Et pro nebel vini in Hebraico legitur d ולתך שעורים, quod cæteri interpretes ἡμίκορον hordei tranſtulerunt, i. e. mediam partem cori, q̃ facit quindecim modios. Quodq; iũgitur in editione vulgata: Neq; eris alteri viro: alteri, in Hebraico non habetur: ſed ſimpliciter, non eris viro. Si. n. ponatur alteri, ſubauditur ꝙ à ſuo habeatur viro. Quando a. abſolute dicitur: non eris viro, intelligimus quod nulli iungitur omnino, & abſq; coitu maritali ſit. Menſuram a. cori in Ezechiele legimus, & in Euãgelio. (Ezech. 45. a; Luc. 16. b) Foditq; eam ſibi i. e. adulteram, ſiue conduxit quindecim argenteis. Quando dicit fodi, oſtendit vineam quæ à domino plantata eſt, & in multis locis ponitur ſcripturarum, ſignificans populum Iudæorum. Sin autem legerimus: conduxi, adulteræ pretium eſt: non vt cum Propheta dormiat, ſed vt cõtenta mercede ſua adulterare deſiſtat, nec paſſim ceteris copuletur. Foditur etiã ſiue cõducitur



E citur coro hordei, & dimidio coro hordei, i. quadraginta & quinq; modijs, & hac mercede ſuſcepta, audiuit à dño.

a ¶ *Dies multos expectabis, &c.* ] Hoc eſt, nec aliis amatorib. turpiter te proſtitues, nec mihi viro, à quo cõducta es, legitimè coniũgeris. Ac ne putes factã tibi iniuriã, qa dixi, expectabis me, par pari referã, *& ego expectabo te.* (Exod. 12. a) Quintadecima die illuceſcẽte mẽſis Niſã, pcuſſa ſunt Ægyptiorũ primogenita, & Iſraelis de Ægypto educt⁹ eſt populus, ac in ſeruitutẽ Dei mercede cõductus. (Num. 3. f) Deniq; pro primogenitis Iſrael, q̃ plagam nõ ſenſere cõmunem, quinos argenti accipe ſiclos: qui in tẽpli donaria cõferuntur. Pleriq; noſtrorũ quĩdecim ad hebdomadã legis, & ogdoadẽ Euãgelii referũt, i. e. ſabbatũ, & diẽ reſurrectionis, quo exerceť circũciſio ſpiritualis. Sed quo modo adultera mulier q̃ hordeo paſciť, & à viro aliena eſt, vtrũque in mercedẽ accipiat teſtamentũ, explanare nõ poſſunt. (Exod. 19. c) Quadrageſimoquinto die ad mõtẽ Sina peruenit populus, ſtatimq; altero die vt ſanctificẽtur à coitu fœminarũ p triduũ, & ſe ꝑparent ad accipiẽdã legem Dei, ediciť. Tranſactis tribus dieb. quinquageſimo die Moyſes aſcendit in montẽ, & decalogũ ſuſcepit. Sedet itaq; popul⁹ Iudæorũ, qui quõdã quĩdecĩ argẽteis, & quadraginta quinq; hordei modiis eſt cõduct⁹, poſt aduentũ Dñi Saluatoris, & viri ſui expectat aduẽtũ. Quodq; (F) dicit: *Nõ fornicaberis, & nõ eris viro:* hoc oſtendit, ꝙ interim modo idolis non ſeruiat, nec tamẽ habeat Deũ, ſed & amatorib. & viro ſpoliata ſit. Et quia virũ non habet, nõ veſcitur cibo hoĩum, frumẽto & legumine, ſed hordeo irrationabiliũ iumentorũ, ruminãs vilitatẽ literæ, q̃ interficit, vt non habens ſpiritũ viuificantẽ. (Num. 5. c) Vnde & in lege mulier, q̃ à marito accuſatur adulterii, in potatione ἐλέγμου, i. e. conuictionis, qñ arguitur in peccato, farinã accipit hordei: (Pſal. 31. c) quæ .n. imitata eſt equos & mulos, quib. non eſt intelligentia, equorũ atq; mulorum ſuſtentatur alimentis. Pro dimidio coro hordei, nebel vini Lxx. trãſtulerũt: ꝙ penitus in Hebraico non habetur. Et poſſumus dicere, in nebel vini, h. e. menſura plena atq; perfecta inebriatã adulteram, & plenis afflictam eſſe ſuppliciis. Vnde & Hieremias calicem meri propinat gentibus & Hieruſalem. (Hier. 25. d; Rom. 11. d) Vir quoque ſedet, imo expectat adulteræ pœnitentiam: vt poſtquam plenitudo gentium ſubintrauerit, & nouiſſimus crediderit Iſrael (ita vt qui fuerat caput, vertatur in caudam, & cauda vertatur in caput) tunc fiat vnus grex & vnus paſtor.

b ¶ *Quia dies, &c.* ] Pro e אפוד & f תרפים Lxx. ἱερατείας, i. e. ſacerdotium: & δήλους: i. e. manifeſtationes interpretati ſunt. Sciendũ autem (vt crebro diximus) ephod ſignificare indumentũ ſacerdotale: quod in Exodo & Leuitico à Lxx. (Exod. 28. a; Leuit. 8.) ἐπωμὶς dicitur, i. e. ſuperhumerale: Aquila ἐπένδυμα, i. e. ſuperindumentum, g תרפים autem propriè appellãtur μορφώματα, i. e. figuræ & ſimulachra: quæ nos poſſumus in præſenti duntaxat loco, Cherubim & Seraphim, ſiue alia, quę in tẽpli ornamenta fieri iuſſa ſunt, dicere. Verũ quia Lxx. δήλους interpretati ſunt: pro quib. Aquila φωτισμοὺς tranſtulit: & hæc ipſa ſunt ἐν λογίῳ, i. e. in rationali: hoc intelligimus, quod in pectore & corde pontificis ἀλήθεια καὶ φωτισμοί, i. e. veritas eſſe debeat atq; doctrina: vt non ſolum ſciat rectam fidem, ſed & quod nouerit poſſit ore proferre. Quod & Apoſtolus Paulus ſcribit ad Titum, docens qualis Epiſcopus ordinandus ſit: (Tit. 1. a) *Oportet enim Epiſcopum ſine crimine eſſe: tanquam Dei diſpenſatorem, non ſuperbum, non iracundum, non vinolentum, non percuſſorem, non turpis lucri cupidum: ſed hoſpitalem, benignum, ſobrium, iuſtum, ſanctum, continentem, amplectentem eum, qui ſecundum ſanam doctrinam eſt, fidelem ſermonẽ: vt potens ſit exhortari in doctrina ſana, & eos qui contradicunt arguere.* (G) Ephod ac teraphim, & in Iudicum libro legimus, q̃ ſibi fecerat leuites; qui poſtea (Iud. 17. b) cum ſexcentis de tribu Dan armatis profectus eſt. Poſt paſſionem Domini Saluatoris vſq; in præſentem diem, paulo minus quadrigenteſimus annus expletur, & quãtum temporis reſideat vſque ad diẽ iudicii, nec angeli nouerunt, nec filius. (Matt. 24. d) Qui ideo ignorare ſe dicit, quia nobis nõ expedit diſcere. Hi ſũt ergo multi dies, quib. infelix ſynagoga, & mulier adultera hordeo paſcitur, & ſedet cõtracta, quia cũ Chriſto ſtare non põt. *Sine rege,* de quo locut⁹ eſt pater: (Eſa. 45. b Sec. 70.) Suſcitaui regẽ cum iuſtitia. Et ipſe dicit in pſalmo: (Pſal. 2. b) *Ego aũt conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion montẽ ſanctũ eius. Sine principe,* vel ipſo dño Saluatore, vel certo põtifice, de quo ſcriptũ eſt: (Exod. 22. d) *Principi populi tui non maledices. Et ſine ſacrificio,* & ſine altari. Subuerſo enim templo & incenſa Ieruſalem, nec ſacrificiũ, nec ſacerdotium Iudaica gẽs exercere poteſt. (H Gen. 46. b) *Et ſine ephod & ſine teraphim,* i. e. inſtrumentis ſacerdotalis habitus. De hoc rege & Iacob in benedictione Iudæ patriarchæ loquitur: *Non deficiet princeps, rex Iuda, neq; dux de fæmoribus eius, donec veniet cui repoſitũ eſt: & ipſe erit expectatio gentiũ.* Et poſtq̃ defecit princeps ex Iuda, & dux de fœmorib. eius, & Herodes alienigena & proſelytus ſuſcepit imperium, intelligimus veniſſe cui regnum repoſitum eſt, & ipſe erat expectatio gentium. Hæc eſt *cæcitas* quæ *ex parte accidit Iſraeli, vt ſubintraret plenitudo gentium; & tunc omnis* Iſrael *ſaluus fieret:* (Rom. 11. d) & multo poſt tempore reuertentur, & quærent dñm Deum ſuum, & Dauid regem ſuum, qui de Dauid ſtirpe generatus eſt, & interpretatur fortis manu. Ipſe. n. ſoluit captiuitatem populi ſui, & dedit vinctis remiſſionem. Cumque cum viderint filii Iſrael (qui à ſuis fratrib. denegatus eſt) in patris & ſua maieſtate regnantem, pauebunt & ſtupebunt ad dominum, & ad bonum eius. Qui bonus filius, de bono natus eſt patre: ſiue ad bona Domini, de quib. ſanctus loquitur: (Pſal. 26. d) *Credo videre bona Domini in terra viuentium:* hæc enĩ quam incolimus peccatores, terra eſt mortuorum. Præſens capitulum, alii Iudæorum ſuper Babylonica captiuitate interpretantur, quando ſeptuaginta annis deſolatum eſt templum, & altare, & victimæ, & ſacerdotium non fuerunt, & poſtea ſub Zorobabel in ſedes priſtinas ſunt reuerſi. Alii, vt nos, in futurum deferunt tempus, & quæ ſit cauſa tam grandis offenſæ vt tanto tempore relicti ſint, maxime cum idola non colant, præter interfectionem Saluatoris, aliam non valent inuenire.

HEB.

a Dies multos expectabis me: non fornicaberis, & non eris viro: ſed & ego expectabo te. f Quia dies multos ſedebunt filij Iſrael ſine rege, & ſine principe, & ſine ſacrificio, & ſine altari, & ſine ephod & ſine teraphim: Et poſt hæc reuertentur filij Iſrael, & quærent Dominum Deum ſuũ, & Dauid regem ſuum, & pauebunt ad dominum, & ad bonum eius in nouiſſimo dierum.

SEPT.

*Dies multos ſedebis mihi, & non fornicaberis, nec eris alteri viro, & ego tibi. Quia diebus multis ſedebunt filij Iſrael ſine rege, ſine principe, ſine ſacrificio, ſine altari, ſine ſacerdotio, ſine manifeſtationibus (quæ Græcè dicuntur δῆλοι) Et poſt hæc reuertentur filij Iſrael, & quærent Dominum* Deum *ſuum, & Dauid regem ſuum, & ſtupebunt ad dominum, & ſuper bonis eius in nouiſſimo die.*

CAPVT IIII.

HEB.

AVdite verbũ Domini filij Iſrael, quia iudicium Domino cum habitatoribus terræ: nõ eſt. n. veritas, & nõ eſt miſericordia, &

CAP. IV.

SEPT.

*AVdite verbum Domini filij Iſrael, quia iudicium Dño ad habitatores terræ: quia non eſt veritas, neq; miſericordia, neque*

CAP. IV.

A*Vdite verbum Domini filij* Iſrael, *&c.* ] A prĩcipio vſque ad hunc locum ſub meretricis deſcriptione & adulteræ: quarum poſt grauiſſimas pœnas & relictionẽ longiſſimã, poſtea fit in priſtinum vel in meliorẽ ſtatum reſtitutio: decem tribuum vel duarum, & in cõmune oĩum, peccata numerantur. Nunc rurſum ad Iſrael, i. e decem tribus ſermo conuertitur: exponens non fruſtra iratum Deum, tam grauia comminari, & inferre ſupplicia, ne forſitan non ex iudicij veritate ſed ex potentia Dei iniuſtè videatur in eos qui non peccauerunt lata ſententia prophetiæ.

b ¶ *Audite* (inquit propheta) *verbũ Domini, &c.* ] Quia vult dñus

A dñus cũ ſuo populo iudicari,& exponere cauſas indignationis ſuæ: Nõ eſt veritas,& nõ eſt miſericordia, & nõ eſt ſciẽtia Dei in terra. Nec veritas.n.abſq; miſericordia ſuſtineri põt,& miſericordia abſq; veritate efficit negligentes: vnde alterũ miſcetur alteri: q̃ qui nõ habuerit,cõſequẽter & Dei notitiã nõ habebit. Sed è cõtrario pro veritate mẽdaciũ,& pro miſericordia maledictũ, homicidiũ, furtũ, adulteriũ. Non dixit, eſt. ſed vt delictorũ abundãtiã demõſtraret, intulit, inundauerunt: & pro ſciẽtia Dei, q̃ nõ eſt in terra, ſanguis ſanguinem tetigit, ſiue ſanguinem ſanguini miſcuerunt: vt augerẽt peccata peccatis,& nouis vetera cumularẽt. Rectè aũt qui habitatores terræ ſunt & non incolæ, ad iudicium prouocantur: quia à facie Aquilonis ex ardeſcũt mala ſuper habitatores terræ. Et in Apocalypſi Ioan. *Væ, væ, væ* dicit *ſuper habitatores terræ*. Qui aũt põt cũ propheta dicere: *Aduena ſum apud te, & peregrinus, ſicut oẽs patres mei*, & pertranſit mundũ iſtũ quaſi incola & peregrinꝰ, veritatẽ ſequitur & miſericordiã & ſcientiã Dei: ne inũdatione maledicti atq; mẽdacij, homicidij,& furti,& adulterij & ſanguinis opprimatur.
Hier. 1. c
Apoc. 8 d
Pſal. 38. c

a ¶ *Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur oĩs qui habitat in ea, &c.*] Quia nõ eſt veritas & eſt miſericordia,& nõ eſt miſericordia,& nõ eſt ſciẽtia Dei ſuper terrã: ſed è regione maledictũ,& mendaciũ,& homicidiũ,& furtũ,& adulterium inundauerũt, & ſanguis ſanguinem tetigit. Idcirco lugebit terra cũ habitatorib. ſuis, & infirmabitur, vt nõ habeat beſtias agri,& volucres cœli, & piſces maris deficiẽt: itãq; Dñi etiam muta elemẽta ſentient. Hoc qui non credit accidiſſe populo Iſrael, cernat Illyricũ, cernat Thracias, Macedoniam, atq; Pannonias, oẽmq; terram, q̃ à Propontide,& Boſphoro vſq; ad Alpes Iulias tenditur,& probabit cũ hominib. & animantia cũcta deficere, q̃ in vſus hoĩum à creatore prius alebantur. Sin.a. voluerimus (vt quidã putant) feros hoĩes beſtias interpretari,& volucres cœli eos qui eleuãtur in ſuperbiam, & oĩa humana cõtemnant,& piſces maris qui irrationabiles ſunt,& ita bruti, vt nihil omnino ſapiant,& aërẽ liberũ cœlumq; non videant: hoc non tam irati quam clementis eſt domini, vt quæ mala ſunt, auferantur de terra.
B

b ¶ *Verumtamen vnuſquiſq; non iudicet, & nõ arguatur vir: populus.n.tuus ſicut hi qui contradicunt ſacerdoti: & corrues hodie, &c.*] Secundum Lxx. interpretes, hoc ꝙ poſuimus, vt nullus neq; iudicetur, neq; arguatur quiſquã, ſuperiori capitulo coaptandum eſt: ſed nos Hebræos ſequimur. Prouocati ad iudicium Dei, filij Iſraël, qui habitant in terra, vt cauſas dominicæ indignationis audirent,& præterita peccata cognoſcerent, propter quæ hoſtibus traderentur: Nũc quia in ſceleribus perſeuerant,& impudenti Deum fronte cõtemnunt, audiunt: Non neceſſe eſt vt veniatis ad iudiciũ, vt in veſtris flagitijs arguamini: quia tãtæ eſtis impudentiæ, vt nec conuicti quidẽ, pudorem habeatis, & verecũdiã: ſed cõtradicatis mihi, quaſi ſi diſcipulus magiſtro, ſacerdoti plebecula contradicat, quæ nõ habet ſacerdotij

HEB.

& non eſt ſcientia Dei in terra. Maledictum, & mendacium, & homicidiũ, & furtum,& adulterium inundauerunt, & ſanguis ſanguinem tetigit. [a] Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur oĩs qui habitat in ea, in beſtia agri & in volucre cœli: ſed & piſces maris cõgregabũtur. [b] Verumtamẽ vnuſquiſque non iudicet, & nõ arguatur vir: populus enim tuus ſicut hi qui contradicũt Sacerdoti: & corrues hodie, & corruet etiã propheta tecum. [c] Nocte tacere feci matrem tuam: conticuit populus meus, eo quod non habuerit ſciẽtiã. Quia ~~tu ſcientiam~~ ſcientiam repuliſti, repellã te & ego, ne ſacerdotio fũgaris mihi: & oblita es legis Dei tui, obliuiſcar filiorum tuorum & ego. [d] Secũdum multitudinem eorum ſic peccauerũt mihi: gloriam eorum in ignominiam commutabo. Peccata populi mei comedent, & ad iniquitatem eorum ſubleuabunt animas

SEPT.

*neque ſcientia Dei ſuper terram. Maledictio, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium effuſum eſt ſuper terram, & ſanguinem ſanguini miſcuerunt. Ideo lugebit terra, & minuetur cum omnibus qui habitant eam, cum beſtijs agri, cum ſerpentibus terræ, & cum volatilibus cœli: & piſces maris deficient. Vt nullus neque iudicetur, neque arguatur quiſquam, populus autem meus quaſi Sacerdos, cui contradicetur, & infirmabitur per diem: & infirmabitur etiã propheta tecum. Nocti aſſimilaui matrem tuam, & aſſimilatus eſt populus meus quaſi non habens ſcientiam. Quia tu ſcientiam repuliſti, & ego repellam te ne ſacerdotio fũgaris mihi; oblita es legis Dei tui, & ego obliuiſcar filiorum tuorum. Secundũ multitudinem eorum ſic peccauerunt mihi: gloriam eorum in ignominiam ponam. Peccata populi mei comedẽt, & in iniquitatibus eorũ accipient alij animas*

dignitatẽ. Et quia tales eſtis, ideo hodie corruetis, i.e. ducemini in captiuitatẽ,& perdetis regnũ Iſrael. Quod aũt dicit, hodie, aut p̃ſens tempus ſignificat, aut nõ fraude & inſidijs, ſed clara in captiuitatẽ luce ducemini: tantaq; erit veſtri infirmitas, vt etiam Prophetæ qui vobis ſolebãt prophetare mendaciũ, vobiſcũ corruant,& ſentiant captiuitatẽ. Hic Prophetas aut pſeudoprophetas debemꝰ accipere: aut certè oẽm gratiã prophetalem. Quamdiu.n. non ſunt captæ decẽ tribus, habuerunt & Heliam Prophetam & Heliſæũ, & cæteros filios ꝓphetarũ, q. prophetauerũt in Samaria. Vnde & Amos propheta, qui de tribu Iuda erat, & de viculo Thecuæ, cogitur redire ad patriam ſuam, ne in alieno regno & Samaria prophetaret. G
Amos. 7. c

c ¶ *Nocte tacere, &c.*] Non ꝙ alia mater ſit,& alij filij, matrẽ vocat & filios, ſed quo modo dñus loquẽs ad populum Iudæorũ dicebat: *Ieruſalem, Ieruſalẽ, quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te miſsi ſunt: quotiẽs volui cõgregare filios tuos, ſicut gallina congregat pullos ſuos ſub alas & noluiſti.* Non ꝙ alia eſſet Ieruſalẽ,& alius populꝰ eius, neq;.n. abſq; populo ad cæmẽta vrbis,& ligna & lapides loq̃bat̃. Sic mater vocatur populi frequẽtia,& oĩs turba nationis Hebræa, ad q̃ loquitur, filij aut ẽ, vel ſinguli ex populo, vel per oppida villaſq; diſperſi. In nocte ergo ac tenebris captiuitatis, & mœroris,& prementis anguſtiæ traditur Iſrael,& populꝰ eius æterno ſilentio cõticeſcit: quia non habuit legis ſcientiã, nec Dei ꝑcepta ſeruauit, recepitq; ꝙ fecerat. Ipſa enim Dei repulit legẽ,& ideo ſacerdotiũ perdidit in æternum, colens vitulos aureos in Dan & Bethel: & quia oblita eſt legis Dei,& penitus Ægyptijs ſe idolis mancipauit, idcirco & dñus obliuiſcetur filiorum eius, tradens eos æternæ captiuitati: *qui* enim *ignorat, ignorabitur*,& in pſalmis legimus: *Neſcierunt neq; intellexerunt, in tenebris ambulant.* Omnia quæ dicũtur ad decem tribus, referre poſſumus ad hæreticos, qui reliquerunt regnum Dauid & Ieruſalẽ, id eſt, Chriſtum & Eccleſiam & ideo æterna nocte cooperti ſunt, nec habent ſcientiam Dei,& repelluntur à Domino, ne ſacerdotio fungantur ei, & filiorum quos genuerint nunquam meminit: quia filij alieni facti ſunt ei.
Matth. 23. c
D
1. Cor 14 b
Pſal. a

d ¶ *Secundũ, &c.*] Quot homines habuit Iſrael, tot aras extruxit dæmonibus, in quorũ victimis peccauit mihi. Propterea gloriã eorũ, in qua gloriabãtur ſibi cum Deo idola p̃ferebant, in ignominiam commutabo: vt & ſacerdotes capiãtur & populi. ſi quidẽ ſacerdotes peccata populi mei comedunt, de quib. ſcriptũ eſt: *Qui deuorãt plebẽ meam, ſicut eſcã panis.* Et idcirco peccata populi mei deuorãt, cõſentiẽtes ſcelerib. delinquentiũ: quia cum eos peccare perſpexerint, non ſolũ non arguunt, ſed laudant atq; ſuſtollunt,& beatos prędicãt. De quib. & Eſa. loquitur: *Populus meus, qui beatos vos dicũt, ſeducũt vos, & ſemitas pedũ veſtrorũ ſupplantãt.* De his & per pſalmiſtam clamat: *Quoniã laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ, & iniquꝰ benedicitur.* Vnde æqualiter populus & ſacerdos, indignantis Dei ſententiã ſuſtinebunt: quia
Pſal 13. b
Eſai. 3. b
Pſal. 9. d



E quia non ſolũ opera eorum viſitabit, q̃ appellantur viæ in quib. ingrediuntur: ſed & cogitationes quib. vt talia facerẽt, tractauerunt. Non ſolum.n. opus, ſed & cogitatio mali operis pœnas luet. De hæreticis facilis intelligentia eſt, ꝙ quanto plures fuerint, tãto magis delinquunt Deo,& glorientur in populis,& idcirco decipiãt infelices, vt peccata populi comedant,& per dulces ſermones deuorẽt domos viduarum. Cum.n. viderint aliquos delinquentes, aiunt: nihil aliud quærit Deus niſi fidei veritatem, quã ſi cuſtodieritis, nõ curat q̃d agatis. Hęc.n. dicẽtes, in iniquitatib. eorum ſubleuant animas eorum vt non ſolum non agant pœnitentiam, nec humilientur, ſed gaudeant in ſcelerib. ſuis,& erecta ceruice gradiãtur. Vnde & populus & ſacerdos, & hi qui docti ſunt, & hi qui docuerunt, pari iudicio conſtringentur.
Luc. 10. g

a ¶ *Et comedent & nõ ſaturabũtur, &c.*] Voluptas inſatiabilis eſt,& quanto magis capit̃, tanto plus vtẽribus ſe famem creat. E contrario *beati eſurientes & ſitiẽtes iuſtitiã: quoniã ipſi ſaturabuntur*. Sicut iuſtitia ſaturat, ſic iniquitas ſubſtantiã non habẽs, vana comedentes fraude deludit, & vteros deuorãtiũ vacuos derelinquit. *Fornicati ſunt, & nõ ceſſauerũt.* Vires in fornicatione deficiunt & fornicandi deſiderium non quieſcit. Fornicatę ſunt & decem tribus cũ idolis Hieroboã, filij Nabath, & *reliquerunt Dominũ Deũ ſuum non cuſtodiendo quæ iuſſerat, dicens: Dominum Deum tuum adorabis, & ipſi ſoli ſeruies.* ἐμφατικῶς autem legendum: *Fornicatio & vinũ & ebrietas aufert cor.* Sicut.n. vinum & ebrietas eum qui biberit mentis ſuæ impotem facit, ita & fornicatio ac voluptas peruertit ſenſum, animumq; debilitat, & de rationabili homine, brutum efficit animal, vt ganeas & lupanaria & libidinum luſtra ſectetur. Cumq; ita cor loco ſuo motum fuerit, ligna & lapides deos putat, & adorat opera manuum ſuarum. Vnde & Propheta quaſi ſtupens & mirabũdus eloquitur: Populus meus, qui quõdam meo vocabatur nomine, lignum interrogauit & virgas, quod genus diuinationis Græci ῥαβδομαντείαν vocant. Vnde in Ezechiele legimus, quod virgas ſuas miſcuerit Nabuchodonoſor contra Ammon & Hieruſalem,& exierit virga contra Hieruſalem, cauſaq; huius amentiæ fornicationis eſt ſpiritus, qui decipit eos vt fornicarentur à Deo ſuo. Fornicationem aũt idololatriã nominat, iuxta illud quod in Hieremia legimus: *Et mœchabantur in ligno & lapide, & dixi, poſtquam fornicati ſunt cum his omnibus, reuertere ad me, & non eſt reuerſa in toto corde, ſed in mendacio.* Et rurſum: *Me dereliquiſti: Vadam ſuper omnem collem excelſum, & effundar in fornicatione mea ſubter omni ligno frondoſo.* Et in pſalmo dicitur: *Perdidiſti omnes qui fornicantur abs te.* Principium enim fornicationis, idolorum inuentio. Nunquam hęretici ſuo errore ſatiantur, nec ceſſant à fornicationis turpitudine, & quotidie non cuſtodiendo legem & ſcripturas ſanctas, dominum derelinquunt, inſaniunt & inebriantur, & perdito mentis iudicio adorant idola, quæ de ſuo corde finxerunt: fornicationiſque ſpiritu poſſidentur.
Matt. 5. a
F
3. Reg. 12. g
Deut. 6. c
יקחלב
Ezech. 37. d
Hier. 3 c
Pſal. 72. d

b ¶ *Super capita montium ſacrificabant, &c.*] In lege præceptum eſt vt nõ ſacrificetur Domino niſi in loco quem ele-
Deut 12. a

HEB.

mas eorum: & erit ſicut populus, ſiç ſacerdos, & viſitabo ſuper eum vias eius, & cogitationes illius reddam ei. [a] Et comedent & nõ ſaturabuntur: fornicati ſunt & non ceſſauerunt: quoniam Dominum dereliquerunt in non cuſtodiendo. Fornicatio, & vinum, & ebrietas aufert cor. Populus meus in ligno ſuo interrogauit, & baculus eius annunciauit ei. Spiritus enim fornicationum decepit eos, & fornicati ſunt à Deo ſuo. [b] Super capita mõtium ſacrificabant, & ſuper colles accendebãt thymiama: ſubtus quercum & populum & terebynthum, quia bona erat vmbra eius. [c] Ideo fornicabuntur filiæ veſtræ, & ſponſæ veſtræ adulteræ erunt. Non viſitabo ſuper filias veſtras cum fuerint fornicatæ, & ſuper ſpõſas veſtras cum adulterauerint: quoniam

SEPT.

*mas eorum: & erit ſicut populus, ſic & ſacerdos, & vlciſcar ſuper eum vias eius, & cogitationes illius reddam ei. Et comedent & non implebuntur: fornicati ſunt & non dirigentur, quia dominum reliquerunt, vt non cuſtodirent. Fornicationem, & vinum, & ebrietatem ſuſcepit cor populi mei: in augurijs interrogabant, & in virgis ſuis annunciabant ei: quoniam ſpiritu fornicationis ſeducti ſunt, & fornicati ſunt à Deo ſuo. Super verticem montium ſacrificabant, & ſuper colles immolabant: ſubter quercum & populum & nemoroſas arbores, quia bonum erat vmbraculum. Propterea fornicabuntur filiæ veſtræ, & ſponſæ veſtræ mœchabuntur. Et non viſitabo ſuper filias veſtras cũ fuerint fornicatæ, & ſuper ſpõſas veſtras cũ adulterauerint: quoniã ipſi*

gerit dñus Deus: & iuxta altare lucus & arbores non plantentur: ne ſcil. paſſiua & voluptuoſa religio, auſteritatem vnius & veræ religionis euertat. E cõtrario Iſrael ſacrificabat in mõtibus,& in collibus adolebat incenſum: excelſa terræ diligens loca; quia excelſum reliquerat Deũ, & vmbrã quærens, perdiderat veritatẽ. Hoc eſt quod legimꝰ de ſingulis regibus: Veruntamẽ excelſa nõ abſtulit, adhuc populꝰ imolabat,& ſacrificabat in excelſis: ꝙ Hebraicè appellatur [a] במות Hæretici ſublimitatem ſibi dogmatum repromittunt,& ſacrificant ſubter quercũ & populũ & terebinthũ infructuoſas arbores: ficũ & vineam non habentes, ſub quib. ſanctus requieſcere dicitur. Aſſumunt aũt ſibi interdũ terebinthum, q̃ iuxta Eſaiã folia nõ habet, vt Abrahæ imitari videantur exemplũ.
G
Ibid 16. d
a bamoth
Eſaia 6. d
Gen. 18. a

c ¶ *Ideo fornicabũtur filiæ veſtræ &c.*] Verbum [b] קדשות quod Aquila ἐναλλαγμένων. Symmachus ἑταιρῶν, Septuaginta τετελεσμένων, Theodotio κεχωρισμένων, interpretati ſunt: nos effeminatos vertimus, vt ſenſum verbi noſtrorum aurib. panderemus. Hi ſunt quos hodie Romæ, matri non deorum, ſed dæmoniorum ſeruientes, Gallos vocant: eo quod de hac gente Romani truncatos libidine, in honorem Atys (quem eunuchum dea meretrix fecerat) ſacerdotes illius mãciparint. Propterea aũt Gallorũ gẽtis homines effeminãtur: vt qui vrbem Romã ceperant, hac feriantur ignominia: iſtiuſmodi idololatria erat in Iſraël: colentibus maximè feminis Beelphegor ob obſcœni magnitudinẽ, quẽ nos Priapum poſſumus appellare. Vnde & Aſar rex tulit excelſa de populo,& huiuſcemodi ſacerdotes,& *matrem de Auguſto depoſuit imperio*: ſicut ſcriptura teſtatur, dicens: *Et fecit Aſa rectũ ante conſpectũ Domini, ſicut Dauid pater eius, & abſtulit effeminatos de terra, purgauitq; oẽs ſordes idolorum, quæ fecerant patres eius. Inſuper & Maacham matrem ſuam amouit, ne eſſet princeps in ſacris Priapi, & in luco eius quem cõſecrauerat: ſubuertitq; ſpecum eius, & confregit ſimulacrum turpiſſimum, & combuſſit in torrente Cedron. Excelſa autem non abſtulit: veruntamen cor Aſa perfectum erat coram Deo, cunctis diebus ſuis* Sciendum autem quod in præſenti [c] קדשות meretrices, ἱερείας, id eſt, ſacerdotes Priapo mancipatas vocet. In alijs autem locis viros exectos libidine, cadeſim legimus: Eſaia dicente: ἐμπαῖκται κατακυριεύσουσιν αὐτῶν, id eſt, *& illuſores dominabuntur eorum*: pro quo in Hebræo ſcriptum eſt: & [d] קדשים dominabuntur eorum: quod nos in effeminatos vertimus. Aquila autem ἐνηλλαγμένους interpretans, id eſt, mutatos, hoc oſtendere voluit quod ſuam naturam mutauerint, & de viris facti ſunt feminæ. Symmachus ἑταίρας propriè meretrices appellauit: Lxx. τετελεσμένους, id eſt, conſecratos & initiatos, vt cultores idolorum oſtenderent: Theodotio, κεχωρισμένους, id eſt, à populo ſeparatos: ſibi videbantur à vulgo aliquid plus habere. De verbo breuiter diſſeruimus, nunc ad ſenſum capituli reuertamur. Grandis offenſa eſt poſtquã peccaueris, iram domini non mereri. Fornicatus fuerat Iſraël à domino Deo ſuo, & ſpiritu fornicationis ſeductus: ideò fornicantur & filiæ eius & ſponſæ,& abſq; vlla vindicta, in ſuo ſcelere relinquuntur: vt ꝙ filij & vxor vero parenti fecerant & marito, hoc in
b kedeſoth
H
3. Reg. 15.
2. Reg. 15. b
c kedeſoth
Eſaia 3. a
d kedeſim.

A hoc in liberis ſuis & vxorib. ſentiant, & ex proprio dolore, intelligant dolorem Dei: qui intantū iratus eſt, vt nequaquam percutiat delinquentes. Quod & Apoſtolus, ad Romanos ſcribens; myſtico ſermone teſtatur: *Dicentes n. ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt, & mutauerunt gloriā incorruptibilis Dei in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & ſerpentum.* (Rom. 1. c) Et quia cum idolis fuerant fornicati, tali feriūtur ſententia: *Propter quod tradidit illos De⁹ in deſideria cordis eorum, in immūditiā; vt cōtumeliis afficiant corpora ſua in ſemetipſis: qui cōmutauerunt veritatē Dei in mēdaciū, & coluerunt, & ſeruierunt creaturæ poti⁹ quā creatori: qui eſt benedict⁹ in ſæcula, Amē.* Vt autē ſciamus viſitationē quaſi vulneratorum & languentium, ideo inſerri à Deo, vt veluti cauterio & amariſſimis potionibus recipiant ſanitatem, & morbis careant, per prophetā loquentem audiamus dominum: *Viſitabo in virga iniquitates eorū, & in verberibus peccata eorum: miſericordiā autem meā non diſpergam ab eo.* (Pſal. 88. c) Qui igitur amatur, corripitur: qui negligitur, ſuis peccatis dimittit̄. Tantusq; fuit numerus fornicatorum Iſraël, vt eſſet vltio, deſperans emendationē. Quid enim turpius quam viros meretricum cultui copulari; & cum effeminatis immolare hoſtias libidinis ſuæ? Quod autem iungit: populus non intelligens vapulabit: pro quo L x x. trāſtulerunt: Et populus non intelligens adhærebat meretrici; hoc ſignificat quod vapulet in captiuitate & diuerſis afficiatur plagis: vt per dolorem recipiat B diſciplinam. De hæreticis facilis intelligentia eſt, quod filij eorum fornicentur, & ſponſæ, i.e. animæ quas in errore genuerunt, & ſuis dogmatibus deſponſarunt. Iſtiuſmodi indigni ſunt correptione Dei: quoniam omnis eorum cultus fornicatio eſt; & turpes turpibus cōmiſcentur, & propterea vapulabunt, vt aliquando per plagas intelligant quem requirant Deum. Quando videris peccatorem diuitijs affluere, iactare ſe potentia; ſanitate gaudere, delectari cōiuge, corona circūdari liberorū, & impleri illud quod ſcriptum eſt: *In labore hominum non ſunt, & cum hominibus nō flagellabuntur,* (Pſal. 71. a) dicito in illo comminationem Prophetæ eſſe completam: *Non viſitabo ſuper filias veſtras cum fuerint fornicatæ, & ſuper ſponſas veſtras cum adulterauerint.*

a ¶ *Si fornicaris tu Iſrael, &c.*] Pro domo ὢν in quibuſdā exemplaribus, & maximè in Theodotione legimus οἶκον τῆς ἀδικίας, i.e. domū iniquitatis: quod Aquila & Symmachus interpretati ſunt: οἶκον ἀνωφελῆ, i.e. domum inutilem: q̄ nihil proſit, & alio verbo idolū nuncupetur. Eſt autem Bethel, (ביתאל) q̄ prius vocabatur domus Dei: at poſtq̄ vituli in ea poſiti ſunt, appellata eſt Bethauen. i.e. domus inutilis, (בית און) & domus idoli. quod nos, vt in Hebræo legitur, expreſſimus. Videtur aūt mihi idcirco & populus Iſraël in ſolitudine feciſſe ſibi caput vituli, quod coleret, & Hieroboam filius Nabath vitulos aureos fabricatus: (3. Reg. 12. g) vt quod in Ægypto didicerāt ἄπιν & μνεῦιν, qui ſub figura boum coluntur, eſſe deos, hoc in ſua ſuperſtitione ſeruaret. Dicamus ſenſum capituli. Si ſemel ô Iſraël errore deceptus es, & te cum meretricibus miſcuiſti: ita vt quicunq; impleret manū, vel ſuam, vel regis, offerēdo & dando ei munera, Sacerdos fieret excelſorum: ſaltem tu Iuda, qui poſſides Hieruſalem, & habes ex Lege leuitas, & exerces templi ceremonias, nō debes ſororis quōdā tuæ Oollæ in fornicatione exempla ſectari, & cum ea idola colere. *Nō ingrediaris in Galgala.* (Oſee 9 d) De qua in hoc propheta legimus: *Omnis malitia eorum in Galgala:* (1. Reg. 11 d) in qua Saul vnctus eſt in regem: in qua exiens populus de deſerto, primū (Ioſ. 5. a)

castrametatus, ſecunda circuncisione purgatus eſt. Ex quo C tēpore legionis aduerſæ, in loco celebri error inoleuit. *Et ne aſcendas in Bethauen*, i.e. q̄ quondam vocabatur Bethel: (3. Reg. 12. g; בית און; בית און) quia poſtquam aurei ibi vituli poſiti ſunt ab Hieroboā filio Nabath, non domus Dei appellatur, ſed domus idoli. Pro qua miror cur Lxx. domū ὢν īterpretati ſunt: niſi forte errore conſueto pro ו vau litera media, q̄ ᵉ א & ᶠ ן literis ex vtraque parte vallatur, י iod q̄ ſola differt magnitudine putauerunt. (e aleph; f nun) *Neq; iurauerītis, viuit dominus.* Nolo. n. per os veſtrum nominis mei fieri mentionē, q̄ idolorū recordatione pollutū eſt. Sicut n. vacca laſciuiens, & abijciens iugū, ita Iſraël, i.e. decem tribus, declinauit à Dn̄i ſeruitute. Pro laſciuiente vacca Lxx. trāſtulerunt παροιστρῶσα: (פרה; סררה) quæ œſtro aſiloq; percuſſa ſit: quē vulgo tabanum vocant. De quo & Virgilius in iij. Georgi. li. refert: *Cui nomē aſilo Romanū eſt: œſtrū Graij vertere vocātes: Aſper acerba ſonās: quo tota exterrita ſiluis, diffugiūt armēta: furit mugitibus æther Cōcuſſus, ſiluæq; & ſicci ripa Tanagri.* Quia ergo inſaniuit Iſraël, & percuſſus fornicationis ſpiritu, incredibili furore bacchatus eſt: ideo nō multo poſt tempore, ſed dū propheto, dū ſpirit⁹ hos regit artus, paſcet eos dominus quaſi agnum in latitudine. Quia metaphorā à vacca laſciuiente ſiue œſtro ceperat, ſeruat in reliquis: vt captiuitatē D in Aſſyrios, & in latiſſimam Medorum terram diſperſionem populi Iſrael, quaſi in campo latiſſimo & in ſpacioſa terra, gregis & agnorū paſturā vocet. Super hæreticis prona intelligētia eſt: ad quos, vel de quibus dicitur: Si ſemel fornicaris hæretice, ſaltem tu Eccleſiaſtice non delinquas, nec ingrediaris in Galgalam, hæreticorum conciliabula, vbi peccata oīum reuelantur, & inſtar porcorum volutantur in cœno. Ne te aſcendere putes ad ſuperbas & arrogantes falſorū dogmatū fictiones. Non eſt. n. ibi Domus Dei, ſed domus idoli. Nec iuraueris per nomen Chriſti, cuius maieſtatem miſcendo idolis polluiſti. Sicut enim vacca percuſſa aſilo, percuſſi ſunt hæretici ardentibus diaboli ſagittis, & legis notitiam reliquerunt: ideo paſcentur in lata & in ſpatioſa via, quæ ducit ad mortem, & patientia domini bonique paſtoris eos nutriet ad interitum.

b ¶ *Particeps idolorū, &c.* Ephraim, de qua tribu fuit Hieroboam filius Nabath, qui primus aureos vitulos in Bethel Danq; conſtituit, rex eſt decē tribuum. (3. Reg. 12. f) O igitur Iuda, cui ſupra dixi, ſi fornicatur Iſrael, nō delinquat ſaltē Iuda. Audi conſilium meū: prophetæ verba nō ſpernas: quia Ephraī ſemel idolorū amicus & particeps eſt, dimitte eum: ne ſequaris impietatem eius, cuius cultus & religio & cibus à tuo cōuiuio ſeparatus eſt. Illi. n. ſemel idolis ſeruiūt, & dæmonib. imolant, & quotidie fornicantur, & diligunt fornicationem ſuā: imo principes & protectores eius, i.e. reges dilexerunt ignominiā afferre populo: id eſt, vitio principū, infelix populus ſuſcepit cultum idolorū: quorū immundus ſpiritus ligauit Iſrael in alis ſuis, & eum liberè volitare nō patitur. Confundetur igitur in ſacrificiis ſuis, & ignominiā principū in ſua confuſione ſuſcipient. Symmachus, pro eo q̄ nos interpretati ſumus, *ligauit ſpiritus eū in alis ſuis:* hoc modo vertit in Græcū ἔδησεν αὐτὸν ἄνεμος ἐν πτέρυξιν ἀνέμου: velut ſi quis liget ventum in alis venti: vt ſcil. & principes & populum, imo & dæmones & Iſraelem, vanos vanis, & inanibus inanes aſſerat copulatos. Ventus n. & ſpiritus apud Hebræos vno verbo appellātur ⁱ רוח. (i rouah) Id quod L x x. tranſtulerunt, ἡρέτισε Χαναναίους, id eſt, prouocauit Chananæos; in Hebraico non habetur: tamen ſic inter-

H E B.

niā ipſi cum meretricibus conuerſabantur, & cum effeminatis ſacrificabant: & populus nō intelligens vapulabit. ᵃ Si fornicaris tu Iſrael, nō delinquat ſaltem Iuda: nolite ingredi in Galgala, & ne aſcenderitis in Bethauē, neq; iuraueritis, viuit Dominus. Quoniam ſicut vacca laſciuiens declinauit Iſrael: nunc paſcet eos Dominus quaſi agnum in latitudine. ᵇ Particeps idolorum Ephraim, dimitte eum. Separatū eſt conuiuium eorum, fornicatione fornicati ſunt: dilexerūt afferre ignominiam protectores eius:

S E P T.

*ipſi cum meretricibus miſcebantur, & cum initiatis immolabant: & populus non intelligens adhærebat meretrici. Tu autem Iſraël ne ignores: & Iuda nolite ingredi in Galgala, ne aſcendatis in domum ὢν, vt ne iuretis, viuit Dominus. Quoniam ſicut vacca aſilo percuſſa inſaniuit Iſrael, nunc paſcet eos Dominus ſicut agnum in ſpatioſo. Particeps idolorum Ephraim poſuit ſibi ſcandala: prouocauit Chananæos, fornicantes fornicati ſunt: dilexerunt ignominiam ex fremitu eius: Turbo ſpiritus ſibilabit in*



E interpretari pōt: vt dicamus tantū ſtudiū habuiſſe Iſraelem in idolorū cultu, vt non imitatus ſit Chananæos, id eſt ethnicos, ſed ad imitationem ſui eos prouocauerit erroris. Hoc ipſum & ad hæreticos referri pōt, & dicitur ad Iudā, i. e. ad virū Eccleſiaſticum: quia Ephraim, qui interpretatur καρποφόρος, falſam ſibi doctrinæ vbertatem, & frugifera dogmata promittit, & ſemel amicus eſt dæmonū, dimitte eum atq; cōtemne: præſertim cum ſacrificia eorū à tuis ſint ſacrificiis ſeparata. Hoc eſt n. quod dicit: ſeparatū eſt conuiuiū eorū: ſemel fornicati ſunt, & principes eorū infelicē populum deceperunt, & pro Dei cultu imbuerunt eos ignominia idolorū: & ligauit eos diaboli ſpiritus in alis ſuis: qui circumferuntur omni vento doctrinæ, & ſtabili in Eccleſia pede permanere non poſſunt. Qui v. in ſuis ſacrificiis confundētur, quia panis eorū panis luctus eſt. Quodq; dicitur, prouocauit Chananæos: eodē ſenſu referri poteſt ad hæreticos: q̄ tā ſpurca plerīq; hæreticorū & nefanda cōfinxerint, habeantq; immūda ſacrificia, vt idololatria inferior ſit. Vel certe quia Chananæus (כנעו) interpretatur, negotiator, ſiue μετάβολος, id eſt, tranſlator: omnes qui domū patris faciunt domum negotiationis, & lucra quærunt de populis: & Eccle- F ſiæ veritatem transferunt in mendacium, Chananæi appellandi ſunt.

C A P. V.

A *Vdite hæc ſacerdotes, &c.*] Sacerdotes decē tribuū ad iudicium vocātur, & reges: non quod ſacerdotes ſint de tribu Leui: ſed quod ſacerdotes vocentur à populo. (3 Reg. 18.; 4. Reg 6. c & 10. c) Vnde & ſacerdotes Baal & Prophetæ quadringenti quinquaginta, quos interfecit Helias & poſtea Iehu filius. Namſi præſēte Ionadab filio Rechab, appellati ſunt ſacerdotes: Sed & Iſraël, i.e. populus vocatur ad iudiciū, & nullus excipitur: vt & ſacerdotes & populus & reges, q̄ induxerant populū, & cōſtituerant ſacerdotes, ſimul audiāt quid fecerint, & cur tradātur inimīcis. Speculatores, inquit, vos poſui, & principes in populo, & in excelſo dignitatis culmine cōſtitui, vt populū regeretis errantē. Vos aūt facti eſtis laqueus, & nō tam ſpeculatores & principes, q̄ venatores appellandi. Expanditis n. rete ſuper montem Thabor, quem Septuaginta ἰταβύριον tranſtulerunt: hanc habentes conſuetudinē, vt Hebræa nomina Græco ſermone declinēt: ſicut Edom, hoc eſt, Eſau. Et Seir, ſemper Idumæā interpretantur. Eſt aūt Thabor mons in Galilæa ſitus in campeſtribus, rotundus atque ſublimis, & ex omni parte finitur æqualiter. De hoc mōte & in pſalmo legim⁹: Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt. (Pſal. 88 c) Hunc montē & in Hieremia Septuaginta Itabyrium tranſtulerūt: (Hier 46 c) in quo aues laqueis capi ſolēt. *Et victimas*, inquit *declinatis in profundum*: vt nullus ageret pœnitentiā, nec occiſus eleuaret caput. Prohibuerūt & reges, & ſacerdotes ire populū ad templum Hieruſalem: idcirco in profundū victimas declinaſſe dicuntur. Iuxta tropologiam, accuſatur populus, ne ſe alienum arbitretur à crimine, ſi inductus ſit à regibus & à ſacerdotibus, quos hæreticorū principes intelligimus. Ipſi quoque principes accuſantur, quod quaſi laqueus, ceperint populū, & poſiti ſpeculatores in Eccleſia, eos duxerint in errorem. (חכוך; חבאר) Et in monte Thabor excelſo

atq; pulcherrimo, q̄ interpretatur veniens lumen. inſidias G poſuerunt: vt deceptos quoſq; pertraherent in profundū, & immolarent dæmonibus, & in barathrum victimas declinarent, ne aliquando reſipiſcerent, nec domū Dei Eccleſiā ſuſpirarent. Quidā Thabor interpretari put āt lacū id eſt, ciſternā, & præſenti ſenſui conuenire, q̄ hæretici foderint lacum, & inciderint in foueam, quam fecerunt.

b ¶ *Et ego eruditor oīum eorum, &c.*] O ſacerdotes & reges, q̄ meum populum decepiſtis, & tu popule, qui deceptus es: qui tam grauiter deliquiſtis, vt nō ſolū occideritis victimas, ſed in profundum eas miſeritis inferni, nolite arbitrari magnitudine ſceleris vos à me penitus receſſiſſe. Ego ſum magiſter veſter, imo eruditor, qui emendare cupiā, non punire, & ſaluare, nō perdere. *Ego*, inquit, *ſcio Ephraim* id eſt, Hieroboam à quo ſeductus eſt populus, & oēs reges qui eum & dignitate & ſcelere ſunt ſecuti, & Iſraël non eſt abſconditus à me, id eſt, decē tribuū populus: q̄ a fornicāte rege, cōtaminat⁹ eſt Iſraël. Rex primo cœpit à Dei cultu fornicari, vitulos aureos cupiēs adorare, & volēs ſecutus eſt populus: parēq; impietatē pari ſtudio cōpleuerunt. Deniq; nō reuertētur ad dn̄um, quia q̄ voluerūt H inuenerunt, & ſpiritus fornicationis, qui (iuxta Apoſtolū) (Epheſ. 2. a.) operatur in filijs diffidentiæ, poſſidet eorum corda captiua: & idcirco illo regnante, dn̄um neſcierūt, imo obliti ſunt creatoris ſui. Vnde & principes dogmatū peruerſorū, & populū dn̄s non ignorat: non quod eius notitia digni ſint, ſed q̄ nihil eum lateat eorum, quæ ocultè faciunt: quorum alij deceperunt, alij ſunt decepti. Nec dabunt cogitationes ſuas, vt agant pœnitentiam, qui ſemper in perditione proficiunt. Spiritus enim fornicationis, quo fornicati ſunt in Eccleſia, & à vero matrimonio receſſerunt, verſatur in medio eorum: ideo dominum non cognouerunt.

c ¶ *Et reſpondit arrogātia Iſrael in faciē eius, & Iſrael & Ephraim ruent in iniquitate ſua: ruet etiā Iudas cum eis.*] Verbum ᵃ גאון (a geon) Lxx. & Symmachus interpretantur ὕβριν, id eſt, iniuriā: Aquila & Theodotio ἀλαζονείαν, id eſt, ſuperbiam. Quidquid igitur fecit Iſrael, vel ſuperbè agens cōtra dn̄um, vel in iniuriam creatoris idola venerans, reſpondebit in facie eius, vt non abeat impunitus, ſed humilietur eius contumelia, & populus & reges in iniquitate ſua pariter corruāt ſiue infirmētur: vt qui fortes erant in ſcelere, infirmi ad dn̄um redire cogantur. Et hoc non ſolū eueniet Iſraeli & (כשלו) Ephraim, id eſt, decem tribubus, & regibus earū, vt ducantur in captiuitatem: ſed etiam Iudas, id eſt, duæ tribus quæ regnabant in Hieruſalem, ſequētur veſtigia captiuorum: vt quorum imitantur ſcelera, imitentur & pœnam. Hæretici matrem habent iniquitatis ſuæ ſuperbiā, dum ſemper altiora ſe ſcire iactitant, & in Eccleſia contumeliam debacchantur. Sed infirmabitur arrogantia eorum, & populus ac magiſtri pariter corruent: Iudas quoq; qui videtur eſſe in domo Dei, & in Eccleſia, non mente, ſed corpore commoratur & eandē habet cum hæreticis in errore ſententiam, fruſtra nomen Eccleſiaſticum repromittit: quia & ipſe cum hæreticis puniendus eſt. Manifeſta tranſcurrimus, vt in obſcurioribus immoremur.

H E B.

eius: Ligauit ſpiritus eum in alis ſuis, & cōfundētur à ſacrificiis ſuis.

C A P. V. H E B.

A Vdite hæc ſacerdotes & attēdite domus Iſrael, & dom⁹ regis aurib. auſcultate: quia vobis iudiciū eſt, quoniam laqueus facti eſtis ſpeculationi, & rete expāſum ſuper Thabor, & victimas declinaſtis in profundū. ᵇ Et ego eruditor omnium eorum. Ego ſcio Ephraim, & Iſrael non eſt abſconditus à me; quia nūc fornicatus eſt Ephraim, cōtaminatus eſt Iſrael. Nō dabunt cogitationes ſuas: vt reuertātur ad Deum ſuum: quia ſpiritus fornicationū in medio eorum, & dominum non cognouerunt. ᶜ Et reſpondebit arrogātia Iſrael in facie eius, & Iſrael & Ephraim ruent in iniquitate ſua: ruet etiam

S E P T.

*bit in alis eius; & confundentur ex altaribus ſuis.*

C A P V T V.

S E P T.

*A Vdite hæc ſacerdotes & attendite domus Iſrael, & domus regis auribus percipite: ad vos enim eſt iudicium; quia laqueus facti eſtis ſpeculationi, & ſicut rete expanſum ſuper itabyrium: quod qui capiunt, venationem confixerunt. Ego enim magiſter veſter: ego cognoui Ephraim, & Iſrael non receſſit à me: quia nunc fornicatus eſt Ephraim, commaculatus eſt Iſrael. Non dederunt cogitationes ſuas, vt reuerterentur ad dominum Deum ſuum: quia ſpiritus fornicationis eſt in eis, dominum autem non cognouerunt. Et humiliabitur iniuria Iſrael in faciē eius, & Iſrael & Ephraim infirmabūtur in iniquitatib. ſuis: infirmabitur*

A a ¶ *In gregibus ſuis, &c.* ]Non ſolū Iſraël & Ephraim ibunt cum gregibus & armentis ad dn̄um requirendum: ſed etiam Iudas, de quo ſupra ſcriptū eſt: ruet etiam Iudas cum eis: hoc habentes oēs certamen, vt quem præuaricationib. offenderant, hoſtiis placare nitantur, & non inuenient quem requirunt: quia à recedentibus & ipſe diceſſit: præſertim cum & alibi loquatur: Psal 49 c *Nunquid manducabo carnes taurorū: aut ſanguinem hircorū bibā?* Et iterū: *Non accipiā de domo tua vitulos, neq; de gregib. tuis hircos.* Esaie 1. Et in Eſaia: *Holocauſta arietum, & adipem agnorum, & ſanguinē hircorum atq; taurorū nolo:* præuaricati ſunt.n. in dn̄o: quia fornicantes cum idolis, non Deo filios genuerunt, ſed dæmonibus. Alij putāt hoc ſignificari quod in Ezdra multo 1 Ezd.10 e poſt tempore dicitur, quando vxores alienigenas aſſūpſerunt, creantes in eis liberos, & poſtea repudiare cōpulſi ſunt. Sed hic melius eſt alienos filios accipere, qui in idolorum errore generati ſunt: ſiue quos ducentes per ignem, idolis conſecrarunt. Quia igitur hoc fecerunt, non multo poſt tempore, non annorum ſpatiis infinitis, vt ſolitus eram prius, longè poſt futura prædicere: ſed nunc & in præſentiarū adueniet Aſſyrius, atque Chaldæus, & deuorabūt eos cum patrib. ſiue cleris ſuis, id eſt, cum poſſeſſionibus, quas in diuiſionem terræ ad menſuram funiculi ſuſceperunt. Pro eo ꝙ nos diximus, deuorabit eos mēſis, Lxx. rubiginē, tranſtulerunt: cum vtique rubigo, id eſt, ἐρυσίβη [b] חסיל b hasil Ioel 1.a appelletur, vt ipſi quoque dixerunt in Propheta Ioel: Reliquias bruchi comedet rubigo, id eſt, חסיל: menſis autem C [d] חדש dicitur: Denique Aquila neomenias, id eſt, kalendas c chald. d hodes interpretatur: Symmachus & Theodotio mēſem: & eſt ſenſus, per ſingulos menſes hoſtis adueniet, & cuncta vaſtabit. Legamus Regum & Paralipomenon libros, & inueniemus ſub Rege Phacee, 4.Reg.15. 2.Par.28. qui regnabat decem tribubus veniſſe Teglathphalaſar regē Aſſyriorum, & magnam partem populi Samariæ in Aſſyrios tranſtuliſſe: quo tempore apud Græcos ſecundus annus primæ olympiadis fuit, & apud Latinos (necdum Roma condita fuit) Albæ viceſimo anno Amulius imperabat: quē poſtea Romulus regno pepulit. Hæretici ſuſpicantur, ꝙ in ſacrificiorum multitudine placent Deum, & Eccleſiaſtici quod faciendo eleemoſynas rediment peccata, in quibus permanent: cum omne ſacrificium præterita ſcelera deleat, non præſentia: ideo non inueniunt dominum, quia aufertur à talibus procul recedit. Iſti verè præuaricati ſunt in Deum, & alienos filios non Chriſto, ſed diabolo procrearunt: ideo omni tempore maledicta ſunt opera eorum, & cuncta quæ faciunt, cruenti coloris rubigo populatur, quia ſanguini & interfectioni proxima ſunt. Rubigo autem propriè deſcendere dicitur in rore nocturno: ac lactantia in ſpicis frumenta maculare colore minij vel ſinopidis: & congruè iuxta ἀναγωγὴν vaſtat cleros hæreticorum, de quibus dicitur: *Cleri eorum non proderunt eis.* Hier 12.f S.c.70.

HEB.

etiam Iudas cum eis. [a] In gregibus ſuis, & in armētis ſuis vadēt ad quęrendum dominū, & nō inuenient: ablatus eſt ab eis: in domino præuaricati ſunt, quia filios alienos genuerunt: nunc deuorabit eos menſis cum partibus ſuis.

SEPT.

*bitur etiam Iudas cū eis. Cum ouibus & vitulis ibunt, & quærent dominum, & non inuenient eum: declinauit ab illis, quia dominum reliquerunt, quia filios alienos genuerunt ſibi: nunc deuorabit eos rubigo, & cleros eorum.*

*Libri primi Commentariorum Hieronymi in Oſee Prophetam finis.*

B # DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN SECVNDVM LIBRVM COMMENTARIORVM OSEE AD PAMMACHIVM. D

## *PROOEMIVM.*

QVI ſæpè nauigat, aliquando patitur tempeſtatem: qui viam frequenter ingreditur, aut ſuſtinet latronum impetus, aut certè metuit: omníq; in arte, tam gloria quam obtrectatio, ſecundis aduerſiſq; ventis oritur: dum aut amici plus merito laudant, aut inimici plus iuſto detrahunt: rarumque inuenias, qui in vtramq; partem non fauore, aut odio, ſed rerū æquitate ducatur. Quod mihi in ſcripturarum explanatione ſudanti accidere video. Alij enim quaſi parua contemnunt, & quidquid diximus, contrectare deſpiciunt. Alij odio nominis noſtri, non res, ſed perſonas conſiderant: magiſq; aliorum ſilentium quam noſtrum ſtudiū probāt. Sunt qui audacter nos facere aſſerant, quod arripuimus opus, quod nullus ante nos Latinorum tentare auſus eſt. Quidam in eo ſe diſertos arbitrantur & doctos, ſi alieno operi detrahāt, & non quid ipſi poſſint, ſed quid nos non poſſimus, diiudicent. Tu autem Pammachi, qui nos facere præcepiſti hoc, neceſſe eſt vt fautor ſis imperio tuo, & Amaſinios ac Rabirios noſtri temporis, qui de Græcis bonis, Latina faciunt non bona, & homines eloquentiſſimos, ipſi elingues transferunt, Euangelico calces pede: hydramque & ſcorpium, iuxta fabulas Poëtarum, aduras cauterio, ſolea conteras, & Scylleos canes, ac mortifera carmina Sirenarum ſurda aure pertranſeas: vt pariter audire & noſſe valeamus quid vaticinetur Oſee Propheta: in cuius explanationem ſecundum dictabimus librum. Cumque tuo lęter adminiculo, & in prima vrbe terrarum, primū & nobilitate & religione habere me gaudeam defenſorem: tamē magis optarem illud mihi contingere, quod Titus Liuius ſcribit de Catone; cuius gloriæ neque profuit quiſquā laudando, nec vituperando quiſquā nocuit: cum vtrumque ſummis præditi fecerint ingenijs. Significat autē M. Ciceronem, & C. Cęſarem: quorū alter laudes, alter vituperationes ſupradicti ſcripſit viri. Dum n. viuimus, & in vaſe fragili continemur, videntur amicorum prodeſſe ſtudia, & nocere ęmulorum opprobria. Poſtquam autē reuerſa fuerit terra in terrā ſuam, & tam nos qui ſcribimus, quā eos qui de nobis iudicāt, pallida mors ſubtraxerit, & alia venerit generatio, primiſq; cadentibus foliis virēs ſilua ſuccreuerit: tūc ſine nominum dignitate, ſola iudicātur ingenia: nec conſiderat qui lecturus eſt, cuius, ſed quale ſit quod lectur⁹ eſt: ſiue ille Epiſcopus, ſiue ſit laicus, imperator & domin⁹, miles & ſeru⁹: aut in purpura & ſerico, aut viliſſimo pāno iaceat: non honorum diuerſitate, ſed operum merito iudicabitur.

COM.



E ## COMMENTARIORVM DIVI HIERONYMI IN OSEE PROPHETAM AD PAMMACHIVM LIBER SECVNDVS.

C*Langite buccina, &c.*] Ephraī & Iſraël & Iudā, menſes ſinguli, ſiue rubigo cū ſuis patrib. deuorabunt. Quāobrem pręcipio vobis qui auditis, vt non voce ſublimi, ſed clara buccina cōcrepetis; claro.n. auditu opus eſt, vt omnes audiant qui in circuitu ſunt. Clangite buccina in Gabaa (cuius etymologiam in colles Lxx. tranſtulerunt) & גבעה רמה tuba in Rama, quę interpretatur excelſa: iſtæ autem duę ſunt in tribu Beniamin, vicinę ſibi mutuo ciuitates, i. e. Gabaa, in qua natus eſt Saul, & Rama, quæ eſt iuxta Gabaa, in ſeptimo lapide à Hieroſolymis ſita, & q̄ rex Iſrael occupare conatus eſt, vt exitum & introitū clauderet tribui Iudæ. In Gabaa itaq; & in Rama 1.Reg.10.d 3.Reg.15.a clara buccina & tuba perſonate: quorum buccina paſtoralis eſt, & cornu recuruo efficitur: vnde & proprie Hebraice [a] שופר, Græce κερατίνη a ſophar appellatur. Tuba autem de ęre efficitur vel argento, qua in bellis & in ſolennitatib. concrepabant. Super Bethauen, quæ quōdam vocabatur Bethel, (id eſt, in tribu Ephraim, F in qua vitulus aureus erat) non clangore & ſonitu, ſed vlulatu opus eſt, quia vicina captiuitas eſt. Et pulchre dixit, ꝙ Bethauen poſt tergum ſit Beniamin: vbi enim trib. finitur Beniamin, haud procul in tribu Ephraim hæc vrbs cōdita eſt. Idcirco autem dico atq; præcipio: Clangite buccina in Gabaa, & tuba in Rama, & vlulate in Bethauen, quia domus regia Ephraim, ſiue ipſe Ephraim, h. e. imperiū Iſrael, iam in deſolatione erit, & inſtat vicina captiuitas. In die correptionis atq; ſupplicij decē tribuum Iſrael, oſtēdi mea fidelia verba, quæ per prophetas cōminatus ſum: vt quod ſermone ꝓdixeram, opere comprobarem. Quidam Bethauen, iuxta Lxx. qui dixerunt domus ὤν, ciuitatem ſolis in- בית און οἶκος ὤν terpretati ſunt: & ſolem iuſtitiæ Chriſtū dicentes, vrbem illius eccleſiam eſſe voluerunt. Quod mihi diſplicet: Neq; enim domus idoli, quam Aquila interpretatus eſt, domum inutilem, iuxta tropologiam ad eccleſiā referri poteſt. Sed hoc dicamus, ꝙ hæretici qui in Gabaa & Rama, excelſam ſibi ſcientiam pollicentur iubeātur vlulare in domo idoli: & non ſint ante faciem Beniamin, (qui interpretatur filius dextræ) ſed poſt tergum eius, vbi oculos non habet. Omnis enim Ephraim iactantia, (quæ interpretatur vbertas) breui in deſolatione erit: & cum iudicij, inquit dies & tem- בנימין אפרים pus correptionis aduenerit, verba mea non eſſe inania, rebus oſtendam. Pro eo quod trāſtulimus nos, poſt tergum tuum Beniamin: Lxx. verterunt, mente motus eſt Beniamin: ſemper ἐκστάσει, id eſt, mentis exceſſum, Beniamin vi- ἐξίστη. ro eccleſiaſtico aptantes: Vnde & in ſexageſimoſeptimo pſalmo dicitur: Ibi Beniamin adoleſcentulus in mentis exceſſu. Et in benedictionib. Iacob, ſub perſona Beniamin, Gen. 49. d de qua tribu Paulus Apoſtolus fuit, ſcriptum legimus: Beniamin lupus rapax, mane comedet prædam, & ad veſperam dabit eſcam. Qui n. in principio perſequebatur eccle- 1.Reg.10.a ſiam, poſtea in toto orbe, euangelij credentibus alimenta largitus eſt. Vnde & Saul, qui de tribu Beniamin fuit, in mentis exceſſu, tota die vſque ad veſperum vaticinatus eſt inter prophetarum chorum.

b ¶ *Facti ſunt principes Iuda, &c.*] Ductis Ephraim & Iſrael in captiuitatem, & redacta terra eorum in ſolitudinem, G principes Iuda qui flere debuerant, & ſuum populum cohortari, vt recederent ab idololatria, ne & ipſi ſimilia ſuſtinerent, cœperunt gaudere atq; lętari, ꝙ pateret ſibi terra eorum ad poſſidendum latius: & facti ſunt quaſi aſſumentes terminos Iſrael, tranſeuntes fines ſuos, in locis quondā eorū, regnum ſuū & poſſeſſionē dilatare cupientes. Quamobrē dicit dn̄s: Et ſuper ipſos principes Iuda venient Babylonij, & ita eos quaſi aquę impetus occupabunt, nō ſuis viribus, ſed indignatione mea. Dicit quoque & ad principes Iuda, hoc eſt, eccleſiæ, ꝙ non debeāt exultare, & hæreticorum perditionem ſuam ſalutē ęſtimare, ſed potius plangere, Rom. 11. e quod illi perierint. Vnde & Apoſt. Paul⁹ docet eccleſiaſticos viros, ne glorientur ſuper fractione Iudaicorū ramorū, ſed potius timeant, ne & ipſi frangant. Et in alio loco: *Quis* 2. Cor 11.g ait, *ſcādalizatur, & ego nō vror?* Alioquin ſup tales principes, qui in aliorū miſeriis gloriātur, & idcirco ſe ſtare putāt, ſi alij corruāt, effundet dn̄s quaſi aq̄ iram ſuam. Pro ira Lxx. עברתי ὅρμημα, id eſt, impetū tranſtulerunt, & putāt quidā pro benedictione accipiendū, iuxta illud quod alibi legimus: *Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei.* Sed rectius (vt oēs preter Psal. 45. a Lxx. tranſtulerunt) ita accipienda eſt: præſertim cum nomen effuſionis & iræ conueniat: dicente propheta ad dominum: *Effunde ſuper eos iram tuā, & furor iræ tuæ cōprehendat eos.* Transferunt principes Iuda terminos quos poſuerunt Psal. 68. f H patres eorum, quando immutant mendacio veritatem, aliud prædicant quam ab Apoſtolis acceperunt.

c ¶ *Calumniā patiens eſt Ephraim, &c.*] Si impius eſt Ephraim, & ꝓpter impietatem ſuam erit in deſolationem, quomodo nunc dicitur: calumniam patiens Ephraim fractus iudicio? qui enim calumniam patitur & frangitur, iudicium eius inique opprimitur, maxime cum cauſa iuſta ponatur, quare ſit traditus captiuitati: Sequitur enim, quoniā cœpit abire poſt ſordem, hoc eſt, poſt idola, quæ ſordib. comparantur. Quod ergo dicit, hoc eſt, opprimitur Ephraim ab Aſſyriis: primū à Phul, deinde à Teglathphalaſar, poſtea à Salmanaſar: non quod illi iuſti fuerint, qui eum op- 4. Reg.15. d Ibidem f 4. Reg. 17. preſſerunt, & idcirco traditus eis ſit: ſed quod quiquondā fuerunt populus meus, me eos deſerente traduntur ad pœnas, & in hoc videtur eſſe calumnia, non Deo, qui iuſtam infert ſententiam, ſed his qui tormenta ſuſtinent, dum peioribus ſe aduerſariis conceduntur. Redditq; cauſam dominus, idcirco eos in hac parte calumniā ſuſtinere, & tradi peioribus, & erga illos iudicium non ſeruari: quia cœpit Ephraim, i. e. Hieroboam abire poſt idola, & Deum derelinquere: ipſe enim aureos fabricatus eſt vitulos. Secun- 3. Reg. 12. f dum Lxx. interpretationē, oppreſſit Ephraim, id eſt, Hieroboam aduerſarium ſuum Roboam, id eſt, tribum Iuda, & in eo oppreſſit: quia deſerta Hieruſalem & templo, Ægyptiarum ſordium ſimulacra ſectatus ſit. De hæreticis manifeſtus eſt ſenſus: ꝙ ſophiſmatibus ſuis, & arte dialectica ſæpe opprimant eccleſiaſticos: ſed cum hoc fecerint, non munditiam veræ fidei, ſed ſordes ſequantur mēdacij: qui traditi diabolo & angelis eius, videntur ſibi calumniā pati, & in ſe fractam eſſe iudicij veritatē. Taliter vaſtatur Iſrael, & omnes labores eius Aſſyrio vincente populantur: Deumq; perdidit præſulem, & idcirco fractus iudicio eſt, quia ſecutus eſt idola.

d ¶ *Et ego quaſi tinea, &c.*] [b] עש lingua Hebraica tinea di- b as c racab tur רקב putredo & caries: quorum alterum veſtes, alterum ligna cōſumit, pro quibus Lxx. ταραχὴν & κέντρον, i. e. tumultum vel conturbationē, & ſtimulum tranſtulerunt.

HEB.

CLangite buccina in Gabaa, tuba in Rama: vlulate in Bethauen poſt tergum tuum Beniamin: Ephraim in deſolatione erit in die correptionis, in tribubus Iſrael oſtendi fidem. [b] Facti ſunt principes Iuda quaſi aſſumentes terminum: ſuper eos effundam quaſi aquam iram meā. [c] Calumniā patiens eſt, Ephraim, fractus iudicio: quoniam cœpit abire poſt ſordem. [d] Et ego quaſi tinea Ephraim, & quaſi putredo domui Iuda.

[a] Et

SEPT.

*CLangite tuba ſuper colles: ſonate ſuper excelſa: prædicate in domo ὤν: mente excidit Beniamin: Ephraim in deſolatione factus eſt in diebus correptionis, in tribubus Iſrael oſtendi fidelia. Facti ſunt principes Iuda quaſi transferentes terminos, ſuper eos effundam ſicut aquam impetum meum. Oppreſſit Ephraim aduerſarium ſuum, conculcauit iudicium: quia cœpit obire poſt vana. Et ego quaſi conturbatio Ephraim, & quaſi ſtimulus domui Iuda.*



Et

A Et notandū quod tinea referatur ad Ephraim, & putredo ad domum Iuda. Quomodo igitur tinea veſtimenta cōſumit, & putredo vel caries ligna (quod vtrumq; lōgo fit tēpore) ita Deus & decē tribub. & poſtea tribubus duabu s, longo tempore dans locū pœnitentiæ, & eos prouocans ad ſalutē, theſaurizātes ſibi iram in die iræ, quaſi tinea efficitur & putredo: nō quod Deus tinea ſit vel putredo, aut cōturbatio vel ſtimulus, ſed ꝙ ſuſtinentibus pœnas hæc vniuerſa videatur. Primus igitur conſumptus eſt Ephraim & Iſrael: deinde ſecuta eſt & domus Iuda, ſed domus ei⁹ alioqn reſeruabat de genere Iuda, cui
Gen. 94. repoſitum fuit, & ipſe erat expectatio gentium. Punitis aūt hęreticis, qui intelliguntur per Ephraim, etiā Iudas, ſcil. hi qui cum eccleſia permanent, & heręticorum vel errorib. vel vitiis continentur, ſimili ſententiæ ſubiacebunt.

ἀπέστειλε πρέσβεις, πρὸς βασιλέα ἰαρείμ. a ¶ *Et vidit Ephraim languorem ſuum, &c.*] Legatos, nō habetur in Hebræo: & vbi Lxx. poſuerunt Iarib, nos iuxta Symmachum, vltorē vertimus: nā Aquila & Theodotio, iudicē
d iareb interpretati ſunt. Quod autem ᵈ ירב vltorem ſignificet & iu-
Iud. 6. f dicē, nomen Gedeonis oſtendit, quem cū cultores Baal expeterent ad ſupplicium (eo ꝙ lucum Baal araſq; euertiſſet) reſpondit pater: *vlciſcatur ſe Baal*, aut *iudicet eum Baal, & apppellatus eſt*, inquit. ᵉ ירבעל *id*
e ierubbaal *eſt, vlciſcatur ſe Baal.* Intelligens itaq; Ephraim infirmitatē
B ſuam, & Iudas vinculum ſuum, quod cum decem tribub. peccato fuerat colligatus: non à Deo qui ſoluere poterat, ſed à rege Aſſyriorum quæſiuit auxilium. Legimus, quod ſub rege Manahen, qui decem tribubus præfuit, Iſrael
4. Reg. 15. d Aſſyriis dona tranſmiſerit, & Iudas ſub rege Achaz præſidiū
4. Reg. 16. b flagitarit Teglatphalaſar regis Aſſyriorum, qui eos aduerſante Deo liberare non potuerunt, nec captiuitatis vinculum ſoluere. Poſſum⁹ vinculum, pro quo in Hębreo ſcri-
f mazor ptum eſt ᶠ מזר & Aquila interpretatus eſt ἐπίδεσιν ſiue συνδεσμὸν i. e. colligationem ſiue coniurationem, & ad il-
4. Reg. 16. b lud tempus referre: qñ Raſin & Phacee multa de tribu Iuda hominum millia vaſtauerūt: ꝙ fruſtra Iudas aduerſus reges duos non Dei, ſed Aſſyriorum auxilium flagitarit. Quidam iuxta tropologiam, Ephraim & Iudam, ad hæreticos, & ad viros eccleſiaſticos referunt, eo quod & illi &
Pſal. 118. b Iudas peccatorum vinculis colligati (iuxta illud ꝙ ſcriptū
Pſal. 8 a eſt: *Funibus peccatorū ſuorū vnuſquiſque conſtringitur*) miſerint ad Aſſur, & ad regem vltorem, id eſt, ad diabolum, de quo legimus: *Vt deſtruas inimicum & vltorem.* Et quia non verum vel auxiliatorem vel iudicem deprecati ſunt, idcirco permanere eos fecit in dolore languoris, & vinculis delictorum. Legi in cuiuſdam commentariis regem Iarib Chriſtum interpretari. Et quia ſequitur: Ipſe non poterit ſanare vos: Hoc argumento vſus eſt, quod hæreticos vel eccleſiaſticos peccatores Chriſtus ſanare nō poſſit tempore iu-
Pſal. 6. b dicij, vbi nulla eſt miſericordia: iuxta illud quod ſcriptū eſt: *In inferno autem quis confitebitur tibi?* Et quod ſanare vel liberare non poſſit, nequaquam ſua imbecillitate, ſed eo-
Matt. 13. g rum merito, qui ſero auxilium poſtulauerint: Quomodo & dominus dicitur ſigna in patria ſua facere non potuiſſe, & cauſa cur non potuerit, exponitur: quia inquit, non credebant in eum. Hæc ille dixerit: nos in malam partem regem interpretemur vltorē. Pro eo quod nos expoſuimus
g iearim Iarib, id eſt, vltorem: alij male legunt ᵍ יערים per ʰ ס literam,
h ſamech quod transfertur in ſiluas: vnde ⁱ קרית יערים interpretatur
i kiriath iearim villa ſiluarum.

HEB.

ᵃ Et vidit Ephraim lāguorem ſuum, & Iudas vinculum ſuum: & abiit Ephraim ad Aſſur, & miſit ad regē vltorē, & ipſe nō poterit ſanare vos, nec ſoluere poterit à vobis vinculū. ᵇ Quoniā ego quaſi leęna Ephraim, & quaſi catul⁹ leonis domui Iuda. ᶜ Ego ego capiā, & vadam, tollā, & non eſt qui eruat: vadēs reuertar ad locum meū, donec deficiatis, & queratis faciem meā.

SEPT.

*Et vidit Ephraim infirmitatem ſuam, & Iudas dolorē ſuum: & abiit Ephraim ad Aſſyrios & miſit ÷ legatos ad regem Iarib, & ipſe non potuit liberare vos, nec ceſſare faciet à vobis dolorem. Quia ego ſum quaſi panther Ephraim, & quaſi leo in domo Iuda. Et ego rapiam, & vadam & tollam, & non erit qui eruat: ibo & reuertar in locum meum, donec diſpereant, & quærant faciem meam.*

CAP. VI.

HEB.

IN tribulatione ſua mane conſurgent ad me: Venite, & reuertamur ad Dominum: quia ipſe cepit, & ſanabit nos, percutiet

CAP. VI.

SEPT.

IN *tribulatione ſua mane vigilabunt ad me, dicentes:* Eamus, *reuertamur ad Dominum* DEVM *noſtrum: quia ipſe verberabit*

b ¶ *Quoniam, &c.*] Illis euntibus ad Aſſur, & mittentibus ad regem vindicem vel vltorem, qui eos ſanare nō poterit nec ſoluere vinculum colligatum: oſtendam ꝙ me aduerſante omne hominum auxilium vanū ſit: Ero enim quaſi leæna Ephraim, & quaſi catulus leonis domui Iuda. Pro
k ſahal leæna, quod Hebraice dicitur ᵏ שחל, Lxx. interpretati ſunt πάνθηρ. C pantherem, quæ Græce ſimiliter dicitur & Latine, & tam nomen beſtiæ, q̃ omnis beſtia accipi poteſt: vt quidquid ſæuum in beſtiis eſt, hoc in Dei indignatione cognoſcas. Nihil panthere velocius, nihil leone fortius: in panthere velox per Aſſyrios regni Samariæ ſignificatur interitus, & in leone fortiſſimum cōtra Hieruſalem & Iudam, aliquanto poſt tēpore regnū oſtenditur Chaldæorum. Et quia leænā ſiue pantherem, & leonem ſe eſſe dixerat, metaphoram ſeruat, & dicit.

c ¶ *Ego ego capiā & vadam, &c.*] Quæritur ſi capiente, & tollēte, & tenente Deo, nullus de manib. eius poteſt eripere, iuxta illud ꝙ ſcriptum eſt: *Nemo poteſt rapere de manu patris mei*: Ioan. 10. f quomodo Iudas de manu Dei ꝓditione ſit raptus? Ad quod breuiter reſpondebimus, nullū poſſe rapere de manu Dei, poſſe autē eum, qui tenetur, propria voluntate de manu Dei excidere. Quodq; ſequitur: Vadēs reuertar ad locum meum, Locum Dei, magnificētiam & maieſtatem eius debemus accipere: vt nequaq̃ D pro diſpenſatione deſcendat ad homines, iraſcatur, miſereatur, obliuiſcatur, fiat quaſi panther, vertatur in leonem, mutetur in beſtias: ſed res ſpernat humanas, & permittat eos quos antea ꝓtegebat hoſtib. ſubiacere, vt tabeſcant, & deficiant, & intereant, & poſtea quærant faciem domini, & dicant: Illumina faciem tuā, & ſalui erimus: Et *Oſtende* Pſal 79. *nobis domine miſericordiam tuā, & ſalutare tuum da nobis.* Pſal. 84. a Hæreticis quoq;, & eccleſiæ negligenti, Deus in pantherem vertitur & leonem: & tollet ab his prædam, quam eccleſiæ ante rapuerunt: vt capti ſaluentur qui liberi perierant, & nequaquam habitabit in conciliabulis peruerſorum, ſed reuertetur ad locum ſuum, de quo dicit: *Ego in patre, & pater in me*, Ioan. 14. b & eos ſpernet atque deſpiciet, donec deficiant in impietate: & quærant eum per pœnitentiam à quo fuerant derelicti. Alij locum Dei cœlum putant: quo offenſus Deus ab his qui in terra habitant reuertatur, & eos faciet diſperire, qui clementiſſimum dominum magnitudine peccatorum, in ferarum ſibi rabiem conuerterunt.

CAPVT VI.

IN *tribulatione ſua mane, &c.*] Ideo Deus tradidit Ephraim & Iudā captiuitati, & nullus eſt qui de manu eius poſſit eripere: & reuertetur ad locum ſuum donec deficiant, & quærant faciem eius: vt quem propitium præſentemq; non ſenſerat, iratum & abſentem requirant, & in tribulatione ſua, orto eis lumine pœnitentiæ, mane conſurgant ad eum: iuxta illud quod in Eſaia legimus: *In tribulatione domine recordatus ſum.* Eſaia 26. d Et in primo graduum Pſalmo: *Ad dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me.* Sec. 70. Cumque ad dominum mane ſurrexerint, quid loquentur? *Venite & reuertamur ad dominum.* Non ſunt propria ſalute contenti, ſed ſe mutuo prouocant, vt reuertantur ad dominum, quem reliquerant, quem propter peccata deſeruerant, à quo fuerant derelicti: quia ipſe cepit, & ſanabit nos, qui ſupra dixerat: Ego ego capiam: percutiet & curabit nos. Pro eo quod nos diximus curabit, omnes ſimiliter tranſtulerunt,



E lerunt, ἰάσεται: ꝓprie autem μότα appellātur linteola, quæ inſeruntur vulneribus, vt putridas carnes comedant, & extrahant purulētias: artiſq; medicorum eſt grandia vulnera longo ſanare tempore, & per dolorem reddere ſanitatem. Percutit ergo dominus, & curat nos: quia quem diligit,
Hebr. 12. b corripit & caſtigat oēm filium quem recipit, & non ſolū curat, ſed viuificat poſt dies duos, & die tertio reſurgēs ab inferis omne hominum ſecū ſuſcitat genus. Cumq; percuſſos curauerit & curatos viuificauerit, & viuificatos ſuſcitauerit, tūc viuemus in conſpectu ei⁹, qui illo abſente mortui iacebamus. Viuentes autē in cōſpectu eius, ſciemus eū, & omni ſtudio ſectabimur: vt cognoſcamus dominum, quo tertia die reſurgente, ſurreximus. His ſermonibus explicatur illud ꝙ ſæpe iā admonuimus, & Iſraelem & Iudam, id eſt decem & duas tribus, tunc vnum habituras eſſe paſtorē, & regem Dauid, cum crediderint in dominum reſurgētem: fruſtraq; Iudęi mille annorum ſibi ſomnia pollicentur, cum ſalus vniuerſorū die tertio repromiſſa ſit: quo dominus ab inferis reſurrexit. Hebræi idem ſecundū in aduentu Chriſti ſui interpretantur, & diem tertiū in iudicio, quando ſaluandi ſunt: Quod vt concedamus, reſpōdeant nobis quæ ſit dies prima: hoc eſt prim⁹ Saluatoris aduētus. Et cum reſpōdere non potuerint, inferamus primum diem eſſe, iuxta quod ipſi volunt, in humilitate Saluatoris aduē-
F tum, ſecundū in gloria, tertium in habitu iudicantis. Qui autem ſecundum tertiumq; ſuſcipiūt, primū ſe perdidiſſe teſtantur: quia ſecundus & tertius ſine primo non poteſt appellari.

a ¶ *Quaſi diluculū præparatus, &c.*] Venite, inquit, & reuertamur ad dominum, quia ipſe cœpit & ſanabit nos, percutiet & curabit nos, & viuificabit nos poſt dies duos, & die tertio ſuſcitabit nos ipſe & non alius quaſi mane & aurora paratus eſt nobis. De quo & viceſimiprimi pſalmi titulus eſt: *Pro aſſumptione matutina*, licet in Hebræo ſcriptū ſit,
על אילת השחר *Pro ceruo matutino*: eo quod interfecta morte, & tortuoſo, antiquoque ſerpente, cupiat ad montana conſcendere, & ipſe tenebris diſſipatis, oritur nobis ſol iuſtitiæ, vt noſtram illuminet cæcitatem. Et pulchre.

b ¶ *Præparatus eſt &c.*] De quo iuxta tropologiam in octauodecimo pſalmo legimus: *Et ipſe tāquam ſponſus egrediatur de thalamo ſuo.*
Pſal 18 b Qui non ſolū mane vocatur, & aurora, & diluculum: ſed veniet nobis, quaſi imber temporaneus, & ſerotinus terræ. Nos Chriſtum recipimus temporaneum, qñdo fidei in nobis iacta ſunt fundamenta, & ſuſcipiemus eū imbrem ſerotinum, quando maturis ſegetibus fruges capiemus æternas, & in dominica horrea recondemur. Ergo Iudæi qui temporaneas pluuias non receperunt & abſque pluuiis iacere ſementem, fructus in vltimo tempore non recipient. Hæc eſt pluuia, de qua dñs pollicetur, dicens:
Deut. 11 b *Dabo vobis pluuiam temporaneam, & ſerotinam.* Iuxta allegoriam, datur pluuia temporanea, quādo ex parte cognoſcimus: datur pluuia ſerotina, quando venerit ꝙ perfectum eſt. Semperq; dominus mane ſurgentibus paratus eſt, qui poſſunt dicere: *Conſurgam diluculo.* Et: *Deus Deus meus ad te*
Pſal. 56. *de luce vigilo: Sitiuit in te anima mea.*
Pſal. 62.

c ¶ *Quid faciam, &c.*] Quando dicit: quid faciam tibi Ephraim? Quid faciam tibi Iuda? parentis in perditos filios mōſtrat affectum: iuxta illud quod in Eſaia legimus: *Quid* G *eſt quod vltra debui facere vineæ meæ, & non feci?* Eſaia 5. b Et in Michea Mich. 6. a *Popule meus, quid feci tibi, aut quid moleſtus fui tibi? Reſponde mihi. Quia eduxi te de terra Ægypti, de domo ſeruientium liberaui te, & miſi ante faciem tuam Moyſen, & Aaron, & Mariā.* Quid igitur *faciā tibi Ephraim, quid faciā tibi Iuda? miſericordia veſtra* (qua vobis ſemper miſertus ſum) *quaſi nubes matutina pertranſiit, & quaſi ros mane conſurgens*, qui orto ſole ſiccatur: Iam enim captiuitas prope eſt: iam vos cerno duci in Aſſyrios, & in Babylonios catenatos. Dolaui vos in prophetis, & in verbis terribilibus comminatus ſum, ſcalpellum, ignes, & cauteria protuli: vt qui clementē contemnebatis timeatis offenſum. Et occidi negligētes in verbis oris mei: vt ante peccatores verborum terrore punirem, quā captiuitas immineret. Et hæc vniuerſa feci, vt iudicij, quo te iudicaturus ſū, veritas appareret, nulluſque dubitaret vos iuſtē quæ patimini fuiſſe perpeſſos. Pro eo ꝙ eſt dolaui in prophetis, Lxx. tranſtulerunt, ἀπεθέρισα τοὺς προφήτας ὑμῶν, id eſt, *ſuccidi prophetas veſtros*, חצבתי ipſos pſeudoprophetas occiſos à domino intelligentes: vt qui cauſa erroris fuerāt proſpera promittentes, interfecti verterentur in occaſionem ſalutis: Et eſt ſenſus, ne diceretis, prophetis credidim⁹, etiā ipſos interfeci, vt omnis vobis peccādi tolleretur occaſio. Legimus in
H Regum volumine quadringentos quinquaginta prophe-
3 Reg 18. g tas Baalim interfectos ſub Helia, & aliam innumerabilem multitudinem ſub Iehu, qui ſubuertit domū Achab. Hæc
4. Reg. 10. e cadem & ad hęreticos, & ad verum Iudā, qui ſimilia perpeſſurus eſt, dicta ſentimus: ꝙ prouocet eos dominus ad miſericordiam, & reuerti cupiat ad ſalutē. Sed illi delitias huius ſæculi, & refrigeria, quaſi nubem & rorem, qui cito
Luc. 12. c tranſeat, conſectentur, quibus in euangelio dicitur: *Stulte*
Luc 16. e *hac nocte repetēt animam tuam à te, quæ autem paraſti cuius erūt?* Et diues ille purpuratus, qui ante ianuas ſuas iacentem Lazarum contemnebat, omneq; fruitus eſt, inſtar nubis ac roris tranſiſſe cognouit. Semper autem prophetas hæreticorum interficit Deus: dum æterna eis ſupplicia comminatur & aufert de vera vita, & morti ſcelerum derelinquit. Nos autem nubem diligamus illam, quæ perpetua eſt, & quæ à mundi huius ardore nos protegit: cui ſedens dominus venit in Ægyptum, & omnia Ægyptiorum ſimulacra cōfregit. Amemus illum rorem, de quo Moyſes loquitur:
Eſaia 19. a *Deſcendant ſicut ros verba mea.* Et de quo Eſais dicit: *Reſurgēt*
Deut. 32. a *mortui & reſuſcitabuntur, qui in ſepulcris ſunt*: ros enim qui à te
Eſaia 26. d eſt ſanitas eorum eſt. Sunt qui prophetas interfectos vere
Sec. Lxx. ſanctos æſtiment, eo quod cauſa populi peccatoris etiam prophetæ occiſi ſint, & hoſtibus traditi.

d ¶ *Quia miſericordiam volui, & non ſacrificiū, & ſcientiā Dei, &c.*] Quod ſequitur in Lxx. *Ibi contempſit me Galaad, ciuitas quæ operatur vana*, & reliqua: ſequenti capitulo coaptanda ſunt: nos quod propoſuimus, diſſeramus: *Dolaui* eos *in prophetis, occidi in verbis oris mei*: grauia comminat⁹ ſum, vt miſererer pœnitentium, vt lapſis atq; reſurgentibus porrigerem manum. Neq; enim in ſacrificiis delector & victimis, & holocauſtorum multitudine: Victimæ meę & holocauſta, ſalus credentium, & conuerſio peccatorum eſt. Ipſi autem imitati ſunt Adam, vt quod ille in paradiſo fecerat, pactum meum legemq; prætericns, iſti in terra facerent.

HEB.

tiet & curabit nos. Viuificabit nos poſt duos dies, in die tertia ſuſcitabit nos, & viuem⁹ in cōſpectu eius: ſciemus ſequemúrq; vt cognoſcamus dñm. ᵃ Quaſi diluculum, ᵇ præparatus eſt egreſſus eius, & veniet quaſi imber nobis temporaneus, & ſerotinus terræ. ᶜ Quid faciam tibi Ephraim? quid faciam tibi Iuda? miſericordia veſtra, quaſi nubes matutina, & quaſi ros mane pertranſiens: Propter hoc dolaui in prophetis, & occidi eos in verbis oris mei, & iudicia tua quaſi lux egredientur. ᵈ Quia miſericordiam volui, & non ſacrificium, & ſcientiam Dei plusquam holocauſta. Ipſi autem ſicut Adam trāſgreſſi ſunt pactum, ibi

SEPT.

*rabit & ſanabit nos, percutiet & ſanabit nos: ſanos nos faciet poſt dies duos, in tertio reſurgemus, & viuemus coram eo, & ſciemus & perſequemur, vt cognoſcamus dominum. Quaſi mane paratum inueniemus eum, & veniet nobis quaſi pluuia temporanea, & ſerotina terræ. Quid faciam tibi Ephraim? quid faciam tibi Iuda? miſericordia autem veſtra, quaſi nubes matutina, & quaſi ros mane pertranſiens. Propterea ſuccidi prophetas veſtros, occidi eos in verbo oris mei, & iudicium tuum quaſi lux egredietur. Quia miſericordiam volo, & non ſacrificium, ſcientiam Dei magis quam holocauſta. Ipſi vero ſunt ſicut homo*

A

Rom. 5. c Et ibi, hoc eſt, in paradiſo, omnes præuaricati ſunt in me in ſimilitudinem præuaricationis Adam: Non enim mirũ, ſi quod in parente præceſſit, etiam in filiis condemnetur. Quotidie Deus, & eos qui extra eccleſiam ſunt, & qui peccant in eccleſia commorantes, prouocat ad pœnitentiam, & dicit eis: *Miſericordiam volo & nõ ſacrificium, & ſcientiã Dei plusquam holocauſt.* (1. q. 1. i li.) Illi vero offerũt panem ſacrilegum, & dant eleemoſynas, & ſectari videntur humilitatẽ: quæ ego ſi vere fiant, holocauſta interpretor. Cum aũt ſcientiã Dei reliquerint, fruſtra truncato capite fide cetera membra habere ſe iactant: p̃uaricati ſunt enim pactum Dei in eccleſia, ſicut Adam præuaricatus eſt in paradiſo, & imitatores ſe antiqui parẽtis oſtendunt, vt quomodo ille de paradiſo, ſic iſti eiiciantur de eccleſia.

איש גבורים

a ¶ *Galaad ciuitas operantium idolum, ſupplantata ſanguine, & quaſi fauces virorum, &c.*] (4. Reg. 9. a) Virorum latronum, ſiue viri latronis: vtrumq; n. legi poteſt. Legimus in Ramoth Galaad vnctum eſſe in regẽ Iehu, qui ſanguine ſanguini miſcuit, & (Ibid. 10.) Achab ſubuertit domum, & ante ſolis ortũ aceruos capitũ filiorũ eius iuſſi ſtatui in hac vrbe trãs Iordanem in poſſeſſione trib. Gad, idolum conſecratũ eſt: q̃ habitabatur à ſacerdotibus: nam & ipſa fugitiuorũ ciuitas fuit.

B

Quanto igitur celebrior, & maioris auctoritatis, quia in partem ſacerdotũ fuerat delegata: tanto trans Iordanẽ habitãti Iſrael principiũ idololatriæ & malorum omniũ fuit: vt qui primi peccauerunt, primi ab Aſſyriis caperẽtur. Et qm̃ ipſa prouincia plena eſt latrociniorum, cõparat eos latronibus: vt quomodo illi viatorib. ſic ſacerdotes ſimplicitati populi inſidiati ſunt. Porro ſecũdũ tropologiã, Galaad interpretat᷑ tranſmigratio teſtimonij, (גלעד) & contẽnit Deum, dum teſtimonia ſcripturarũ ad peruerſa deprauat dogmata, & omnia opera illius vana ſunt: cõturbatq; eccleſiæ aquas, & de puriſſimis fontib. cœnoſos, & ſordidos riuos facit, qui maculent potius q̃ mundent baptizatos: Omniſq; fortitudo huius vrbis, quaſi viri piratæ eſt: dum imitatur diabolũ, qui in huius ſæculi mari in quo naues pertranſeunt, inſidiatur his qui ad portũ peruenire contendunt. Deniq; Symmach. manifeſtius interpretatus eſt, dicens: Et fauces tuæ quaſi viri inſidiatoris. De iſtiuſmodi piratis in Iob legimus: Non eſt dilatio piratis. Quamuis enim in præſenti ſæculo ſe iactare videantur, & cõturbare aquas, & operari vana, & exercere piraticam: tamen non eſt mora pœnarum, quæ eos velociter comprehendent.

b ¶ *Particeps ſacerdotum in via, &c.*] Symmachus hunc locũ ita interpretatus eſt: ſocietas ſacerdotum in via interficiebãt Sichem: (חבר כהנים דרך) Theodotio hoc modo: abſcõderunt ſacerdotes viam, interficiebãt in dorſo: Aquila, participatio ſacerdotũ in via occidebant humeros: quorũ cum intelligentiã iuxta hiſtoriam quæreremus ab Hebræo, ita nobis expoſitũ eſt: Sacerdotes Bethel, imo fanatici Bethauen, tẽporib. Paſchæ, & Pentecoſtes, & Scenophegiæ: qui per Sichem, q̃ hodie Neapolis appellatur, eundum erat Hieroſolymam (vbi ſolum licebat victimas immolare) ponebant in itinere latrones, qui inſidiarẽtur pergentibus, vt magis vitulos aureos in Dan, & in Bethauen, quam in Hieroſolymis & in templo adorarent Deum. Quod autem dicit: Participatio & ſocietas ſacerdotum, cõiurationem eorum ſignificat, & in mala parte conſenſum: Sin autẽ legerimus (vt nos interpretati ſumus) particeps ſacerdotum, ad Galaad, inquit, referendum eſt, quæ operatur idolũ, & ſupplantata eſt ſanguine, q̃ ſacerdotum impietatem ſecuta ſit, & latrociniis

HEB.

ibi præuaricati ſunt in me. a Galaad ciuitas operantium idolũ, ſupplantata ſanguine, & quaſi fauces virorum latronum (ſiue viri latronis) b Particeps ſacerdotum, in via interficientium pergentes de Sichem: qui ſcelus operati ſunt. c In domo Iſrael vidi horrendum: ibi fornicationes Ephraim: contaminatus eſt Iſrael: ſed & Iuda pone meſſem tibi, cum cõuertero captiuitatem populi mei.

SEPT.

*homo præteriens teſtamentum. Ibi n. contempſit me Galaad, ciuitas quæ operatur vana, & conturbat aquam, & fortitudo tua viri piratæ, Abſconderunt ſacerdotes viam domini, interfecerunt Sicima, quia iniquitatem operati ſunt. In domo* Iſrael *vidi horribilia: ibi fornicationem* Ephraim: *contaminatus eſt Iſrael & Iuda, incipe vindemiam tuam, cum conuertero captiuitatem populi mei.*

CAPVT VI.

CVm ſanare vellem Iſrael, reuelata eſt iniquitas Ephraim, & malitia Samariæ, quia operati ſunt mendacium, & fur ingreſſus eſt: ſpolians latrunculus foris.

a Et ne

C

vacet ac ſanguini. Hoc illi dixerint: Nos dicam⁹ intercludere hæreticos viam, ne de Schem, id eſt, de bonis operib. pergamus in Hieruſalem, i. e. in eccleſiam: Iſti ſunt quaſi fauces virorum latronum, & interficiunt eos, qui per huius ſæculi viam ad veritatem pergere cupiunt. Sichẽ interpretatur ὦμοι i. e. humeri: in humeris opus intelligimus: & omnes falſi ſacerdotes abſcondunt viam, & occidunt hoẽs malis operibus, ne perueniãt Hieruſalẽ. (שכמה) Quod aũt humerus opus ſignificet, illud oſtẽdit: (Hier. 35 c; Sec. 70) *Da cor tuum in humerũ tuũ,* hoc eſt, quæ intelligis, verte in opera. (Gen. 49. c) Et de Iſachar legimus, quod ſuppoſuerit humerum ſuum ad laborãdum, & vir agricola ſit.

c ¶ *In domo Iſrael, &c.*] De hoc ſcelere & horrore terribili eſt Hieremias locutus: (Hier. 2. a) *obſtupuit cælum ſuper hoc, & exhorruit terra vehementer.* Quid n. horribilius, quam decem tribus ad idolorum cultũ repente trãſgreſſas? Vnde ad metropolim earum dicitur: Aufer vitulum tuum Samaria, in qua primus fornicatus eſt Ephraim, id eſt, Hieroboã de tribu Ephraim: & illo fornicante cõtaminatus Iſrael eſt, populus videl. Samariæ: qui magna ex parte cõmune Iſraelis nomen obtinuit. Vnde & ad Iudam ſermo cõuertitur: *Tuque Iuda pone meſſem tibi,* & eſt ſenſus: Non te putes eſſe ſecurum, q̃ Iſrael captiuus abducitur: tu quoque præpara tibi ſegeres, vt metantur, non multo enim poſt tẽpore duceris captiuus in Babylonẽ, & meſſionis tuæ tempus adueniet: cumq; te Chaldæi meſſuerint, conuertam rurſum captiuitatem populi mei, & ſub Cyro rege Perſarum, & Artaxerxe reducam populum meum.

D

Et nota, quã ſignificanter Iuda captiuas, & regreſſio pariter prophetetur: de Iſrael autem, hoc eſt, de decem tribubus, & nunc tacitum eſt, & ſi quando p̃ſperum quid dicitur, in Chriſti differtur aduentum. In domo autem hæreticorũ quotidie videmus horrenda: fornicantib. primum magiſtris, & populo, qui ab eis inducitur, ſordidato. Iudæ quoq;, hoc eſt, eccleſiæ p̃cipitur, vt & ipſe propter peccata paret ſibi meſſem, ſiue vindemiam, cum iudicij tempus aduenerit. Sed huic ignoſcitur, & veniam dñs pollicetur, quia quem diligit corripit, & caſtigat omnem filium quem recipit, vt probatum & purgatum condat in theſauros ſuos. (Hebr. 12. b) Quidã hoc quod dicitur, Iuda incipe vindemiam tuã, ſiue pone meſſem tibi, ad bonam partem referunt: vt punito Iſrael, iſte operum ſuorum fructus recipiat: iuxta illud quod ſcriptum eſt: (Pſal. 125. a) *Qui ſeminant in lacrymis, in gaudio metent.* Nobis ſuperior ſenſus magis placet.

CAPVT VII.

CVm ſanare vellem Iſrael, *reuelata eſt iniquitas Ephraim, & malitia Samariæ: quia operati ſunt mendacium, &c.*] Multa ſæpe Iſrael idololatriæ accepit vulnera, & maxime illud, quando in eremo vituli conflauerunt caput, atque dixerunt: (Exod. 32 b) *Iſti ſunt dij tui Iſrael, qui te eduxerunt de terra Ægypti.* (Ezech. 18 g) Vnde ego qui malo pœnitentiã peccatoris, quam mortem, & poſtea loquor in euangelio: (Luc. 5 f) *Non indigent ſani medico, ſed hi qui male habent:* vulnera populi mei ſanare conatus ſum. Et cum hæc omni arte tractarem, vt miſerabilis populus curaretur, ſubito extitit Hieroboam de tribu Ephraim, qui vitulos aureos faceret, & malitia Samariæ reuelata eſt, ſequentis regem impium: operati ſunt enim & rex & populus mendacium, hoc eſt idolum. Sicut enim contrarium eſt ſimulacrum, Deo, ita mendacium veritati. Ipſe autem rex inſtar furis ingreſſus eſt ad populum Iſrael, & quaſi latrunculus infelicem plebem Dei expoliauit

auxilio:



E

auxilio: Et eſt ſenſus: Cum vellem vetera populi mei peccata delere, p̃pter antiquã idololatriam, Ephraim & Samaria noua idola repererunt. Sed & hoc dici poteſt, q̃ domino ſaluatore poſt effuſionem ſanguinis ſui, & eccleſiã ſuam tam de Iudæis q̃ de gentibus congregatam, volente populi peccata ſanare, & eos ad pænitentiam reducere: ſubito Ephraim, qui vbertatem falſorum dogmatũ repromittunt, & populus Samariæ, qui ſe dicit Dei p̃cepta ſeruare, ſurrexerunt & operati ſunt idolum falſorum dogmatũ, & per illos ingreſſus eſt fur & latro diabolus in eccleſiã: ſiue ipſa doctrina hæreticorũ ingreſſa eſt, quaſi fur & latrũculus: de quibus Saluator dicit in euãgelio: (Ioan 10. b) *Omnes qui venerunt ante me, fures fuerũt & latrones.* Fures inſidiantur, & occulta fraude decipiunt. Latrones audacter aliena diripiũt. Qui n. furantur, nocte furantur, & tenebris: Vnde ſignificanter ait, q̃ fur ingreſſus clam ſit, & latrũculus expoliet foris. Non n. poſſunt expoliare veſte Chriſti quos docuerunt, niſi eos de eccleſia foris eduxerint, & in peruerſa doctrinarũ ſuarũ via fecerint ambulare. Fures & latrones qui venerunt ante dominum, non Moyſen & prophetas, qui ſemper Saluatoris ore laudantur: ſed pſeudoprophetas debemus accipere, & poſtea hæreticos, qui non miſſi ſunt à domino, ſed ſua voluntate venerunt.

F

a ¶ *Et ne forte dicant, &c.*] (Hier. 31.) Ne forſitan, inquit, dicant in cordib. ſuis: vetera nobis Deus peccata reſtituit, & patrũ delicta perſoluimus: illi comederũt vuam acerbam, & dentes filiorum obſtupuerunt: idcirco quæ nunc & in præſentiarũ me vidente fecerunt, quotidie faciunt, ſequenti ſermone narrabo, & oſtendã illis adinuẽtiones ſuas, ſiue cogitationes, quibus mala ſtudioſiſſime cõſectati ſunt, & q̃ me præſente geſſerunt, non timentes faciem meã (מעי ליחם) Quod aũt in LXX legimus, vt concinant quaſi canentes in cordib. ſuis, ad illud referendum eſt: q̃ ideo fur ingreſſus, ſiue latrunculus expoliauerit foris, ne in priſtinis diuitiis & veſtib. permanentes, repellerent furis latroniſq; conſenſum: ſed cũ ſpoliati fuerint concinant cum eis, & vno corde afficiãtur: idcirco recipiẽt quæ fecerunt, & oẽs cogitationes eorum vel opera, meum non merebuntur aſpectum. Hæretici quoq; non poſſunt vetera contra Deum peccata cauſari, cũ quotidie antiquis operib. nouam addant impietatem, & cum perditis pereant, ſuiſq; ligentur erroribus, & cum Deum ſe celare putent, oculos eos vitare non valeant.

b ¶ *In malitia ſua lætificauerũt regem, &c.*] Exponit quæ corã facie eius fecerunt: In malitiis ſuis lætificauerunt regem Hieroboam, & in mendaciis ſuis principes, qui ſub Hieroboam populo præfuerãt. Hæretici quoq; in malitia operũ ſuorum lætificauerunt regem diabolum, & in mendaciis dogmatũ peruerſorum principes: haud dubiũ quin mundi huius, quorum falſam ſapientiam deſtruit Deus. Poſſumus regem apud hæreticos dicere, qui primus hæreſim reperit, & principes eos, qui præpoſiti hæreticorum populi, falſum ſibi vendicant ſacerdotium. Et ſimul notandum, quod in peccatis noſtris gaudeant contrariæ fortitudines, & rectores ac principes tenebrarum iſtarum.

c ¶ *Omnes adulterantes, &c.*] Qui in malitia ſua lætificauerũt regem, & in mẽdaciis ſuis principes: omnes adulteri ſunt, & inſtar clibani ab Hieroboam idololatriæ igne ſuccenſi, vt panem coquerẽt impietatis: qui cum erroris in animas eorum miſiſſet incendiũ, quaſi caminus & clibanus primo

HEB.

a Et ne forte dicant in cordib. ſuis, omnis malitiæ eorũ me recordatum: nunc circumdederunt eos adinuẽtiones ſuæ, corã facie mea factæ ſunt. b In malitia ſua lætificauerunt regem, & in mendaciis ſuis principes. c Omnes adulterantes, quaſi clibanus ſuccenſus à coquẽte: quieuit paululum ciuitas à cõmiſtione fermenti, donec fermentaretur totum.

Dies regis noſtri; cœperunt principes furere à vino: extendit manum ſuã cum illuſoribus: quia applicuerunt quaſi clibanũ cor ſuũ, cum inſidiaretur eis. Tota nocte dormiuit coquẽs eos mane ipſe ſuccen-

SEPT.

*Vt concinant quaſi canentes in cordibus ſuis, omnes malitias eorum recordatus ſum: nunc circundederunt eos cogitationes ſuæ, contra faciem meam factæ ſunt. In malitiis ſuis lætificauerunt reges, & in mendaciis ſuis principes. Omnes adulterantes, quaſi clibanus ardens ad coquendum in deuſtionem flammæ à commiſtione fermenti, donec fermentaretur totum. Dies regum veſtrorum Cœperunt principes furere à vino: extendit manum ſuam cum peſtilentibus: quia ſuccenſa ſunt, quaſi clibanus, corda eorum, cum præcipitarentur tota nocte,* Ephraim *ſomno*

G

igne ſuccẽſus, paululũ conquieuit: vt non vim faceret populo, ſed ſuæ eũ dimitteret volũtati, donec fermentaretur omne mendacium: quidquid. n. neceſſitate fit, cito ſoluitur: quod voluntate arripitur, perſeuerat. Ideo & hic quia translationẽ à clibano ſumpſerat, qui ad coquendos panes ſuccẽditur; ſeruat in reliquis, vt in commixtione fermenti totius populi monſtret aſſenſum: quo ſcil. & rex & popul⁹ pari in idololatria ardore corruerint. Hæreticorũ corda diaboli igne ſuccẽſa, vt in eis panes coquantur Antichriſti, nemo ambigit: qui idcirco primũ quieſcũt in eccleſia, & loquuntur occulte, & omnia pacifica repromittunt, vt cancer paulatim ſerpat in populos, & fermentũ doctrinæ eorum (q̃ & dominus intelligẽs loquitur: (Matth. 16. a) *Cauete à fermento Phariſæorũ*) cũ intumuerit in cordibus deceptorum, tunc in apertam prorumpũt inſaniam, & impletur in eis q̃ à Ioanne Apoſtolo dicit᷑: (1. Ioan. 2. e) *Ex nobis exierũt, ſed nõ fuerũt ex nobis: ſi enim fuiſſent ex nobis, manſiſſent vtique nobiſcum.*

d ¶ *Dies regis noſtri, &c.*] Obſcurus locus & attento lectoris ſenſu indigẽs. Vt primum hiſtoriam cognoſcamus: Paululũ Iſrael & Samariæ ciuitas cõquieuit recepto in ſe erroris ardore, donec tota maſſa fermento ſimilis fieret, & creſceretatque erumperet: ac populus intumeſcens clamaret ad fores Hieroboam regis, & diceret: Hic eſt dies Hieroboam regis noſtri, hic eſt feſtus dies, quem nobis conſtituit imperator noſter, hũc celebramus, hũc canimus: in hoc exultamus & ludimus, in hoc vitulos aureos adoram⁹: Clamãte populo: Principes nõ irati ſunt, vt quidã putant, ſed & ipſi cœperunt furere à vino, & intelligẽtiam ſuæ mentis amittere, obliuiſci Dei, & in idolorum ligna impingere. Quod cum rex cerneret, clamare ſcilicet populum & dicere: *Dies* iſte *regis noſtri* eſt, & principes quaſi temulentos, & fanaticos neſcire quid dicerent: extendit manum ſuam illuſoribus, copulauit aſſenſum his qui ei vanis laudibus illudebant.

H

Qui illuſores, cum inſidiaretur eis rex ſuus, & eos à Deo ſuo abduceret, præbuerunt ei quaſi clibanum cor ſuũ, vt eos ſuccenderet, & idololatriæ flammis ardere faceret. Idcirco enim aſſenſus eſt populo: quia intellexit omni eos ad errorem mente conuerſos. Quodq; ſequitur: tota nocte dormiuit coquens eos, mane ipſe ſuccẽſus quaſi ignis flãmæ, hoc ſignificat: poſtquam miſit ignem in clibanũ cordis eorũ, & vidit eos furere, & nullum eſſe qui ſuæ reſiſteret voluntati: tota nocte dormiuit, id eſt, ſecurus fuit: verſatus in tenebris eſt, dum illi coquerẽtur, & impietatis panem efficerent: vnde poſtea ſurrexit mane, & ſcelerũ ſuorum flammam aperta oſtendit inſania: vt nequaq̃ per inſidias, ſed impudenter à Dei cultu ad idolorum ceremonias tranſilirẽt. Quid plura? omnes, quaſi clibanus, idololatriæ igne calefacti ſunt, & deuorarũt iudices ſuos: vt etiam qui bonus eſſe potuerat per naturam, & religionis domini recordari, videns & principes & populum vitulis ſubditos, & illos putare deos, etiã ipſe à ſcelere deuoraretur. Deniq; omnes reges ceciderunt Iſrael, & ambulauerũt in viis Hieroboam filij Nabath, qui peccare fecit Iſrael, & nullus inuentus eſt qui deſertis idolis reuerteretur ad Deum. Hæc iuxta Hebræorum traditionem audacter magis q̃ ſcienter locuti ſumus, fidem dictorum auctoribus relinquentes. Nunc ad ſpiritualem intelligentiam tranſeamus: Infelices populi, qui à rege diabolo, & ab eius principibus ſeducuntur: ſiue qui ab hæreſeos principe, & ab eius ducib. ſolem-

A nitates alias ſuſceperunt: relinquẽtes eccleſiam, & veritatẽ conculcantes fidei, ſolent clamare & dicere: Hæc eſt dies regis noſtri: Verbi gratia: Valentini, Marcionis, Arrij, atq; Eunomij. Quod audientes qui eis præpoſiti ſunt, non inebriantur vino (ne leue putetur eſſe peccatũ) ſed inſaniunt ex vino, de quo Moyſes ſcripſit in cãtico Deuteronomij, *Furor draconum vinum eorũ, & furor aſpidũ inſanabilis*: hi enim comedunt cibos impietatis, & vino iniquitatis inebriãtur. Dicit & Apoſtolus: *Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria*. Et in Prouerb. legimus: Principes vinum non bibant; ne obliuiſcantur ſapientiæ, & recta iudicare nõ poſſint. Vnde deceptis & populis & ducibus, princeps extẽdit manum ſuã, vel illuſorib. & peſtilentibus, quales erant filij Heli, & de quibus in primo pſalmo legimus: In cathedra peſtilentiũ non ſedit. De quo dicitur: *Eiice peſtilentem de concilio, & egredietur cum eo contentio*: quorum ſuccẽſa ſunt corda, vt allidãt quos deceperint. Hoc n. iuxta Lxx. ſignificãt cataractæ, quæ non ſurſum leuãt, ſed illidũt deorſum. Quodq; dicit: Tota nocte Ephraim in ſomno repletus eſt, oſtendit hæreticos dormientes lucem ſolis iuſtitiæ non videre: *Qui enim dormiunt, nocte dormiunt*, quia oppreſſus eſt ſenſus eorũ. Et de B his in pſalmis legimus: *Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt*. Horum corda caleſiunt variis perturbationib. ira, amore, auaritia, & deuorãt iudices ſuos: vel ſi quid in animo habere virtutũ, vel ſenſus quibus mala diſcernunt à bonis. Siue hoc dicendum, ꝙ duces hæreticorũ à ſuis populis deuorẽtur, vt quorũ domos deuorãt turpis lucri gratia, ipſi eorũ deuorentur aſſenſu. Omnes hæreticorũ principes ceciderunt, quamuis clament ad dominũ: nullus eſt qui inuocet nomẽ eius: *Omnis enim qui inuocauerit nomẽ domini, ſaluus erit. Moyſes & Aaron in ſacerdotib. eius, & Samuel inter eos qui inuocant nomen eius, inuocabãt dominum, & ipſe exaudiebat illos*: qui hæreticorum reges & principes nõ exaudit, quia non eſt inter eos qui clamet ad dominum.

Deut. 32. e; Epheſ. 5. a; Prou. 31 b; Prou. 22. b; ἐν τῷ καταῤῥάσσειν αὐτούς; 1. Theſ. 5. b.; Pſal. 75.; Rom. 10. c; Pſal. 98. b

a ¶ *Ephraim in populis ipſe cõmiſcebatur: Ephraim factus eſt ſubcinericius panis, qui non reuerſatur, &c.*] Factum eſt regnum decem tribuum, ſicut omnium nationum, quia receſſerũt à domino, & ſicut ſubcinericius panis, qui non reuerſatur, hoc eſt, non agit pœnitentiam: comederunt Aſſyrij atque Chaldæi fortitudinem eius, & quidquid virium habere poterat, deuorauerunt. Tantæq; vecordiæ fuit, vt deuoratum eſſe ſe neſciret: aut certe ignoraret cauſam propter quã fuiſſet deuorantibus traditus: deniq; vſque ad ſenectutẽ, id eſt, vſq; ad vltimam captiuitatem, in cœpto errore permanſit: Vnde humiliabitur ſuperbia Iſrael nõ multo poſt tempore, ſed nunc & in præſenti: hoc eſt enim quod dicit, in facie eius: humiliabitur autem, quia ſe erexerat, & non in Deo, ſed in multitudine confidebat exercitus: Et quia *ſuperbis Deus reſiſtit, humilibus autem dat gratiam*. Et ſuperbia, id eſt, [a] גאון more ſuo Lxx. ὕβριν id eſt, iniuriam tranſtulerunt. Et quia ſupra dixerat: *Ephraim factus eſt ſubcinericius, qui non reuerſatur*, & videbatur ambiguum, nec ſatis ſonare quid diceret, nunc ponit manifeſtius: Non ſunt reuerſi ad dominum Deum ſuum, & non quæſierunt eum in omnibus his: quod ſi fuiſſent reuerſi ad dominum Deum ſuum, audiſſent vtiq; ad Hieremiam loquentem Deum:

Iacob. 4. c.; a geon

HEB.

ſuccenſus, quaſi ignis flammæ. Omnes calefacti ſunt quaſi cliban9 & deuorauerunt iudices ſuos: oẽs reges eorum ceciderunt: nõ eſt qui clamet ad me ex eis. [a] Ephraim in populis ipſe cõmiſcebatur: Ephraim fact9 eſt ſubcinericius panis, qui nõ reuerſatur. Comederunt alieni robur eius, & ipſe neſciuit: ſed & cani effuſi ſũt in eo, & ipſe ignorauit. Et humilabitur ſuperbia Iſrael in facie eius: nec reuerſi ſunt ad dominum Deum ſuum, & non quæſierũt eum in omnib. his. [b] Et factus eſt Ephraim quaſi columba ſeducta, nõ habens cor. Ægyptum inuocabãt, ad Aſſyrios abierunt. Et cũ profecti fuerint, extendam ſuper eos rete meum: quaſi volucrẽ cœli detraham

*Reuertimini ad me, & ego reuertar ad vos*. Et cum tãta fecerint, C non quæſierunt eum, quem ſuo vitio perdiderunt. Cum autem debeat Ephraim (vt ad ſenſum alium tranſeamus) docere populos, & ad ſimilitudinem ſui ſubtrahere: ipſe populis commiſcẽtur, & ſimilis eorum efficitur, iuxta ꝙ ſupra dictum eſt: *Erit ſicut populus ſic ſacerdos*. Siue Ephraim populis & gentibus commiſcetur, vt omnes hæretici nihil differant ab errore gentilium. Et qui quondam fuit princeps in eccleſia, factus eſt ſubcinericius panis: ex omni parte immũdo cinere & igniũ ardore circumdatus, vt non reuerteretur ad dominũ, ſed in cœpto permaneret errore: Comederunt dæmones robur eius: iſti ſunt alieni & hoſtes omnium Chriſtianorum: & ipſe neſciuit, aduerſarios amicos putans, & deuoratores ſuos arbitrans eſſe conuiuas: ſed & cani effuſi ſunt in eo, imo effloruerunt, id eſt, multo errauit tempore, & nihilominus ignorauit ſenectutem & vetuſtatem ſuam, de qua ſcriptum eſt: *Quod veteratur & ſeneſcit, prope exterminium eſt*: Et ſi ad iuſtum virum, & ad Eccleſiaſticum dicitur: Cani hominis ſapientia eius: quare non dicatur ad iniquum & ad hæreticum: Cani hominis ſtultitia eius? De hac ſenectute Daniel dicebat ad presbyterum *Inueterate dierum malorum*. Vnde & in libro paſtoris (ſicui tamen placet illius recipere lectionem) Hermę primum videtur eccleſia cano capite: deinde adoleſcentula & ſponſa D crinibus adornata. Cumq; humilietur ſuperbia hæreticorum, ſiue contumelia, quam quotidie faciunt eccleſiaſticis viris, non reuertuntur ad dominum, ſed in omnibus his nequaquam requirunt eum: quia calefacti ſunt quaſi clibanus, & non quæſierunt eum: deuorauerunt iudices eorum, & reges pariter conciderunt: nec eſt qui clamet in eis ad dominum. Quæ vniuerſa perpeſſi ſunt, vt dominum quærerent, quem quærere noluerunt.

Hier 3.; Sup. 4. b; Hebr. 8.; Sap. 4. b; Dan 13. f; [illegible]

b ¶ *Et factus eſt Ephraim quaſi columba ſeducta, &c.*] Præcepit dominus in euangelio, vt ſimus *ſimplices quaſi columbæ*, & aſtuti quaſi ſerpentes: vt imitantes ſimplicitatem columbarum, & ſerpentis aſtutiam, nec aliis nocere poſſimus, nec ab aliis patiamur inſidias, ſed ſimplicitate & prudẽtia, exhibeamus hominem temperatum: quia prudentia abſque bonitate malitia eſt, & ſimplicitas abſq; ratione, ſtultitia nominatur. *Factus eſt* ergo *Ephraim quaſi columba ſeducta*, ꝙ Hebraice פותה: ab Aquila & Symmacho θελγομένη ἢ ἀπατωμένη dicitur, id eſt, lactata, ſiue decepta, & à Lxx. inſipiẽs ſiue inſenſata: ἄνους enim vtrumq; exprimere poteſt. Et pulchre columba ſeducta, ſiue inſipiens appellatur, quia eſt columba & ſapiens, quæ dicit in pſalmis: *Quis dabit mihi pẽnas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam?* Cuius *penæ deargẽtatæ* ſunt, *& poſteriora dorſi eius in virore auri*. Ephraim autem columba inſipiens, & non habens cor, intantum brutæ mentis oſtẽditur, vt Ægyptum inuocans, ad Aſſyrios perrexerit. Qui enim deprecatus Ægyptiorum auxiliũ eſt, ab Aſſyriis captiuus abducitur. Baculus arũdineus Ægyptus: cui qui innixus fuerit, ſtatim cõteret eũ, & fractus atq; cõtritus, manũ transformat incũbentis. Et vt oſtẽderet Deus quod cõmutantes loca, oculos eius vitare nõ poſſumus, & ſemper Dei regimur poteſtate: Cum, inquit, profecti fuerint in Aſſyrios, etiam ibi extendã rete meum, & ſi exaltati fuerint

Matt. 10. b; Pſal 54.; Pſal. 67.; Eſaia 36. a

SEPT.

*mno repletus eſt, mane factum eſt incenſus eſt quaſi ignis flamma: Omnes calefacti ſunt quaſi clibanus ardens, & ignis deuorauit iudices ſuos. Omnes reges eorum ceciderunt: non eſt in eis qui inuocet me. Ephraim populis ſuis commiſcebatur: Ephraim factus eſt ſubcinericius, qui non reuerſatur: Comederunt alieni fortitudinem eius, ipſe vero neſciuit, & cani efflorerunt ei, & ipſe ignorauit. Et humiliabitur contumelia Iſrael in facie eius, & non ſunt reuerſi ad dominum Deum ſuum, & non quæſierunt eum in omnibus his. Et erat Ephraim quaſi columba inſipiens non habens cor. Egyptum inuocabat, & in Aſſyrios abierunt, ſicut ibunt Mittam ſuper eos rete meum, vt volatilia cœli detra.*



E fuerint vt volucres: inde detrahã illos. Detraham illos aũt non in perditionẽ, ſed vt cædam quaſi filios, & cædam nõ in pœnarũ magnitudine, ſed in timore, vt audientes vẽtura ſupplicia, ſolis terrorib. emẽdẽtur. Quærit cur Ephraim non aliis auibus, ſed columbæ cõparatus ſit. Aues cæteræ pullos ſuos etiã cum periculo vitæ ſuæ protegere feſtinant, & cum ad nidum ſuum accipitrem, colubrum, coruum, ſiue cornicem accedere viderint, huc illucq; volitãt, & immittunt ſe morſu, & vnguib. lacerant, & dolorem parentis querula voce teſtantur: ſola columba ablatos pullos non dolet, nõ requirit: Et ideo huic recte comparatur Ephraim, ꝙ vaſtatum per partes populũ non ſentiat, ſed negligens ſit ſalutis ſuæ. Quodq; dicit, cædam eos ſecũdum auditionẽ cœtus eorum, hoc ſignificare poteſt: ſicut iuncto conſilio oẽs idola fabricati ſunt, ita me irato omnes pariter vaſtabuntur. Magiſtros contrariorum dogmatum, qui Chriſtũ reliquere ſapientiam, & de eccleſia ſunt egreſſi, recte inſipientem & excordem colũbam poſſumus dicere: qui terrena deſiderãtes, Aſſyriis traditi ſunt. Et cum profecti fuerint de eccleſia, expandit dñs ſuper eos rete ſuum, teſtimoniis ſcripturarũ, & artifici ſapientiæ ſermone contextum: F vt eleuantes ſe contra ſapientiam Dei, & inſtar auis ad excelſa volantes, & humilia detrahat, & corripiat eos comminatione, & auditione pœnarum, vt correpti non pereant in æternum.

a ¶ *Væ eis, &c.*] Me extẽdente rete meum, vt eos cõprehenderem, & quaſi volucrẽ cœli, de ſuperbia deponerẽ, & cæderẽ in auditu anguſtiæ, illi receſſerunt & reſilierũt à me: hoc n. ſignificat ἀπεπήδησαν, ꝙ Lxx. trãſtulerunt: Et ꝓpterea vaſtabuntur, quia præuaricati ſunt in me. Pro eo ꝙ nos diximus, vaſtabuntur, & in Hebræo ſcriptũ eſt, [b] שד להם .id eſt, vaſtatio eis: Symach. interitum. Theodotio, miſeriam interpretati ſunt. Porro in editione vulgata dupliciter legimus: quidam n. codices habent δῆλοι εἰσί, h. e. manifeſti ſunt: alij δειλαῖοι εἰσί, h. e. meticuloſi, ſiue miſeri ſũt. Vaſtabuntur igitur & miſeri erunt. & ſemper timentes ac formidantes: quia præuaricati ſunt in Deum, adorãtes vitulos aureos, relinquentes eũ qui redemit eos de Ægyptia ſeruitute, & eduxit in excelſo brachio: ipſi vero locuti ſunt contra dominum mendacia, dicentes de idolis: *Hi ſunt dij tui Iſrael, qui te eduxerunt de terra Ægypti*: & non clamauerũt ad dominum in corde ſuo, ſed in idololatriæ fornicationibus volutabantur. Siue quia dæmonum cultum ſequitur libido & luxuria qui colebant dæmones cõſequenter inſtar porcorũ in cœno libidinum verſabantur. Et pulchre cantica idolis ſeruientium non carmina in Deum, ſed vlulatum appellat. Super hæreticis facilis interpretatio eſt, ꝙ væ habent ſempiternum, quia receſſerunt à Deo, & miſeri ſunt, quia reliquerunt creatorẽ ſuum qui redemit eos ſanguine ſuo: & ipſi loquuntur contra eum mendacia, impia falſitatis dogmata cõponentes, & non clamant in cordib. ſuis, ſed vlulant ſemper in conciliabulis: quæ pulchre cubilia appellat & ferarum luſtra. Iſtiuſmodi non poſſunt dicere: *Lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lacrymis meis ſtratũ meũ rigabo*: ſed volutantur in ſordibus libidinum, vacant ſtupris, & quidquid loquuntur, & putauerint ſe in laudem Dei dicere, vlulatus luporum, & baccharum inſanientium ſonitus eſt. Raro hæreticus diligit caſtitatem, & quicumque amare pudicitiam ſe ſimulant, vt Manichæus, & Mar-

b ſod lahen; Exod. 32. a; Pſal. 6 b

HEB.

traham eos, cædam illos ſecundum auditionem cœtus eorũ. [a] Væ eis, quoniã receſſerũt à me: vaſtabũtur, quia prȩuaricati ſunt in me. Ego redemi eos, & ipſi locuti ſunt contra me mendacia. Et non clamauerunt ad me in corde ſuo, ſed vlulabãt in cubilibus ſuis. [b] Super triticum & vinum ruminabant: receſſerunt à me, & ego erudiui eos, & confortaui brachia eorum, & in me cogitauerunt malitiam. Reuerſi ſunt, vt eſſent abſq; iugo: facti ſunt quaſi arcus doloſus: cadent in gladio principes eorum: à furore linguæ ſuæ. Iſta ſubſannatio eorum in terra Ægypti.

CAP.

cion, & Arius, & Tatianus, & inſtauratores veteris hæreſeos, venenato ore mella ꝓmittunt. Cæterum iuxta Apoſtolum: *quæ ſecrete agunt, turpe eſt & dicere*.

G; Epheſ. 5. c

b ¶ *Super triticum & vinũ, &c.*] Propter abundantiã, inquit, rerum omnium corruerunt. Quod etiam Ezechiel in Sodomis & Gomorris factũ eſſe commemorat, vt nihil aliud niſi cibos & luxuriã ruminarent: ꝓ quo Lxx: tranſtulerũt ἐπὶ σίτῳ καὶ οἴνῳ κατετέμνοντο, i. e. *ſuper frumento & vino diſſecabantur*: in exemplum prophetarum Baal, qui præſente Helia conciſione membrorum pluuias precabãtur. Simulq; vt oſtenderet eos iumentorũ ſimiles: nõ dixit, comedebãt; ſed ruminabãt, & ideo receſſerũt à domino qui dicit: Ego eos erudiui, ego fortitudinẽ præbui, & contra me ſuas erexere ceruices: non ꝙ aliquid poſſint facere & nocere creatori ſuo: ſed ꝙ ſolum facere potuerunt, cogitauerunt mala contra me. Et quomodo à principio fuerunt priuſquã vocarẽ eos per Abrahã, & poſtea per Moyſen & Aaron, & erant abſq; iugo, legiſq; notitia & cũctis nationib. miſcebãtur: Ita n. nunc reuerſi ſunt in priſtinum ſtatum, vt abſq; iugo & frenis deferrentur per prȩcipitia, & mutarẽtur in arcum doloſum: vt quem Deus cõtra aduerſarios intẽderat, ipſi cõtra ſuum dominũ verterent, & mitterent aduerſum eum blaſphemiarũ ſagittas. H Vnde principes eorũ, qui infelicẽ populum deceperũt, cadẽt gladio ꝓpter furorẽ linguæ ſuę, ꝙ vitulos aureos deos appellare ſunt auſi: vt hoc facerẽt in terra repromiſſionis, ꝙ in Ægypto didicerant, colẽtes Apim Ægyptiũ, & omnia eorũ portenta venerantes: ita n. & in ſolitudine, qñ egreſſi ſunt de Ægypto, dñm ſubſannauerunt, dicentes: *Iſti ſunt dij tui Iſrael*: & *Vtinã eſſemus in terra Ægypti, vbi ſedebamus ſuper ollas carniũ, &c.* Super tritico & vino falſis myſteriis corporis & ſanguinis Chriſti, qui dicit in euangelio: *Niſi ceciderit granũ tritici in terrã, & mortuum fuerit, ipſum ſolũ manet*. Et in alio loco: *Ego ſum vitis vera*: Et niſi biberitis ſanguinẽ meũ: ſuper hoc ergo tritico & vino hęretici cõcidũtur, & diuerſa ibi cõſtruunt tabernacula: ſiue ꝑciduntur ab eccleſiæ corpore, & legẽ Dei meditari, & ruminare ſe ſimulãt. Sed hoc faciẽtes recedunt à dño, qui docuit eos in eccleſia, & dedit eis fortitudinẽ, qua contra aduerſarios dimicarẽt. Illi vero cogitauerũt malitiam contra dñm impiiſſimas hæreſes extruẽtes, & reuerſi ſunt in ſtatũ gentilium, vt eſſent abſq; Dei notitia & iugo: Siue reuerſi ſunt in nihilũ, nõ quo deſierint eſſe, ſed quo ad cõparationem eius, qui loquitur ad Moyſen: *Vade dic populo Iſrael, qui eſt miſit me*: oẽs qui contra dñm ſapiunt, non eſſe dicuntur: Iuxta illud ꝙ in Heſter legimus in Lxx duntaxat: *Ne tradas ſceptrum tuum his qui non ſunt*: haud dubium quin idola ſignificet. Si n. Deus eſt veritas, quidquid contrarium veritati eſt, mendacium eſt, & nihil nominatur. Hoc hæreticis conuenit, qui inſtructi de ſcripturis ſanctis, aduerſum dñm legis & prophetarum, & euãgelij verba vertũt, & ſunt quaſi arcus doloſus ſiue peruerſus. Doloſus arcus atq; peruerſus eſt, qui percutit dirigentem, & vulnerat dominum ſuum: Siue facti ſunt quaſi arcus intentus, parati ſemper ad pugnam & contentiones, in ſubuerſionem audientium. Vnde principes eorum, i. e. hæreſiarchæ, domini mucrone ferientur, propter inſaniam linguæ ſuæ, qua dominum blaſphemauerũt: hoc idem facientes in falſi nominis eccleſia, ꝙ faciebant eo tẽpore quo in Ægypto ſæculi morabantur, hoc eſt, qñ gentiles erant.

Ezech. 17. f; 3 Reg. 18. e; Exod 16. a & 32. b; Ioan. 12. d; Ioan. 15 a; Ibid. 6. f.; Exod. 3. d; Heſt. 14. c; קשת רמיה

SEPT.

*detraham illos: corripiam eos in auditu tribulationis eorum. Væ eis quoniam receſſerunt à me: manifeſti ſunt, quoniam impie egerunt in me: ego vero redemi eos, ipſi vero locuti ſunt contra me mendacium. Et non clamauerunt ad me corda eorum, ſed vlulabant in cubilibus ſuis. Super tritico & vino diſſecabantur, eruditi ſunt in me, & ego confortaui brachia eorum, & contra me cogitauerunt mala. Conuerſi ſunt in nihilum, facti ſunt quaſi arcus intentus: cadent in gladio principes eorum, propter imperitiam linguæ eorum. Sic eſt ſubſannatio eorum in terra Ægypti.*

CAP.

A Om nes enim hæreticorum, & gentilium quæſtiones eædem ſunt, quia non ſcripturarum auctoritatem, ſed humanæ rationis ſenſum ſequuntur.

CAPVT VIII.

## CAP. VIII.

### HEB.

IN gutture tuo ſit tuba, quaſi aquila ſuper domum dñi; pro eo quod trãſgreſſi ſũt fœdus meũ, & legem meã præuaricati ſunt. Me inuocabunt, DEVS meus, cognouimus te Iſrael; Proiecit Iſrael bonum, inimicus perſequetur eum. [b] Ipſi regnauerunt, & non ex me; principes extiterunt, & non cognoui. Argentum ſuum, & aurum ſuum fecerunt ſibi idola, vt interirent. [c] Proiectus eſt vitulus tuus Samaria, iratus eſt furor meus in eos; vſquequo non poterunt emundari? Quia ex Iſrael & ipſe eſt, artifex fecit illum, & non eſt Deus; quoniam in araneorum telas erit vitulus Samariæ.

[a] Quia ventum ſeminabunt, & turbinem metent: culmus ſtans non eſt in eo, germen non faciet farinam: quod & ſi fecerit, alieni comedent eam.

[b] Deuoratus eſt Iſrael: nunc factus eſt in nationibus quaſi vas immundum.

### HEB.

[c] Quia ipſi aſcenderũt ad Aſſur: onager ſolitarius ſibi: Ephraim munera dederũt amatoribus, ſed & cũ mercede conduxerunt nationes: nunc congregabo eos, & quieſcent pauliſper ab onere regis & principũ. [d] Quia multiplicauit Ephraim altaria ad peccandum, factæ ſunt ei aræ in delictum. [e] Scribam ei multiplices leges meas, quæ velut alienæ repu-

## CAP. VIII.

### SEPT.

*IN ſinu eorum quaſi terra, ſicut aquila ſuper domum domini: pro eo quod tranſgreſſi ſunt teſtamentum meum, & contra legem meam impie egerunt: Me inuocauerunt. Deus cognouimus te: quia Iſrael auerſatus eſt bona, inimicum perſecuti ſunt. Ex ſemetipſis regnauerunt, & non per me: principes extiterunt, & non indicauerunt mihi: Argentum ſuum, & aurum ſuum fecerunt ſibi idola, vt diſpereant. Proiice vitulum tuum Samaria: concitatus eſt furor meus ſuper eos; vſquequo non potuerunt emundari in Iſrael? Et hoc artifex fecit, & non eſt Deus, quia ſeducens erat vitulus tuus Samaria. Quia corrupta vento ſeminauerunt, & ſubuerſio eorum ſuſcipiet ea: manipulus non habens vires, vt faciat farinam: quod ſi fecerit, alieni comedent eam.*

### SEPT.

*Quia ipſi aſcenderunt ad Aſſyrios: germinauit apud ſemetipſum Ephraim: munera dilexerunt; idcirco tradentur in gentibus: nunc ſuſcipiam eos, & quieſcent parum, vt vngant reges & principes. Quia multiplicauit Ephraim altaria, in peccatum facta ſunt ei altaria dilecta. Scribam eis multitudinem: legitima eius in aliena reputata ſunt*

[a el hicceca ſophar] IN *gutture tuo, &c.*] Hoc quod interpretati ſumus in gutture tuo ſit tuba: pro quo in Hebræo ſcriptũ eſt, [a] אלחכך שופר Aquila & Symmach. & Theodot. ſimiliter tranſtulerunt. Soli Lxx. dixerũt, εἰς κόλπον αὐτῶν ὡς γῆ i. e. *in ſinu eorũ quaſi terra*: quid ſignificet incertum eſt. Quidã n. æſtimant ſinum dupliciter accipi, & inferioré partẽ veſtimẽti à genitalib. vſq; ad pedes, & colpum maris, id eſt, ſinũ: Verbi gratia, Hadriatici, & Ionij, & Propõtidis. falſosq; miniſtros qui blaſphemiã Ægypti ſunt ſecuti, omnia in ſinu ſuo libidini ſeruiẽtia & terrena retinere: vel certe in portu, & refugio nauigationis ſuæ nihil pretioſarũ merciũ, ſed terrena cõquirere. Nos aũt ſequẽtes veritatem Hebraicã, cœptę explanationis taxam⁹ ordinem. Pręcipitur prophetæ, & dicitur ad eũ: *In gutture tuo ſit tuba*: h. e. ſic exalta vocem tuã, vt tubæ ſimilis ſit: vt plurimi audiãt, quia plurimi peccauerunt. Cumq; exaltaueris vocem tuam, hoc dicito cum clamore, quaſi aquila ſuper B domum dñi, & eſt ſenſus: Veniet Nabuchodonoſor cum omni exercitu ſuo tam raptim, tam velociter, vt aquilæ imitetur volatum feſtinantis ad p̃dam, & veniet non ad aliũ locum, ſed ad Hieruſalẽ, in qua tẽplum Dei ſitũ eſt, vt eam deſtruat atq; ſubuertat. Ezech. 17. a De hac aquila & Ezechiel plenius loquitur: Magnarũ alarum, plumarumq; & vnguium, quæ habet ductum in- Zach. 11 a trandi in Libanum, h. e. in templum Dei, iuxta Zachariam prophetam, in quo ſcriptum eſt: *Aperi Libane portas tuas, & comedat ignis cedros tuas.* Hoc aũt ô propheta, tibi dico atq; præcipio (In gutture tuo ſit tuba, vt vociferetis, & dicas: quaſi aquila ſuper domum dñi, Regem venire Chaldæorum) nõ aliam ob cauſam iubeo, niſi transgreſſi ſunt fœdus meum, & meas ceremonias reliquerunt. Vnde tẽpore neceſſitatis & anguſtiæ, quando captiuitas venerit me inuocabunt, & dicent: Deus meus cognouimus te Iſrael: nos qui appellamur Iſrael, ſcimus te, atque cognoſcimus, & nomen Iacob qui tibi placuit, ſeruamus antiquum, vt dicamur Iſrael. Quibus reſpondit dominus: Quomodo vocamini Iſrael, cum Iſrael proiecerit bonum, id eſt, dominũ ſuum à quo appellatus eſt Iſrael? Idcirco quia Iſrael proiecit bonum, inimicus, hoc eſt, Aſſyrius, perſequetur eum, atq; comprehendet: qui me rege deſerto, petierunt ſibi re- 1. Reg. 18. gem, ſicut & gentes reliquæ, & fecerunt contra voluntatẽ Dei. Deniq; & Samuel ideo eis dura regis exponit imperia, & filios eorum ac filias dicit regibus ſeruituras, vt ad dominum regem clementiſſimum conuertantur. Sed illi abſq; voluntate Dei principes extiterunt. Et non eis ſuffecit hoc ſcelus, niſi maiori impietate facinus duplicarẽt, vt argentum ſuum & aurum, quod acceperant ad diuitias, & ornatum, in idola verterent. Ergo Saul non ex voluntate Dei, ſed ex populi errore rex factus eſt. Et quia radicem pietatis nõ habuit, ſtatim vt regnare cœpit, impietate ſucenſus eſt. Poteſt hoc quod dicit:

b ¶ *Ipſi regnauerunt, & nõ ex me: principes, &c.*] Etiam de Hieroboam accipi filio Nabath, & de ceteris principibus, qui ei in imperio ſucceſſerunt. Nec ſtatim, quia Deus Salomoni iratus eſt, regnum eius diuidi voluit, & idcirco Iſrael

C bene ſuſcepit regem. Debuerat n. iuxta legis præcepta interogare dñm, an vellet hoc fieri. Nam & de Saluatore dicitur: oporteat quidem tradi filium hominis, ſed væ illi Matt. 16. b per quem tradẽdus ſit. Diabolum, qui ponere cupit ſupra aſtra cœli nidum ſuum, aquilam ſępiſſime legimus: *Si ex-* Abdiæ 1. b *altat⁹ fueris vt aquila, inde detrahã te dicit dominus.* Prou. 30. Sec. 70. Ocul⁹ quoq; *qui irridet patrem, & deſpicit ſenectutẽ matris, effodiatur àc ruis, & deuorẽt eum pulli aquilarum*: per diabolũ ac dæmones, clarum viſionis ſuę lumen amit- Leuit. 11. b tẽs. Vnde in lege p̃cipitur, vt non comedamus aquilã. Hęc igitur aquila venit ſuper hæreticorum conciliabula, quæ quondã fuerant domus dñi, & idcirco venit, quia p̃uaricati ſunt fœdus eius, & legẽ Dei reliquerunt, & ſine cauſa inuocant eum, & dicunt: Deus meus es, & cognouim⁹ te: nos qui vocamur Iſrael, cernẽtes Deum, & vocamur nomine Chriſtiano. Fruſtra, inquit, hæc faciũt, cum ipſi ſibi reges conſtituerint, & contra meã fecerint voluntatẽ, & principes habeãt aduerſarios meos: quos ego neſcio, quia mei notitiã non merentur. Argentũ quoq; ſuum & aurũ, & quidquid habere poterant naturaliter, ſermones ac ſenſus, verterũt in idola, quę de ſuo corde finxerunt, & verterunt, nõ vt interirent, ſed quia verterunt, ideo interierunt. Neq; D enim hac ratione fecerunt, vt perirent: ſed quia fecerunt, idcirco interierunt.

c ¶ *Proiectus eſt vitulus tuus Samaria, &c.*] In eo loco, in quo nos poſuimus, aranearum telas, in Hebraico ſcriptum eſt [b] שבבים per [c] penultimam literam: non vt quidam falſe putant [d] שובבים, i. e. per [e] ו: quod Lxx. & Theodotio, πλανῶν interpretati ſunt, id eſt, ſeducẽs atq; decipiens: Aquila: errantib. ſiue conuerſis: Symmachus, inconſtans vel inſtabile, id eſt, ἀκατάστατος Quinta editio ῥεμβόμενος vagus & fluctuans. Nos ab Hebræo didicimus [f] שבבים proprie nominare aranearum fila per aerem volantia: quę dum videntur, intereunt, & in atomos, atq; in nihilum diſſoluuntur. Et recte his Samariæ vitulus comparatur: quẽ eo tempore p̃ pretij magnitudine, quia aureus erat, populus adorabat. Hoc quod ſupra dixerat: *Argentum ſuum, & aurum ſuum fecerunt ſibi idola, vt interiren*: nũc exponit manifeſtius: *Proiectus eſt vitulus Samariæ: iratus eſt furor meus in eos*: vel in vitulos. quia duos fecerãt, vel in Samariæ habitatores, qui eos adorabant. Porro quod in Lxx. legimus: *Proiice vitulũ tuum Samaria*: cohortatur habitatores eius, non vnius vrbis, ſed omnium decem tribuum, quæ appellantur Samaria (alioquin in vrbe Samaria vituli non erant: ſed in Dan & in Bethel) vt p̃iiciat vitulos, ſuper quos iratus eſt Deus: ſiue ἀποτριψάτω id eſt, defricet: vt quos multo tempore coluerat, paulatim defricet & emundet. Illisq; non audientibus conuertitur ad alios, & quaſi ad tertiam perſonam loquitur: *Vſquequo non poterunt emundari?* Quæ iſta, inquit, inſania eſt; me dante locum pœnitentiæ, illos ad ſanitatem nolle conuerti? Et quia dixerat: *Proiice vitulũ tuum Samaria*: exponit qui iſte ſit vitulus, quia ex Iſrael & ipſe eſt: nõ ab aliis, ait, vitulum à gẽtib. accepiſtis vt Baal, & Aſtaroth 4. Reg. 23. b à Sidoniis, vt Chamos à Moabitis, vt Moloch ab Ammonitis: ſed vos ipſi & rex veſter Hieroboam, in Ægypto didiceratis, feciſtis in Iſrael: Aut qualis ille eſt Deus, qui manu formatur artificis? Deniq; vt aranearum fila diſſoluuntur in ventum, ita vitulus Samarię redigetur in nihilũ. שבבים Proiicit dominus hæreticorum vitulos, & Samariæ, qui ſe dicunt



E dicũt legis præcepta ſeruare. Qui vituli hærẽt humo, operãtur in terra, nõ ſpiritu, nec oculos ad cœlũ leuãt: & idcirco irat⁹ eſt furor dñi ſuper eos, & miratur q̃ ſit tãta peruerſitas, vt nolint relinquere idola, q̃ ſibi fabricati ſunt, & ament ſordes hæreticas pro Eccleſiæ munditijs. Quos vitulos: nõ accepit Iſrael (qui dñum videre ſe fingit) à cæteris gentibus: ſed de ſcripturis ſanctis ſibi ipſe conflauit intelligentiæ prauitatem, & artifex eſt Dei ſui: qui cito peribit, & araneorum telas imitabitur, quæ leui rumpuntur attactu.

a ¶ *Quia ventũ ſeminabũt, &c.*] Aranearũ telis Samariæ vitulũ cõparat: idcirco metaphorã ſeruat in reliquis: vt quos aranearũ telas dixerat, cõparet vẽto, & turbini, culmiſq; nõ ſtãtib. & ſi ſteterint, farinã non habentibus, & ſi farinam inquit, fecerint, ab alijs deuorabitur. Et quia tam de hæreticis, q̃ de his, qui in Samaria fabricati ſunt idola, cõmunis eſt ſenſus, cõmuniter diſputãdum eſt. Iſti ventum ſeminãt, ſiue ἀνεμόφθορα, q̃ à vento corrupta ſunt ſemina: q̃ medullã non habent, q̃ Græci ἐν πεσώσιν vocãt, & idcirco vacua ſeminantes, inania vacuaq; re- Gal. 6. b cipiunt: imo *ſeminantes in carne, de carne metunt corruptionem,* Epheſ. 4. c *& circumferũtur omni vento doctrinæ.* Cumq; ventũ ſemina- F uerint, metunt turbines & tẽpeſtates: & primum quidem culmus, hoc eſt ſtipula non erit ex his ſeminibus, nec aliquam poterunt ſpeciem ſegetis habere fœcundæ. Quod ſi raro acciderit, vt Eccleſiaſtici quid dogmatis ſimile habere videantur, ipſum germen & ſpica farinam non faciet. In cuius farinæ ſatis tribus mittit fermentũ Euangelica mulier: vt ſpiritus quo ſentimus, & anima qua viuimus, & corpus quo incedimus, in vnum ſanctum ſpiritum re- Matt. 13. c Act. 17. f digantur, iuxta Apoſtolum: *In ipſo viuimus, mouemur, & ſumus.* Quod ſi raro acciderit hæreticis, vt farinam quoque Sup. 7. ſementis eorum faciat, de hac farina fiet ſubcinericius panis, qui non reſeruatur, & quem alieni comedent. Vnde & Pſal. 19. g nunc ait: quod & ſi fecerint farinam, alieni comedent eam. Alienos a. illos debemus accipere, de quibus ſcriptũ eſt: *Filij alieni mentiti ſunt mihi.* Et in octauo decimo pſalmo: *Ab occultis meis munda me domine, & ab alienis parce ſeruo tuo.* Qui ſi iuſto viro non fuerint dominati: tunc immaculatus erit, & mundabitur à delicto maximo.

בכלי b ¶ *Deuoratus eſt Iſrael: quaſi vas immundum.*] Lxx. pro im- אין חפץ mundo inutile trãſtulerunt. Immundum vas ſiue inutile, בו Hebræi matulã vocant: quo ad ſuſcipienda, & proijcienda σκεῦος ἀχρεῖον. ſtercora vti ſolemus. Huic immunditiæ idololatras & hæreticos comparat, qui miſcentur gentibus, dum Dei non cuſtodiunt veritatem, & facti vas in honorem, conuerſi ſunt in vaſa contumeliæ. Quid enim immundius dæmonico ſpiritu, & hæreticorum dogmatibus, quæ eos ethnicis miſcuerunt? Talis erat Iechonias idolis mancipatus, Hier. 22. g 2. Cor. 13. a de quo per Hieremiam loquitur Deus: *In honoratus eſt Iechonias, ſicut vas cuius nulla eſt vtilitas.* E contrario Paulus Act. 9. c qui dicere poterat: *An experimentum quæritis qui in me loquitur Chriſtus?* appellatur vas electionis aureum, & argen- בכלע teum: quia habebat ſapientiam, & eloquiũ, quo Chriſti Euangelium prædicabat. Quod aũt dicit deuoratus eſt vel abſorptus: hoc ſignificat, quod mixtus idolis, & nationibus, proprium Iſraelis & Chriſtiani nomen amiſerit.

c ¶ *Quia ipſi aſcenderunt ad Aſſur, &c.*] Deuorat⁹ eſt, inquit, Iſrael, & factus eſt tanquam vas inutile, ſiue immundum: de quo non ſuperſit teſta, in qua hauriri poſſit aqua, aut

G modicũ quid igniculi. Et quia factus eſt vas immundum: Eſai 30. a ideo aſcenderunt in Aſſyrios imitãtes onagrum ſolitariũ: nequaq̃ oues paſti à dño, ſed malè abutentes libertae ſua, & educti in captiuitatem: quos propheta plangit & dicit: Ephraim munera dederunt Aſſyrijs, & conduxerunt mercede amatores ſuos, de quib. ſcribit Ezechiel: Ezech. 16. d *Omnibus meretricib. dantur mercedes: tu autẽ dediſti mercedes amatorib. tuis, & è cõtrario factũ eſt in te.* Cumq; dederint dona gentib. & mercede ad auxiliandum ſibi cõduxerint nationes, cõgregabuntur ad pugnã, & victi pariter abducentur. Et quia amãt offerre aduerſarijs munera, ideo paulliſp beneficiũ conſequetur: vt non ſoluant ſtipendia regi, & principibus donec perueniãt in Aſſyrios: vbi nequaquã tributa, & ſtipendia dabunt vt liberi, ſed redigentur in vltimam ſeruitutem. De hæreticis non ambigimus: quin iuxta errorem mẽtis ſuæ euntes ad Aſſyrios, aſcendere ſe putent, & nõ deſcendere. Vnde dicitur ad eos per Eſaiam: Eſaiæ 22. a Sec. 70. *Quid factum eſt tibi nũc, quia aſcendiſtis oẽs in tecta vana?* Eſaiæ 10. c Sec. 70. quorũ Aſſyriorum prĩceps, eſt ſenſus magnus. Vnde in ſemetipſo germinauit Ephraim, præſumptione ſui æſtimans ſe creuiſſe. Siue onager factus eſt ſolitarius, vt nõ Eccleſiæ conſita, ſed diaboli deſerta penetraret. Amauit H munera pro errore ſuo: ipſi ſibi præmia repromittens, ſiue turpis lucri gratia omnia faciens. Vel certè dedit amatoribus ſuis dæmonibus munera atque mercedes: & cũ hoc fecerit, tradetur gentibus. Sicut .n. nationes corporalia ſimulacra venerantur, ſic iſti idola deos putant, quæ de ſuo corde finxerunt, & ideo reputabuntur in numero nationum. Sin autem, inquit, nunc & in præſenti ſæculo egerint pœnitentiam, & ſuſceperint eos: ceſſabunt paruum ſuper ſe regem cõſtituere, & principes eius. Vt intelligamus paruum regem diabolum, ad diſtinctionem magni regis, qui ſocietatem cum Belial habere non poteſt: ſed ſtãtim vt receptus fuerit, de corde credentiũ fugat paruum regem, & principes eius. Iuxta Hebraicũ autem: congregabuntur in Eccleſia Dei, qui fuerant antea diſperſi, & mercede ſibi conduxerant nationes, & quieſcent ab onere regis. (Super quo Apoſtolus ſciſſos ab Eccleſia increpat dicens: *ſine nobis regnatis: atque vtinam regnetis*) & à principibus, quos habent 1. Cor. 4. b in ſynagogis diaboli conſtitutos.

d ¶ *Quia multiplicauit Ephraim, &c.*] Ducti, ait, in captiuitatẽ, ceſſabũt pauliſper ab onere regis & principis: Et hoc patientur, quia Ephraim princeps eorum multiplicauit altaria: non in quibus immolaret domino, ſed in quibus peccatis peccata coniungeret: quæ altaria, id eſt, aræ, vertuntur ei in delictum, vt quanto plura fuerint, tanto illius ſcelera multiplicentur. Deinde vt ſupra dixerat: *Quid faciam tibi Ephraim, quid faciam tibi Iuda?* velut ambigens & requirens: quo medicamine ſanaret infirmum, & quibus conſiliis peccantem retraheret ad ſalutem.

e ¶ *Scribã, inquit, ei rurſus leges, &c.*] Quas prius dederã per Moyſen. Sed quid prodeſt vltra alias ſcribere, cum contempſerit eas quas ante ſuſcepit? An non contẽptus Dei eſt, quando me iubente, vt vnum in Hieruſalem eſſet altare, per omnes montes & colles idola fabricati ſunt, quibus irritarent dominum? Altaria quoq; idcirco fecerunt, non vt mihi placerent, ſed vt multis hoſtijs immolatis carnes earum comederent, iuxta illud quod Dominus loquitur in Euangelio: *Amen amen dico vobis: quæritis me, non* Ioan. 6. a

A *quia vidiſtis ſigna, ſed quia mãducaſtis de panib⁹, & ſaturati eſtis.*
Ioann.6.c. Omne.n.ſtudiũ victimarum in eo habẽt, vt deuorent hoſtias, non vt per eas placeant Deo: nec ſuſcipiet eas dominus, quas non illi, ſed ſuo ventri immolauerunt & gutturi. Vnũ aũt eſſe altare in Eccleſia, & vnã fidem & vnũ baptiſ-
Epheſ.4. ma, Apoſtolus docet: ꝙ hæretici deſerentes, multa ſibi altaria fabricati ſunt: non ad placandum Deum, ſed in delictorũ multitudinẽ: ꝓpterea leges Dei accipere nõ merẽtur, cum eas quas acceperant ante, contempſerint. Et ſi ꝙ dixerint de ſcripturis; nequaquã diuinis verbis, ſed ethnicorũ ſenſib. comparandũ eſt. Iſti multas immolant hoſtias, & comedũt carnes earũ: vnã Chriſti hoſtiã deſerentes, nec comedentes eius carnẽ, cuius caro cib. credentiũ eſt. Quid-
Ioan 6.f quid fecerint, ſacrificiorũ ordinẽ ritũq; ſimulãtes, ſiue dederint eleemoſynã, ſiue pudicitiã repromittãt, ſiue humilitatem ſimulẽt, fictiſq; blanditijs ſimplices quoſque decipiãt: nihil de huiuſmodi ſacrificijs dominus ſuſcipiet.

a ❡ *Nunc recordabitur, &c.*] Inter ἀνομίαν, i. e. iniquitatem & peccatum, hoc intereſt: ꝙ iniquitas ante legẽ, peccatũ poſt legẽ eſt: & qui permanent in delictis, iniquitates eorũ dominus recordabitur, quas ante legẽ cõmiſerant: peccatorum aũt nõ recordabitur, ſed
B faciet vltionem. Ideo a. & veterũ iniquitatum recordabitur, & peccata priſtina viſitabit: quia in Ægyptum ſunt reuerſi, vel auxilia poſtulantes, vel eoſdem colentes Deos, in quib. prius errauerãt, ἄπαξ & μικρῶν. Oblitus eſt.n. Iſrael factoris ſui, & ædificauit delubra in excelſis: totos colles, & montes, & vmbroſas arbores Baal & Aſtaroth, & alijs idolis cõſecrãs. Iudas quoq; intelligens Iſraelẽ de Dei amore receſſiſſe, & viſitata eorũ peccata eſſe, non eſt cõuerſus ad dominum, ſed in vrbiũ munitione cõfiſus eſt: quas dominus deſtructurũ eſſe ſe dicit, & vſq; ad fundamentũ illius voraturũ. Illius, haud dubium, quin Iudam ſignificet, licet quidam fundamenta earũ, i.e. vrbium pro illius legant. Secundum a. anagogen, iniquitates, id eſt, ἀνομίαι & ἀδικίαι vocantur, quas ante baptiſmum cõmiſimus, & quæ nobis in baptiſmate ſunt dimiſſæ. Peccata autem, quæ poſt baptiſmum egimus, de quibus & in pſalmo ſcriptum eſt: *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, &*
Pſal. 31 a *quorum tecta ſunt peccata.* Quæ omnia imputabuntur hæreticis: vt & veteres iniquitates, & noua eis peccata reddantur. Qui enim de Ægypto exierunt per confeſſionem Chriſti, perfidia in Ægyptum ſunt reuerſi. *Oblitus eſt Iſrael factoris ſui,* & creatore contempto alium ſibi finxit dominum. Iudas quoque, id eſt, vir Eccleſiaſticus, in malis operibus, vel in ſanctarum ſcripturarum interpretatione peruerſa, ædificauit ſibi vrbes munitas: non auxilio Dei, ſed artifici mendacio: quas dominus igne ſui ſpiritus ſuccenſurum eſſe ſe dicit: & deuoraturum βάρεις eius, id eſt, magnas & in modum turrium ædificatas domos, & fundamenta male poſita ſubuerſurum, ne poſſint ſacrilega contra Deum delubra conſtruere. Quidam vrbes à Iuda munitas in bonam partem accipiunt, & illud quod huic ſenſui cõtrarium videbatur. Immittam ignẽ in ciuitates eius,

HEB.

reputatæ ſunt. Hoſtias offerent, immolabunt carnes, & comedẽt, & Dominus nõ ſuſcipiet eas. [a] Nunc recordabitur iniquitates eorum, & viſitabit peccata eorum. Ipſi in Ægyptum conuertentur. Et oblitus eſt Iſrael factoris ſui, & ædificauit delubra, & Iudas multiplicauit vrbes munitas: & mittam ignem in ciuitates eius, & deuorabit ædes illius.

CAP. IX.

HEB.

NOli lætari Iſrael, noli exultare ſicut populi: quia fornicatus es à Deo tuo, dilexiſti mercedem ſuper omnes areas tritici: Area & torcular non paſcet eos, & vinum mentietur eis. [b] Non habitabunt in terra domini: reuerſus eſt Ephraim in Ægyptum, & in Aſſyrijs pollutum comedit. Non libabunt domino vinum, & nõ placebunt ei: ſacrificia eorum, quaſi panis lugẽtiũ: omnes qui comedunt

SEPT.

*ſunt altaria. Quia ſi immolauerint hoſtias, & comederint carnes, dominus non ſuſcipiet eas. Nunc recordabitur iniquitates eorum, & vlciſcetur iniuſtitias eorum. Ipſi in Ægyptum conuerſi ſunt. Et oblitus eſt Iſrael eum qui fecit illum, & ædificauerunt delubra, & Iudas multiplicauit vrbes munitas: & emittam ignem in ciuitates eius, & deuorabit fundamenta eius.*

CAP. IX.

SEPT.

*NOli gaudere Iſrael & noli lætari ſicut populi: quia fornicatus es à Deo tuo, dilexiſti munera ſuper omnem aream tritici: Area & torcular non cognouit eos, & vinum mentitum eſt illis. Non habitauerunt in terra domini: habitauit Ephraim in Ægypto, & in Aſſyriis immundum comedit. Non libauerunt domino vinum, nec placuerunt ei: ſacrificia eorum quaſi panis luctus eius: omnes qui manducauerint ea*

& deuorabit ædes illius: ita temperare nituntur, vt poſtquã C
venerit quod perfectũ eſt, id quod ex parte eſt deſtruatur. 1.Cor 13.b
Quod iuxta Lxx. interpretes legimus, & in Aſſyrijs imunda comederũt: in Hebraico non habetur, & idcirco obelo prænotandũ eſt. Poſſumus aũt dicere ꝙ deſiderãtes Ægyptum Iſraelitæ capti ab Aſſyrijs, ibi imunda comederint,
iuxta Ezechielem: qui eos in Chaldæa idolothyta comediſſe deſcribit, & in tãtũ idolorũ polluta ſordibus, vt humano ſtercori comparentur. Hæretici quoq; quorũ principes ſunt Aſſyrij, de quibus crebro diximus, comedunt apud eos immunda, dum illorũ ſordibus inquinantur. Ezech 4.c

CAP. IX.

NOli lætari Iſrael, &c.] Qui à Deo receſſerunt, cum in profundũ venerint peccatorũ, & deſperauerint ſalutẽ ſuam, vniuerſa contemnent. Prouer.18.a
Deniq; & Iſrael recedens à lege Dei, & colens idola, ex multis gentibus, vnam gentẽ eſſe ſe dicit: gaudens & gratulans ꝙ à Dei notitia receſſerit, & ſit gens miſta cum cæteris, & propterea nũc corripit eos & dicit: Ne gaudeas, ne læteris, nec putes te talẽ eſſe, vt ſunt cæteræ nationes. Aliter.n. neſciens Deũ, aliter punitur recedẽs à Deo: quia *ſeruus qui ſcit voluntatẽ domini ſui, & nõ facit eã; vapulabit multis,* Luc.12 f
D Mercedẽ fornicationis tuæ, areas multas & torcularia reputaſti, vt rerum oĩum abundantia fruereris: ideo area & torcular, triticum, vinũq; nõ facient, & mentietur eis torcular, ſiue negabit vinũ ſuum quo ſe inebriandos putabãt. Legimus ſub Achab, rege Iſrael, & Helia propheta famẽ grauiſſimã fuiſſe in Samaria, 4.Reg 6.f
ita vt matres filiorũ ſuorum cadaueribus veſcerentur. Eo tempore iuxta litteram, area & torcular non pauit eos, & vinum mentitum eſt eis, & in egeſtate tabuerunt. Dicitur ad hæreticos, ne exultent atque lætentur, & putent ſe ceterarum ſimiles nationum. Illæ.n. non crediderunt in Deum: iſti vero ſub nomine Dei idola colunt, & fornicantur à Deo ſuo, & plures ſibi areas, & torcularia infinita multiplicant, & comedunt triticum, de quo efficitur panis luctus, & bibunt vinũ Sodomorũ, quod Deut.32.c
cum aſpidum felle calcatur. Et quia ſibi plura torcularia, & multas areas præpararũt, idcirco de vera & de vna area, & de torculari, quod calcauit dominus Ieſus, non veſcẽtur, & non bibent: ſed quodcumq; ſe habere putauerint, mendacio deprauabitur. Eſa 63.a

c ❡ *Non habitabunt in terra Domini, &c.*] Non ſolum area, & torcular non pauit eos, & vinũ mentitũ eſt in terra Iſrael: qſi per triennium, & menſes ſex cuncta perierunt: ſed & ipſi habitatores recedent de terra dñi, & ducentur in terram alienam: ne habitent in terra ſancta, quam ſuis fornicationib. polluerunt. Reuerſus eſt, inquit, Ephraim in Ægyptum, & in Aſſyrijs pollutũ comedit. De hoc loco quidã ſupra addiderunt, *& in Aſſyriis pollutũ comedit:* ꝙ in Hebraico non habetur, de quo iam diximus. Cum autem fuerint Sup.8. inf.
in Chaldæa abſque templo & abſq; altari, non libabunt domino vinum, ſed dæmonibus, & non placebunt ei, qui libant dijs alienis; & qui in captiuitate retinentur, atq; in Aſſyrijs idolothyta comedunt, & quaſi panes lugentium ſunt.



E ſunt. Non eſt.n licitũ de ſacrificiis comedere lugentiũ, & ſi comederit, imundum fiet ꝙ licitè oblatum eſt. Lugentium cœnas Græci νεκρόδειπνα vocant: nos parentalia poſſumus dicere, ab eo ꝙ parentib. mortuis imolentur. Et non ſolũ qui obtulerit, ſed etiam qui comederit de huiuſmodi cibis imundus erit. Panis.n. eorũ, hoc eſt cibus quẽ offerunt non intrabit in domum dñi, q̃ deſtructa eſt, quę Babylonio igne ſuccenſa eſt, ſed erit animæ eorum: Et eſt ſenſus, ſuæ gulæ, & ſuæ prouidẽt voluptati. Cæterum mihi nõ placent polluta: Non habitabũt in terra domini, qui ab Eccleſia receſſerunt, & reuerſi ſunt mente in Ægyptũ, & Aſſyriorũ, i.e. dæmonũ comedũt ſacrificia, nec libãt domino vinũ, quo inebriati ſunt in luxuriã, & nõ placẽt ei, nec illa quæ offerũt, nec ipſi qui offerunt. Sacrificia hæreticorũ panis luctus eſt, & lachrymarũ: oĩa.n. q̃ faciunt, vertuntur in fletũ: Nec audire poterũt:
Matt.5.a *Beati lugentes, quoniã ipſi conſolabũtur,* ſed è cõtrario audiẽt:
Luc 6.b *Væ ridentib: quia ipſi lugebunt.* Quidquid offerunt non Deo, ſed mortuis offerunt, his videlicet qui ſceleratas hæreſes confinxerunt: & quicunq; de eorũ comederit victimis, cõtaminabitur. Cæci in foueam ducentur à cæcis. Quidquid
Matt.15.b fecerint, delitiarum cauſa faciunt, vt populum decipiant,
F & domus deuorent viduarũ. Panem luctus poſſumus dicere verba mortifera, quibus iniquitatẽ loquuntur contra dominum: qui panis nõ ingreditur in domum Dei: hæreticorum enim conciliabula, non domus Dei appellantur, ſed ſpeluncæ latronum.

a ❡ *Quid facietis in die ſolemni, &c.*] Cũ venerit, inquit, dies captiuitatis, & ſæuiſſim⁹ hoſtis ingruerit: q̃ mea ſolẽnitas eſt: quã ego placabilem habeo hoſtiã? quia me de meis hoſtibus vindicat, & iniuriæ ponit modum, & flagellat impios filios: quid igitur facietis in die feſtiuitatis domini? Reſpondete. Illiſq; tacẽtibus, ſibi ipſi reſpondet, imo quæ facturi ſint, diuinis oculis intuetur. Ecce, inquit, miſeria & vaſtitate ꝓmentibus, & Aſſyrio atq; Chaldæo captos ligare cupientib. ad Ægyptum confugerunt: Ibi Memphis ſepeliet eos, q̃ eo tempore erat metropolis Ægypti, antequã
a No Alexandria, quæ prius appellabatur a נא ab Alexandro Macedone, & magnitudinem vrbis, & nomen acciperet. Quod aũt in Lxx. dicitur, ſepeliet eos Machmas: in He-
b mahmad braeo nõ habetur: ſed b מחמד ꝙ appellant deſiderabile. Ex
c daleth quo perſpicuũ eſt falſos eos eſſe ſimilitudine literarũ ד c &
d res d ר: & pro Machmad, ꝙ oẽs deſiderabile tranſtulerũt, putaſſe Machmas Ægypti ciuitatẽ. Poſſumus hoc ꝙ dicitur: ecce.n. profecti ſunt à vaſtitate, Ægyptus congregabit eos, Mẽphis ſepeliet eos, & de tribu Iuda accipere: quando in-
4.Reg 25.g terfecto Godolia Iſmahele; quem Nabuchodonoſor terrę ꝓpoſuerat: reliquiæ populi cum Hieremia propheta ad Ægyptũ transfugerunt, & ibi perſequentib. poſtea Chaldæis, vel captæ ſunt, vel ſepultæ. Deſiderabile autem argentum eorum, quod vrtica poſſedit, villas & omnia ornamenta villarum intelligimus, q̃ pretio emuntur argenti. Quodq; ſequitur, lappa in tabernaculis eorum, longam ſignificat vaſtitatẽ, vt vbi quondam domus erant, ibi lappæ, & vrticę naſcantur, ac ſpinæ. Dicitur & ad hæreticos: Cum dies ſolemnis aduenerit, quid facturi eſtis? Pro die ſolemni, Aquila interpretatus eſt, tempus. Ex quo manifeſtum eſt;

HEB.

dũt illum contaminabuntur: quia panis eorũ, animæ ipſorum, nõ intrabit in domũ domini. [a] Quid facietis in die ſolẽni, in die feſtiuitatis domini? Ecce.n. profecti ſunt à vaſtitate: Ægyptus congregabit eos, Memphis ſepeliet eos: deſiderabile argẽtũ eorũ, vrtica hæreditabit: lappa in tabernaculis eorũ. [b] Venerunt dies viſitationis, venerũt dies retributionis. Scitote Iſrael ſtultum prophetam inſanũ virum ſpiritualẽ, propter multitudinem iniquitatis tuæ, & multitudinem amentiæ. [c] Speculator Ephraim, cum Deo meo propheta: laqueus ruinę ſuper omnes vias eius: inſania in domo Dei eius.

Profunde peccauerũt. ſicut in diebus Gabaa: recordabitur iniquitatis eorum, & viſitabit peccata

SEPT.

*ea contaminabuntur: quia panes animarum eorum, non intrabunt in domum domini. Quid facietis in die conuentus, & in die ſolemnitatis domini? Ideo ecce ibunt de miſeria Ægypti: & ſuſcipiet eos Memphis, & ſepeliet eos Machmas: argentum eorum interitus poſſidebit: Spinæ in tabernaculis eorum. Venerunt dies vltionis: venerunt dies retributionis tuæ. Et affligetur Iſrael ſicut propheta inſaniens, homo qui habebat Spiritum: propter multitudinem iniquitatũ tuarum multiplicata eſt amentia tua. Speculator Ephraim cum Deo Propheta laqueus tortuoſus ſuper omnes vias eius: inſaniam in domo Dei confinxerunt, corrupti ſunt ſecundum dies collis. Recordabitur iniquitates eorum, vlciſcetur ſuper peccata*

non feſtum diẽ ſonare, ſed tempus retributionis: ſtatim.n. G
ſequitur: Venerunt dies vltionis, venerũt dies retributionis tuæ. Ecce vaſtati eſtis à multis hoſtib⁹: Aſſyrij vos Chaldæiq; iugularunt: fugiſtis ad ſeculum, & cæteris eſtis nationib. cõparati. ibi vos Memphis ſepeliet: ꝙ interpretatur פה
ex ore, & eſt ſenſus: iuxta veſtras blaſphemias recipietis; & ꝙ locuti eſtis, in ſupplicijs ſentietis: deſiderabilia, h. e. dogmata q̃ vobis artifici cõpoſueratis eloquio (ꝙ interpretatur argentũ) poſſidebit vrtica, q̃ vos æterno ardore cõſumet, & erit lappa vel ſpi- חוח
na in tabernaculis veſtris: ſpinæ quippe oriẽtur in manib. Prou 26.b
eorũ, qui inebriati ſunt calice Babylonio. Et in Euangelio Matt.13.b
legimus: turpes cogitationes, & curas huius mundi, & inhærentia vitia, ſpinas appellari, quæ ſurgentia in herbis frumenta ſuffocent.

b ❡ *Venerũt dies viſitationis, venerunt dies retributionis, &c.* Et in hoc loco error eſt ſolitus: vbi.n. nos interpretati ſum⁹: ſcitote Iſrael: h. e. Iſraelitæ, & in Hebraico legitur e ידעו: e iedeou
Lxx. trãſtulerũt καὶ κακωθήσεται: ירעו
i.e. & affligetur: f literam g ר f iod
putãtes, & pro h, legẽtes i ו: g daleth
quorũ alterũ ſcientiã, alterũ h vau
afflictionẽ vel malitiã ſonat. i res
Venerunt dies igitur viſitationis, de quib. ſupra dixerat: Quid facietis in die ſolẽni, & in die feſtiuitatis domini: venerũt dies retributionis. O Iſ- H
rael, nunc tua verba cognoſce: qui prophetã tibi vera dicentẽ, & prophetantẽ ſpiritu ſancto, ſtultũ inſanũ vocabas, iuxta illud ꝙ in Ramoth Galaad principes locuti ſunt ad
Iehu: *Quid venit ad te iſte veſanus?* Igitur propter multitu- 4.Reg 9.a
dinem iniquitatum tuarum, quibus in ſcelere diu debachatus es; non prophetam meum, ſed te inſanum eſſe co- משטמה
gnoſce: quia ad hoc laboraſti, vt mea verba calcares. Pro amentia, id eſt μανία: Aquila vertit ἐγκότησιν: quam nos vel iracundiam, vel memoriam doloris in latino poſſum⁹ dicere. Dies vltionis & retributionis, quidam interpretantur diem iudicij: quando affligetur Iſrael, qui nunc Deum ſe videre iactat, & non ſancto ſpiritu regitur, ſed dæmoniaco in partes varias circumfertur, neſciens quid loquatur, dicens Dei filium creaturam, ſanctum ſpiritum Deũ negans. Et rurſum alium Deum bonum, alium mundi aſſerens creatorem: quorum veſania multiplex eſt, quia & iniquitates fuẽre quamplurimæ. Quem nos ſtultum prophetam diximus, Lxx. Pſeudo prophetam interpretati ſũt.
Et (ne eadem ſæpè repetentes, videamur lectoris pru- אויל
dentiæ diffidere) breuiter admonemus quidquid de Iſrael, הנביא
& de Ephraim in hoc Propheta dicitur, ad hæreticos eſſe referendum: qui verè inſanientes, contra Deum loquuntur mendacia.

c ❡ *Speculator Ephraim, cum Deo meo Propheta: laqueus ruinę ſuper omnes vias eius: inſania in domo Dei eius, &c.*] Idcirco De⁹ princeps dedit, vt populum corriperent delinquentem, &
ad rectum iter retraherent. Vnde & ad Ezechielem loqui- Ezech.3.d
tur: *Speculatorem te dedi domui Iſrael:* Ergo Hieroboam quaſi ſpeculator datus in populo eſt, & quaſi Propheta cum Deo meo: hoc eſt, cum Deo qui hęc Oſee loquitur. At ille
(iuxta id quod ſupra ſcriptum eſt: *Laqueus facti eſtis ſpeculationi, & rete expãſum ſuper Thabor, & victimas declinaſtis in profundum*) etiam nunc populi Iſrael laqueus appellatur: eo Sup 5.a
quod oẽs in laqueo eius corruant: maximè cum inſaniã in domo

A ביתאל
domo Dei poſuerit, ſiue cōfinxerit (id eſt, in Bethel vitulū aureū fecerit: hoc.n. interpretatur domus Dei) & tam profunde in ſcelere peccauerit, ſicq; in impietatis baratrū ſit demerſus, vt vincat ſcelus, ꝙ quondā geſtum eſt in Gabaa, qn̄ vxorē leuitæ reuertentis de Bethlehē illicito necauere
Iud.19.f cōcubitu.

HEB.

peccata eorum. Quaſi vuas in deſerto inueni Iſrael: quaſi prima poma ficulneæ in cacumine eius vidi patres eorū. Ipſi autē intrauerunt ad Beelphegor, & abalienati ſunt in confuſionem, & facti ſunt abominabiles, ſicut ea quæ dilexerūt. [b] Ephraī quaſi auis auolauit: gloria eorum à partu & ab vtero, & à conceptu. Quod & ſi enutrierint filios ſuos, abſque liberis eos faciā in hominibus. Sed & væ eis cum receſſero ab eis. Ephraim, vt vidi, Tyrus erat fundata in pulchritu-

SEPT.

*peccata eorum. [a] Sicut vuam in deſerto inueni Iſrael, & ſicut ficum in arborem ficus, temporaneam, vidi patres eorum. Ipſi autem ingreſſi ſunt ad Beelphegor, & abalienati ſunt in confuſionem: & facti ſunt abominabiles ſicut dilecti. Ephraim quaſi auis auolauit: gloria eorum in partu: & in parturitionib. & cōceptu. Quia etiam ſi enutrierint filios ſuos; ſine filijs erunt in hominibus: quia & væ eis eſt: caro mea ex eis. Ephraim, ſicut vidi, in captionē præbuit filios ſuos, & Ephra-*

Poſſumus dies Gabaa & illud tempus accipere qn̄ pro Deo elegerunt ſibi regē de vrbe Gabaa, i.e. Saul. Et multo nunc eos dicit maiora peccaſſe, eligendo Hieroboā & adorando idola, quā eo tempore quo elegerunt Saul: hic.n. ſchiſmati etiā idololatria copulata eſt: ibi vero Dei cultus permāſit in populo: ideo recordabitur iniquitates eorū, qui nunc per patientiā putatur oblitus: & viſitabit peccata eorum, & vulnera quæ lōgo tempore cōputruerūt. Veteres ſcrutās hiſtorias, inuenire non poſſum ſcidiſſe Eccleſiā, & de domo domini populos ſeduxiſſe; præter eosq ſacerdotes à Deo poſiti fuerāt & ꝓphetæ, i.e. ſpeculatores: Iſti ergo vertuntur in laqueū tortuoſum, in omnib. locis ponentes ſcandalum: vt quicumq; per vias illorum ingreſſus fuerit, corruat, & in Chriſto ſtare non poſſit: varijſque abducatur erroribus, & ſemitis tortuoſis ad præcipitia deferatur. Hi ſunt ſpeculatores Ephraim, qui inſaniam in domo domini finxerunt: hoc eſt in Eccleſia, ſiue in ſcripturis ſanctis, peruerſe eas interpretantes: vel certè in vnoquoq; credentium, qui
B domus Dei rectiſſimè nominatur. Propterea corrupti ſunt,
Eſaia.22.a Sec.70. & interierunt iuxta dies collis, quando iniquitatem in excelſo locuti ſunt, & aſcenderunt in tecta vana. Recordabitur Deus iniquitatis eorum, per quam iniquè geſſerunt in proximum, educentes eum de Eccleſia, & viſitabit peccata
Pſal.139.b eorum, quibus in ſuas animas peccauerunt. Hoc eſt ꝙ in pſalmo legimus: *Iuxta ſemitam ſcandalū poſuerunt mihi.* Niſi
Ioan.14.a .n. quis Dei viderit ſemitam, i. e. Chriſti nomen audierit, non ingredietur per eam. Idcirco & hæretici ſub nomine Chriſti iuxta ſemitam ponunt laqueos, vt qui Chriſto calcare ſe credit (de quo legim⁹, quod ipſe ſit via) calcet & in eorum laqueis, qui inſaniam in domo Dei confinxerunt.

a ¶ *Sicut vuā in deſerto, &c.*] Pro quo in exemplaribus legimus, & facti ſunt dilecti, quaſi abominabiles: ꝙ magis cōgruit veritati. Cum oīs orbis eſſet deſertus, & Dei notitiā non haberet, inueni, ait, populum Iſrael quaſi vuam in ſolitudine, & quo modo eū inuenerit dicit: Sicut prima poma ficulneæ, in cacumine eius vidi patres eorū: Ergo in Abrahā, in Iſaac & Iacob inuentus eſt populus. Et nota proprietatē: parentes vidētur, populus inuenitur, & in vtroq; vinea eſt, & ficulnea, ſub quibus requieſcere dicitur qui
Num.25.a confidit in domino. Ipſi autē educti de Ægypto, fornicati ſunt cum Madianitis, & ingreſſi ſunt ad Beelphegor idolum Moabitarū: quem nos Priapum poſſumus appellare.
בעל-פעור Deniq; interpretatur Beelphegor, idolum, tentigines habens in ore, id eſt, in ſummitate pellem, vt turpitudinem mēbri virilis oſtenderet. Et quia intrauerunt ad Beelphegor, idcirco abalienati ſunt à Deo, & cōfuſioni ſuæ, id eſt, idolo mancipati: vt pp quod receſſerant à Deo, illud co-
2.Pet.2.d lerent, ſecundum ꝙ ſcriptum eſt: *A quo .n. quis ſuperatur, huius & ſeruus eſt*: vt ſicut gulæ ſeruientes, habent ventrem Deum, ita qui libidini deſeruiunt, habēt Deum Beelphe-
Philip.3.d Pſal.134.d gor. *Et facti ſunt*, inquit, *abominabiles, ſicut ea quæ dilexerunt:* iuxta illud quod ſcriptum eſt in pſalmis: Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis: vt non ſolū idololatræ, ſed idola nuncupentur. Dicente autem domi-
Eſaia 63 a Pſal.11.a no in paſſione ſua: *Torcular calcaui ſolus, & de gentibus non eſt vir mecum*, & in pſalmo: *Saluum me fac, domine, quoniam*

C
*defecit ſanctus*: Cum ꝑis mundus teneretur in peccato, & gētes ignorarent Deum, & Iſrael repuliſſet quē ante cognouerat primum in Apoſtolis, & in Apoſtolicis viris inuenit dn̄us Iſrael, populū Chriſtianum, & ſenſu videntē Deum, & dulciſſimis eorū ſatiatus eſt fructibus, vua & ficu: q̄ ſi in deſerto inueniātur, & necdū maturo tempore, ob raritatē maioris ſunt gratiæ. Ipſi aūt, hoc eſt Iſrael, q ſibi Chriſtianum nomen aſſumunt (neq; .n. de patrib. intelligendū eſt) intrauerūt ad idolū Beelphegor, ꝙ habet in ore pellem. Quidquid .n. loquitur hæreticus, mortiferū eſt, & à viuēte Dei ſermone ſeiūctū: Siue intrauerunt ad libidinē: difficile eſt, hæreticum reperire, qui diligat caſtitatem: non ꝙ eam ꝓferre deſiſtat in labijs; ſed ꝙ non ſeruet in conſcientia: aliud loquēs, & aliud faciens: vnde & abalienati ſunt à Deo, & habent gloriam in cōfuſionem ſuā, & facti ſunt abominabiles, qui prius diligebantur in patribus. Si autē voluerimus legere: facti ſunt abominales, ſicut dilecti (ꝙ tamen in Hebraico nō habetur) dicimus, ita factos eſſe gētiles, qui ſunt abominabiles; quomodo & hæreticos, qui prius diligebantur in patribus, hoc eſt, vt & hi, & illi pariter abominales ſint.

b ¶ *Ephraim quaſi auis auolauit: gloria eorū à partu & ab vtero, & à conceptu. Quod & ſi, &c.*] Multū in hoc loco inter ſe diſcordant interpretes. In eo .n. loco in quo nos diximus, væ eis cum receſſero ab eis, Lxx. & Theodotio tranſtulerunt, D
væ eis, caro mea ex eis: quærenſq; cauſam cur ſit tanta varietas, hāc mihi videor reperiſſe: Caro mea, lingua Hebræa dicitur: [k] בשרי. Rurſum ſi dicamus, receſſio mea; ſiue de- k beſari
clinatio mea, dicitur [l] בשורי. Lxx. igitur & Theodotio pro l beſouri
eo, quod eſt receſſio mea, & declinatio mea, verterūt, caro mea. Rurſum vbi nos poſuimus, Ephraim, vt vidi, Tyrus erat, Lxx. interpretati ſunt θήραν, i.e. venationē, ſiue capturā, Aquila & Symachus & Theodotio, petrā duriſſimā, i.e. ſilicem, q̄ lingua Hebraica appellatur [m] צר: ꝙ ſi legamus m ſur
[n] צור, Tyrus dicitur: Putantes aūt Lxx. interpretes ob lite- n Sor
rarum ſimilitudinē [o] ר & [p] ד, non eſſe [q] ר, ſed [r] ד: legerunt o res p daleth
[s] ציד, id eſt venationē ſiue capturam: vnde & [t] בית צידה do- q res r daleth
mus dicitur venatorum. Diuerſitatem interpretum diximus, reuertamur ad ſenſum: Ephraim, id eſt, decē tribus, s ſiod
quaſi auis auolauit in captiuitatem, & de ſuo receſſit loco. t beth ſaida
Auem autē appellauit, vt velocem in Babylonem tranſitum demonſtraret: Sin autē legerimus, quaſi auis auolauit gloria eorū: hoc dicimus ꝙ Dei ab eis receſſerit & auolauerit auxiliū. Quodq; ſequitur, à partu, & ab vtero, & à conceptu, dupliciter intelligi poteſt: vt gloria quæ auolauit ab Ephraim etiam à partu, & ab vtero, & conceptu eorum recedat, hoc eſt deſerat filios eorum, & poſteros derelinquat. Aut certè dicimus oēm gloriam Iſrael habuit in multitudine, & in eo ſe maiorem arbitratus eſt Iuda fratre ſuo; quia ipſe decem tribubus, ille duabus præfuit. Vnde dominus loquitur: ꝙ etiam ſi enutrierint filios, & liberorum multitudinem congregauerint, tradent neci, & tunc eis verum incumbat væ, cum ab eis receſſerit Deus. Et cōſequenter exponit, qualis quondam fuerit Ephraim, qui nunc deſertus eſt, tam pulcher, inquit, erat, & ſic Dei vallabatur auxilio, vt Tyrus mari cingitur: vel certè, vt ſcopulus duriſſimus: qui fixus in terra, omnes cōtemnit procellas, & de turbinibus ventiſq; non curat. Ipſe autem, id eſt, Ephraim ſiue Tyrus, quæ erat fundata in maris pulchritudine, educet ad captiuitatem filios ſuos. Multi hoc capitulū ad Azaelis tempora referunt, qui obſedit Sama- 4.Reg 13.
riā, & longo tempore afflixit fame; vt leuius arbitrentur obſeſſi



E
obſeſſi gladio perire q̃ inedia. Nos autē dicamus iuxta tropologiā: Ephraim, id eſt, hæreticos quaſi auem de Eccleſia receſſiſſe: & oēm habere gloriam in partu, & in conceptu, ſi multos genuerint filios: quos dominus comminatur, ſi enutriti fuerint, puniendos, & puniendos non ab alio quolibet, ſed ab ipſo domino, quoniā filios fornicationis generarint, & verum illis ſit væ, cū Deus receſſerit ab eis Simulq; replicat qualis fuerit Ephraī: quādo, inquit, in Eccleſia erat, ita ſæculi huius tentationib. quaſi Tyrus maris fluctib. tundebatur, & tamen nihil aduerſi poterat ſuſtinere, quia habebat fundamētū Chriſti: ſuper quo ædificata domus, euerti non pōt. Nūc autē filios ſuos educit ad interfectorē, h.e. ad diabolū. Et pulchrè dixit, eduxit, i.e. de Eccleſia facit exire foras: poſſumus filios Ephraī, cogitationes peſſimas dicere, & contraria dogmata veritati: quę interficit dominus ſpiritu oris ſui & eos tales liberos habere nō patitur, & æterno interitui derelinquit.

HEB.

chritudine: & Ephraī educet ad interfectorem filios ſuos.

SEPT.

*Ephraim vt educeret ad interfectionem filios ſuos.*

[b] Da eis domine: quid dabit eis? da eis vuluam ſine filijs & vbera arentia. [b] Omnes nequitiæ eorum in Galgal, quia ibi exoſos habui eos. [c] Propter malitiam adinuentionum eorum de domo mea eijciam eos. Non addam vt diligam eos: omnes principes eorum recedentes

HEB.

[d] Percuſſus eſt Ephraī: radix eorum exiccata eſt: fructum nequaquā facient. Quod & ſi genuerint, interficiam amantiſſima vteri eorū: Abijciet eos Deus meus, quia non audierunt eum, & erunt vagi in nationibus.

CAP.

SEPT.

*Doluit Ephraim radices ſuas: arefactus eſt fructum nequaquam affert. Quia & ſi genuerint, interficiam deſiderabilia vteri eorum. Repellet eos Deus, quia non audierunt eum, & erunt vagi in nationibus.*

CAP.

Quod autē in Lxx. legimus: Caro mea ex eis Ephraī, quo modo vidi, in venationē præbuit filios ſuos, ita intelligimus: Si Chriſtus caput eſt corporis, i.e. Eccleſiæ, oēs nos Chriſti & Eccleſiæ mēbra ſumus: qui ergo de Eccleſiā receſſerit, Chriſti corpus lacerat: igitur & Ephraim caro fuit, & membrū Domini Saluatoris. Sed in venationem ꝓbuit filios ſuos: in venationē autem eorū, de quibus ſcriptum
F Pſal.123.a eſt: *Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium.* Et eduxit de Eccleſia liberos ſuos, ad occaſionē ſiue ad vulnerandum: vt vulnerentur ab his qui mittunt ardentes ſagittas, vt percutiant pariter & exurant.

a ¶ *Da eis domine, &c.*] Si his, quæ Deus pro benedictione donauit, malè abutamur, & in contrariū quam ab eo data ſunt conuertantur: expedit vt auferantur à nobis. Denique lingua data eſt ad laudandū dominū Deum, & quæ bona ſunt eloquenda: ſi quis ea abutatur in blaſphemiam, con-
Pſal 30.e tra hunc pſalmiſta dominum deprecatur: *Muta fiant labia doloſa, quæ loquuntur aduerſus iuſtum iniquitatem, in ſuperbia & in abuſione.* Et in alio loco: *Diſperdat Dominus vniuerſa labia*
Ibid.11 a *doloſa, & linguam magniloquam* Quia igitur Ephraim gloriabatur in vtero, & in cōceptu, & in partu, & in populorum multitudine: propheta dominum deprecatur & dicit: Da eis domine, Sibique ipſe reſpondit: Quid dabis eis? & ſtatim infert: Da eis vuluam ſterilem, & vbera arentia, ne habeant cauſas ſuperbiæ, vt in quo ſibi gloriari ſolent, in eo confundātur. Quod & de magiſtris contrariorum dogmatum intelligi poſſe perſpicuum eſt, qui in populorum multitudine gloriantur, & in ijs liberis quos nutrierunt ad interitum, vt educerent eos de Eccleſia, & educerent ad interfectorē. Tot. n. diabolus iugulat, quot hæretici in errore genuerūt filios. De iſtiuſmodi anima dicitur: *Beata ſte-*
Sapien 3 c Sec. Græcū cod. *rilis immaculata, quæ non cognouit cubile in peccato*: Beatus eſt .n. vir Eccleſiaſticus, qui cōparatione hæretici in errore filios non procrearit. Et in alio loco legimus: *Melius eſt filios*
Sap.4.a & 3.d Sec. Græc. cod. *non habere cum virtute. Ex iniquo .n. concubitu ſemen peribit: cum longi fuerint temporis, reputabuntur in nihilum & ignobilis in nouiſſimis erit ſenectus eorum: Fœcunda enim impiorum multitudo ad nihilum eſt vtilis:* neq; enim exiſtimare debemus, ꝙ vuluā ſterilem, & vbera arentia corporaliter deprecatus ſit.
1.Reg.10. b ¶ *Omnes nequitiæ eorum in Galgal, &c.*] In Galgal Saul vnctus in regē eſt, Samuele iram Dei populo nunciante. Ibi, inquit, exoſos habui eos: & ſibi regem hoīem poſtulantes à meo imperio receſſerunt: Siue quia Galgal idololatriæ locus eſt, vbi omnia ſcelera commiſerunt. Verumquia Gal-
גלגל gal interpretatur reuelatio aut κυλισμοί, id eſt volutabra:

G
oēs malitias hæreticorum dicit eo tempore reuelandas, cū eis dederit Deus vuluam ſterilē, & vbera arentia, & viderint ignominiam ſuam. Et qui ſe iactabant per ſuperbiam, ꝙ ad excelſa conſcenderent, deuoluentur in terrā, ſiue ad inferos pertrahentur. Verè hæretici odio Dei digni ſunt, qui loquuntur contra dominum mendacium, de quibus dicit in conſequentibus.

c ¶ *Propter malitiā adinuentionū, &c.*] Et de hæreticis quidē non eſt dubiū, quin de domo Dei eiecti ſint, & non addat vt diligat eos, quādiu in errore permanſerint: oēſq; principes eorū recedentes à Deo ſunt, ſiue inobediētes, vt Valētinus, Marciō, & cæteri. Poſſumus principes hæreticorū dæmones dicere, qui verè à Deo receſſerunt, & appellantur principes, iuxta ꝙ dominus loquitur in Euangelio: *Venit princeps huius mundi, &*
*inuenit in me nihil.* Et Apoſtol⁹ Ioan.14.d Epheſ.6 b
aduerſus poteſtates, & principatus, & rectores tenebrarū iſtarum pugnare nos dicit. Quæritur aūt iuxta hiſtoriam quo modo de domo ſua eiecerit eos, i.e decē tribus, cum in domo Dei nō fuerint? Sed domum Dei vel terram ſanctā appellabimus, in quā intro ducti ſunt: vel falſum nomen Iſraelis: vel ꝙ ad eos, quaſi ad populū Dei mittebantur prophetæ: quod autē non addat, vt diligat eos, & oēs reges Iſrael à Deo fuerint recedētes, perſpicuū eſt: vſq; hodie .n. permanent in captiuitate.
Alij hoc quod ſcriptum eſt: *de domo mea eijciam eos*; ad re- H
gnū Iuda referri arbitrantur, quod & ipſi ducendi ſint in captiuitatem. Sed quo modo eis poterit adaptari: non addam vt diligā eos, cum poſtea Hieroſolymam ſint reducti: & omnes principes eorum recedentes: cum legerimus Dauid Aſa, Ioſaphat, Ezechiam, Ioſiam, reges fuiſſe iuſtos? Vnde ad Chriſti tempora tranſeundum eſt, quod in aduentu eius erecti ſint de domo Dei, & nequaquam ſaluentur vt Iſrael, ſed vt populus Chriſtianus. Vnde & dominus fecit ſibi flagellum de funiculis, & eiecit eos de templo:
quia domum patris eius fecerant domum negotiationis. Ioan.2.b

d ¶ *Percuſſus eſt Ephraim: radix eorū, &c.*] Metaphoram ſumit ab arbore: cuius ſi radices aruerint, fructum afferre nō poterit, & ſi paululum fecerit, ſtatim in ipſo flore ſiccabitur. Dicit autem de Ephraim; cuius radix aruit, quia Deū in quo fundatus erat perdidit: ſiue patres ſuos Abraham, Iſaac, & Iacob, in quibus radicē miſerat, habere non meruit, & propterea fructum iuſtitiæ non faciet: ꝙ & ſi fecerit interficiam, inquit, amantiſſima vteri eius, iuxta id ꝙ ſupra dixerat: ſi enutrierint filios ſuos, abſque liberis eos faciam in hominibus: vnde & abiecit eos Deus, & fecit ire captiuos, & erūt vagi in nationibus. Poſſumus hoc ipſum, & de omnibus Iudæis dicere: quorū quia principes à Deo receſſerunt, commouentes populū vt eum ad mortē expeterent: propterea eiecit eos de domo ſua, & nō addet, vltra diligat eos: Percuſſit radicem eorū & exiccauit, & fructū vltra nō facient: quod & ſi fecerint, & viſi fuerint ſcripturam ſanctam legemq; meditari, & quaſi amantiſſimos filios aliquid ſcientiæ atq; doctrinæ de ſuo corde protulerint, aduerſante domino ſuccidentur. Abiecit .n. eos Deus omnium prophetarum, quia non audierunt eum: & vagi erunt in nationibus, non habentes altare, non ſedem, non ciuitatem propriā. Vnde & Dauid loquitur in pſalmo: *Ne*
*occidas eos, ne quādo obliuiſcātur populi mei: diſperge illos in virtu-* Pſal.58.c
*te tua.* Et in alio loco: *Secundum multitudinem impietatum eo-* Pſal.5.a
*rum expelle eos, quoniam irritauerunt te domine.* De hac arbore etiam in Euangelio legimus: *Iam ſecuris ad radices arborū po-* Math.3.b
*ſita eſt. Omnis arbor quæ non facit fructum bonū, excidetur & in ignē mittetur.* Hæreticos fructus facere non poſſe virtutum, quia

A quia dñum perdiderunt (in quo iuxta Apoſtolum radicati eſſe debuerãt & fundati) nemo dubitet: ꝙ & ſi fecerint, & aliquos vteri ſui fœcunditate generarint, domino aduerſante morientur. Siue quia fructus eorũ, vniuerſa q̃ fingũt, & de ſuo corde generãt, areſient & peribunt, & erit cũctis perſpicuũ, ſiccã radicẽ fruges afferre nõ poſſe. Iſti abiiciẽt, imo abiecti ſunt à Deo, quia nõ audierũt eum dicentem: *Ne transferas terminos, quos poſuerũt patres tui.* Et idcirco vagi erunt in nationib. nũc ad has nũc ad illas ſentẽtias trãſeuntes: dũ non eis placet, ꝙ ſemel repererint, ſed ſemper vetera mutãt nouis, & ethnicorum imitantur errores.

Deut. 19. d

CAP. X.

HEB.

VItis frondoſa Iſrael, fructus adæquatus eſt ei: ſecũdũ multitudinem fructus ſui multiplicauit altaria: iuxta vbertatẽ terræ ſuæ exuberauit ſimulachris. [b] Diuiſum eſt cor eorum, nũc interibunt: ipſe confringet ſimulachra eorum, depopulabitur aras eorum. [c] Quia nunc dicent, non eſt rex nobis, non enim timemus dominum, & rex quid faciet nobis? loquimini verba viſionis inutilis, & ferietis fœdus, & germinabit quaſi amaritudo iudicium ſuper ſulcos agri.

CAP. X.

SEPT.

*VItis frõdoſa Iſrael, fructus abundans in ea: ſecundum multitudinem fructuum ſuorum multiplicauit altaria: iuxta bona terræ eorum ædificabunt titulos. Diuiſerunt corda ſua, nunc peribunt: ipſe ſuffodiet altaria eorum, affligentur tituli eorum: Propterea nunc dicent, non eſt rex nobis: quia non timuimus dominum, rex autem quid faciet nobis? loquens verba, occaſiones mendaces: diſponet teſtamentum, orietur ſicut gramen iudicium ſuper deſertum agri.*

CAPVT X.

כפן בגבקק VItis frondoſa Iſrael, &c.] Pro vite frõdoſa, Aquila interpretatus eſt, ἔνυδρον, q̃ nos aquoſam vel ἔξοινον, poſſumꝰ dicere, eo ꝙ vini ꝓdat ſaporẽ: Sym̃achus ὁλομανοῦσαι, q̃ tota in frondib. creuerit. Vites, quæ putatæ à vinitore nõ fuerint, in flagella, frondeſq; luxuriant, & humorem quẽ debuerãt in vina mutare, vana frondiũ & foliorũ ambitione diſperdunt. Iſtiuſmodi vitis dãnoſa eſt agricolis. Talis fuit Iſrael, creſcẽs in multitudine populorum, & non reddẽs fructus agricolæ Deo. Dicamus & aliter. *Vitis frondoſa*, ſiue iuxta Lxx. εὐκληματοῦσα, id eſt, bonas habens propagines, & flagella fructifera, multos botros attulit, & vuarum fœcunditas ramorum magnitudinem coæquauit: ſed hæc, quæ prius talis erat, antequam offenderet Deum, poſtea abundantiam fructuum

B

vertit in offenſæ multitudinem: vt quando plures haberet populos, tanto plura ędificaret altaria, & abundantiã terræ numero vinceret idolorũ. Pro ſimulacris. Lxx. verterũt στήλας, quas nos ſtatuas, vel titulos appellamus, qui propriè dęmonũ ſunt, aut hoĩum mortuorum. Ita & hæretici, dum eſſent in Eccleſia plantati, & creſcerẽt in domo Dei, vocabantur vinea Sorech, & afferebãt vberrimos fructus, poſtea vero quãto plures facti ſunt, tãto ſibi multiplicauerunt altaria: vt pro vno altari, ꝙ verum eſt, plures erroris ſui aras extruerent, & iuxta vbertatẽ terræ ſuę exuberauerunt ſimulacris. Hęreticorum terra fœcũda eſt, qui à Deo acumen ſenſus & ingenij percipientes, vt bona naturæ in Dei cultũ verterent, fecerunt ſibi ex his idola. Nullus .n poteſt hęreſim ſtruere, niſi qui ardentis ingenij eſt, & habet dona naturę, q̃ à Deo artifice ſunt creata. Talis fuit Valentinus, talis Marcion, quos doctiſſimos legimus. Talis Bardeſanes, cuius etiã Philoſophi admirantur ingenium. Iſti ergo terrę ſuæ bona verterunt in titulos mortuorum: quia omnis doctrina eorum non ad viuentes refertur, ſed ad mortuos, tam eos, quos colunt, quam illos, quos decipiunt.

מצבות

b ¶ *Diuiſum eſt cor eorũ, &c.*] Tradũt Hebręi huiuſcemodi fabulam, ſuſpicionem ſuã ſcripturarũ auctoritate confirmantes: Quãdiu & reges & populi pariter vitulos aureos adorabant, & habebãt in impietate cõſenſum, non venit captiuitas. Extremus rex decem tribuum fuit Oſee: de quo ſcriptũ eſt, quod fecerit quidem malum Oſee in conſpectu domini: ſed nõ ſicut reges Iſrael, q fuerunt ante eũ: cuius nono anno Salmanaſar rex Aſſyriorũ cepit populũ Iſraël, & eduxit eos in Aſſyrios, & habitare fecit iuxta flumẽ Gozã in ciuitatib. Medorũ. Quęritur ergo quare ſub peſſimis regib. capti nõ fuerint, ſed ſub eo qui ceperat ex parte aliqua ad meliora conuerti? Ad ꝙ hæc inferunt: excuſabat ſe primũ populꝰ & dicebat, regum paremus imperiis, nec poſſumus eorum reſiſtere tyrannidi: colimus vitulos, quos adorare cõpellimur: in diebus autem Oſee ab eodem

4. Reg 17. a

Ibid. b

C rege præceptũ eſt, ne tanto ſtudio vituli colerẽtur, ſed qui vellet, iret in Hieruſalẽ, & in tẽplo ſacrificaret Deo: huic, aiunt, ſentẽtiæ populus contradixit. Et hoc eſt, ꝙ nunc dicit: diuiſum eſt cor eorum, h. e. regis & populi, & nulla excuſatione remanẽte, nunc interibunt & tradentur æternæ captiuitati: ſtatim .n. vt populus diſſenſit à rege, venit interitus. Quodq; ſequitur: ipſe cõfringet ſimulacra eorũ: de Deo dicit: araſq; depopulabitur: non ꝙ Deus ipſe ꝓpria hoc fecerit manu, ſed ꝙ per hoſtes volũtas eiꝰ expleta ſit. Hæreticorũ inter ſe corda diuiſa, & cõtrariis repugnare ſẽtẽtiis, etiã ipſi nõ negãt, dum diuerſa ſentiũt: Vnde diſperdẽtur, & cõfringet ſiue ſuffodiet dominus ſimulacra vel altaria eorũ, q̃ de ſuo corde finxerunt, & vaſtabit titulos, quib. ſinguli ſuis appellantur nominibus, *& vocauerunt nomina ſuper terras ſuas*, vt nequaquã Chriſti Eccleſię, ſed illius vel illius eſſe dicantur.

יערק קובח וחס Pſal. 84. a

c ¶ *Quia nunc dicẽt nõ eſt, &c.*] Poſtq̃ cõfregerit Deus ſimulacra Iſraël, & depopulatus fuerit aras vel ſtatuas eorũ, & extrema captiuitas venerit, dicẽt, nõ eſt rex nobis. Et ne in longũ tempus putent ſententiã protelari, addidit: Nunc dicent, quando vaſtentur, qñ ſentient Oſee regem vltimum à ſe eſſe ſublatum: ideo rex ablatus à nobis eſt, quia non timuimus dominum verum regẽ: homo .n. rex prodeſſe quid poterat? Dicite quid vultis, errores veteres ſuſpirate: pollicemini vobis ꝓſpera, q̃ vertentur in contraria: fœdus ferietis, nequaquã cũ Deo,

D

ſed cum mendacio: Et poſt fœdus (quod Lxx. interpretati ſunt, teſtamentum) germinabit vobis, non ſeges fœcunda frumenti, non ſaltem iumentorum cibus, hordeũ, non legumina varia, non vites quæ fructus ſuos in muſta deſudant: non poma arbores germinabunt, q̃ humorem terræ in varios mutãt ſapores: ſed orietur vobis amaritudo, imo amaritudinis iudiciũ: ſiue ἄγρωστις, quã Latinè in gramen vertimus. Eſt .n. genus herbæ calamo ſimile, q̃ per ſingula genicula, fruticem ſurſum, & radicem mittit deorſum: rurſuſq; ipſi frutices & virgulta alterius herbę ſeminaria ſũt: atq; ita in breui tempore, ſi non imis radicibus effodiatur, totos agros veprium ſimiles facit. Deniq; etiam ſi ſicca eius aliqua pars dummodo geniculum habeat, ſuper cultã terram ceciderit, oĩa replet gramine. Hęc diximus iuxta Lxx interpretes: cæterum in Hebraico ראש ſcriptũ habet: ꝙ in amaritudinem vertitur, hoc eſt amaritudinis iudiciũ, de quo & dominus loquitur in Euangelio: *In iudicium ego in mundũ iſtum veni.* & de aliis ſcriptũ eſt, ꝙ recipiant ampliꝰ iudicium. Diſcipuli quoque contrariorum dogmatum, cum eorum fuerint contrita mendacia, & aræ luciq; ſubuerſi, ſero dicent: Non habemus reges, qui nobis prius imperauerant, quibus decipientibus, dominum non timuimus: quid enim nobis profuit illos ſequi, quorum in neceſſitate non ſentimus auxilium? Hęc loquentur quærentes aliquã excuſationẽ, vt non per ſe, ſed per doctores peſſimos erraſſe videãtur. Vnde & Lxx. verba eorũ, excuſationes falſas trãſtulerũt: quas propheta deuitat, dicẽs: Ne declines cor meũ in verba malitię, ad excuſandas excuſationes in peccatis: libẽter vitiis noſtris applaudimus, & ſuperati voluptatib, obtẽdimꝰ carnis infirmitatẽ, aut dura maiorum imperia: vnde verba & viſiones hæreticorũ inutiles erũt. Et ferient fœdꝰ, nequaq̃ cũ Deo, ſed cũ amaritudine: q̃, cũ dies iudicij aduenerit, germinabit ſuper ſulcos agri eorũ: vt qui ſeminauerũt in gaudio, metant in lacrymis q̃ riſerunt, fleant: qui habuerunt conſolationem, lugeant.

בראש

Ioan. 9. g

Mat. 11. d

Pſal. 140 a

Pſal. 125. a Luc. 6. b

*Commentarij ſecundi in Oſee Prophetam finis.*





# DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN TERTIVM LIBRVM COMMENTARIORVM OSEE AD PAMMACHIVM.

## PROOEMIVM.

NOn ignoro, Pammachi, difficillimum me duodecim Prophetarum opus cudere (certe interpretatum Latinis) & quod magis temeritatem noſtrã poſſit arguere, quam ſcientiam prodere. Sed quia tibi hortanti, imo imperanti, negare nihil poſſumus, & pro offerentium viribus in gazophylaciũ Dei, multorum diuitias, duo mulieris pauperis æra ſuperarunt: quidquid poſſumus, primum Deo, deinde tibi, qui Dei es, ſoluimus: illiuſque ſemper verſiculi recordemur: Pollio & ipſe facit noua carmina. Cumque apertum fautorem pro iure amicitiæ eſſe te gaudeam, tacitum eruditionis tuæ iudicium pertimeſco: magiſque te laudantem, quam aduerſarios detrahentes metuo. Illis enim æmulatio detrahit fidem, & non tam iudices, quam accuſatores vocandi ſunt. Tu autem, qui diligis, nequaquam perſonarum, ſed rerum promis ſententiam: quamquam & amor recipiat errorem pulchrumq; ſit illud Theophraſti, quod Tullius magis ad ſenſum, quam ad verbum interpretatus eſt, τυφλὸν τὸ φιλοῦν περὶ τὸ φιλούμενον, id eſt, amantium cæca iudicia ſunt. Attamen in iſtam partem peto magis, vt labaris non odio, ſed amore. Tertium in Oſee Prophetam dictamus librum, & ad vaccas Bethauen vſque peruenimus: nobiſq; interpretationis vela pandentibus, tu debes propheticum illud dicere: A quatuor ventis cœli veni ſpiritus: vt clerici curſu varios inſidiantium ſcopulos tranſeuntes, merces dominicas ex omni parte ſæuiente naufragio, ad portus tutiſſimos perferamus.

Luc. 21. a

Ezech. 37. b

### DIVI HIERONYMI PRESBYTERI COMMENTARIORVM IN OSEE PROPHETAM.

### LIBER TERTIVS.

CAP. X.

HEB.

VAccas Bethauen coluerũt habitatores Samariæ: quia luxit ſuper eũ populꝰ eiꝰ, editui eius ſuper eum exultauerunt in gloria eius, quia migrauit ab eo: Si quidem & ipſe in Aſſur delatus eſt, munus regi vltori: confuſio Ephraim capiet, & confundetur Iſráel à voluntate ſua. [b] Trãſire fecit Samaria regem ſuũ, quaſi ſpumã ſuper faciem aquæ, &

CAPVT X.

SEPT.

*APud vitulum domus ὢν morabuntur qui habitant in Samaria: quia luxit populus eius ſuper eum. Et ſicut irritauerunt illum, gaudebunt ſuper gloria eius, quia translata eſt ab eo: & ipſum in Aſſyrios ligantes, tulerunt munera regi Iarib in domo: Ephraim ſuſcipiet confuſionem, confundetur Iſrael in conſilio ſuo. Proiecit Samaria regem ſuum ſicut cremium ſuper faciem aquæ,*

F ירב VAccas Bethauẽ coluerũt, &c.] Quę ſit Bethauẽ, pro qua Lxx tranſtulerũt, domũ ὢν, & q ſit rex Iarib, qui interpretatur vltor, ſupra plenius diſputauimus. In Bethauen igitur, id eſt, Bethel, vaccas aureas coluerũt habitatores Samariæ: quas cum irriſione non vitulos ſexus maſculini, ſed vaccas, i.e. feminas appellauit: vt videlicet Iſrael non ſolum deos vitulos, ſed deas vaccas coleret. Et vt oſtenderet vaccas Bethauen, vnũ in Bethel vitulũ ſentiendũ, non intulit, luxit ſup eis populus, ſed ſuper eo, i.e. vitulo aureo. Si autẽ luxit populus, quare editui eius ſup eo exultauerũt? Tradũt Hebræi vitulos aureos à ſacerdotib. diſ-
furto eſſe ſublatos, & pro his æneos, & deauratos repoſitos. Cum igitur lugeret populus tempore neceſſitatis & anguſtię, etiã vitulos aureos inter munera cętera Aſſyriis regibꝰ, & maximè regi Sennacherib ab Iſrael rege eſſe directos, exultabãt editui, quod fraus eorum nequaquã poſſet argui vel deprehendi. Et hoc eſt quod ait: editui eius, i.e. vituli, ſuper eo exultauerunt in gloria populi, hoc eſt, in vitulo, quem habebant pro gloria: quia migraſſet ab eo, id eſt, à populo, & translatus eſſet ad Aſſyrios. Et vt ſciamus, inquiunt, hoc eſſe quod dicitur, perſpicuè ſequens verſus oſtendit: *Si quidem ipſe in Aſſur delatus eſt, munus regi vltori:* ſtatimq; ſequitur: *Confuſio Ephraim capiet, & confundetur Iſrael in voluntate ſua*, ſiue in conſilio ſuo. Deprehenſa enim fraus deauratorum vitulorum, regi Iſrael literis indicatur, & vnde ſe placere exiſtimauerant, inde vel maximè confunduntur, & offendunt eos quibus munera miſerant, exiſtimantium non furto ſacerdotum, ſed fraude regum atq; conſilio hoc eſſe perfectum. Legimus in regũ volumine, regem Iſrael Manahen, regi Aſſyriorum Phul mille argenti talẽta miſiſſe, vt eſſet manus eius cum eo, id eſt, vt ei præberet auxiliũ: inter quæ nonnulli arbitrantur etiam vitulos aureos eſſe directos. Pro Iarib in præſenti loco Symmachus interpretatus eſt ὑπερμαχοῦντι, i.e. præſuli & defenſori. Iuxta ſpiritualem intelligentiam laborandum eſt, quomodo omnia hæreticis coaptemus: Vaccas Bethauen, ſiue domus ὢν, quod interpretatur labor, coluerũt hæretici, qui ſe in cuſtodia mandatorũ Dei, hoc eſt, Samaria habitare iactabãt: dieque iudicij, quãdo germinabit quaſi amaritudo iudiciũ ſuper ſulcos agri, lugebit populus ſuper eum: hoc eſt, ſuper vitulum, & ſuper dogma peruerſum, quod putabat Deum: Sed & editui non dixit exultabunt, ſed exultauerunt (ad præteritum tempus referens) ſup gloria ſua, qua quondã glorioſa cõfinxerãt: eo quod migraſſet populus à Deo, ſiue quod ipſa gloria Dei migraſſet à populo, à quo fuerat derelicta. Quicquid autẽ loquuntur hæretici, & pulchro ſermone cõponunt, mittunt munera regi ſuo diabolo, ad illum cuncta referentes vnde confuſio eos capiet in æternum, & confundẽtur in voluntatibus ſuis. Quidam & ſupra & in præſenti loco in commentariis ſuis ſcriptum reliquit: regem [a] ירב, id eſt, vltorem, Chriſtum intelligendum. Quod nobis omnino diſplicet. Impium enim eſt, quod iuxta hiſtoriam intelligitur de rege Aſſyrio, iuxta tropologiam ad Chriſtum referri.

מעצתו

4. Reg. 15. d

און

H

a iareb

b ¶ *Tranſire fecit Samaria, &c.*] Pro ſpuma Lxx. & Theodotio φρύγανον, id eſt, cremium, tranſtulerunt: aridas ſcilicet herbas, ſiccaq; virgulta, quæ camino & incendio præparantur: Sym̃achus poſuit ἐπίζεμα: volens oſtendere feruentis ollę ſuperiores aquas, & in ſpumam bullaſq; ſurgentes, quas Gręci πομφόλυγας vocant. Sicut igitur ſpuma, quę ſuper aquam eſt, cito diſſoluitur, ſic regnum decem tribuum velociter finietur, & peribunt excelſa, id eſt, [b] במות de quibus ſcriptum eſt: Verumtamen adhuc populus immolabat, & adolebat in excelſis. Ipſa autem excelſa ὢν ſunt ſiue און id eſt idoli, quod interpretatur inutile: quod idolum & inutile peccatum eſt Iſrael. Diſſipato autem idolo & excelſis eius.

b bamoth

3. Reg. 22. f

c auen

A a ¶ *Lappa, &c.*] Signum vltimæ ſolitudinis, vt ne parietis quidē & extrema ædificiorū veſtigia relinquātur. Eo tēpore dicent *montibus, operite nos: & collibus, cadite ſuper nos.* Luc. 23. d Quod dn̄us in vltimo tempore captiuitatis Iudaicæ dicit eſſe cōplendum. Quidquid ergo nunc contra decē tribus, ſiue cōtra oēm dicitur Iſrael, ſciamus τροπικῶς etiam ad totū populum poſſe transferri: vt qn̄ Romani ceperint Hieruſalem, & ſubuerterint templum: ſiue cū iudicij dies venerit (vt alij ſuſpicant̄) dicāt magno horrore metuētes, operite nos, montibus: & collibus, cadite ſuper nos: mori magis optantes, q̄ cernere q̄ afferunt mortē. Sed & ſpiritualis nequitiæ Samaria, q̄ ſe à populo Dei diuiſerat, fecit regē ſuum tranſire velociter, ſermone videlicet hęreticorū atq; doctrinā, quaſi ſpumam ſiue cremiū ſup faciē aquæ: quorū aliud dum videtur, repēte diſſoluitur: aliud facilè eſt tollere de aquarū ſummitatibus, & in ignem mittere. Tales ſunt hæretici ſpumantib. verbis tumētes, & arſura p̄cepta Chriſti baptiſmate ac ſermonib. illius cōmiſcentes. Quæ oīa pertranſibūt, & verba magnifica in quib. laborauerunt (ꝙ interpretatur [illegible]) illico diſpergētur: in quibus peccauit Iſrael: tātaq; erit ſolitudo doctrinæ peſſimæ, vt ſpinæ & tribuli aſcendāt ſuper aras eorum. B Matt. 13. a Spinas & tribulos ibi naſci, vbi agrorū nulla cultura eſt, omnib. patet. Iſtæ ſpinæ ſunt q̄ ſuffocant ſemētem, & creſcere non ſinunt, q̄ naſcūtur in manu temulenti Prouer. 26. b Eſaiæ. 5. a quas pro vua fecit Iſrael. Dominus. n. expectauit vt faceret vuas, & fecit ſpinas, ſiue labruſcam, habentē vuæ ſimilitudinē, & amaro guſtu veſcentium ora torquētem. Ideo cum iudicij tempus aduenerit, & fuerint cuncta ſubuerſa, dicent montibus, quos prius excelſos putabant, & magiſtris quondam ſuis, operite nos: collibuſque, cadite ſuper nos. Sed quia in montibus poſuit, operite nos, & in collibus, cadite, ſacratius aliquid explanandum eſt; Montibus, id eſt, ſanctis, qui veram habent & non fictam altitudinem, dicent, operite nos: Pſal. 31. a *Beati* enim *quorum opertæ ſunt iniquitates.* Et collibus, qui non habent altitudinem naturalem, quos dudum putabant habere aliquid ſummitatis, loquentur: cadite ſuper nos: montes enim operient; & colles cadent: hęc autem fient præ pauore & incredibili formidine, per quam & montes & colles humiliabuntur.

b ¶ *Ex diebus Gabaa peccauit Iſrael, &c.*] Ex eo die quo vxorem leuitę turpiter atq; crudeliter interfecit Beniamin in Iud. 19 f vrbe Gabaa, peccauit mihi oīs Iſrael: non quia vlt⁹ eſt iniuriam, & ſcelus ſanguine vindicauit: ſed quia dolore maritali proſiluit ad pugnam, & ſacrilegium in Deum ſuum noluit vindicare: eo ꝙ in domo Michæ Ephod & Theraphim, quę pro idolis adorabantur, neglexerit. Hic igitur ſtetit Iſrael: ibi ſuū repreſſit gradum, ne vltra ambularet in viis domini: idcirco *non eos comprehēdet propter Gabaa præliū,* ſiue captiuitas, ſicut ipſi putant: ibi enim bene fecerunt, vt perſequerentur filios iniquitatis, ſed corripiam, inquit, eos, atq; erudiam tota mei animi voluntate, & congregabo aduerſus illos populorum multitudinem, quia duas fecerunt iniquitates, vindicando hominem, & Dei ſui iniuriam negligendo. Siue duas iniquitates: quia primum peccauerunt in idolis Michę: ſecundo in vitulis Hieroboam: vel certè duos vitulos Samariæ in Dan & Bethel, poſſumus duas iniquitates appellare: de quibus & Hieremias loquitur: Hier. 2. e *Duo peſſima fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi lacus contritos qui non poſſunt* C aquas cōtinere. Hæ duæ iniquitates cōtra duo decalogi erupere præcepta, in quibus dicitur. Exod. 20. *Ego Dominus Deus tuus: non erūt tibi dij alij abſq; me.* Lxx. Gabaa, colles interpretati ſunt. A diebus ergo collium peccauit Iſrael: qn̄ montes Eccleſiæ dereliquit & ad colles ſiue cliuos deſcendit hæreticos: doctiorē ſe putans q̄ Eccleſia eſt, & ſublimius aliquid reperiſſe: ibi ſteterunt, hoc eſt in errore perſeuerauerūt. Quodque ſequitur: *Non cōprehendet eos in colle prælij*: quidā ſic interpretati ſunt: Quia genuerūt filios iniquitatis & de Eccleſia recedentes, cœperunt eſſe in collibus: cum p̄ſecutio aduenerit, nō eos cōprehendet pręliū, diabolo ſuos impugnare nolente. Alij ita: quoniam ex diebus collium peccauit Iſrael, & ibi ſtetit, & vltra ambulare non potuit: nonne oportet eum in collib. à prælio cōprehendi? Nonne debēt pugnare aduerſum eū viri Eccleſiaſtici, vt illos deſtruāt ſup filios iniquitatis? qui ſi fuerint comprehenſi, & ſuperati, vltra generare non poterunt. Simulq; dn̄us pollicetur, ꝙ corripiat eos atq; erudiat, vt cum ſperati fuerīt magiſtri, cōgregentur aduerſus eos diſcipuli ſui, quos āte deceperant, & videant correptionē pp duas iniquitates: quia & Eccleſiam fōtem dn̄i D reliquerunt, & foderunt ſibi lacus contritos, ſpeluncas ſcilicet hæreticorum: qui non poſſunt aquas, id eſt, doctrinam Saluatoris, & ſacramentum baptiſmi continere.

c ¶ *Ephraim vitula,* ſiue *vacca, &c.*] Etenim quod Hebraicè dicit d עגלה, i. e. μόσχος, & δάμαλις, vtrumque ſignificat. d egla Locus iſte, imo omnia quæ hoc capitulum ſequuntur, magnis obſcuritatibus inuoluta ſunt. Vnde & nos qui explanare conamur, & prudens ſimul lector attendat, vt ſi non veritatem (quod difficillimum eſt) ſaltem ſuſpicionem veriſimilium inueſtigare valeamus. Hanc habet conſuetudinem ſermo diuinus, vt per tropologiam & Metaphoram hiſtorię exprimāt veritatem. Igitur Ephraim ſimilis eſt vaccæ vel vitulæ, quæ à iuuentute ſua didicit aream terere, & ferreos orbes ſuper aceruos ſegetum trahere, vt paleę à tritico ſeparentur: & non ſolum didicit, verū nimia conſuetudine cœpit amare quod docta eſt. Et ego, inquit, tranſiui ſuper pulchritudinem colli eius. Verbum Hebraicum e עברתי, id eſt, tranſiui, maximè quando à Deo dicitur, ſemper plagas & aduerſa ſignificat: e abarti Deniq; & exterminator in Ægypto tranſiſſe memoratur. Exod. 12. d Quia ergo Ephraim vacca vel vitula diligit aream terere: ego, inquit, tranſiui ſuper pulchritudinem colli eius, & tumentes ceruicū toros iugo impoſito edomui. Quid memorem legis iugum? Ipſe aſcendi ſuper eam, & me ita laborante, Iudas hoc eſt, duæ tribus, cœperunt arua ſcindere vomere, & in ſulcos terram reclinare. Portante autem iugum Ephraim, & arante Iuda, cōfregit ſibi ſulcos Iacob. Hic Iacob ad diſtinctionē Iſrael & Iudæ, duodecim tribus intelligamus quod cœperint raſtris glebas frangere, terramq; comminuere: vt emollita recipiat ſementē, & fœcunda poſt modicum ſeges pullulet. Pro tritura vel area, contentionem Lxx. tranſtulerunt: Et eſt ſenſus: Quia Ephraim non vult legis recipere iugum, ego tranſibo & aſcendam ſuper pulchritudinem colli eius: vt diſcat contentioſa vacca atque laſciuiens laborare quod non vult. Iudas autē arabit ſponte ſua: quia habet templū, & moratur in lege, vt tota certatim duodecim tribus arua præparent ad ſerendū. Quodq; ſequitur iuxta eoſdem Lxx. ſuperponā Ephraim, & reticebo Iudam, roborabitur ſibi Iacob: hic eſſe ſenſus poteſt: Ephraim

HEB.

diſperdentur excelſa idoli, peccatum Iſrael. a Lappa & tribulus aſcendet ſuper aras eorum, & dicent montibus, operite nos: & collibus, cadite ſuper nos. b Ex diebus Gabaa peccauit Iſrael, ibi ſteterunt. Non comprehēdet eos in Gabaa præliū ſuper filios iniquitatis: Iuxta deſiderium meum corripiam eos: congregabuntur ſuper eos populi, cum corripientur propter duas iniquitates ſuas. c Ephraim vitula docta diligere trituram, & ego tranſiui ſuper pulchritudinem colli eius, & aſcendam ſuper Ephraim: arabit Iudas, con-

SEPT.

*aquæ, & auferentur aræ ὢν peccata Iſrael. Spinæ & tribuli aſcendent ſuper altaria eorum, & dicent montibus, operite nos: & collibus, cadite ſuper nos. Ex quo colles ſunt peccauit Iſrael, ibi ſteterunt, non comprehendit eos in colle bellum ſuper filios iniquitatis. Venit vt corrumperet eos, & congregabuntur ſuper illos populi, quando correpti fuerint in duabus iniquitatibus ſuis. Ephraim vitula edocta deligere contentionem: ego autem veniā ſuper pulchritudinem collis eius, ſupponam Ephraim, & reticebo Iu-*



E Ephraim qui contentioſus eſt, & nō vult legis onera portare, imponā captiuitatem, Iudam autem parumper relinquā & nihil loquar de eo: quicumq; autē tam de Ephraim quā de Iuda mea pręcepta ſeruauerit, roborabitur ſibi, & vocabitur Iacob. Secundū ἀναγωγὴν, hoc dici poteſt, ꝙ Ephraim, qui eruditus fuit in lege Dei, vt tereret aream ſcripturarum, & meditaretur in ea die ac nocte cœpit diligere contentionē, & iugū legis abiicere, & contendere cōtra eccleſiaſticos in ſubuerſionem audientium. Vnde dominus eleuatā ceruicem & ſibi ſublimia promittentē, vel iugo premet, vel ipſe tranſiens calcabit pedibus ſuis, & aſcendet ſuper eum, vt ſciat ſe habere dominum. Iudas autē, hoc eſt eccleſiaſticus arabit: in cæpto opere perſeuerās, ſiue reticebo, inquit, Iudam. Luc. 5. f *Non enim ſani indigent medico, ſed qui male habēt.* Iacob verò, qui interpretatur ſupplantator, יעקב & quotidie ſupplantat vitia atq; peccata, & accipit primitiua fratris ſui, & hæres paternę poſſeſſionis eſt, & dormit in Bethel (quod interpretatur domus Dei) ביתאל ſulcos glebaſq; confringet: vt molli ſinu iactatam ſementem terra ſuſcipiat, & faciat centum modios hordei, ſiue, vt habetur in Hebræo, centuplum. Neq; enim credendum eſt, quod patriarcha Iſaac hordeo ſtuduerit, & non frumento. Vſque hodie vir eccleſiaſticus Iacob glebas hiſtoriæ, & litteræ duritiam confringit in partes, & ſpiritualiter diuidit, vt poſſint fruges reddere ſpirituales: F Luc. 9. b Quod quidē & dominum feciſſe legimus, vt quinq; legis panes, quos integros populus comedere non poterat, in fruſta conſcerperet, vt per apoſtolorum manus veſcendos credentibus daret: Quod autem dicit iuxta Lxx. ἐνισχύσει αὐτῷ ἰακὼβ, id eſt, roborabitur ſibi Iacob, oſtendit ſibi omnem laborantem laborare, vt fructus capiat ſempiternos.

a *Seminate vobis, &c.*] Seruat ab agricolis ſemel cœptam trāſlationem: Dixerat Ephraim vitulam edoctam trituram areæ amare ac diligere, & ſe aſcendiſſe ſuper collū eius, & araſſe Iudam, & confregiſſe ſulcos, ſiue glebas Iacob: Nunc præcipit, vt ſeminent ſibi per pœnitentiam, & ſeminent in iuſtitia, id eſt, in lege: metantq; in miſericordia, id eſt, in gratia euangelij: Ibi enim *oculum pro oculo, dentem pro dente*: hic Exod. 21. c Matt. 5. f legimus: *Qui te percuſſerit in dexterā maxillam, præbe ei & alteram.* Cumq; ſeminaueritis in iuſtitia, & meſſueritis in miſericordia, innouate vobis lęta noualia. Redditque cauſas cur ſeminēt, cur metant, cur innouent læta noualia *Tempus,* inquit, *requirendi dominum eſt*: cum venerit Chriſtus atque Saluator, qui docebit vos iuſtitiam, quam nunc ſperatis in lege: *finis* enim *legis Chriſtus eſt ad iuſtitiam omni operanti bonum.* Rom. 10. a Pro eo quod nos diximus: *metite in ore miſericordiæ,* Lxx. tranſtulerūt, *vindemiate fructum vitæ*: magiſque ſemini cōuenit meſſio quam vindemia: fructus autem vitæ ipſe eſt, qui & lignum vitæ. קצרו לפי חסד Et pro eo quod nos poſuimus, *innouate vobis nouale,* illi verterunt, *illuminate vobis lumen ſcientiæ*; נירו לכם ניר vt ex operibus atque mandatis legis notitiam habere mereamur: iuxta illud quod in quodam libro legimus. Deſideraſti ſapientiā, ſerua mādata, & dominus dabit eam tibi: Eccl. 1. d Qui enim mandata in opere verterit, ſeminat in iuſtitia, & metet ex ea fructus vitæ. Vnde & alibi legimus: Pſalm. 81. a *Mandatum domini lucidum illuminās oculos.* Eſa. 66 b Sec 70 Et Eſaias ad dominum dicit: *Lux præcepta tua ſuper terram.* Et in alio loco: Pſalm. 118. *A mandatis tuis intellexi.* His quoq;, qui ab eccleſia ſeparati ſunt, & falſum ſibi Chriſtianorum nomen aſſumunt, præcipitur vt agant pœnitentiam, & vtrumque recipiant teſtamētum: in veteri iuſtitiam ſeminent, in nouo metāt miſericordiam, & illuminent ſibi lumen ſcientiæ: ſiue innouent ſibi noualia, & requirant dominum, qui docere eos poteſt veram iuſtitiā:



G falſoſq; magiſtros deſtruant, à quibus non diſcunt iuſtitiam, ſed iniquitatem.

b ¶ *Araſtis impietatem, &c.*] Cogor contra voluntatem meā ſæpius de Hebrææ linguæ proprietatibus diſputare. Neq; enim rhetorum more ſententias reperimus, verba conſtruimus, & audientes vel legentes in laudes noſtras declamationibus ſuſcitamus: ſed quæ obſcura ſunt, maximè alienæ linguæ hominibus explanare nitimur. Supra, vbi nos interpretati ſumus, arabit Iudas, in Hebraico legit f יחרוש per g י primā litterā, quā Lxx. h ו putantes, interpretati ſunt & tacebo. f iaharos g iod h vau Nūc quoq; in Hebræo ſcriptū eſt i חרשתם quod nos vertimus, i haraſtem araſtis, pro quo Lxx. tranſtulerūt: quid reticetis, ſimili errore quo ſupra, ſilentiū pro aratione interpretantes. Eſt autē ſenſus iſte dictorū. Super collū vitulæ Ephraim cōtentioſæ amātiſq; trituram, ego tranſiui, & ego aſcendi, vt arante Iuda, & cōfringente ſulcos Iacob, tereret aream, & ſolis ferret calorem. Monuiq; eos vt ſeminarent in iuſtitia, & meterent in miſericordia, & facerēt ſibi noualia, tempuſq; requirēdi dominū illud eſſe cognoſcerent, quo venturus eſt, qui docebit nos iuſtitiam. Me hæc iubēte & volēte de lætis noualibus fructus iuſtitię ac miſericordię H accipere, arauerunt impietatē, qua egerunt impiè cōtra dominum, relinquentes idola, & meſſuerunt iniquitatem, de malo ſemine malas fruges recipiētes, de quibus fecerūt nō ſolum panem ſub cinericium, ſed fraudulentum atq; mendacē, qui vana ſpe deciperet comedentem. Iſtiuſmodi ſunt hæretici, qui arāt ſermone cōpoſito, & protegunt vel tacēt impietatem, ne impietas eſſe videatur, ſed credatur pietas, Pſal. 13. a 1. Tim. 6. b Vnde quia dixerunt in corde ſuo, non eſt Deus: *corrupti ſunt & abominabiles facti ſunt,* & meſſuerunt ſiue vindemiauerūt iniquitates. Quo modo enim *radix omnium malorum eſt auaritia*: ſic peccatorum ſcelerumq; cunctorū radix eſt impietas, quam qui arauerit ſiue ſeminauerit, metet iniquitates. Qui igitur arauerunt impietatem, & meſſuerunt iniquitates, comederunt fructum mendacij: omnia quæ falſa ſunt deceptis populis prædicantes, vt non quærant panem verum, qui de cœlo deſcendit: ſed panem mendacij qui ſuffocat & interficit deuorantes.

c ¶ *Quia confiſus es in curribus tuis: in multitudine fortiū tuorum, conſurget tumultus in populo tuo, &c.*] Ideo comedetis frugem mendacij, & in cunctis quæ propoſuiſtis ſpes vos vna decepit, quia confiſus es ô Ephraim in viis idololatriæ tuæ, hæ ſunt enim viæ tuæ, & in multitudine fortium tuorum: non in Deo habens ſpem, ſed in exercitus robore: Itaq; conſurget tumultus in populo tuo, quod hebraicè dicitur, k שאון k ſaon id eſt, ſonitus & fremitus vlulātis exercitus, quibus clamantibus, omnes munitiones tuæ vaſtabūtur, & ea quæ munita arbitraris & tuta, patebunt hoſtibus, & ſic vaſtabuntur, quo modo vaſtatus eſt atq; cōtritus Salmana princeps Madianitarum qui interfectus eſt à domo Hierobaal. Iud. 8. c Haud dubium quin Gedeonē ſignificet, qui ex eo quod deſtruxit fanum Baal, lucumq; ſuccidit, & ille ſe vindicare nō potuit, cognomentum Hierobaal ſortitus eſt, id eſt, vlciſcatur ſe Baal. Vt quo modo Salmana interfecit filios coram matribus (ipſis quoq, matribus deinceps interfectis) ſic & filii tui ô Ephraim te præſente interficientur, qui & ipſe trucidandus es. Quærimus, vbi ſcriptū ſit, ꝙ Salmana matrē ſuper filiis ociderit. Legimus in Iudicum libro loquente Gedeone ad principem Madian. Iud. 8. 1. Reg. 15. *Quo modo abſque liberis fecit gladius tuus multas matres, ita ſine filiis erit inter mulieres mater tua.* Sicut igitur vaſtatus eſt Salmana ab Hierobaal (quem malè quidem arbitrantur Hieroboam filiū Nabath, qui decem tribubus præfuit)

HEB.

confringet ſibi ſulcos Iacob. a Seminate vobis in iuſtitia, metite in ore miſericordiæ, innouate vobis nouale: tempus autem requirendi dominum, cum venerit qui docebit vos iuſtitiam. b Araſtis impietatem, iniquitatem meſſuiſtis, comediſtis frugem mendacij. c Quia confiſus es in viis tuis, in multitudine fortium tuorum. Conſurget tumultus in populo tuo, & omnes munitiones tuæ vaſtabuntur, ſicut vaſtatus eſt Salmana à domo eius, qui vindicauit

SEPT.

*Iudam, roborabitur ſibi Iacob. Seminate vobis in iuſtitia, vindemiate fructum vitæ, illuminate vobis lumen ſcientiæ, quoniam eſt tempus: quærite dominum, donec veniant fruges iuſtitiæ vobis. Quid reticetis impietates, & iniquitates eius vindemiaſtis, comediſtis fructum mendacem? Quia ſperaſti in curribus tuis, in multitudine fortitudinis tuæ. Conſurget perditio in populo tuo, & omnia murata tua abibunt, ſicut princeps Salmana de domo Hierobaal*

A [l] arbel ורבעל

præfuit) & vaſtatus eſt, vt in Hebræo cõtinetur ab [l] יארבאל id ipſum ſignificãte, quod & Hierobaal, ſed breuiori diſertioriq; ſermone: ſic fecit nobis ô Iſrael à facie malitiarum veſtrarum Bethel, in qua vitulum aureum poſuiſtis & eſtis venerati Ægyptios deos. Pro [m] ביתאל ꝙ interpretatur domus Dei, Lxx. tranſtulerunt οἶκος τοῦ ἰσραὴλ, id eſt dom⁹ Iſrael, ꝙ in Hebræo penitus non habetur. Euaſimus vtcumq; de confragoſis locis: nunc in altũ vela tendentes, allegoriæ pelagus tranſeamus. Quia confiſus es ô Ephraim in viis ſiue in curribus tuis, de quibus ſcriptum eſt: *Hi in currib⁹ & hi in equis: nos autem in nomine domini Dei noſtri magnificabimur*: & confuſus es in multitudine fortiũ tuorum, quós tibi falſa ſciẽtia roboraſti: ideo conſurget tumultus, & ſonitus in populo tuo. Quidquid enim loquuntur, non habent vocem ſententias explicantem, ſed tumultum clamoremq; & ſonitum: Et omnes munitiones tuæ, ſiue quæ murata ſint, vaſtabuntur: nõ enim teſtimoniis ſcripturarum, ſed arte dialectica & argumentis philoſophorum munita ſunt atq; conſtructa. Sicut vaſtatus eſt quondam Salmana à Gedeone, matre ſuper filiis interfecta: Cuius hiſtoriæ & octogeſimus ſecundus pſalmus meminit, vbi inter ceteros duces Madian, etiã Salmana fuiſſe cõmemorat, dicens: Fac eis Domine (haud dubium quin eos ſignificet, qui contra dominum inierũt pactũ ſiue teſtamentũ) ſicut Madian & Syſare. Et poſt reliqua: Pone, inquit, principes eorum ſicut Oreb & Zeb, & Zebee, & Salmana omnes principes eorũ qui dixerũt: hereditate poſſideamus ſanctuarium Dei. Et in hoc eodẽ pſalmo duces hæretici deſcribuntur, qui altare Dei ſibi vendicare conati ſunt. Quodq; ſequitur: *Sic fecit vobis Bethel à facie malitiæ nequitiarum veſtrarum*: propriè hæreticorum principibus coaptatur: quod eis fecerit Bethel, quam ipſi vocant Bethel, hoc eſt, domum Dei & falſam eccleſiam, vt ſit ſenſus: Sic vobis faciet eccleſia veſtra, quam vocatis domum Dei: ceterum ex quo à vobis tenetur, appellanda eſt Bethauem id eſt domus idoli, propter multitudinem malitiarum veſtrarum.

Margin: m Bethel — Pſal. 19. b — B — ביתאון

HEB.

uit Baal in die prælij, matre ſuper filios alliſa. Sic fecit vobis Bethel à facie malitiæ nequitiarum veſtrarum.

SEPT.

*robaal in diebus belli, matrem ſuper filios alliſerunt. Sic faciam vobis domus Iſrael à facie malitiarum veſtrarum.*

CAPVT XI.

HEB.

SIcut mane tranſiit, pertranſiit rex Iſrael: quia puer Iſrael, & dilexi eum, & ex Ægypto vocaui filium meum: Vocauerunt eos, ſic abierunt à facie eorum: Baalim immolabant, & ſimulacris ſacrificabant. [b] Et ego quaſi nutritius Ephraim portabam eos in

CAPVT XI.

SEPT.

*MAne proiecti ſunt, proiectus eſt rex Iſrael: quia paruulus Iſrael, & ego dilexi eum, ex Ægypto vocaui filios eius. Sicut vocaui eos ita abierunt à facie mea ipſi: Baalim immolabant, & ſculptilibus adolebant. Et ego colligaui Ephraim, ſuſcepi*

CAPVT XI.

SIcut mane tranſiit, &c.] Diuerſis figuris eundẽ explicat ſenſum. Quia ſupra dixerat trãſire fecit Samaria regem ſuum quaſi ſpumam ſuper faciem aquæ (eo quod ſpuma & bullę in aquarũ ſummitatibus natantes celeriter diſſoluantur.) Nunc eandem rem ſub alia ponit ſimilitudine. Sicut enim ortus auroræ & diluculum & principium diei, quod appellatur mane, inter noctis ſoliſq; viciniam trãſiit celeriter: ita vt finiatur nox, & clareſcat dies: ſic rex Iſrael, id eſt, decem tribuum, velociter tranſiet. Exponitq; beneficia, quæ in ipſum cõtulerit Deus. Dum, inquit, eſſet puer & paruulus, & captus in Ægypto teneretur, in tantum enim dilexi, vt mitterem ſeruũ meũ Moyſen, & ex Ægypto vocarẽ

Exod. 4 f.

filiũ meũ, de quo dixi in alio loco: *Filius primogenitus meus Iſrael*. Et quia Iſrael ſingulariter quidẽ dicitur, ſed pluraliter intelligitur, quo modo & populus, & Ephraim, & Iudas (ſi quidẽ in numero ſingulari mult⁹ eſt numerus, qui hoc numero cõtinetur) veteris recordatur hiſtoriæ, ꝙ vocauerit quidẽ eos per Moyſen & Aarõ, qui vocauerunt eos vt egrederentur de Ægypto, ipſi verò vocati ab eis receſſerunt à facie eorum, vertentes eis terga, mẽtis duritiam geſtu corporis indicantes. Nec eis ſuffecit vocantes contẽnere, niſi immolarẽt Baal, & ſculptilibus ſiue ſimulacris adolerẽt incẽſum. Adoraſſe eos Baal primum ſub Achab rege Iſrael legimus, qui Sidonij regis filiã Iezabel duxit vxorem & Babylonium ac Phœnicis idolum tranſtulit in Samariã. Ergo diſtãtia peccata tẽporibus, vno ſermone cõiungit, quo modo

3. Reg 16. g

C

primũ vocati ſunt de Ægypto, & appellati filij, deinde in ſolitudinẽ receſſerint à Deo, Beelphegor magis colentes quã Deum, & poſtea in terra ſancta Baalim, & Aſtaroth, & ceteris idolis ſeruierint. Et trãſire hæreticos inſtar diluculi, & regem eorum diabolum vel hęreſiarchum intelligimus, quos in infantia (quãdo crediderũt in eccleſia, & erant paruuli, & Chriſti nomine cenſebantur) dilexit Deus, & vocauit illos de tribulatione & tenebris Ægypti. Vocauit autem per apoſtolos & doctores eccleſiæ. Cũq; à meis, inquit, ducibus ſint vocati, receſſerunt à facie eorum, & adorauerũt Beelphegor: hoc eſt ſuis vitiis, & libidini ſeruierunt, & poſtea imolabant Baalim & ſimulacris, quæ ſibi confixerãt. Singuli enim hæreticorum habẽt deos ſuos, & quodcumq; ſimulauerint, quaſi ſculptile colunt atq; cõflatile. Pro eo quod nos diximus, *Ex Ægypto vocaui filiũ meum*, Lxx. tranſtulerunt, ex Ægypto vocaui filios eius, ꝙ in Hebraico nõ habetur, nulliq; dubium eſt Matthæum de hoc loco ſumpſiſſe teſtimonium iuxta Hebraicam veritatem. Ergo qui detrahunt noſtræ tranſlationi, videant ſcripturarum, de quo euangeliſta hoc teſtimoniũ ſumpſerit & interpretatus eſt in dño Saluatore: quãdo de Ægypto reductus eſt in terram Iſrael, & cum inuenire non quiuerint, deſinant rugare frontẽ, adducere ſupercilium, criſpare nares, digitis concrepare. Hunc locũ in ſeptimo volumine Iulianus Auguſtus, ꝙ aduerſum nos, id eſt, Chriſtianos euomuit, calumniatur, & dicit quod de Iſrael ſcriptũ eſt, Matthæus euangeliſta ad Chriſtum tranſtulit: vt ſimplicitati eorum, qui de gentibus crediderãt, illuderet. Cui nos breuiter reſpondebimus: Primum Matthæum euangelium Hebræis litteris ediddiſſe, ꝙ non poterãt legere, niſi hi qui ex Hebræis erant, ergo non ꝓpterea fecit vt illuderet ethnicis. Sin autẽ Hebræis illudere voluit, aut ſtultus aut imperitus fuit: ſtult⁹ apertum finxit mendaciũ: imperitus ſi nõ intellexit de quo hæc dicerentur. Stultitiã ipſum volumen excuſat quod prudenter ordinateq; compoſitum eſt: imperitum non poſſumus dicere, quem ex aliis teſtimoniis ſcripturarũ ſcientiam legis habuiſſe cognoſcimus. Supereſt vt illud dicamus, ꝙ ea quæ τυπικῶς præcedunt in aliis, iuxta veritatem & adimpletionẽ referantur ad Chriſtũ: ꝙ Apoſtolum in duobus mõtibus Sina & Siõ, & in Sara & Agar feciſſe cognouimus. Neq; enim nõ eſt Sina mons, & nõ eſt Sion: nõ fuit Sara, & nõ fuit Agar: quia hæc Apoſtolus Paulus ad duo retulit teſtamẽta. Sic igitur hoc ꝙ ſcriptum eſt: Paruulus Iſrael, & dilexi eum: & ex Ægypto vocaui filium meum: dicitur quidẽ de populo Iſrael, qui vocatur ex Ægypto, qui diligitur, qui eo tempore poſt errorem idololatriæ quaſi infans & paruulus eſt vocat⁹, ſed perfectè refertur ad Chriſtũ. Nam & Iſaac in typo Chriſti fuit, ꝙ futuræ mortis ligna ſibi ipſi portauerit, & Iacob quia Liam dolentẽ oculos, Rachel pulchram habuerit vxorem. In Lia quę maior erat, cæcitatem intelligimus ſynagogæ: in Rachel pulchritudinem eccleſiæ, & tamẽ qui ex parte Typi fuerunt dñi Saluatoris, non omnia quæ feciſſe narrantur, in typo eius feciſſe credendi ſunt. Typus enim partẽ indicat, quod ſi totum præcedat in Typo, iam non eſt Typus ſed hiſtoriæ veritas appellanda eſt. Hæc breuiter vt in commentãriis diximus, nunc ad reliqua recurramus.

Margin: Matt. 2. c — D — Gal. 4. c — Gal. 4. c — Gen. 22. b — Ibid. 29 c

b ¶ *Et ego quaſi nutritius Ephraim, &c.*] Multum inter Hebraicum & Lxx. interpretum editio diſſonat. Tentemus igitur iuxta Hebræos hiſtoriam, iuxta Lxx. ἀναγωγὴν texere. Quia ſupra dixerat, puer Iſrael, & dilexi eum, & ex Ægypto vocaui filium meum, & poſtea intulit quod perpetrauerit nefas, Baalim immolabant & ſimulacris ſacrificabant. Nunc narrat quo Iſrael amore dilexerit, ſecundum illud quod in Deutero-



E

Deuteronomio legitur: *Portauit tè dominus Deus tuus, vt ſolet homo geſtare paruulum filiũ ſuum in omni via, per quã ambulaſti donec venires ad locum iſtum*. Et in alio locò: *Expandit alas ſuas, & aſſumpſit eum atq; portauit in humeris ſuis*. Ego, inquit, qui pater erãm, nutritius factus ſum, & paruulum meum in vlnis meis ipſe portabam, ne læderetur in ſolitudine, & ne vel æſtu vel tenebris terreretur, in die nubes eram, in noctis ignis columna, vt quos protexeram meo illuſtrarem & ſanarem lumine: cumq; peccaſſent, & feciſſent ſibi vituli caput, dedi locum pœnitentiæ, & ignorauerunt quod curarem eos, & vulnus idololatriæ quadraginta ãnorum ſpatio obducerem, & priſtinæ redderem ſanitati. Curaui autem eos propter funiculos, & vincula charitatis: quibus mihi Abraham, Iſaac, & Iacob aſtrinxerã. Pro Adam enim Aquila & Symmachus & Lxx. & Theodotio, homines tranſtulerunt vt dicerent in funiculis hominum traham eos, in vinculis charitatis. Quodq; ſequitur: *Ero eis quaſi exaltans iugum*: pro quo interpretatus eſt Symmachus, & putauerunt quod imponerem iugum ſuper maxillam eorum, dupliciter accipitur: Aut abſtuli ab eis iugum cunctarum per circumitum nationum, aut legem meam quaſi grauiſſimum iugi pondus arbitrati ſunt. Et dedi eis eſcam mãna in deſerto quo

Margin: Deut. 1. c — Ibid. 32. b

F

veſceretur, hoc eſt enim quod ait, *declinaui ad eum, vt veſceretur*: pro quo interpretatus eſt Symmachus, & *declinaui ad eũ cibos*: Non quod Deus ad eum declinauerit, ſed quod cibum mannæ ad eum fecerit declinare. Aliter: Intantum dilexi eos, & tam clemens paſtor fui, vt morbidam ouem humeris meis ipſe portarem: ipſi verò ignorauerunt quod mea illos paſſione curarem, & qui amator ſum omnium hominũ, traherem eos ad credendũ in vinculis charitatis: iuxta illud quod in euangelio ſcriptum eſt: *Nemo venit ad me, niſi pater qui miſit me traxerit eum*. Et arbitrati ſunt iugum meum leue, eſſe grauiſſimum, & declinaui ad eos deſerens regna cœlorum, vt cum eis veſcerer aſſumpta forma hominis, ſiue dedi eis eſum corporis mei, ipſe & cibus & conuiua. Trãſeamus ad intelligentiam ſpiritalem, iuxta Lxx. duntaxat interpretes, ne ſi vtrumq; & ſecundum hiſtoriam & ſecundum ἀναγωγὴν, voluerimus exponere, tendamus libri magnitudinem: Illis immolãtibus Baalim, quæ de ſuo corde finxerunt & vocante fugientibus à facie mea (ita enim in Lxx. continetur) Ego clemẽtiſſimus dominus ligabã pedes Ephraim, ne à me longius fugerẽt, hoc enim ſignificat συνεπόδισα, ligabat autẽ teſtimoniis ſcripturarum, & diſputatione magiſtrorum eccleſiæ, vt ligatos per patientiam ſuis brachiis cõtineret, non intelligentes quos patientia Dei ſalutis eorum eſſet occaſio. Vnde in corruptione hominũ, videlicet magiſtrorum, qui eos deceperant contractos perfidiæ frigore, extẽdi calorẽ fidei, & quaſi repugnantes vinculis meæ dilectionis aſtrinxi. Et quia non ſua ſponte currebant, ſed vincti funibus trahebantur, paulum maxillas eorum alapis verberaui, nõ puniens, ſed corrigens & emendans. Iudex lacerat carnes, torquet funiculis, flagellis atq; ignibus cruciat. Qui autem pater eſt, laſciuientem filium palma percutit manus. Et pulchrè non dixit, ero eos alapis verberans, ſed quaſi homo maxillas manu percutiens. Percutit autem Deus filios aberrãtes comminatione pœnarum, euangelica lectione, & teſtimoniis prophetarum. Cumque ſic percuſſerit in maxilla, vt hæreticorum panem atque doctrinam excutiat de ore polluto, tunc reſpicit ad eum dicente ſibi filio verberato.

Margin: Ioan. 6 e

HEB.

in brachiis meis: & neſcierũt quod curarem eos. In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis. Et ero eis quaſi exaltans iugum ſuper maxillas eorũ, & declinaui ad eum vt veſceretur. [a] Non reuertetur in terram Aegypti, & Aſſur ipſe rex eius, quoniam noluerunt conuerti. Cœpit gladius in ciuitatibus eius, & cõſumet electos eius, & comedet capita eorum. Et populus meus pendebit ad reditum meum: Iugum autem imponetur eis ſimul, quod non auferetur. [b] Quo modo dabo te Ephraim, protegã te Iſrael? quo modo dabo te ſicut Aama, ponam

SEPT.

*cepi eum ſuper brachium meum, & non cognouerunt vt ſanarem illos in corruptione hominum, extende eos in vinculis charitatis meæ. Et ero illis, quaſi dans alapas homo ſuper maxilla eius, & reſpiciam ad eum præualens ei. Habitauit Ephraim in Aegypto, & Aſſur ipſe rex eius, quia noluit conuerti. Et infirmatus eſt gladius in ciuitatibus eius, & requieuit in manibus illius, & comedent de cogitationibus ſuis. Et populus eius ſuſpenſus eſt ex incolatu ſuo, & Deus ſuper pretioſa eius iraſcetur, & non exaltabit eum. Quid faciam tibi Ephraim, protegam te Iſrael?*

G

Repice in me & miſerere mei. Et iterum: *Reſpice, & exaudi me domine Deus meus*. Cumq; eos reſpexerit, præualebit ſiuẽ proderit eis: id eſt, ſuperabit aduerſarios, & de fugitiuis ſeruos faciet Siue dabit eis verum & dulcem cibũ, qui prius hæreticorum mendacia, & cibos amariſſimos deuorabant.

Margin: Pſal. 85 c — Ibid. 12. a

[a] ¶ *Non reuertetur in terrã Aegypti, & Aſſur ipſe rex ei⁹: quoniã noluerunt conuerti. Cœpit gladius in ciuitatibus eius, & cõſumet electos eius, & comedet capita eorũ. Et, &c.*] Quãdo dicit: non reuertetur in terram Ægypti: oſtẽdit quod reuerti cupiat, ſed ire nõ poſſit. Reuerti autẽ cupiebat Iſrael ab Ægyptiis auxiliũ efflagitans, ſed poſſeſſus eſt ab Aſſyrio, qui cepit eũ & dominat⁹ eſt illius iure victoris, & hoc paſſus eſt, quia cõuerti noluit, nec agere pœnitentiã. Vel certe dicam⁹ quod reuerſus ſit in terrã Ægypti, quãdo Ægyptios in terra ſancta adorauit deos, vel illo ſẽſu accipiẽdũ quo ſupra dictũ eſt: Ægyptum inuocabant: ad Aſſyrios abierũt. Cœpit itaq; gladius in ciuitatibus eius: ſiue irruet, vt interpretat⁹ eſt Aquila: aut vulnerabit, vt Symmachus trãſtulit. Et vide quãtum pondus ſit miſeriarum, vt non agri vel poſſeſſiones ac rura vaſtẽtur, ſed medias ciuitates hoſtis introeat, & conſumat electos ei⁹, ſiue brachia illius, vt interpretat⁹ eſt Symmachus, quod Hebraice dicitur, [a] בדיו. Cũque cõſumpſerit gladius electos & principes, ſiue robur exercitus, & deuorauerit vel capita vel conſilia eorum, vt non poſſint aliquod inuenire præſidium, tunc plebs miſerabilis, quæ ad me reuerti noluit, meum ad ſe reditum præſtolabitur, & ſero aget pœnitentiam, hoſtibus cuncta vaſtantibus: Itaq; quia peccata grandia grandibus ſunt punienda ſuppliciis, imponent eis qui derelicti fuerint de populo (rege eorum ac principibus Aſſyrio mucrone truncatis) iugum grauiſſimum ſeruitutis, & imponẽt pariter, quod non auferetur iuxta litterã, niſi ſpiritualiter tollatur in Chriſto. Iuxta Lxx. habitauit Ephraim in Ægypto: terram ſanctam ſe habere dicens, & eccleſiam domini Saluatoris: ſed vitiis atque peccatis & peruerſitate fidei ſemper in Ægypto commoratus eſt. Quia igitur habitauit in Ægypto, ſenſus magnus Aſſyrius erit rex eius, noluit enim reuerti ad eccleſiã, & virtute perdita, id eſt, Chriſto, qui eſt Dei virtus & Dei ſapientia, ſemper in languore verſatus eſt, & infirmus fuit, cunctis dæmonibus ac perturbationibus ſubiacens: idcirco gladius, hoc eſt ſcientia ſpiritalis vel ſermo eccleſiaſtici viri vaſtans atq; debellãs ſemper verſabitur in vrbibus eius, quas impiè extrũxit contra dominum, & ipſe gladius requieſcet in manibus eius: vt occiſus ab alio, alium non poſſit occidere, nec contra aduerſarium leuare manum. Deniq; recipient & vorabunt ſecundum conſilia ſua. Infelix autẽ populus & vulgus indoctum ſuſpirabit antiquam patriam, & captum ſe eſſe ſentiet, ſiue pendebit in incolatu ſuo, neſciens quid agat, & quo vertatur ignorans: Deus verò ſuper pretioſa eorum, aurum videlicet & argentum, quæ acceperant ab eo (de quibus ſæpè diximus) iraſcetur, & nequaquam liberabit eum, qui ſuo vitio corruit. Hoc iuxta Lxx. eundem autem ſenſum ex Hebraico coaptabimus.

Margin: חלה — a baddau — H

b ¶ *Quo modo dabo te Ephraim, protegam te Iſrael, &c.*] In eo loco vbi nos & Lxx. interpretati ſumus, protegam te Iſrael, in Hebraico ſcriptũ eſt: [b] אמגנך ישראל, quod Aquila tranſtulit ὅπλῳ κυκλώσω σε, id eſt ſcuto circumdabo te. Quod cum in bonam partẽ putaremus intelligi, & ſignificare protectionem

Margin: b amaggenecha Iſrael.

A tectionem, ex editione Symmachi contrarius nobis ſenſus ſubiicitur, dicentis: ἐκδώσω σε, id eſt, tradā te. Ex tranſlatione quoq; Theodotionis non proſpera, ſed aduerſaria demonſtrantur: ἐφοπλίσω σε, quod ſignificat laudabo te & auferā à te ὅπλον, hoc eſt ſcutum, quo te ante protexerā & hic ſenſus magis cōuenit dn̄o cominanti. Quod igitur dicit, hoc eſt, quoniam noluerunt conuerti, & Aſſur factus eſt rex eorum deuorauitque gladius & vrbes & principes & populum, & imponetur eis iugum, quod non auferetur ab eis, & videbatur dura ſenteria, nequaquā eis locum pœnitentiæ derelinquēs, nūc Deus parentis ad Iſrael loquitur affectu: Quid tibi faciā Ephraim quo modo te meo auxilio denudabo? qd tibi faciā? qua te arte corripiam? quo potero ſanare medicamine? ſicut Adama & Seboim ponā te: quæ duæ ſunt quinq; vrbium, ſicut in Geneſi legimus. Sodoma & Gomorra, Adama & Seboim & Bale, q̄ eſt Segor, & Syro ſermone Zoara dicitur. Ponā itaque & vertam te in ſolitudinē, & delebo vſque ad cineres ac fauillas: ſicut deleui Adama & Seboim. Cumq; duram, imo crudelem ſententiam protuliſſent rurſum parentis affectu miſericordia vincitur, & auſteritatem iudicis pietate mitigat patris. Dicit enim: Conuerſum eſt in me cor meum: pariter cōturbata eſt pœnitudo mea. Statim vt locut⁹ ſum, me

Gen. 19.c

B Ephraim & Iſrael ſicut Adama Seboimq; poſiturum, mea commota ſunt viſcera, Pœnituit me meum quondam populum delere in perpetuum: idcirco non faciam ſecūdum furorem iracundiæ meæ: nec de mea clementia comutabor, vt diſperdam Ephraim: non enim percutio, vt perdam in perpetuum, ſed vt emendem: Crudelitas meà, pœnitentiæ & pietatis occaſio eſt: Deus enim ego ſum, & nō homo. Homo ad hoc punit vt perdat: De⁹ ad hoc corripit vt emēdet. In medio tui ſanctus, & non ingrediar ciuitatem: hoc eſt, non ſum vnus de his qui in vrbibus habitāt, qui humanis legibus viuunt, qui crudelitatem arbitrantur iuſtitiam: Ius ſum̄um ſumma malitia eſt: mea autem lex meaq; iuſtitia eſt, ſaluare correptos. Poſſumus & aliter dicere: quia primus Cain parricida extruxit ciuitat: in nomine filii ſui Enoch: in huiuſcemodi vrbē dominus non ingreditur quæ ex ſcelere & ſanguine & parricidio fabricata eſt. Sin autem voluerimus legere: quo modo dabo te Ephraim, protegam te Iſrael: ſic intelligendum eſt: Quid tibi faciam, num protectione dignus es, qui tanta feciſti? Notandum quoque, quod vbi cōtra Iudam dicitur, id eſt populum Dei: non Adama ponitur & Seboim, ſed Sodoma & Gomorra. Legimus enim in Eſaia: *Audite legem Dei principes Sodomorum: attendite verbum Domini populus Gomorræ* In euāgelio quoque ciuitas quæ apoſtolos non receperit, excutientibus eis puluerem pedum ſuorum: dicitur de ea, quod in die iudicii tolerabilius ſit terræ Sodomorum & Gomorræ, quam ciuitati illi: Et ad Hieruſalem prophetalis ſermo dirigitur: iuſtificata eſt Sodoma ex te. Datur ergo nobis ſuſpicio, quod Sodoma & Gomorra principes fuerint in peccato, & Adama & Seboim earum exempla ſectatæ ſint: & quod potentes potenter tormenta patiantur, *& ſeruus qui ſcit voluntatem Domini ſui & non facit eam, vapulet multis*. Vnde & eccleſiaſtici, ſi iiſdem quibus hæretici ſceleribus continentur, nequaquam Adamæ & Seboim, quę inferiores ſunt: ſed Sodomæ & Gomorræ, quę maiorum criminum eſſe dicūtur cruciatibus ſubiacebunt. Ad hæreticos quoq; deceptūque ab eis populum loquitur dominus: quod niſi egerint pœnitentiam, ponantur ſicut Adama & Seboim, vt nullam ſpem habeant ſalutis. Rurſum vt clementiſſimus pater, dicit ſe ſuam mutare ſentētiam, & pœnitere quod talia ſit locutus: vt illos quoq; ad conuerſionem, & ad pœnitentiam

Gen 4.c
Eſaia 1,c
Mat. 10.b
Ezech. 16.
Sap. 6.a
Luc 12.f

HEB.

nā te vt Seboim? Conuerſum eſt in me cor meū, pariter cōturbata eſt pœnitudo mea. Non faciam furorem iræ meæ: non conuertar vt diſperdam Ephraim: quoniā Deus ego & non homo: in medio tui ſanctus, & non ingrediar ciuitatem, [a] Poſt dominum ambulabunt: quaſi leo rugiet: quia ipſe rugiet, & formidabunt filii maris. Et volabūt quaſi auis ex Ægypto, & quaſi columba de

SEPT.

*Iſrael? Quid faciam tibi? Sicut Adama ponam te, & ſicut Seboim. Conuerſum eſt cor meum in ipſo, ſimul conturbata eſt pœnitudo mea. Non faciā iuxta iram furoris mei. Non derelinquā vt deleatur Ephraim, quoniā Deus ego ſum, & non homo: in te ſanctus, & non ingrediar ciuitatem. Poſt Dominum ambulabo: ſicut leo rugiet, quia ipſe rugiet & formidabunt filii aquarum: Et volabunt quaſi auis ex Aegypto, & quaſi*

C prouocet: *Non faciam*, inquit, *in furore meo: non diſperdā Ephraim*. Quantum, inquit, in me eſt quantum ego cupio: ſi errorem veritate correxerit, ſi me magis amauerit quam principes hæreſeos Deus enim ego ſum & non homo) lapſis manum porrigam, errantes ad ſalutē vocabo. Et quia ſanctus ſum ꝓpterea nō ingrediat ciuitatem, id eſt cōciliabula, & vrbes hęreticorū. Foras exeūtes de vrbibus ſuis libēter recipio, in ciuitates eorū non ingrediar. Hoc ꝙ dixi, nō ingrediar ciuitatē, & iuxta Lxx. ſequitur: poſt dominū ambulabo, quidā ſic interpretati ſunt: vt dicerent domino populum reſpondiſſe & eſſe ſenſū. Quia conuerſum eſt cor tuum in te, & non ſecundum peccata noſtra feciſti nobis: ſed imitaris clementiam tuā, & noſtra delicta non punis, & polliceris te ſanctum & clementem in noſtri medio verſaturū, idcirco & ego malorum hominū non ingrediar ciuitatem, nec ero de numero peccatorum: ſed ambulabo poſt Dominum Deum meum. Hebræi autem ex perſona Dei ita ediſſerunt: Non te derelinquam: non ibo ad aliam gentem, nec ingrediar alteram ciuitatem.

a ¶ *Poſt dominum ambulabunt, quaſi leo rugiet, quia ipſe rugiet, & formidabunt filii maris. Et volabunt quaſi auis ex Aegypto, & quaſi columba de terra, &c.*] Domino proſpera pollicēte, populus conuertitur ad eum: & ambulabit poſt dominum: quia dominus rugiet quaſi leo: De quo & Amos propheta

D comemorat. *Dominus de Sion rugiet, & de Hieruſalem dabit vocem ſuam*. Rugit autem quando dicit: ſicut Adama, ponam te, & vt Seboim. Cumq; ille rugierit: tunc formidabunt filii maris ſiue aquarum, vt Lxx. tranſtulerunt. Etenim verbū Maim, quod per tres litteras ſcribitur [c] מים, ſi legatur [d] מים, aquas ſignificat: ſi [e] מים de mari intelligitur. Hęc Hebræi ad aduentum Chriſti referunt, quem ſperant eſſe venturū. Nos iam tranſacta conuincimus, quia & de Aſſyriis, hoc eſt & ab oriente & occidente, & ab aquilone & à meridie venerunt & quotidie veniunt qui diſcumbant cum Abrahā, Iſaac & Iacob. Filios autem maris ſiue aquarum eos poſſumus appellare, qui ſagena domini comprehenſi ſunt, & abſtracti de mari huius ſæculi. Cumq; capti fuerint de morte ad vitam, collocabūtur in domibus ſuis, quæ horrea vocat euangelium, in quibus electa & à paleis ſeparata frumenta conduntur. Natura leonum eſſe dicitur, vt cum infremuerint & rugierint, omnia animantia cōtremiſcāt, & fixo gradu ſe mouere non poſſint, tātus pauor eſt & tanta formido. Itaq; & dominus cum inſtar leonis rugierit, & intonuerit, ac dederit vocē ſuam, cūctæ aues & vniuerſa volatilia perhorreſcent, & ibunt ad nidos, id eſt ad domos ſuas, in quibus dominus habitabit cum eis. Dicamus & aliter. Cum verus leo infremuerit, falſus leo qui eſt iuxta apoſtolū Petrum, aduerſarius noſter, illico conticeſcet, & omne dogma peruerſum, os ſuum aperire non poterit, quique ante ab eo capti fuerant, rugitu leonis ſoluti & comminatione terribili, ſequātur dominum Deum ſuum. Tunc timebunt filii maris ſiue aquarum, qui in amaritudine & falſis hereticorum aquis fuerant procreati, & aſſumptis pennis, *volabūt quaſi aues ex Aegypto, & quaſi columbæ de terra Aſſyriorū, & dicent: Quis dabit mihi pennas ſicut colūbæ & volabo & requieſcam?* vt qui apud Hæreticos laborauerant, requieſcant in eccleſia, & habitent in domibus ſuis, de quibus fuerant errore ſeducti. Ægyptum, id eſt, [f] מצרים tribulationem interpretari, & anguſtiam nouimus, Aſſyrios quoq; dirigentes, ſiue vt melius arbitramur, arguentes. Ab his ergo liberantur hæretici, cum habitare cœperint in domibus ſuis, & malis parentibus dixerint: *Relinquetur vobis domus veſtra deſerta*.

Amos 1.a
c mem iod mem
d maim
e miiam
Mat. 8.a
Mat. 13.d
1. Pet. 5.b
Pſalm. 54.b
f Miſraim משר
Matt. 23.d

a ¶ Circum-



E a ¶ *Circumdedit me in negatione, &c.*] Tradunt Hebręi huiuſcemodi fabulam: In exitu Iſrael ex Ægypto, quando ex alia parte mōs, ex alia rubrum mare, & ex alia Pharaonis cingebatur exercitus, & incluſus populus tenebatur: cæteris tribubus deſperantibus ſalutem, & aut reuerti in Ægyptū, aut bellare cupientibus, ſolus Iuda fideliter ingreſs⁹ eſt mare, vnde & regnū meruit accipere & hoc eſſe quod nunc dicatur: Iudas teſtis ſermonum Dei, & aſtipulator ac vindex deſcendit cum Deo in mare, & inter ſanctos fuit fideliſſim⁹, vt verbis iubentis crederet Dei. Hoc illi dicūt, Nos cęptę explanationis ſequamur ordinem: ꝙ circundederit Ephraim regia tribus & dom⁹ Iſrael, populus qui tribui regię ſeruiebat, circumdederit eum in negatione ſiue mendacio: dum dominum negāt & idola confitentur. Iudas autem, hoc eſt duæ tribus, quæ habebant templum, legem, prophetas, & ſeruabant pręcepta legalia, erāt teſtes, gradienteſq; cum Deo & cum ſanctis fideles Sanctos poſſumus dicere, vel angelos, vel patriarchas ac prophetas, & ceteros qui Dei imperio ſeruiebant. Ad cōparationem enim illius temporis, quo hæc dicebantur, aberrante penitus Ephraim, & decepto in idolorum cultu Iſrael, ſolus Iuda remanſerat, qui in Dei cultu &

F teſtimoniis verſaretur & poſſet deſcendere cum eo, ſiue fortis eſſe cum forte: [g] רד enim & deſcenſionem & fortitudinem ſignificat, pro quo Aquila trāſtulit ἐπικρατῆσαι. Iuxta ἀπαγωγὴν circundant hæretici dominū in mendacio, imo in negatione. Quicquid enim loquitur, negatio, imo mendacium eſt, & circumdant eū in dolo ſiue in impietate domus Iſrael: dum vniuerſa quę ſimulant artifici ſermone componunt, & impietatem loquuntur contra dominū. Iudas autem, hoc eſt vir eccleſiaſticus, non ſuperbit, non inflatur timore hæretico: ſed humiliatur cum Deo, & cum ſanctorum choro fidelis eſt & robuſtus: dū ædificat domum ſuam ſuper petrā, quæ nulla tempeſtate quatiatur. Lxx. multo aliter trāſtulerunt: quod & Ephraim, & domus Iſrael, & Iudas circumdederint Deū in mendacio & in impietate: & tantæ clementiæ ſit Deus, vt non ab eis abſcindat ſpē ſalutis, ſed cognoſcat illos, & paratus ſit vocare populū ſanctum, & populum Dei, qui nunc impietate peruerſus eſt. Iuxta tropologiam quoq, velle Deū & hæreticos ſaluari, & eccleſiaſticos peccatores, & omnes ſuo vocabulo nūcupari. Qui autem verè ſanctus eſt, non circūdat Deū in mendacio, ſed in veritate pſalmiſta dicente: *Potens es domine, & veritas tua in circuitu tuo.*

g tad
Pſal. 88.

CAP. XII.

Ephraim paſcit ventum, & ſequitur æſtum, &c.*] Sacra narrat hiſtoria, Manahen regem Iſrael pace facta cum Aſſur, ab Ægyptiis auxiliū poſtulaſſe, & hoc eſt quod nunc dicitur, Ephraim paſcere ventos, id eſt ſpe vana ſe decipere, ſequiq; καύσωνα, hoc eſt æſtum, & ire ad meridiem, nihilque aliud agere tota die niſi ſibi illudere. Et dū huc illucq; diſcurrat, vaſtitatem, & euerſionem ſuis vrbib. præparare. An non eſt vaſtitas atque mendacium, pepigiſſe fœdus cum Aſſyriis, & oleum tuliſſe in Ægyptum: συνεκδοχικῶς à parte totum, quod videlicet munera Ægyptiis miſerit. Licet quidam arbitrentur, quod nequaquā in Ægypto oleum gignatur, ſed pretioſiſſimum miſſum eſſe ab Ephraim cuius terra Samaria olei fertiliſſima eſt. Porro ſecundū tropologiam, omnes hæretici peſſimo dæmonū ſpiritu cōtinen-

4. Reg 15.d

HEB.

ba de terra Aſſyriorū, & collocabo eos in domibus ſuis, dicit dominus. [a] Circundedit me in negatione Ephraim, & in dolo domus Iſrael: Iudas autem teſtis deſcendit cum Deo, & cum ſanctis fidelis.

CAPVT XII.

HEB.

Ephraim paſcit ventum & ſequitur æſtum: tota die mendacium & vaſtitatem multiplicat, & fœdus cum Aſſyriis iniit, & oleū in Ægyptū ferebat. [b] Iudiciū ergo domini cum Iuda, & viſitatio ſuper Iacob, iuxta vias eius & iuxta adinuentiones eius reddet ei. In vtero ſupplantauit fratrē ſuum, & in fortitudine ſua direct⁹ eſt cū angelo, & inualuit ad angelum

SEPT.

*quaſi columba de terra Aſſyriorum & collocabo eos in domibus ſuis, dicit dominus. Circumdedit me in mendacio Ephraim & in impietate domus Iſrael, & Iuda: nunc cognouit eos Deus, & populus ſanctus vocabitur Dei.*

CAPVT XII.

SEPT.

*Ephraim autem peſſimus ſpiritus perſecutus eſt æſtum, tota die inania & vana multiplicauit, & teſtamentū cū Aſſyriis pepigit, oleum in Aegypto mercabatur. Et iudicium domino cum Iuda, vt vlciſcatur Iacob iuxta vias eius & iuxta adinuentiones eius reddet ei. In vtero ſupplantauit fratrem ſuum, & in labore ſuo præualuit Deo, & confortatus eſt cum*

tur, de quo & in Apoſtolo ſcriptum eſt: Aduerſus ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus. Et immūdus ſpiritus cum exierit ab homine, & requiem non inuenerit ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe ſibi copulat, & priſtinam reuertitur ad domum. Spiritu igitur peſſimo ſequuntur καύσωνα, id eſt ariditatē ſiue ventum vrentē: qui contrarius floribus eſt, & germinantia cūcta diſperdit: tota die inania vacuaq; ſectatur: nec proprio errore cōtentus eſt, ſed multos diſcipulos, imo comites ſuæ vanitatis erroriſq; multiplicat. Fœdus quoq; facit cum Aſſyriis: quorum princeps eſt ſenſus magnus, vt quæcumq; finxerit ſapienter ſimulaſſe videatur ea ſapientia quæ deſtruitur à Deo: quā & Apoſtolus præcipit declinandam, dicens: *Videte ne quis vos deprædetur per philoſophiam & inanem ſeductionem, ſecundum traditionem hominum, ſecundum elementa mundi*. Sed & oleum fert in Ægyptum, ſiue mercatur Ægypti ſapientiam, eccleſiaſticis cupiens miſcere dogmatibus oleum vnctionis, quo vngebātur prophetæ ac ſacerdotes, quo vngebātur & reges. Hoc oleum habent & ſancti, de quibus dicitur: *Filij tui ſicut nouellæ oliuarum in circuitu menſæ tuæ*. Et bona oliua, in qua oleaſter noſter inſertus eſt. Quamuis autem conentur hæretici veritati miſcere mendacium, oleū aquis & ceteris humentibus & liquentibus rebus nō poteſt copulari: Semper veritas ſupra eſt, deorſumq; mēdacium. Omnes aliæ ſpecies, id eſt, hæreſes, quę non habent (vt diximus) oleū veritatis, poſſunt ſibi miſceri, & de pluribus vnum effici corpus. Sed harum oleum quod defertur in Ægyptum, & de terra ſancta ad Pharaonis regna deſcendit deteſtatur propheta, dicens: *Oleum peccatoris non impinguet caput meum.*

G
Epheſ. 6.b
Luc. 11. c
Eſa. 10. c
Sec. 70.
Col. 2.d
Pſalm. 140.
Rom. 11. a
H
Pſal. 140.

c ¶ *Iudicium ergo domini, &c.*] Ephraim ſemel paſcente ventos, & ſequente mendacium, qui in tantam venit amentiā, & inter duas gentes aduerſarias dubius fluctuaret, faciēs pacem cum Aſſyriis, & oleum portans in Ægyptum: Nunc mihi omne iudicium eſt cum Iuda, & viſitatio ſuper Iacob. Viſitationē autē vocat flagella atq; ſupplicia: vt qui Ephraim reddit quod merebatur, Iudæ quoq;, qui de Iacob ortus eſt ſemine, reddat iuxta vias & iuxta adinuentiones ſuas: qui non tantum fortuitu errore deceptus de humana concidit fragilitate, ſed inquiſiuit & aduenit in quibus peccaret & rueret. Exponit autem quanta bona Iudas, hoc eſt, Iacob acceperit, & in patre filius nominatur, veteriſque recordatur hiſtoriæ: vt & Dei miſericordia erga Iacob, & illius cōtra Dominum duritia cognoſcatur. Dum adhuc eſſet in vtero Rebeccæ, ſupplantauit fratrem ſuum Eſau: non vtique fortitudine propria, qui ſentire non poterat, ſed miſericordia Dei, qui cognoſcit & diligit eos quos prædeſtinauit. Et non ſolum in vtero ſupplantauit fratrem ſuum, ſed *in fortitudine* quoque *directus eſt cum angelo*, quando ad torrentem Iacob aduerſum angelū tota nocte pugnauit. Et quia directus eſt cum angelo, propterea εὐθύτητα, quod Hebraicè dicitur [a] ישר hoc eſt dirigentis, ſiue directi nomen accepit. Et inualuit, inquit, aduerſum angelum, & ei⁹ benedictione quē vicerat, confortatus eſt. Fleuit quoq; & rogauit eum, id eſt, angelum, dicens: *Non te dimittam, niſi mihi benedixeris*. Cumque patris matriſq; conſilio in Meſopotamiam fugeret, inuenit eundem angelum in Bethel: Qui locutus eſt ad eum, locutus eſt nobiſcum: id eſt, in patre locutus & filiis eſt, & in Iacob dilexit & Iudam: ex quo tempore vſq; ad præſens nominis

Gen 25.c
a iaſad.
Gen. 32.
Gen 28.c

A nominis eius, ꝙ illi ab angelo & à Deo impoſitũ eſt, memoria perſeuerat. Cum hæc ſe habeant ita, & tu ô Iuda imitare parentem tuum: plora & roga dominum exercituum, & ad eum conuertere. Cuſtodi miſericordiam, & iudicium, & cũ vtrumq; feceris, ſpera in Deo tuo, ſemper bonis operibus ad maiora proficiens. Pro eo ꝙ in hebraico habet, fleuit & rogauit eum, in Bethel inuenit eũ & ibi locutus eſt nobiſcum: legimus in editione vulgata: fleuerunt & rogauerunt me, in domo ὢν inuenerunt me, & ibi dictum eſt ad eos, ὢν interpretatur dolor. Si quis igitur flet & agit pœnitentiam, & dñm deprecatur, inueniet eum in dolore cordis ſui, & cum eum inuocauerit, ſibi audiet reſpõdentem. Poſſumus Iudam eccleſiaſticum virum intelligere, qui à domino corripitur, quod nõ ſit priſtinorum in ſe beneficiorũ eius memor, ſed quotidie peccatis peccata cõſociet & exponit quæ ſint ipſa beneficia: Cum te, inquit naſcentem in fide eccleſia parturiret, ſupplantaſti Iudæum ſiue gentilẽ fratrem tuum, & eius accepiſti primogenita, & in fortitudine tua directus es cũ angelo: vel vincens aduerſarias fortitudines vel roboratus benedictionibus angeli, qui ipſe eſt Deus: & inualuiſti per figuram cõtra angelum, vt inualeſceres cõtra homines, & cõfortatus es. Cũque eſſes victoriam cõſecutus fleuiſti & rogaſti angelum domini, & peccatorum veterum recordatus, inueniſti eũ in Bethel, hoc eſt in domo Dei, quæ eſt eccleſia, ſiue in domo ὢν, doloris & lacrymarũ & pœnitentiæ. Et vt ſciremus quis eſſet iſte Iudas, ibi inquit, locutus eſt nobiſcum, hoc eſt nobis Chriſtianis, & ex eo tempore vſq; in præſentem diem, Chriſti cenſemur nomine, & ipſo dirigente corrigimur. O itaq; vir eccleſiaſtice, qui appellaris Iudas, & confitens, cõuertere quotidie per pœnitentiam ad dñm tuum, & ſi fortè peccaueris, imitare prophetam dicentem: *Laboraui in gemitu meo: lauabo per ſingulas noctes lectum meũ, lacrymis meis ſtratum meum rigabo.* Nec hoc dixiſſe ſufficiat, ſed Dei ſerua mandata, fac in alios miſericordiam, vt & ipſe miſericordiam conſequaris: Iudicium verum iudica, vt in quo iudicaueris, iudicetur de te. Et ſpera in Deo tuo ſemper, ſiue appropinqua Deo tuo iugiter: vt omni tempore in virtute proficiens, appropinques Deo tuo.

Pſal. 6. b — B — אין — קוה

HEB.

angelum, & confortatus eſt: fleuit & rogauit eum: in Bethel inuenit eum, & ibi locutus eſt nobiſcum. Et Dominus Deus exercituum dominus memoriale eius, & tu ad Deũ tuum conuerteris, miſericordiã & iudicium cuſtodi, & ſpera in deo tuo ſemper. [a] Chanaã in manu eius ſtathera doloſa, calumniam dilexit. Et dixit Ephraim Veruntamen diues effectus ſum, inueni idolum mihi: omnes labores mei non inuenient mihi iniquitatem, quã peccaui. [b] Et ego dominus Deus tuus de terra Aegypti: adhuc ſedere te faciam in tabernaculis, ſicut in diebus feſtiuitatis. Et locutus ſum ſuper prophetas, & ego viſionem multiplicaui,

a ¶ *Chanaan in manu eius ſtathera doloſa, calumniam dilexit, &c.*] Monuerat Iudam vt conuerteretur ad dominum Deũ ſuum, & miſericordiam ſeruaret atq; iudicium, & ſperaret in domino ſemper, ſiue appropinquaret ei iugiter: Nunc ad Ephraim, hoc eſt ad decem tribus ſermo conuertitur: quem vocat Chanaan, iuxta illud quod loquitur Daniel ad presbyterum: qui vtiq; erat de ſemine Iuda: *Semen Chanaan, & non Iuda, ſpecies decepit te.* Et in Ezechiel ad Hieruſalem dictũ legimus: *Pater tuus Amorræus, & mater tua Cethæa.* Et in Eſaia dicitur ad tribum Iuda: *Audite verbum domini principes Sodomorum: percipite auribus legem domini noſtri populus Gomorræ.* In Zacharia quoque, extremo verſiculo legimus: & non erit Chananæus vltra in domo domini. Dicit autem Chanaan, hoc eſt Ephraim, habere in manu ſua ſtatheram doloſam ſiue iniquam: iubente ſcriptura: æqua ſint tibi pondera, & non ſolum habere ſtatheram iniquam ac doloſam, ſed diligere calumniã, & opprimere homines per potentiam. Et ne putaremus Chanaan alium quempiã ſentiendum, ponit manifeſtius qui ſit iſte Chanaan: *Dixit Ephraim:*

Dani. 3. a — Ezec. 16. f — Eſaia 1. e — Zach. 14. d — מרמה — Leuit. 19. g

*Veruntamen diues effectus ſum,* & eſt ſenſus: Non refert vnde poſſideam, dummodo poſſideam. Hoc morbo laborant plurimi, de quibus ſcriptum eſt: *Diuitiæ congregatæ iniquè, euomentur:* Redemptio enim animarum viri, propriæ diuitiæ. Vnde præcipitur vt faciamus nobis amicos de iniquo mammona qui nos poſſint recipere in æterna tabernacula. Ephraim autẽ, qui gloriatur & dicit. Veruntamen diues effectus ſum: inueni idolũ mihi ſiue ἀνωφελὲς hoc eſt [b] און ꝙ non proſit poſſidẽti caſſo labore ſudauit. Sicut autẽ guloſi & luxurioſi venter Deus eſt: ita & auarus adorat auri idolum, & dicit in corde ſuo, inueni quod quærebã, ſed audiet. *Stulte, hac nocte rapietur anima tua à te, quæ autem præparaſti, cuius erunt?* Cumq; ſemel oculos eius diuitiarum nõ dicam fulgor, ſed cæcitas occuparit, loquitur: *Omnes labores mei non inuenient mihi iniquitatẽ meam in quam peccaui:* & eſt ſenſus, quidquid peccauero ſi habuero diuitias ab his qui meo indigent auxilio, mihi non poterit imputari, ſecundum illud quod ſcriptum eſt: *Et qui iniqua gerit, benedicitur.* Diuitum enim amici multi. Vnde & ad hæreticos hoc ipſum refertur. Chanaan quippe interpretari poteſt, quaſi mouentes. Et nota ꝙ dixerim⁹, quaſi mouentes, non mouentes. Mouentes ſcilicet eos quos deceperint, quaſi mouentes illos quos mouere tentauerint. Sed quia fundati ſunt ſuper petrã, nullo poſſunt turbine concuti, nec pedum ſuorum mutare veſtigiũ. In iſtiuſmodi Chanaan manu, hoc eſt, operibus, ſtathera doloſa eſt & iniqua, quidquid enim hæreticus loquitur, Dei iuſtitiã non habet, & plenum eſt doli & fraudium, vnde & calumniam diligunt, dum deprimunt innocentes ſiue opprimunt eos per potentiam. Opprimitur pauper eccleſiaſticus verboſitate & argutiis hæreticorum, qui poſtquam aliquos deceperint, ſolent dicere, diuites facti ſumus, habemus plurimam multitudinem, diſcipulorũ turba nos ſequitur, inuenimus idolum vel refrigerium nobis. Idcirco enim vel maximè hæreſes componuntur, vt deuorent & domos viduarum, quæ ſemper diſcunt, & nunquam ad ſcientiam perueniunt veritatis. Et pulchre *inueni* ait, *idolũ mihi.* Omnia enim hæreticorum figmẽta idola ſunt & ſimulacra gentilium, nec multum differunt in impietate, licet in nomine diſcrepare videantur. Solentque dicere: quidquid fecero, quidquid egero, mihi non poterit imputari, habeo enim diuitias meas, argumenta philoſophorum, habeo populi multitudinem, quam qui aſpexit, me peccare non arbitrabitur.

C — Iob. 20. b — Prou. 13. b — Luc. 16. c — b און — Luc. 12. c — Pſal. 9. d — כנען — D — Luc. 10. g — 2. Tim. 3. b

SEPT.

*cum angelo potuit: fleuerunt & deprecati ſunt me, in domo ὢν inuenerunt me, & ibi dictum eſt ad eos: Dominus autem Deus omnipotẽs erit memoriale eius, & tu in Deo tuo conuerteris, miſericordiam & iudicium cuſtodi, & appropinqua Deo tuo ſemper. Chanaã in manu eius ſtathera iniquitatis, opprimere per potentiam dilexit. Et dixit* Ephraim: *Veruntamen diues effectus ſum, inueni requiem mihi, omnes labores eius non inuenientur ei propter iniquitates in quibus peccauit. Ego autem Dominus Deus tuus eduxi te de terra Ægypti: adhuc habitare te faciam in tabernaculis, ſicut in diebus ſolemnitatis: Et loquar ad prophetas, & ego viſiones multiplicaui, & in*

b ¶ *Et ego Dominus, &c.*] Tu quidem tãta peccaſti vt lætareris in ſcelere, & multitudinem peccatorum putares eſſe diuitias, & diceres, Diues effectus ſum, inueni idolũ mihi, omnes labores mei peccata mea inuenire nõ poterũt. Ego autẽ dñs Deus tuus, qui te eduxi de terra Ægypti, quando ſeruiebas Pharaoni, & ædificabas de luto & paleis ciuitates, adhuc tribuo tibi locũ pœnitẽtiæ, & magnitudine promiſſionum hortor, vt ad me redeas, adhuc enim ſedere te faciã in tabernaculis ſicut in diebus feſtiuitatis. Diẽ feſtiuitatis ſcœnophegiam vocat, ſeptimo menſe quintadecima die mẽſis, quando de Ægypto egreſſi ſunt filij Iſrael. Sicut inquit in eo tempore te de Aegypto liberaui, & habitaſti in tabernaculis, ad terram ſanctam, & ad locum templi ire feſtinans: Sic etiam nunc educam te de tribulatione, & anguſtiis, & imminente captiuitate, ſi tamen feceris quæ præcepi.





E Ego enim ſum, qui per omnes prophetas & varia genera viſionum aſſimilatus ſum hominibus, & te ad pœnitentiam prouocaui. An non eſt humanæ ſimilitudinis, quãdo Moyſes in altum extollens manus, orat vt Ieſus vincat Amalech & crucis in eo ſacramenta monſtrentur? Nõne in manibus prophetarum aſſimilatur Deus, quãdo Ionas tribus diebus ac noctibus in profundo eſt, vt dñm ſignificet die tertia ab inferis reſurgentem? Multiplicatas autem viſiones in omnibus prophetis legimus: quando Ezechiel dñm cernit in aurigæ modum ſedentem ſuper Cherubim. Et Eſaias, *Vidi*, inquit, *Dominum ſedentem ſuper thronum excelſum & eleuatũ*, & duo Seraphim in circuitu eius clamantia ad inuicem: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dñs Deus Sabaoth. Et Abacuc: Stabat in ſpecula ſua, vt cornua videret in manibus Saluatoris: in quibus abſcondita eſt fortitudo eius. Vnde & pſalmiſta conclamat: *Audiã quid loquatur in me dominus Deus*: Vt autẽ ſciamus omnem prophetiã in ſcripturis ſanctis appellari viſionem: *Et omnis*, inquit, *populus videbat vocem domini*: Vnde & prophetæ ante dicebantur videntes. Ad eos quoq; qui ab hæreticis ſeducti ſunt, dicitur vt reuertantur ad dominum: qui mauult pœnitentiam peccatoris quàm mortem: ipſum enim eſſe qui eos eduxerit de terra Ægypti, id eſt, de tenebris & errore gentilium. Et ne forſitan peccati memores tardius reuertantur: Adhuc, inquit, ſedere vos faciam in tabernaculis ſicut in diebus feſtiuitatis, vt quod facit baptiſma, hoc faciat pœnitentia, & habitent in tabernaculis Saluatoris, hoc eſt in eccleſiis: de quibus dicitur: *Plantati in domo domini, in atriis domus Dei noſtri florebunt*: Et ne putent hæreſiarchas & principes erroris ſui Dei locutos ſpiritu: Ego ſum, inquit, qui locutus ſum ad prophetas, & non ad magiſtros veſtros, & *ego viſiones multiplicaui, & in manu prophetarum* meorum, qui ſunt in eccleſia conſtituti, *aſſimilatus ſum.*

Exod 17. c — Iona 2 — Matth. 12. c — Ezec. 10. c — Eſaia 6. a — Abac. 3. a — Pſal. 84. — Exod. 20. c — 1. Reg. 9. b — Ezec. 18. g — F — Pſal. 91. c

HEB.

caui, & in manu prophetarum aſſimilatus ſũ. [a] Si in Galaad idolum, ergo fruſtra erãt in Galgal bobus immolantes: nam & altaria eorũ quaſi acerui ſuper ſulcos agri. [b] Fugit Iacob in regionem Syriæ, & ſeruiuit Iſrael in vxore, & in vxore ſeruauit: In propheta autẽ eduxit dominus Iſrael de Ægypto, & in propheta ſeruatus eſt.

[c] Ad iracundiam me prouocauit Ephraim in amaritudinibus ſuis, & ſanguis eius ſuper eũ veniet, & opprobrium illius reſtituet ei dominus ſuus.

a ¶ *Si in Galad idolum, ergo fruſtra erant in Galgal bobus immolantes: nam & altaria eorum quaſi acerui ſuper ſulcos agri.*] Pro eo quod nos tranſtulimus, bobus, qui Hebraicè appellantur [c] שורים Lxx. interpretati ſunt ἄρχοντες, id eſt, principes qui vocantur [d] שרים verbi ſimilitudine atq; ambiguitate decepti. Rurſum vbi nos poſuimus, aceruos, qui Hebraicè appellantur [e] גלים & propriè θινὰς ſignificant, hoc eſt, ex arena tumulos congregatos (qui maximè in deſerto, & in littoribus flãte vento, vel augentur, vel minuuntur) Lxx. trãſtulerunt χελώνας, id eſt, teſtudines: pro quibus Symmach⁹ aceruos lapidum, interpretatus eſt: Theodotio, colles. Et reuera ſi θινὰ reſpicias, habent ſimilitudinem magnorum teſtudinum in deſerto agro, vel in ripis atq; littoribus paululum humo eminentiũ. Quod ergo dicit, hoc eſt: ſi in Galaad de qua ſcriptum eſt: *Galaad ciuitas operantium idolũ ſupplantata à ſanguine*, falſi ſunt dij & peruerſa religio, & eſt trãs Iordanem, vbi duæ tribus habitant Ruben & Gad, & dimidia tribus Manaſſe, ergo & Galgal (de qua in hoc eodem propheta legimus: *Omnis malitia eorum in Galgala, quæ eſt poſt tergum Bethauen*) quicumque idola colunt, non boues diis immolant, ſed bobus offerunt ſacrificia, imitantes errorem Samariæ. Eo enim tempore, quo hæc prophetabantur, Galaad in regno decem tribuum erat, & Galgal ſub imperio duarum tribuum, quæ appelabantur Iuda. Ergo & decẽ tribus, & duæ pari idololatriæ errore deceptæ ſũt, & altaria eorum ſicut acerui & tumuli de lapidibus congrati ſiue de arenis. Cumq; & illi & hi in captiuitatem fuerint abducti, aræ quondam eorum abſq; cultoribus teſtudinum vel tumulorum habebunt ſimilitudinem. Quia vero Galaad interpretatur, tranſlatio teſtimonij, & Galgal, volutabrum,

c ſcuarim — d ſarim — e gallim — Sup. 6. c — Sup. 9. d — גלעד — לגל



hoc dicere poſſumus, ꝙ principes hæreticorum teſtimonia veritatis transferant in mendacium, & quidquid colunt, idolum ſit, & ſacrificia eorum habeant ſimilitudinem, vel aceruorũ de lapidibus congregatorum, vel teſtudinũ. Quomodo enim θινὲς, & acerui hinc atq; illinc de lapidibus & ſabulo congregãtur, ita & hæretici de ſapiẽtia ſeculari & argutiis hominũ fraude atq; mẽdacio ſimulacra cõponunt. Et cũ hoc fecerint, tardi greſſibus in vno mouentur loco, & totũ orbem occupare non poſſunt. Teſtudo tardigrada & onerata, imò oppreſſa pondere ſuo, non tam ambulat quam mouetur: hæreticorum grauiſſima peccata ſignificans, qui ſuis in cæno & volutabro luti erroribus immolãt: adorantes opera manuum ſuarum, & inſtar boum cuncta pro terrenis frugibus laborantes.

G

SEPT.

*mutiplicaui, & in manibus prophetarum aſſimilatus ſum. Si non Galaad eſt: ergo falſi erant in Galgala principes immolantes, & altaria eorum quaſi teſtudines ſuper deſertum agri. Et receſſit Iacob in campum Syriæ, & ſeruiuit Iſrael in vxore & in uxore cuſtodiuit: & in propheta eduxit dominus Iſrael de Aegypto, & in propheta ſeruatus eſt.*

b ¶ *Fugit Iacob in regionẽ Syriæ,*] Videtur abſq; ratione & ordine prophetali poſt idolum Galaad & Galgal & altaria aceruis lapidum ſimilia, ſubito hiſtoriam Geneſeos de Iacob voluit narrare: Quod ſtatim ſoluit, quia ſupra de Iacob legiſſe ſe meminit, in vtero ſupplantauit fratrem ſuũ, & in fortitudine ſua directus eſt cũ angelo, & inualuit ad angelũ, & confortatus eſt, fleuit & rogauit eũ: in Bethel inuenit eũ, & ibi locutus eſt nobiſcũ. Iſte igitur Iacob nõ fruſtra ab angelo confortatus eſt: ſed quia tota nocte pugnauit, & vicit aduerſarium, vt ex hoc fratrem diſceret nõ timere: cuius metu in Syriam fugeret ad Laban auunculum ſuum. Et ſeruiuit in vxore Rachel ſeptẽ annis, & pro Lia oues ſoceri Laban, eodem annorũ ſpatio cuſtodiuit. Et quia ſemel Iacob dixerat & Iſrael, patrem filioſq; coniungit, & ſequẽtis recordatur hiſtoriæ, quãdo in propheta Moyſe eduxit dominus Iſrael de Ægypto, & duodecim tribus, quæ generatæ ſunt de Iſrael propheta educente ſeruatæ ſunt. Non errabit qui ſupplantatorem Iacob, & Iſrael videntem Deũ in typo dñi dixerit præceſſiſſe, & Rachel primũ ſterilem atque formoſam (quam plurimũ dilexit Iacob) ſignificare eccleſiam: Liam autem lippientibus oculis atque fœtoſam, ſynagogæ ſacramenta monſtrare: & quod ipſe credentium populum eduxerit de tenebris huius ſæculi, & ad dulciſſima Iordanis, id eſt baptiſma, fluenta peruenerit.

Gen 31. g — Gen 27. g & 29 g — H

c ¶ *Ad iracundiam me prouocauit Ephraim in amaritudinibus ſuis, & ſanguis eius ſuper eum veniet, & opprobriũ illius reſtituet ei Dominus ſuus*] Cum ego Ephraim tanta præſtiterim, vt nudum & exulem & ſolum, diuitem dominumque reducerem, & multorum filiorum parentem: deſeruit me Ephraim, imo ad iracundiam prouocauit, & amaritudine ſua amarum fecit eſſe qui dulcis ſum. Vnde ſanguis eius ſuper eum veniet, id eſt, ipſe erit cauſa mortis ſuæ, ſecundum id quod Dauid loquitur ad eum qui Saulis nunciauit interitum, & à ſe regem Iſrael cæſum eſſe memorabat: *Sanguis tuus ſuper caput tuum.* Non mea ſententia, ſed Saulis ſanguine tuus ſanguis effundetur. Quodque ſequitur: *Et opprobrium eius reſtituet ei dominus*: Illi ſenſui congruit, quẽ Nathan loquitur ad Dauid: *Quia blaſphemare feciſti inimicos nomen Domini, propter hanc rẽ*: hoc eſt, propter hoc peccatum quod interfeciſti Vriam: ipſa blaſphemia atque opprobrium, quo per te dominus blaſphematus eſt, vertetur in caput tuum. Semper hæretici ad iracundiam prouocant clementem dominum & qui mauult pœnitentiam peccatoris quam mortem, duritia cordis ſui punire compellunt: & ſanguis eorum (quo & ſuum & multorum effuderunt ſanguinem) veniet ſuper caput eorum, & opprobria quibus dominum blaſphemauerunt, reſtituet ei dominus ſuus: non quod eorum dominus ſit, ſed quia quondam dominus eorum fuit.

2. Reg. 1. e — 2. Reg. 12. c

CAPVT

A

זבחי אדם עגלים ישקון

CAP. XIII.

LOquente Ephraim, &c.] Pro eo quod Lxx. interpretati ſunt: immolate homines, vituli enim defecerūt, & nos vertimus, immolate homines vitulos adorantes: Symmachus interpretatus eſt, immolate homines, vitulos adorēt: vt ſit ſenſus: Immolate, hoc eſt, ſacrificate idolis, & hucuſq; distinctio: ſequatur, rationale animal homines, adorent vitulos muta animantia. Loquente ergo Ephraim, id eſt Hieroboā filio Nabath de tribu Ephraim, horror inuaſit Iſrael, id eſt decē tribus. Pro horrore q̃ hebraicè dicitur [a] רתת quē Symmachus & Theodotio tremorem interpretati ſunt: neſcio quid volētes δικαιώματα, id eſt, iuſtificationes, Lxx. tranſtulerunt. Et tantus Iſraelem horror inuaſit, vt delinqueret & offenderet Deū in Baal, & moreretur, perdens eum qui dicit: *Ego ſum vita. Anima* enim *quæ peccauerit ipſa morietur*. Et apoſtolus: *Vidua*, inquit, *quæ in delicijs eſt, viuēs mortua eſt*. Et non ſolū mortu⁹ eſt in Baal, ſed addidit peccata peccatis: vt ex argento q̃ dominus dederat, idola fabricaretur opera manuum hominum. Quibus ipſi dicunt (id eſt ſacerdotes & principes, qui populum bona docere debuerāt) Immolate homines vitulos adorantes, quod quidem in pſalmis dicitur: *Immolauerunt filios ſuos, & filias ſuas dæmonijs*. Pro eo quod iuxta Symmachū & Theodotionem vertimus, adorantes: Aquila interpretus eſt, καταφιλοῦντες, id eſt, deoſculantes. Qui enim adorant, ſolent deoſculari manum ſuam, quod Iob feciſſe ſe negat, dicens: *Si oſculatus ſum manum meam apponens ori meo, & hoc mihi ad iniquitatem maximam reputetur*. Sin autem, vt quidam volunt, dæmones loquuntur ad populum: Immolate homines, vituli enim defecerunt: oſtenditur ingluuies eorum, qui ſanguine victimarum aluntur, & holocauſtorū fumo, q̃ deficientibus hoſtiis, homines ſibi cupiant immolari: quorum non ſolum interitu: ſed & cruore lætātur. Loquentibus autem hæreticis, imo principibus hæreticorum, id eſt Ephraim, horror & tremor inuaſit infelicem populū, & deliquit in idolis, quæ de ſuo corde confinxit, & moritur cum populo quē ſeduxit: Et non ei ſufficit corruiſſe, niſi linguam q̃ ad canendum Deum acceperat, vertat in imagines idolorum, & artifici eloquio ſimile veritati dogma componat, q̃ nihil eſt aliud, niſi excogitatio prauitatis humanæ, præcipiūtq; diſcipulis ſuis, vt & ipſi immolent homines, hoc eſt furentur de eccleſia Dei, & introducant ad hæreticos, & occidant quos deceperint. Quodq; ſequitur. Vituli enim defecerunt, hunc habet ſenſum. Nolite quærere quos ſeducatis de gentibus, qui vocantur bruta animalia, ſed eos rapite, eos immolate, qui in eccleſia conſtituti, Chriſti cenſentur nomine, & homines appellantur.

Ioan. 4. a. Ezec. 18. a. 1. Tim. 5. a. Pſal. 105. f. B Iob 31. c

a ¶ *Idcirco erūt quaſi nubes matutina, & ſicut ros matutinus pertranſiens, &c. & ſicut fumus de fumario.*] Lxx. hoc ſolum quod in vltimo eſt immutantes, & ſicut vapor de locuſtis, ſiue de lacrymis, quia in pleriſq; codicibus ἀκρίδων, in aliis δακρύων poſitum reperimus. Quia, inquit, homines pro vitulis, imo vitulis immolauerunt, & adorauerunt vitulos, idcirco erūt quaſi nubes matutina, & ſicut ros mane pertranſiens, ſicut puluis turbine raptus ex area, & ſicut fumus de fumario. Quæ omnia videntur ad tempus, & ſubito dilabuntur, iuxta illud quod dixerat: *Tranſire fecit Samaria regem ſuum, quaſi ſpumam ſuper faciem aquæ*. Et iterum: *Sicut mane tranſit, pertranſiit rex Iſrael*. Et nubē quidem aut rorem trāſire velociter puluerem ex area, & fumū de fumario, nemo ambigit, iuxta illud quod ſcriptum eſt: *Sicut deficit fumus deficiant*. Quærimus autem quare Lxx. pro fumario, q̃ Theodotio tranſtulit καπνοδόχη, locuſtas interpretati ſunt: apud Hebræos, locuſta & fumarium, iiſdem ſcribitur litteris [b] ארבה: quod ſi legatur [c] ארבה, locuſta dicitur ſi: [d] ארבה, fumariū: pro quo Aquila καταράκτου: Symmachus foramē interpretati ſunt. Cataractam autē ꝓpriè vocant foramen in pariete fabricatum, ꝑ quod fumus egreditur. Si quis autem contentioſus & nolens recipere Hebraicam veritatē, locuſtæ ſenſum quæſierit: audiat Ephraim ἀτμῷ id eſt vapori ſiue auræ & ſpiritui cōparari: q̃ ita tenuis de ore locuſtę egreditur, vt non ſentiatur. Quodſi è contrario obiecerit, quare non aliis, quę minora ſunt peritorū Ephraim aſſimilauerit: verbi gratia pulici, qui omnia mēbra habet, caput, oculos, pedes, vētrem, & cætera: quæ licet oculis non videamus, tamen ſenſu intelligimus: intantū vt os pulicis ac dētes non videntes oculis, morſib⁹ ſentiamus. Reſpōdendum eſt ei, q̃ ideo vapori, locuſtæ, ſiue auræ tenuiſſimæ, periturorū gloria comparata ſit: quia locuſta noxia eſt, & ſic inimica mortalibus, vt famem faciat, & ſegetum culta populetur: intantū vt arbores quoque & vineas decorticet: quod plenius in Iohel propheta legimus. Et huic locuſtæ & nubi matutinæ, & rori & pulueri hæretici comparantur: de quibus & in epiſtola catholica dicitur: *Hi ſunt nubes ſine aquis*. Habent enim ſpeciem prophetarum, & nubium apoſtolicarum, ad quas Dei veritas peruenit, ſed non habent aquas, id eſt gratiam Spiritus ſancti, dicente domino in euangelio: *Qui credit in me (ſicut dicit ſcriptura) flumina de ventre eius fluēt aquæ viuæ*: Hoc autem, inquit, dixit de ſpiritu, quem accepturi erant credentes in eum. De lacrymis autem, quæ ſermone Græco habent aliquam ſimilitudinem locuſtarum δακρύων καὶ ἀκρίδων, manifeſtus error eſt: quibuſdam pro locuſtis lacrymas exiſtimantibus.

Sup. 10. d. Sup. 11. a. C Pſal. 67. a. b aleph res beth he. c arbe. d arubba. D Ioel. 1. & 2. Iudæ d. Ioan. 7. f.

b ¶ *Ego autem dominus Deus, &c. omnem militiam cœli, & non oſtendi ea tibi, vt ambulares poſt ea.*] Quæ quoniam & in Hebraico non habentur, & à nullo vertuntur interpretum, in antiqua quoque editione Lxx. non leguntur, obelo prænotanda ſunt: præſertim cum ſenſus eorum perſpicuus ſit. Vnde ad reliqua tranſeamus, cum his quæ ſequuntur iungentes ſuperius capitulum.

c ¶ *Ego autem Dominus Deus tuus de terra Ægypti, & Deū abſq; me neſcies, &c.*] Quia ſupra dixerat: Fugit Iacob in regionem Syriæ, & ſeruiuit Iſrael in vxore, & in vxore ſeruauit: In propheta eduxit Dominus Deus Iſrael de Ægypto, & in propheta ſeruatus eſt: etiam nunquid eis præſtiterit, refert: *Ego Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti*: quod tibi mandaui per Moyſen attende: *ne fortè comedas & ſatureris, & obliuiſcaris Dei tui, qui eduxit te de terra Ægypti*: *Non eſt enim alius Deus præter me, & qui poſſit ſaluare, nullus eſt alius*. Ego qui conditor omnium ſum, cognoui ſiue paui te in deſerto, & in terra inhabitabili: vbi rerum omnium penuria, vbi nullæ aquæ: dedi tibi manna de cœlo, & aquarum fontes produxi de petra duriſſima. Qui iuxta illud, quod alibi ſcriptum eſt: *Incraſſatus eſt, & impinguatus, dilatatus, & recalcitrauit dilectus*: nunc quoque comederunt & ſaturati ſunt, & eleuauerunt cor ſuum, & obliti ſunt eius, cuius beneficiorum memores eſſe debebant.

Deut. 6. b. Deut. 32. b.

Neque

CAPVT XIII.

HEB.

LOquente Ephraim, horror inuaſit Iſrael, & deliquit in Baal, & mortuus eſt. Et nunc addiderūt ad peccandum, feceruntque ſibi conflatile de argento ſuo, quaſi ſimilitudinem idolorum, factura artificum totum eſt: his ipſi dicunt: Immolate homines vitulos adorantes.

[b] Idcirco erūt quaſi nubes matutina, & ſicut ros matutinus pertranſiens: ſicut puluis turbine raptus ex area, & ſicut fumus de fumario.

CAPVT XIII.

SEPT.

IVxta verbum Ephraim iuſtificationes accepit ipſe in Iſrael, & poſuit Baal & mortuus eſt. Et nunc appoſuit vt peccaret, & fecerunt ſibi conflatile ex auro & argento ſuo, ſecundum imaginem idolorum, opera artificum completa: his ipſi dicunt: Immolate homines, vituli enim defecerunt.

HEB.

[d] Ego autem dominus De⁹ tuus, de terra Aegypti, & Deum abſque me neſcies, & Saluator non eſt præter me. Ego cognoui te in deſerto, in terra ſolitudinis. Iuxta

SEPT.

c *Ego autem dominus Deus tuus firmans cœlum, & creans terram, cuius manus creauit omnem militiam cœli, & non oſtendi ea tibi, vt ambulares poſt ea. Et ego eduxi te de terra Aegypti & Deum præter*



E

Neq; enim per tantam eremi vaſtitatem (vbi non ſolū fruges & arbores vineæque, ſed nec herba quidem gignitur, & nullæ aquæ ardorem temperant ſolis) quadraginta annis poterat Iſrael ad terrā peruenire Iordanis, niſi domin⁹ omnia præſtitiſſet. Hęreticos quoque eduxit dominus de terra Ægypti, de domo ſeruitutis, & de camino ferreo: qui primū ſeruiebāt regi Pharaoni, & ducibus eius, pręcepitq; eis in eccleſia, vt alium neſcirent Deū, niſi eum qui creator eſt omniū & nouit ſaluare quos fecit. Ipſe cognouit eos, & pauit in terra ſolitudinis: ita vt poſſint dicere: *Dominus paſcit me, & nihil mihi deerit: in loco paſcuæ ibi me collocauit, ſuper aquam refectionis educauit me*. Deditq; eis angelorum panem manna de cœlo, quod in Ægypto nunquā comederant, & aquas de ſequenti eos petra. Petra autem, iuxta Apoſtolum, Chriſtus eſt, qui comederunt & impleti ſunt, & cibos domini non tulerunt. Quibus idem Apoſtolus loquitur: *Iam ſaturati eſtis, iam diuites facti eſtis: ſine nobis regnatis, atque vtinam regnetis, vt & nos regnemus vobiſcum*. Comederunt enim in ſanctis ſcripturis, panem qui de cœlo deſcendit, & cum Dauid dixerunt: *Incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi*. Impletiq; & ſaturati eleuauerunt contra creatorem cor ſuum, & alterū ſibi finxerunt Deum. Quidquid biberant & comederant, ſuis meritis, non Dei miſericordiæ deputantes: Idcirco obliti ſunt Dei, qui præceperat eis: vt legis verba religarent inter oculos & in manibus atque in fimbriis palliorum, ne vmquam obliuiſcerentur Dei ſui.

Pſal. 22. a. 1. Cor. 10. a. 1. Cor. 4. b. Pſal. 50. b. F Num. 15. d.

a ¶ *Et ego ero eis quaſi leæna, ſicut pardus in via Aſſyriorū: occurrā eis quaſi vrſa raptis catulis, &c.*] Illi adimpleti ſunt & ſaturati, eleuauerunt corda ſua, & obliti ſunt mei. *Ego autem*, inquit, *ero eis quaſi leæna* ſiue *panther*: de quo ſupra plenius diximus: *& ſic pardus in via Aſſyriorum*, quando ducentur captiui ab Aſſyriis, & occurram illis quaſi vrſa raptis catulis ſiue indigens cibo, & diſrumpam eorum vniuerſa vitalia. Aiunt qui de beſtiarum ſcripſere naturis, inter omnes feras nihil eſſe vrſa ſęuius cum perdiderit catulos, vel indiguerit cibis, & non ſolum pantheræ, pardi, & vrſæ ferociam comminatur, ſed leonis quoque, & omnium beſtiarum quæ gignūtur in ſaltibus, & in hæc omnia dicit ſe eſſe vertendū quando ierint ad Aſſyrios: ne cum ibi dura fuerint perpeſſi, non potentiæ & indignationi domini, ſed hoſtium fortitudini aſſignent miſerias ſuas. Simulq; conſideremus, quod qui in euangelio credentibus loquitur: *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos: iugum enim meū ſuaue eſt, & onus meum leue*: nunc per prophetam incredulis & nolentibus agere pœnitentiam, panther, pardus, vrſa, & leo efficitur: non ſolum Iſraelitis, qui propter idololatriam in Medorum vrbibus ſiue montibus collocati ſunt: ſed etiam hæreticis, qui propter mentis ſuperbiam, & falſorum dogmatum vanitatem, obliti ſunt Dei ſui, & finxerunt idola, & ſecuti ſunt deos alienos.

Supra 5. דב שכול Matt. 11. d.

c ¶ *Perditio tua Iſrael, tantummodo in me auxilium tuum. Vbi eſt rex, &c.*] Pro eo quod Lxx. interpretati ſunt ἔσχον, id eſt, habui: omnes abſtuli tranſtulerunt. Infelix Iſrael, & dignus maledictione perpetua: qui in tantum impietatis deſcendit profundum, vt ſolius Dei ſaluetur miſericordia. Poteſt autem in Hebræo & hoc ſenſu legi: Diſpereas Iſrael, quia nihil tibi reliquum eſt, niſi vt mea ſolum clementia conſerueris. In Lxx. autem alter eſt ſenſus: Corruptioni tuæ Iſrael quis auxiliabitur? id eſt, captiuitati tuæ, & vltimæ ſeruituti quis ferre poterit auxilium eorum, quos tibi præſules æſtimaſti? *Vbi eſt rex tuus*, de quo dicebas ad Samuel: *Conſtitue ſuper nos regem, vt iudicet nos, ſicut & gentes habent cæteræ?* Cūq; ille contradiceret, reſpondebas: *nequaquam, ſed rex erit nobis, & erimus etiam nos ſicut & gentes omnes: & iudicabit nos rex noſter & egredietur ante nos, & pugnabit pro nobis*. De quo ergo tibi promiſeras quod tua bella bellaret, nunc in neceſſitate ſubueniat, & vniuerſas vrbes tuas liberet de ſeruitute. Vbi ſunt iudices tui? vbi reges? Tu enim dixiſti: Da mihi regem, & principes: itaq; *dedi tibi* Saulem *regem in furore meo*: in tantum vt in diebus meſſis pluuiam demonſtrarem contra naturam Iudææ prouinciæ. *Et abſtuli*, inquit, *in indignatione mea* regem, videlicet Sedechiam: vt quem cum furore dederam, tollerem cum indignatione. Alij arbitrantur datū in furore regem Hieroboam filium Nabath, & ablatum in indignatione Oſee vltimū regem decem tribuum. Hoc q̃ expoſuimus, dedi tibi regem, & abſtuli regem in indignatione mea, Hebręi ad futurum tempus referunt: eo, inquit, tempore quo dicebas: da mihi regem & principes: ego tibi reſpondebam per Samuelem, quod daturus tibi eſſem in furore meo, & ablaturus in indignatione mea. Perditus eſt omnis hæreticus, & corruptioni traditus: *Qui enim corrumpit templum Dei, & corrumpet illum Dominus*: & in nullo alio habet auxilium, niſi in ſola miſericordia Dei, quam pœnitudine conſequitur. Huius rex & iudices diabolus eſt & dæmones, ſiue omnes principes dogmatum peruerſorum, qui eos tempore neceſſitatis & anguſtiæ liberare non poterunt: qui dati ſunt in furore, & auferentur in indignatione: non quod Dominus tales eos voluerit habere reges (alioquin non auferret quos ſponte dederat) ſed quod dimiſerit eos voluntatibus ſuis: vt comedentes & incraſſati carnibus nauſearent, & euomerent per nares ſuas, & odiſſe inciperent eos quos tanto ſtudio ſequebantur.

G 1. Reg. 8. a. 4. Reg. 25. 3. Reg. 12. e. 4. Reg. 17. H 1. Cor. 3. c.

c ¶ *Colligata eſt iniquitas Ephraim: abſconditum peccatum eius, &c.*] Quo modo ſi ligetur quid in ſacculo, conſeruatur, & non perit ei cui ligatum eſt: ſic omnis iniquitas, qua in Deū peccauit Ephraim, colligata eſt ei & abſcondita, & quaſi in marſupio reſeruatur. Deniq; cum dies vltionis aduenerit & extrema captiuitas, dolores quaſi parturientis venient ei, ſiue apprehēdent illum. Mulier parturiens multo antequam pariat, ex eo tempore quo concepit, ſcit ſe eſſe parituram & expectat quotidie extrema tormenta, cruciatuſq; venturos: Ita & Ephraim filius inſipiens (de quo ſupra dixerat: *Ephraim columba inſipiens, non habens cor*) in contritione filiorum & populi ſui) cum dies parturitionis & captiuitatis aduenerit, aut ſtare aut ſufferre non poterit. Pro inſipiente filio in Lxx. per ironiam legitur: Iſte filius ſapiens, hoc eſt, quē ſapientem putabas, vt econtrariò intelligatur inſipiens. Omnibus autem hæreticis iniquitas colligata eſt, quam in excelſo locuti ſunt, & abſconditum eſt peccatum eorum, dum ſe putant venena ſui cordis abſcondere & habere ſecreta: quæ cum dies parturitionis aduenerit, dolore eiulationibuſque pandentur. Iſte Ephraim filius inſipiens eſt, quia Dei ſapientiam dereliquit: de quo in Hieremia ſcriptum eſt: *Nouiſſimum eius erit inſipiens*, & in contritione filiorum ſuorum quos interfecit, quos ingulauit, Dei iram ſuſtinere non poterit.

Sup. 7. c. Hier. 17. b.

HEB.

iuxta paſcua ſua adimpleti ſunt, & ſaturati ſunt, eleuauerunt cor ſuū, & obliti ſunt mei. [a] Et ego ero eis quaſi leæna, ſicut pardus in via Aſſyriorum: Occurram eis quaſi vrſa raptis catulis, & diſrūpam interiora iecoris eorum, & conſumam eos ibi quaſi leo, beſtia agri ſcindet eos. [b] Perditio tua Iſrael, tantūmodo in me auxilium tuū. Vbi eſt rex tuus? maximè nunc ſaluet te in omnibus vrbibus tuis, & iudices tui, de quib⁹ dixiſti: Da mihi regē & principes. Dabo tibi regem in furore meo, & auferam in indignatione mea.

[c] Colligata eſt iniquitas Ephraim abſcōditum peccatū eius: Dolores

SEPT.

*præter me non cognoſces, & ſaluator non eſt abſque me. Ego paſcebam te in ſolitudine in terra inhabitabili ſecundum paſcua ſua: & repleti ſunt in ſaturitate, & eleuata ſunt corda eorum, idcirco obliti ſunt mei. Et ero eis quaſi pāther & ſicut pardus in via Aſſyriorum. Occurram eis ſicut vrſa indigens cibo & diſrumpam interiora cordis eorū, & deuorabunt eos ibi catuli ſiluarū, beſtiæ agri diſrūpent eos. Corruptioni tuæ Iſrael quis auxiliabitur? vbi eſt rex tuus iſte? & ſaluum te faciat in cunctis vrbibus tuis: iudicet de te quo dixiſti: da mihi regem & principem. Et dedi tibi regē in ira mea, & habui in furore meo. Congregatio ini-*



a ¶ De

A a ¶ *De manu mortis liberabo eos,&c.*] Secundum vtramq; in-
telligentiam,& Ephraim,hoc eſt,& decem tribuum,& hæ-
reticorum,qui ſuſtinere non poterunt, in contritione filio-
rum ſuorum, cum dolores quaſi parturientis aduenerint,
dominus pollicetur de manu mortis ſe eos liberaturum, &
de morte redempturũ. Manũ
autem mortis appellat opera,
Prou 18. d quibus interficit,iuxta illud ꝙ
ſcriptũ eſt: *In manu linguæ mors*
*& vita.* Liberauit autẽ omnes
dñs,&redemit in paſſione cru-
Act. 2. e cis, & effuſione ſanguinis ſui:
quando anima eius deſcendit
in infernum, & caro eius non
vidit corruptionẽ, & ad ipſam
mortem atq; infernum locu-
tus eſt: *Ero mors tua ô mors.* Id-
circo enim mortuus ſum, vt tu
mea morte moriaris. Ero mor-
ſus tuꝰ inferne, qui omnes tuis
faucibus deuorabis. Videnſq;
mortis duram neceſſitatem,
(eo quod nullus ſit hominum
qui viuat, & non videat mor-
tem) clementiſſimus pater
ſententiæ recordatur antiquæ:
1. Cor. 15. e quia in Adam omnes mori-
mur. Siue propheta intelligẽs
fragilitatem ſuam,& cõditio-
nem carnis humanæ: *Conſola-*
*tio*, ait, *abſcondita eſt ab oculis*
*meis*, & eſt ſenſus: Non valeo
cõſolari: quidquid mente concepero, dolorem meum non
poteſt mitigare cernentis chariſſima inter ſe nomina morte
ſeiũgi: ipſe,inquit,infernus inter fratres diuidit. Quidquid
igitur ſeparat fratres, infernus eſt appellandus, & maximè
Prou. 9. d mulier meretrix, quæ vocans inſipientẽ ad ſe, dicit inopi-
bus prudentiæ,panes occultos libẽter attingite,& aquę fur-
tiuæ dulcedinem: & neſcit inſipiens,quoniã terrigenæ apud
B eam pereũt, & in profundum inferni incurrunt. Quidquid
Prou. 5. a enim non licet,magis deſideratur: ꝙ raritate dulce eſt, aſſi-
duitate in amaritudinem vertitur. Et mel diſtillat de labiis
mulieris meretricis,quæ ad tempus impinguat fauces inſi-
pientis: nouiſſimè autẽ amarius felle inuenitur, & acutius
magis quam gladius vtrimq; acutus. Quicumq; terrigena
eſt,& de cœlo non naſcitur,interficitur eius amplexibus,&
ligatur inſtitis lectulorum, & inſipientiæ pedes deducunt
eos,qui vtuntur ea, cum morte ad inferos. Inter mortẽ au-
tẽ & inferos,hoc intereſt: Mors eſt, qua anima ſeparatur à
corpore. Infernus,locus in quo animæ recluduntur, ſiue in
refrigerio,ſiue in pœnis, pro qualitate meritorum. Hoc dixi
mus, vt oſtenderemus id mortem facere quod meretricem
mulierẽ: Mors enim diuidit fratres,hoc & mulier facit. In
fratribus,omnem intellige charitatem,quod& mater diui-
datur à filia, & pater à filio,& frater à fratre. Quod autem
aliud ſit mors, & aliud infernus, pſalmiſta demõſtrat,di-
Pſal 6 b cens: *Non eſt in morte qui memor ſit tui: in inferno autem quis*
Ibid. 54. c *confitebitur tibi?* Et in alio loco: *Veniat mors ſuper eos, & de-*
*ſcendant in infernum viuentes.* Pro eo quod nos interpretati
ſumus: *Ero mors tua, ô mors, ero morſus tuus inferne:* Lxx.
tranſtulerunt, *vbi eſt cauſa tua mors, vbi eſt ſtimulus tuus infer-*
*ne?* pro quo Apoſtolus poſuit: *Abſorpta eſt mors in conten-*
1. Cor. 15. g *tione, vbi eſt mors contentio tua, vbi eſt mors aculeus tuus?* Et ex-
νῖκος
νεῖκος vul. ponens virtutem teſtimonij intulit. *Aculeus autem mortis*
*peccatum, virtus vero peccati lex, Deo autem gratias, qui dedit no-*
*bis victoriam, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.* Itaque
quod ille in reſurrectionem interpretatus eſt Domini,nos
aliter interpretari, nec poſſumus nec audemus. Poteſt
mors & infernus, & diabolus accipi,qui Chriſti morte iu-
gulatus eſt: de quo & in Eſaia loquitur: *Deuorauit mors*
Eſaia 25. c *inualeſcens.* Et poſtea ſequitur: *Abſtulit Dominus omnem la-*
Sec. 70. *crymam ab omni facie.* Duos autem fratres inter ſe morte di-
uiſos, iuxta hiſtoriam illius temporis, quidam Iſrael &
Iudam intelligunt, vt quod tunc figurabatur in parte,
nunc ſentiatur in toto,& cum omni humano genere Iſrael
&Iudas liberandus ſit & redimẽdus. In eo loco in quo Lxx. C
tranſtulerunt: ποῦ ἡ δίκη σου, id eſt, vbi eſt cauſa tua & nos dixi-
mus, ero mors tua, Symmachus interpretatus eſt, ero plaga
tua. Quinta editio & Aquila: Vbi ſunt ſermones tui: ꝙ He-
braice ſcribitur, e דבריך, legentes f דבר, hoc eſt verbum, pro e denarecha
g דבר, ꝙ interpretatur mors: f dabar
iuxta illud quod in Eſaia legi- g deber
mus: Mortem miſit dñs in Ia- Eſaia 9. b
cob, & venit in Iſrael: hoc eſt,
deber, ꝓ quo nos interpretati
ſumus: Verbum miſit in Iacob,
& venit in Iſrael, id eſt dabar.
Pro aculeo quoque quem nos
morſum trãſtulimus: Symma-
chus ἀπάντημα, id eſt, occur- קטבך
ſum: Theodotio & quinta edi-
tio, plagam & concluſionem
interpretati ſunt.
b ¶ *Adducet vrentem ventum do-*
*minus de deſerto aſcendentem, &*
*ſiccabit venas eius, & deſolabit fon-*
*tem eius: & ipſe diripiet theſaurum*
*omnis vaſis deſiderabilis.* Legi in
cuiuſdam commentariis, ven-
tum vrentem, quem adducet
dominus de deſerto, illum eſſe
qui percuſſerit domum Iob in Iob 1. d
quatuor angulis, & fecerit iam
ſuper filios ruere conuiuantes,
& vnũ eſſe de his ventis, quos
in euangelio legimus, flare & Matt. 7 d
venire cum turbine, pluuiis
atque fluminibus: vt ſubuertant domum, quæ ſuper petrã
ædificata eſt, ſiue ſuper arenas. Quod nequaquam mihi vi-
detur: neq; enim in Iob ſcriptum eſt, quod ventum de de-
ſerto dominus adduxerit: ſed nomen domini tacitum eſt:
vt ventus de ſolitudine, qui contra ſanctum virum ſua ve-
nerat voluntate, contraria poſſit accipi fortitudo, & venti
qui domorum fundamenta ſubuertunt, vtiq; ad bonã par-
tem non poterunt referri: Supereſt vt ventum vrentem, D
quem adducet dominus de deſerto aſcendentem illum in-
telligamus, de quo & in Abacuc legimus: *Deus ab auſtro ve-* Abac 3. a
*niet, & ſanctus de monte Pharan:* qui vtiq; in ſolitudine & in
meridie ſitus eſt. Et in Cantico legimus: *Vbi paſcis, vbi cubas* Cant. 1. b
*in meridie?* Hunc itaque ventum vrentem, qui ſiccet venas
mortis, & fontes eius arefaciat, adducet dominus de deſer-
to aſcendentem, de deſerto autem humani generis, in quo
& diabolus quærens requiẽ inuenire non potuit: Siue de- Matth. 12 d
ſertum intelligimus ſanctæ Mariæ vterum virginalẽ, quod
abſq; ſemine humano nullo frutice pullulauerit: ſed virga
ſimplex atque puriſſima, & vnione fœcunda ediderit eum Cant. 2. a
florem, qui dicit in Cantico canticorum: *Ego flos campi, &* Eſaia 11. a
*lilium conuallium.* Et pulchrè tam in Eſaia quam in præſenti
loco, flos aſcendẽs dicitur: quia de humilitate carnis ad ex-
celſa conſcendit, & nos ſecum duxit ad patrem, dicens in
euangelio: *Cum exaltatus fuero, omnia traham ad me.* Ipſe quaſi Ioan. 12 e
radix aſcẽdet de terra inhabitabili, & nequaquam mors in
eum, ſed ipſe morti ſuperueniet: neq; enim mors in eo vllã
ſuæ poteſtatis viam reperit, & hoc eſt, quod in prouerbiis Prou. 30. e
dicitur: Impoſſibile eſt ſuper petram ſerpentis inuenire
veſtigia. Et ipſe loquitur in Euangelio: *Ecce venit princeps* Ioan. 14. d
*mundi huius, & inuenit in me nihil.* Iſte ſiccabit venas mortis,
& deſolabit fontes eius. Venæ mortis & fontes & aculeus,
peccata ab Apoſtolo nominantur: quibus arefactis, mors
quoque ipſa ſiccabitur. Quodque ſequitur: *Ipſe diripiet the-* Matth. 12. e
*ſaurũ omnis vaſis deſiderabilis,* dupliciter accipitur: ſiue quod
deſiderabilia ſunt his qui in morte habitant: ſiue vaſa deſi-
derabilia, quæ in theſauro retinebantur inferni, ſanctos in-
telligimus: quos alligatos à forte dominus eripuit & rapuit,
& tulit de inferis, & quaſi vaſa pretioſiſſima ſecum perdu-
xit in paradiſum. Pro theſauro, Lxx. terram tranſtulerunt:
terra haud dubium quin mortem ſignificet. Et in pſalmis
legimus: *Credo videre bona Domini in terra viuentium.* Et iux- Pſalm. 26 d
ta euangelium: Mites poſſidebunt terram. Econtrario de- Matth. 5. a
bemus accipere terram inferni non eſſe terram viuentium,
ſed

HEB.

lores parturientis ve-
nient ei, ipſe filius nõ
ſapiens, nũc enim nõ
ſtabit in contritione
filiorum. [a] De manu
mortis liberabo eos,
de morte redimã eos.
Ero mors tua ô mors,
ero morſus tuus infer-
ne. Conſolatio ab-
ſcondita eſt ab oculis
meis, quia ipſe inter
fratres diuidet. Addu-
cet vrentem ventum
dominus de deſerto
aſcendentem,& ſicca
bit venas eius,&deſo-
labit fontem eius: &
ipſe diripiet theſau-
rum omnis vaſis deſi-
derabilis.

CA-

SEPT.

*iniquitatis Ephraim: ab-*
*ſconditum peccatum eius,*
*dolores quaſi parturien-*
*tis venient ei. Iſte eſt fi-*
*lius tuus ſapiens: quia*
*nunc non ſuſtinebit in*
*contritione filiorum. De*
*manu inferni liberabo*
*eos, de morte redimam*
*illos. Vbi eſt cauſa tua*
*mors? vbi eſt aculeus*
*tuus inferne? Conſola-*
*tio abſcondita eſt ab ocu-*
*lis meis, quia ipſe inter*
*fratres diuidet. Adducet*
*vrentem ventum domi-*
*nus de deſerto ſuper eos,*
*& ſiccabit venas eius, de-*
*ſolabit fontes illius: iſte*
*arefaciet terram eius, &*
*omnia vaſa deſiderabi-*
*lia.*

CA-



E ſed mortuorum, quę diripitur atq; vaſtatur: quando morte
Chriſti vinctæ apud inferos animæ liberantur. Secundum
tropologiam, in eiſdem (de quibus ſupra diximus) cõmen-
tariis legimus ventum vrentẽ, diabolum intelligi, & ſingu-
los hæreſiarchas. Quod nobis diſplicet: Neq; enim diabo-
lus venas mortis ronteſq; erro-
ris ſiccare poteſt: cũ ipſe fons
& initium mortuorũ ſit. Itaq;
ſermo eccleſiaſticus, vrens in-
telligendus eſt ventus, qui o-
mnia hæreticorũ dogmata are-
faciat, & perducat ad nihilum,
& diripiat eos atque diſpergat,
qui hæreticorum doctrina in
morte fuerant congregatæ.

CAP. XIV.

P*ereat Samaria, quoniam ad*
*amaritudinem concitauit*
*Deum ſuum: in gladio pereãt*
*paruuli eorum, elidantur, & fœtæ*
*eius diſcindãtur.*] Sæpè diximus
decem tribus appellari Sama-
riam à metropoli Samaria: quę
ex nomine Auguſti, nunc vo-
3. Reg 16. f catur Auguſta, id eſt, Sebaſte.
Cur autem Samaria dicta ſit
ciuitas, in regum volumine le-
gimus. Imperat igitur prophe-
ta, & vt verius dicam optatiuo
modo loquitur, vt Samaria pe-
reat. Cui cum Deus tanta præ-
pararet bona, illa contra Deũ
faciat, & magis dæmonum ſi-
mulacra ſectetur. Symmachus
autem non dixit, pereat, ſed
μεταμελήσει, id eſt, aget pœniten-
tiam, ſuiq; eam pœnitebit er-
roris, ꝙ dulciſſimum Deum in
F amaritudinem verterit: ita vt
bellatores eiꝰ in gladio pereãt,
paruuli & lactentes elidantur ad terram, & fœtæ eius atque
prægnantes dirumpantur in mortem. Quæ omnia ei acci-
diſſe credendum eſt tempore captiuitatis & anguſtiæ, quã-
do ſuam patriam perdiderunt, & qui euaſere gladium, in
ſeruitutem perpetuam ſunt abducti. De hęreticis facilis in-
telligẽtia eſt, quod vocentur Samaria, eo quod Dei præce-
pta ſeruare ſe iactent: non quod cuſtodes ſint legis eius, ſed
quod hoc eſſe ſe dicant, in ſimilitudinem ſchiſmatis Noua-
tianorum: qui & ipſi καθαροί, id eſt, mundos ſe vocant,
cum ſint omnium immundiſſimi, negantes pœnitentiam
per quam peccata mundantur: iuxta illud quod ſcriptum
eſt: *Lauabis me, & ſuper niuem dealbabor.* Et in Eſaia: *Lauami-*
Pſal. 50 b *ni, mundi eſtote.* Lauacrum autem non baptiſmum vocat, ſed
Eſaiæ 1. d omnem pœnitudinem, quæ ſordes abluit peccatorum. Pe-
reat igitur huiuſcemodi Samaria: quia quidquid loquitur,
repugnat Deo ſuo, & clementiam eius vertit in crudelita-
tem: vſque eo, vt qui viri ſunt apud illam, & ad malitiæ æ-
tatem venere perfectam, ſpirituali mucrone truncentur.
Qui autem paruuli atque lactentes, elidantur ad petram.
Pſal 136. b De quibus & in pſalmo legimus: *Beatus qui tenebit, & allidet*
*paruulos ſuos ad petram.* Fœtæ quoque eius atq; prægnantes,
quæ de malo ſemine conceperunt, ideo diſrumpentur, nec
peſſimos liberos faciant. Tale quid & in euangelio nobis
ſubiicitur: *Væ prægnãtibus, & nutrientibus in diebus illis:* die-
Luc. 21. c bus videlicet tribulationis & anguſtiæ. Interficiũtur autem
& bellatores Samariæ gladio, & lactentes eliduntur, & prę-
gnantes diſrumpuntur: vt pereunte malo ſemine, zizaniiſ-
que eius exuſtis ſolum remaneat triticum, quod in domini
horrea recondatur.

b ¶ *Conuertere Iſrael ad Dominum Deum tuum: quoniam*
*corruiſti in iniquitate tua: tollite vobiſcum verba, & conuerti-*
*mini ad Dominum, dicite ei: omnem aufer iniquitatem, & accipe*
*bonum, & reddemus vitulos labiorum noſtrorum, &c.*] Pereun-
te Samaria & viris eius, & paruulis & prægnantibus oc-
ciſis, eliſis atque diſciſſis, totus Iſrael ad pœnitentiam pro-
uocatur: vt qui infirmatus eſt, ſiue corruit in iniquitatibus G
ſuis, reuertatur ad medicum, & recipiat ſanitatem: vel ſtare כשלת
incipiat qui corruerat: doceturq; quo modo debeat agere
pœnitentiam. *Tollite*, inquit, *vobiſcum verba*, id eſt, preces &
delictorum confeſſionem, & conuertimini ad dominum,
tam verbis quam operibus, &
dicite ei: *Omnem aufer iniquita-*
*tem:* nihil languoris in nobis &
ruinæ priſtinæ derelinquas, ne
rurſum mali ſeminis pullulent
rediuiua plantaria, & accipe,
inquit, bonum: Niſi enim tu-
leris mala noſtra, bonum tibi,
ꝙ offeramus, habere non poſ-
ſumus, iuxta illud quod alibi
ſcriptum eſt: *Declina à malo, &* Pſal. 39.
*fac bonum: & reddemus,* ait, *vitu-*
*los labiorum noſtrorum.* Pro vitu-
lis, qui Hebraicè appellantur
[a] פרים, καρπὸν id eſt, fructum a parim
Lxx. tranſtulerunt, qui dicitur
[b] פרי falſi ſermonis ſimilitudi- b peri
ne. Vituli autẽ labiorum, lau-
des in Deo ſunt, & gratiarum
actio: *Sacrificium* enim *Deo ſpiri-* Pſal. 50. d
*tus contribulatus.* Igitur illo iam
tempore carnalibus victimis
reprobatis, placabilis Deo ho-
ſtia, eſt pura confeſſio: Qui
redditUros ſe eſſe dicũt labio-
rum vitulos, & Dei laudes per-
peti voce cantaturos, etiã illud
repromittunt, quod nequaquã
in Aſſyriis ſpẽ habeant, nec ſup
equos Ægyptios, quia fallax Pſalm. 3. d
equus ad quem, & vltra non
adorent opera manuum ſuarũ:
vitulos aureos quos in Dan Be- H
thelq; conflauerant, & idcirco
inquiunt: Nequaquam operi
manuum noſtrarũ dicemus, Dij noſtri, quia tu eius qui in
te eſt populi miſereberis, hoc eſt, pupilli Iſrael, de quo di- Exod. 4. f
xeras: *Filius primogenitus meus Iſrael.* Et *filios genui, & exalta-* Eſaia 1. a
*ui, ipſi autem me ſpreuerunt.* Et in alio loco: *Filij alieni mentiti* Pſalm. 17. g
*ſunt mihi.* Pupillus autem vocatur, quia Deum perdidit pa-
trem. Quidam autem pupillum expoſuit eum qui à malo
patre receſſerit diabolo, & idcirco Dei miſericordia ſuble-
uetur. Ad omne quoque dogma peruerſum quotidie pro-
pheta loquitur, & ſectatores eius ad pœnitentiam prouocat
dicens: Conuertimini ad dominum Deum veſtrum, qui
corruiſtis ſiue clanguiſtis, domini perdita ſanitate: tollite
vobiſcum verba, veram fidei confeſſionem, & dicite: Aufer
iniquitatem, quæ in noſtro corde verſatur, & accipe bona
fidei, qua corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit Rom. 10. b
ad ſalutem. Vituli & victimæ ſiue fructus laborum, ſunt in
patrem & filium & ſpiritũ ſanctum, & in paſſionem & re-
ſurrectionem domini credere: quam qui obtulerit ei, ne-
quaquam ſperabit in Rege Aſſyrio, de quo crebro diximus. Deut. 16 d
Nec aſcendet ſuper equum, quem præcepit dominus ne- Exod. 14.
quaquam multiplicandum: quem habens Pharao, cum ſuo
eſt demerſus equitatu. Omnis enim hæreticus aſcendit e-
quos per ſuperbiam, quos in errore ſuo ipſe generauit. Et
nequaquam vltra dicent operibus manuum ſuarum, quæ
ipſi artifici eloquio confinxerunt, Dij noſtri. Guloſi venter
Deus eſt, auarus colit mammona: hæreticus dogma quem
finxit. Qui vniuerſa hæc deſeruerit, id eſt, Aſſur & equum
& opera manuum ſuarum reuertetur ad dominum, & pla-
cabit patrem ſuum à quo fuerat abiectus.

c ¶ *Sanabo contritiones eorum, diligam eos ſpontaneè, quia auer-*
*ſus eſt furor meus ab eo, &c.*] Conuerſis ad pœnitentiam, & in-
ſtar populi patrem quem reliquerant cognoſcentibus, re- משובתם
ſpondit Deus: Sanabo cõtritiones vel habitacula eorum, in
quibus fuerãt vulnerati ſiue confracti, vel in quibus tã malè
habitauerant, diligã eos ſpontaneè: quod Lxx. tranſtulerũt
ὁμολογουμένως, pſpicuè atq; apertè, vel abſq; vlla dubitatione.
Diligit

CAPVT XIV.

HEB.

P*ereat Samaria,*
quoniam ad a-
maritudinem conci-
tauit Deum ſuum: in
gladio pereãt paruuli
eorum, elidantur, &
fœtæ eius diſcindan-
tur. [b] Cõuertere Iſra-
el ad dominum Deum
tuũ: quoniã corruiſti
in iniquitate tua. Tol-
lite vobiſcum verba &
conuertimini ad do-
minum, dicite ei: om-
nem aufer iniquitatẽ,
& accipe bonum, &
reddemus vitulos la-
biorum noſtrorũ. Aſ-
ſur non ſaluabit nos,
ſuper equum non aſ-
cendemus, nec dice-
mꝰ vltra, Dij noſtri o-
pera manuum noſtra-
rum: quia eius qui in
te eſt, miſereberis po-
puli. Sanabo contri-
tiones eorũ, diligã eos
ſpon-

CAPVT XIV.

SEPT.

D*Iſperdetur Sa-*
*maria, quoniam*
*reſtitit deo ſuo: in gladio*
*corruent, & lactentes*
*eorum elidentur ad petrã,*
*& habentes in vtero di-*
*rumpentur. Conuertere*
*Iſrael ad Dominum Deũ*
*tuum, quia infirmatus es*
*in iniquitatibus tuis. Su-*
*mite vobiſcum ſermones,*
*& reuertimini ad domi-*
*num: dicite ei vt non tol-*
*latis iniquitatem, ſed aſ-*
*ſumatis bona, & redde-*
*mus fructum labiorum*
*noſtrorum. Aſſur non*
*ſaluabit nos, ſuper equum*
*non aſcendemus: nequa-*
*quam vltra dicemus: Dij*
*noſtri operibus manuum*
*noſtrarum: qui in te eſt*
*miſerebitur pupulli. Sa-*
*nabo habitatores eorum,*
*diligam eos manifeſtè:*
*quia*

A Diligit autem dominus diligētes ſe, de quibus & in alio lo-
Prou. 8. b co ait: *Ego diligētes me diligo*: qui enim prius iraſcebar eis pro
pter peccata quæ fecerant, nunc miſerebor propter clemē-
tiam meam. Et ero eis quaſi ros: vt fornacem Babylonicam,
& caminum æſtuantis incendij meo rore reſtinguam: qui
& per Iſaac patriarcham ad Ia-
Gen. 27. f cob ſeruū meum locutus ſum,
*De rore cœli erit habitaculū tuum.*
Quo modo enim dominus ſit
credentibus lumen, via, veri-
tas panis, vinea, ignis, paſtor,
agn⁹, ianua, vermis, &c. ſic qui
indigemus illius miſericordia,
& peccatorum febribus æſtua-
mus, in rorem nobis vertitur:
Eſa. 26. d ad quem dicit Eſaias: Ros e-
Sec. 70. nim qui à te eſt, ſanitas eorum
Deut. 32. a eſt. Et in Deuteronomij canti-
co Moyſes loquitur: Deſcen-
dant ſicut ros verba mea. Cum
autē nos dominus ſuo rore re-
ſperſerit, & ſiccitatem pectoris
noſtri ſuis pluuiis irrigarit, ger
minabimus, imò florebim⁹ vt
lilium, imitantes dominū Sal-
Cant. 2. a uatorem, qui dicit in cantico
canticorum: *Ego flos campi, & li-*
Ibidem. *lium conuallium*, & loquitur ad
ſponſam ſuam, quæ non habet
rugam neq; maculam: *Sicut li-*
*lium in medio ſpinarum, ſic proxi-*
*ma mea in medio filiarū.* Cumq;
creuerimus in domino, mitte-
B m⁹ radices noſtras ſicut arbo-
res Libani: quæ quantū in au-
ras conſurgūt vertice, tantum
radicem in ima demergunt: vt
nulla tempeſtate quatiantur, ſed ſtabili mole cōſiſtant. Ha-
rum arborum rami huc illucq; tenduntur: vt veniant vola-
tilia cœli & habitēt in eis. Et ne forſitan putaremus, quia di-
xerat, erumpet radix eius, ſiue emittet radices ſuas quaſi Li-
banus, de cedris eum loqui & infructuoſis arborib. ſanctū
virum & conuerſum ad dominum, oliuæ frugiferæ compa-
Pſal. 51. b rat: quę dicit in alio loco: *Ego autem ſicut oliua fructifera in do-*
Matt. 25. a *mo Dei.* Cuius fructum quinque ſibi ſapientes virgines pa-
rauerunt: ex quo vulnerum mitigatur tumor: languentia
membra requieſcunt: in tenebris lumen accenditur: vngū-
tur in agone certantes. Hæc oliua habebit odorē quaſi Li-
לבנה bani vel thuris [quod gen⁹ eſt thymiamatis] ὁμώνυμως enim
apud Græcos & Hebræos, & mōs appellatur & thus: Vel cer-
te mōtis Libani, quia fertiliſſimus & virēs, denſiſſimis arbo-
rum comis protegitur: ita vt poſſit oliua dicere: *Chriſti bo-*
2. Cor. 2. d *nus odor ſumus.* Qui autem conuerſi fuerint ad dominum,
accipiēt cōuerſionis ſuæ præmiū: vt ſedeāt in vmbra eius, &
dicāt, ſub vmbra eius requieui & ſedi, & fructus eius dulcis
Can. 2. a eſt in ore meo. Cūq; ſederint in vmbra illius, viuēt qui prius
mortui fuerant: ſiue iuxta Lxx. bibēt, & inebriabūtur triti-
co: hoc eſt, rerū omniū abundātia. Quod autē hic ebrietas
non euerſionem mentis, ſed copiam rerum omniū ſignifi-
cet, verſiculus ille declarat, dicens: *Viſitaſti terrā, & inebria-*
Pſal. 64. d *ſti eam.* Et Ioſeph conuiuium, in quo inebriaſſe dicitur fra-
Gen. 43. g tres ſuos. Et dominus loquens ad Apoſtolos: *Comedite ami-*
Cant. 5. a *ci mei, & bibite, & inebriamini fratres.* Siue, quia dominus no-
ſter ipſe eſt frumentum & vinea, quicumque crediderit in
eo, inebriari dicitur. Deniq; ſequitur: *Et efflorebit quaſi vi-*
*nea: memoriale eius ſicut vinum Libani.* Vinum autem Libani
poſſumus appellare miſtum & conditum thymiamate, vt
odorem ſuauiſſimum habeat: vel vinum Libani quod do-
mino libatur in tēplo: de quo in Zacharia ſub Libani voca-
bulo legimus: *Aperi Libane portas tuas.* Cum ergo tanta rerū
Zach. 11. a abundātia ſit futura, ô Ephraim, omnis qui agis pœnitentiā,
& qui meus eſſe cœpiſti: dimitte idola, ſimulacra contēne:
Ego enim ſum qui humiliaui te, & ego exaltabo te: ſiue ego

HEB.

ſpōtanee; quia auerſus
eſt furor meus ab eo:
Ero quaſi ros, Iſrael
germinabit quaſi liliū,
& erumpet radix eius:
vt Libani ibunt rami
eius, & erit quaſi oliua
gloria eius, & odor e-
ius vt Libani. Conuer-
tentur ſedentes in vm-
bra eius: viuent triti-
co, & germinabunt
quaſi vinea. Memoria-
le eius ſicut vinum Li-
bani. Ephraim quid
mihi vltra idola? ego
exaudiam, & dirigam
eum ego vt abietem
virentē: ex me fructus
tuus inuentus eſt.
a Quis ſapiens & intel-
liget iſta: intelligens &
ſciet hæc? quia rectæ
viæ domini, & iuſti
ambulabunt in eis:
præuaricatores vero
corruent in eis.

SEPT.

*quia auerſa eſt ira mea*
*ab eis, ero quaſi ros: Iſ-*
*rael florebit vt lilium, &*
*mittet radices ſuas quaſi*
*Libanus: ibunt rami eius,*
*& erit quaſi oliua fructi-*
*fera, & odor illius quaſi*
*Libani. Cōuertētur, & ſe-*
*debūt ſub vmbra ei⁹: bibēt*
*& inebriabūtur frumēto,*
*& efflorebit vt vinea:*
*memoriale eius quaſi vi-*
*num Libani Ephraim,*
*quid ei vltra & idolis?*
*ego humiliaui eum, & ego*
*confortabo illum: ego ſi-*
*cut iuniperus condenſa:*
*ex me fructus tuus in-*
*uentus eſt. Quis ſapiens*
*& intelliget hæc, aut in-*
*telligens & cognoſcet ea?*
*quia rectæ viæ domini, &*
*iuſti ambulabunt in eis:*
*qui autem impij ſunt, in-*
*firmabuntur in illis.*

exaudiam & dirigā, & faciam eum quaſi abietem virentem C
vt de illo iuxta Hebræos dicatur in pſalmo, Abies, domus ברוש ביתה
eius. Aut certè ego ero quaſi iuniperus cōdenſa, vt ſub mea Pſ. 103. c. 3.
vmbra requieſcat. De ἀρκεύθοις, id eſt, iuniperis, iuxta Lxx. Reg. 6. c
interpretes, Salomon ianuas tēpli feciſſe memoratur: quia
Chriſtus, per quem ad patrem
accedimus, hanc habet naturā
vt ſēper floreat, ſemper nouos
afferat fructus, & nunquam de-
ponat virorem ſuum. Hæc iu-
niperus ſub vmbra ſua quieſ-
centibus, ne mundi huius ardo-
re feriantur, & percutiet æſtus
caput eorum, ſicut quondam
percuſſis & Ionæ, dat fruges, &
non ſolū dormientibus requiē Ione. 4.
& ſedentibus, ſed & ſaturitatē
veſcentibus præbet. Quidquid
ſecundum ἀναγωγὴν interpre-
tati ſumus, in aduentu domini
Saluatoris, & in conuerſione
veri Iſrael, hoc tam ad hæreti-
cos & Iudæos, quam ad gen-
tes, & ad omne dogma per-
uerſum referri poteſt: vt cum
egerint pœnitentiam, veniam
conſequantur. Si ergo pleni-
tudo repromiſſionis adimple-
ta eſt in aduentu Saluatoris, &
quotidie impletur in eccleſia,
credendum eſt quod plenius
impleatur, quando perfectio-
ne veniente, quod nunc ex 1. Cor. 13. c
parte eſt, deſtruetur. Notan-
dum quod ſæpe iam diximus,
ſalutem Iſraelis, & reuerſionis D
ad dominum, & de captiuitate
redemptionem, non carnaliter accipi, vt Iudæi putant, ſed
ſpiritualiter, vt veriſſime comprobatur.

a ¶ *Quis ſapiens, &c.*] Quando dicit: Quis ſapiens & intelli-
get hæc, intelligens & cognoſcet ea? obſcuritatē volumi-
nis, & difficultatem explanationis oſtendit. Si autē ipſe qui
ſcripſit, vel difficile vel impoſſibile cōfitetur, quid nos face-
re poſſumus, qui lippientib. oculis, & peccatorum ſordib.
obſcuratis, clariſſimū iubar ſolis nō poſſumus intueri? niſi
dicere illud quod ſcriptum eſt: *O profundum diuitiarum ſa-* Rom. 11. b
*pientiæ & ſcientiæ Dei; quam inſcrutabilia ſunt iudicia eius, & in-*
*ueſtigabiles viæ eius!* Quis enim poteſt abſq; Chriſto docen- Supra. 1.
te cognoſcere quid ſignificet Iezrahel: quid ſoror eius, non
miſericordiam conſecuta: quid tertius frater, non populus
meus: quæ ſit adultera, quæ ſine lege Dei multo ſeſſura ſit
tempore: quod ſit pactum cum beſtiis terræ, & cū volatili-
bus cœli: qui ſit Dauid ad quē populus reuerſurus ſit, cuius
ſit die tertia reſurrectio, & egreſſus eius diluculo compare- 3.
tur: quæ ſit pluuia prima & nouiſſima: qui ſit quē propheta
dicit eſſe venturum, qui nobis miniſtret iuſtitiam, aut in cu- 6
ius typo Iſrael educatur ex Ægypto, & portetur in brachiis, 12
& ducatur in funiculis charitatis: qui ſit qui interficiat mor- 11.
tem, & ſiccet venas eius, & fontes arefaciat, & diripiat vaſa,
quæ in theſauro condita tenebantur, & cetera quæ longum
eſt retexere? Vnde quicumque ſanctus & iuſtus eſt, rectas 13.
vias domini eſſe cognoſcet. Vias autē domini eſſe cogno-
ſcimus lectionem veteris & noui teſtamenti, & ſanctarum
intelligentiā ſcripturarum. In his viis qui ambulat, niſi cō-
uertatur ad dominum, & ablatū ab eo fuerit velamē, quod
erat ante oculos Moyſi, rectum iter inuenire nō poterit. Sin
autem dixerit cum Dauid: *Reuela oculos meos, & conſiderabo* Pſalm. 118.
*mirabilia de lege tua*, ambulabit in eis, & Chriſtum inueniet,
& Iudæos atq; hæreticos (quos vel præuaricatores vel im-
pios ſcriptura nunc nominat) offendere in eis, & infirmari
atque corruere ſentiet, iuxta illud quod ſcriptum eſt. *Ecce* Luc. 2. e
*iſte poſitus eſt in ruinam, & in reſurrectionem multorum in Iſ-*
*rael.*

*Commentariorum in Oſee Prophetam finis.*

DIVI



E

# DIVI HIERONYMI PRESBYTERI COMMENTARIORVM IN IOELEM AD PAMMACHIVM,

G

## PROOEMIVM.

NON idem ordo eſt duodecim pro-
phetarum apud Lxx. interpretes, qui
in Hebraica veritate retinetur. Illi
enim ponunt ſecundum Amos, ter-
tium Micheam, quartum Ioel, quintum Abdia,
ſextum Ionam, ſeptimum Nahum, octauū Aba-
cuc, nonum Sophoniam, decimum Aggeum, vn-
decimum Zachariam, duodecimum Malachiam.
Hebræi autem poſt Oſee, qui apud vtroſq; pri-
mus eſt, ſecundum legunt Ioel, tertium Amos,
quartum Abdiam, quintum Ionam, ſextum Mi-
cheam, ſeptimū Nahum, octauum Abacuc, no-
num Sophoniam, decimum Aggeum, vndecimū
Zachariam, duodecimum, & qui vltimus eſt, Ma-
lachiam. Et quia ſemel omnes vnius voluminis
prophetas enumerauimus, vtile nobis videtur
הושע יואל עמוס עבדיה יונה מיכה נחום חבקוק צפניה חגי ἐτυμολογίας ſingulorū & Græcè & Latine breuiter
adnotare. Oſee interpretatur σώζων, quem nos ſal-
uatorem poſſumus dicere: Ioel ἀρχόμενος, id eſt, in
cipiens: Amos βαςάζων, qui apud Latinos portās
dicitur. Abdias δοῦλος κυρίου, id eſt, ſeruus domini.
Ionas περιςερά, hoc eſt colūba. Micheas ὅςτις οὗν, ex
duabus orationis partibus nomen compoſitum,
quod apud nos ſonat, quis quaſi: aut quis velut.
Nahum παράκλησις, id eſt, cōſolatio. Habacuc πε-
ριλαμβάνων, id eſt, amplexās ſiue luctās. Sophonias
κεκρυμμένος κυρίου, hoc eſt, arcanus domini. Aggeus
ἑορτάζων, quem nos feſtiuum ſiue ſolemnem poſſu-
mus dicere. Zacharias μνήμη κυρίου, id eſt, memoria
זכריה מלאכי domini. Malachias ἄγγελος μου, id eſt, nūcius meus.
Quæ omnia quo ſenſu accipienda ſint, in ſuis vo-
luminibus diſſeretur. Quatuor autē reliqui pro-
phetæ (vt ſedecim compleamus) Eſaias, Ezechiel,
Hieremias, Daniel, hanc habent intelligentiam:
Eſaias σωτηρία κυρίου dicitur, id eſt, ſalus domini.
Ezechiel κράτος κυρίου, quod nos robur, vel imperiū
ישעיה יחזקאל ירמיהו דניאל domini poſſumus appellare: Hieremias ὑψηλὸς κυ-
ρίου, id eſt, excelſus domini. Daniel ἔκρινέ με κύριος,
id eſt, iudicauit me dominus. Quæ cum ita ſe ha-
beant: obſecro mi Pammachi, qui omni arte pug-
nandi aduerſum diabolum dimicas, vt nobis con-
tra Amalech pugnātibus leues cum Moyſe ad do-
minum manus, & aduerſarios Iſrael orationibus
ſuperes. Nuper de Ægypto egreſſi ſumus, & in
Oſee Pharaone ſubmerſo, rubrum tranſiuimus
mare: nunc poſt latam eremi vaſtitatem, multo
nobis labore ſudādum eſt: vt ad Septuaginta pal-
mas, & fontes apoſtolicos peruenire valeam⁹. In-
ſurgat licet ſcorpio, & arcuato vulnere ferire co-
netur: tu comes itineris, & excātator venenatorū
morſuum, ſpirituale nobis φάρμακον exhibe: quod-
que ſanctæ ac venerabili Paulę parēti tuę polliciti
ſumus, pius hæres ſuſcipe, & quicquid vel inge-
nio vel doctrina minus tua expectatione poſſu- H
mus, amici fauore ſuſtenta, nec in nobis vires cō-
ſideres, ſed voluntatem.

F

## DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN IOEL PROPHETAM COMMENTARII.

### CAPVT I.

CAPVT I.

VErbum domini quod factum eſt ad Ioel
filium Pathuel.

HEB.

b Audite hoc ſenes,
& auribus percipite
omnes habitatores
terræ: ſi factum eſt
iſtud in diebus veſtris,
aut in diebus pa-
trum veſtrorum. Su-
per hoc filiis veſtris
narrate, & filii veſtri
filiis

SEPT.

*Audite hæc ſenes, &*
*auribus percipite om-*
*nes habitatores terræ:*
*ſi facta ſunt talia in*
*diebus veſtris, aut in*
*diebus patrum veſtro-*
*rum. Pro his filiis ve-*
*ſtris narrate, & filii ve-*
*ſtri filiis ſuis, & filii*
*eorum*

VERBVM *Domini*
*quod factum eſt ad*
*Ioel filiū Phatuel.*]
Lxx. interpretes
pro a פתואל ver-
a pethouel terunt Bathuel: quod apud
Hebræos omnino nil reſo-
nat: Phathuel autem in lin-
guam noſtram vertitur lati-
Marc. 7. g tudo Dei, vel aperiens Deus,
vt in Marco legimus, Salua-
torem ad ſurdum mutum-
b hippatheah que dicentem: b התפתח quod
eſt adaperire. Quia enim
cum Apoſtolo dicere poterat:
2. Cor. 6. e *Os noſtrum patet ad vos ô Corin-*
Pſal. 80. b *thii, cor noſtrum dilatatum eſt*,
& audiebat à Domino: *Dilata os tuum & implebo illud.* Ipſa
1. Cor. 16. b quoque oris adapertio, non in hominis, ſed in Dei pote-
ſtate eſt, Paulo dicente: *Oſtium mihi apertum eſt magnum &*
*euidens, ſed aduerſarii multi*: idcirco aperiens dicitur Deus.
Cumq; ſanctus ſemper proficiat, ex parte cognoſcēs & ex
parte prophetans, donec veniat quod perfectum eſt: & la-
יואל titudine & adapertione generatus, appellatur Ioel, quod apud
Phil. 3. c nos ſonat inſipiens, vel eſt Deus, dicente eodem apoſtolo:
Fratres, *ego me non arbitror comprehēdiſſe*: qua humilitate ſuc-
creſcens cum Moyſe meretur audire: *Qui eſt, miſit me*: Ad di-
Exod. 3. d ſtinctionem enim eorū qui non ſunt, de quibus in Heſter
1 c. legimus: *Ne tradas ſceptrū tuum his qui non ſunt*: Deus & ſan-
Heſt. 14. b cti eius eſſe memorantur: Hæc de nomine Ioel, & patris
eius ſtricta ſint breuiter, vt rectè verbū Dei, quod erat in prin-
Ioan. 1. b cipio apud Deum, factum eſſe narretur, Baptiſta Ioāne re-
ferente: Qui poſt me venturus eſt, ante me factus eſt, qui
prior me erat. Porrò factum eſſe ſermonem ad meritū eius
refert, cui fit, non ad cōditionem illius qui fieri dicitur, vt
alibi legim⁹: *Domin⁹ mihi factus eſt in ſalutem.* Quo modo autē Pſal. 117. d
in Oſee propheta, quē in principio duodecim prophetarum
ante hunc librū explanauimus,
ſub nomine Ephraim ad decē
tribus cōfertur vaticiniū, quæ
vel Samaria vel Iſrael ſępe me-
morantur: Sic in Ioel, qui iuxta
Hebræos ſecundus eſt, omne
quod dicitur, ad tribum Iuda, &
ad Hieruſalē pertinere credē-
dum eſt, & nullā omnino Iſrae-
lis, id eſt, decem tribuū in hoc
fieri mentionē. Tēpora quoq;
in quibus prophetauit, eadem
debemus accipere, quæ & in
Oſee legimus: *In diebus Oziæ,*
*Ioathan & Achas & Ezechiæ re-*
*gum Iuda, & in diebus Hieroboam*
*filii Ioas regis Iſrael.*

b ¶ *Audite, &c.*] Senes iubētur audire, habitatores terrę au-
ribus percipere. Senibus nō dicitur, audite ōnes: habitato-
ribus terrę additur aurib⁹ percipite ōnes. Auditus enim in
ſcripturis ſanctis nō eſt iſte qui in aure reſonat, ſed qui cor
de percipitur: Iuxta illud quod dominus loquitur in euāgelio: Matt. 13. b
*Qui habet aures audiēdi audiat.* Quod autem nos interpreta-
ti ſumus, *auribus percipite*, & apud Græcos & apud Hebræos
vnū verbum eſt: apud Græcos ἐνωτίσασθε, apud Hebræos, c haazinou
c האזינו, quod propriè non corde, ſed aure percipitur. Et vt Eſaia 1. a
ſciamus ſacratiorem eſſe auditū, quam id quod in auribus
reſonat, Eſaia loquente diſcamus: *Audite cœlum, & auribus*
*percipe terra.* Qui ſenes ſunt & cœleſtes, audiunt ſpirita-
liter: qui habitant in terra appellanturque terreni, au-
ribus percipiunt: Et hoc in omnibus ſcripturis notandum
vbi hæc duo verba iuncta ponuntur. Quod in Lamech
quoque

A quoque legimus peccatore, qui locutus eſt ad vxores ſuas
Gen. 4. d. Ada & Sella: *Audite verba mea vxores Lamech, auribus percipite verba mea: quia virũ occidi in vulnus meũ, & iuuenẽ in liuorem meum*: ſciebat obſcura eſſe quæ loquebatur, & idcirco vxores ſuas non ad ſimplicem tantum verborum ſonum, ſed ad recõditam quoque dictorum intelligẽtiam prouocabat. Si quis igitur ſenex eſt, & maturę ętatis in domino electus ſenex, vt in cõſequentibus iuxta Lxx. interpretes legimus, ac paruulorũ reliquit infantiam, audiat quæ dicũtur. Qui autẽ adhuc habitat
Pſal. 38. in terra, & non poteſt dicere; *Aduena ſũ & peregrinus ſicut omnes patres mei*: aurib⁹ percipiat. *Si factũ eſt*, inquit, *iſtud in diebus veſtris, aut in diebus patrũ veſtrorum*. Arte rethorica ex rerũ magnitudine attentum auditorẽ facit: nulla hæc, inquit, ætas meminit, quæ dicturus ſum: nec veſtra, nec patrum veſtrorum, atq; maiorum facta ſunt tempore. Patres autem, auos atauoſq; cognoſce, & filios filiorum, omnem deinceps ſobolem, iuxta illud Virgilianum. Et nati natorum, & qui naſcentur ab illis. Et ſenes ergo & habitatores terræ filiis veſtris poſteriſq; narrate: qui ſenex eſt, liberos ſuos doceat ſacramenta, qui habitator eſt terræ, ſimplicem narret hiſtoriam. Vnde vſq; hodie nos qui in Chriſto cre-
dimus (quorum cum Moyſe ablatum eſt velamen ab ocu-
Sup. 4 b lis, & de quibus dicitur: Cani hominis ſapientia eius) filiis noſtris ſecreta & mira narramus: Iudæi autem qui habitãt in terra, loquuntur terrena, & humi cohærentia, de quibus
Ioan. 3. d ſcriptum eſt: *Qui de terra eſt, de terra loquitur: qui de cœlo venit, ſuper omnes eſt*.

[a] ¶ *Reſiduum erucæ comedit locuſta, & reſiduũ locuſtæ comedit*
B *bruchus, &c.*] Exordium ſequitur narratio: ibi vt attentum faceret auditorem, magna & incredibilia ſe dicturum eſſe promiſit: quæ nec vetus ſciret hiſtoria, nec præſens ætas facta cognoſceret. Hic erucam, & locuſtam, bruchum & rubiginem poſuit: vt quæ ſingula ratò eueniunt, omnia ſimul facta memorẽtur, & ideo mirabilia ſint. Erucam quæ He-
d gazam. braicè [d] גזם, Gręcè dicitur καμπη: Hebręi Aſſyrios interpretãtur, Babylonios atq; Chaldæos, qui de vno orbis climate procedentes, tam decẽ tribuum quàm duarum, hoc eſt, Iſraelitici populi cuncta vaſtarunt. Locuſtam autem Medos interpretantur & Perſas: qui ſubuerſo imperio Chaldæorum, Iudæos habuere captiuos: Bruchum Macedonas, & omnes Alexandri ſucceſſores, maximeq; regem Antiochum cognomento Epiphanem, qui inſtar bruchi ſedit in Iudæa, & omnes priorum regum reliquias deuorauit, ſub quo Machabæorum bella narrantur. Rubiginem referunt ad imperium Romanorum, qui quarti & vltimi intantum oppreſſere Iudæos vt de ſuis finib. eos pellerẽt. Scribit plenius Ioſephus ſeptẽ voluminib⁹, Veſpaſiani & Titi narrãs triumphos. Helii quoq; Hadriani contra Iudæos expeditionem legimus: qui ita Hieruſalem, muroſque ſubuertit, vt de vrbis reliquiis ac fauillis ſui nominis Heliam condere-
ret ciuitatem. Hæc quatuor regna, quæ ſubuertere Iudęam
Zach. 1. d in quatuor cornibus Zacharias vidiſſe ſe ſcribit, dicente ad
Ibid 9 a cum angelo: *Hæc ſunt cornua, quæ ventilauerunt Iudam & Iſrael & Hieruſalem*. Et rurſum: *Leuaui*, inquit, *oculos meos & vidi, & ecce quatuor quadrigæ egredientes de medio duorum montium, & montes, montes ænei: in quadriga prima equi ruſi, & in quadriga ſecunda equi nigri, & in quadriga tertia equi albi, & in quadriga quarta equi varii fortes*. Cumq; propheta dixiſſet ad angelum qui loquebatur in eo: *Quid ſunt hæc domine mi?* Reſpondit angelus: *Iſti ſunt quatuor venti cœli, qui egrediuntur, vt ſtent coram dominatore omnis terræ*: & eſt ſenſus: Iſti ſunt qui egrediuntur à facie domini, vt eius impleant voluntatem. Cum habitatoribus terræ, percepimus auribus quid eruca, locuſta, bruchus, rubigo ſignificet, nunc cum ſenibus quod dictum eſt audiamus: Quatuor eſſe perturbationes quibus animarum ſanitas ſubuertatur, omnes phi-

| HEB. | SEPT. |
| --- | --- |
| filiis ſuis, & filii eorum generationi alteræ. | *eorum in generationem alteram.* |

[a] Reſiduum erucę comedit locuſta, & reſiduum locuſtæ comedit bruchus, & reſiduum bruchi comedit rubigo.

| HEB. | SEPT. |
| --- | --- |
| [b] Expergiſcimini ebrii & flete, & vlulate omnes qui bibitis vinum in dulcedine, quo- | *Euigilate qui ebrii eſtis in vino veſtro, & plorate, & plangite omnes qui bibitis vinum in* |

C loſophorũ ſcholæ conclamant. Duæ pręſentes ſibiq; contrariæ, duæ futuræ mutuo diſſidentes. Præſentes, ægritudo & gaudiũ. Ægritudinem animi dicimus, alioquin corporis nõ ęgritudo, ſed ęgrotatio nominatur. Aut igitur triſtes ſumus, & mœrore conficimur, ſtatuſq; noſtrę mentis euer-
titur. Vnde & Apoſtolus mo- 1. Cor. 2. b
net, ne abundantiori triſtitia abſorbeatur frater: Aut ecõtrario gaudemus, geſtimuſq; lętitia, & bona noſtra moderãter ferre nõ poſſum⁹, iuſtiq; & fortis viri eſt, nec aduerſis frãgi, nec proſperis ſubleuari ſed in vtroq; eſſe moderatũ. Dixim⁹ de pturbatione pręſentiũ, dicamus de futurorũ, in quibus metus, aut ſpes eſt. Aduerſa timem⁹ pſpera præſtolamur, & quod ægritudo & gaudiũ operãtur in præſenti, metus & ſpes faciũt de futuro: dũ aut aduerſa plus quam decet timemus eſſe vẽtura, aut proſpera, quæ ſperamus intantum nos faciũt exultare, vt non teneamus modum, maximè in his quæ incerta ſunt, quia futura ſperantur potius quam tenẽtur. Has perturbationes vno, & nec pleno verſiculo illuſtris poeta comprehendit. Hi metuunt, cupiũtq;: hoc de futuro. Dolent, gaudẽtq;: hoc de præſenti. Neq; auras, inquit, reſpiciunt clauſi tenebris & carcere cæco. Qui enim perturbationũ tenebris obuoluuntur clarum ſapientiæ lumen non valent intueri. Cauẽdum eſt igitur ne ægri-
tudo, quaſi eruca nos comedat, ne locuſta vaſtet in gaudio, D
huc illucq; volitãs, & geſtiente lætitia per diuerſa ſe iactãs: ne bruchus, id eſt, pauor & futurorũ metus, radices ſapientiæ deuoret, ne rubigo & deſiderium futurorum res inutiles concupiſcat, & nos perferat ad ruinam. Sed vt in omni-
bus, quatuor quadrigas & quatuor cornua, & quatuor e- Zach. 1.
quos rufos, & varios, & albos, & nigros, i. vel aduerſa, vel proſpera, vel ex vtroq; ſociata frenis ſapiẽtiæ gubernemus. Ego reor erucam eſſe inſipientem in animo paſſionem, quę tarda eſt, & diſcurrere nõ poteſt, & mora ipſa & pertinacia ebibit & exugit omnẽ virorem: quam ſi non occiderimus, in nobis creſcet & auolat, & nũc deuorat quidquid attigerit, nunc ſemeſa dimittẽs pergit ad alia, reuertenſq; ad priſtinam ſedem bruchus efficitur, vt non ſolum fruges, & folia, & cortices, ſed & ipſam medullam deuoret tarditate. Sin autem euenerit (quod tamen rarum eſt) vt etiam poſt bruchum vitalis quiſpiam in nobis ſpiritus reſideat, cuncta rubigo populatur, ita vt ſtipulam & vile fœnum vertat in nigredinem: vt non ſolum eſui, ſed & fimo inutilia ſint. De his quatuor perturbationibus, in principio quoque Amos ſi vita comes fuerit, diſſeremus, vbi ſcriptum eſt: *Su-
per tribus ſceleribus, & ſuper quatuor* Damaſci, Gazæ, Tyri, Amos. 1. a
Idumææ, filiorum Ammon, & Moab, & Iuda, & Iſrael, *non conuertam eos*, dicit dominus. Quas nos perturbationes interpretati ſumus Græcè πάθη appellant, quæ ſi κακοζήλως in paſſiones vertamus, verbum magis quam ſenſum verbi expreſſerimus.

[b] ¶ *Expergiſcimini ebrii, & flete, & vlulate omnes qui bibitis vinum in dulcedine: quoniã periit ab ore veſtro.*] Quaſi ſenes atq; presbyteri audire debemus: nulla res ita inebriat vt animi perturbatio. Et triſtitia, quæ ducit ad mortem: hæc abomi-
nanda ebrietas eſt. Eſt ira quæ iuſtitiam Dei non operatur,
& furori proxima, mentis ſuæ impotem facit: intantum Eccl. 30. d
vt labia tremant, dentes concrepent, vultus pallore mu- 2. Cor. 7. c
tetur: Recteque illud laudatur Architæ Tarentini, Iacob 1. c
qui cum villico ſuo eſſet iratus: Iam te, inquit, occiderem, niſi iratus eſſem. Quid referam de gaudio & voluptate, & maximè amore, qui excæcat cordis oculos, & nihil aliud amantem, niſi id quod amat, cogitare permittit. An non eſt dicenda ebrietas, cum propter vile ſcortũ & ignominioſam corporis partem, animę libertas in ſeruiles blãditias inclinatur? cum laborem ſuum alterius facit eſſe delitias? cum furto, ſcelere, atque periuriis opes futuræ præparet voluptati? & cum videatur ab omnibus ſe æſti-



E ſe æſtimat non videri: dũ modo potiatur eo quod deſiderat. Sed & auaritia excæcat animum eius, cui nihil ſatis eſt, & muliebris timor, & dulcium cupido vitiorum. Vnde dicitur ad eos: *Euigilate, & expergiſcimini qui ebrÿ eſtis: nequaquam vino* (vt in ſolis Lxx. cõtinetur) ſed omni perturbatione vitiorum: Flete & plangite, & agite pœnitentiam, & aſſumite triſtitiam, quæ ducit ad vitam, & vlulate omnes qui bibitis vinũ in dulcedine, ſiue in ebrietate.
prouer. 5. a Dulcia enim ſunt vitia, quia mel deſtillat de labiis mulieris meretricis, & idcirco in Dei ſacrificio nõ offertur: Quoniam periit ſiue ablatum eſt de ore veſtro vinũ: ebrietas atq; dulcedo quæ vos deceperat. Sæpè quippe Dei fit prouidentia, vt qui nõ cognouerunt Deum in pſperis, cognoſcant in aduerſis, & qui diuitiis malè abuſi ſunt ad virtutes penuria corrigantur. Iuxta hunc ſenſum audiant ſenes, habitatores autem terræ percipiãt auribus: de illo vino nũc pręcipi, in quo eſt luxuria, & quo qui inebriati fuerint, regnum Dei poſſidere nõ
Epheſ. 5. d poſſunt. Qui vini ebrietate ſopitus eſt, euigilet, & ploret ebrium ſe fuiſſe, & vlulet: vt poſtea vlulatus eius & fletus vertatur in riſum & gaudeat ſe ebrietatis materiam non habere, quæ eum per abundantiam ebrium fecerat & veſanum.

a ¶ *Gens enim aſcendit ſuper ter-*
F *ram, &c.*] Iudæi putãt in diebus Ioel tam innumerabilẽ locuſtarum ſuper Iudæam veniſſe multitudinem, vt cuncta complerent, & non dicam fruges, ſed ne vinearum quidem & arborum cortices ramoſq; dimitterent, ita vt omni virore conſumpto, arentes arborum rami, & ſicca vinearum flagella remanerent. Hoc vtrum factum nec ne ſit, liquido affirmare non poſſumus, neq; enim
3. Reg 17. a Regum & Paralipomenon narrat hiſtoria: Quod vtique ſi fuiſſet (quo modo famem ſub Helia trium annorũ, & ſex menſium legimus) nunquam ſcriptura tacuiſſet. Tantum dicimus ꝙ ſub metaphora locuſtarum hoſtiũ deſcribatur aduentus, ſiue Aſſyriorum, & Babyloniorum, qui tunc imminebant: ſiue Medorum atq; Perſarum, qui poſt futuri erant, ſiue Macedonũ, quos multo tempore poſt fuiſſe cognouimus, ſiue vitulos Romanorũ de quibus ſupra diximus: licet nũc nobis magis de Babiloniis dici videatur atq; Chaldæis, quorũ crudelitas in populum Dei feritaſq; deſcribitur, & ni fallor videor mihi in hoc propheta aliquid repeririſſe: Narratur impietas hoſtium ſub figura locuſtarũ, & rurſum ſic de ipſis locuſtis dicitur, quaſi hoſtibus cõparentur, vt cũ locuſtas legeris, hoſtes cogites: cum hoſtes cogitaueris, redeas ad locuſtas. Aſcendit ergo gẽs locuſtarum de ſolitudine, ſiue exercitus Chaldæorum ſuper terram Dei, fortis & innumerabilis: Quid enim locuſtis innumerabilius & fortius, quibus humana induſtria reſiſtere nõ poteſt? Dentes eius, gentis videlicet locuſtarum (omnia autẽ τροπικῶς intellige) quaſi dẽtes leonis, & molares illius, vt catuli leonis, vt qui in fortitudine & multitudine locuſtis coæquãtur, in
Pſal. 97. b ferocitate & crudelitate leonibus cõparentur. Hæc, inquit gens *poſuit vineam meam in deſertum*: quam de Ægypto tran-
Marc. 11. c ſtuli, & plãtaui, & *ficum meam decorticauit*: populum Iudęorum, ad quem venit Saluator, vt comederet fructus, & non inuenit, maledixitq; ei, & aruit in æternum. Omnia autem ſub metaphora locuſtarum, dicta noſcamus, quę in tantum cuncta populantur, vt derodant arborum cortices, exutaſq; proiiciant, & omni virore conſumpto, albos ramos & aridos derelinquant. Diximus iuxta hiſtoriam, tranſeamus ad intelligentiam ſpiritualem, vt cum ſenibus audire poſſi-

| HEB. | SEPT. |
| --- | --- |
| quoniam periit ab ore veſtro. a Gens enim aſcendit ſuper terram meam, fortis & innumerabilis: dentes eius, vt dentes leonis, & molares eius vt catuli leonis: Poſuit vineam meam in deſertum, & ficum meam decorticauit, nudans ſpoliauit eam, & proiecit: albi facti ſunt rami eius. | *in ebrietate: quoniam ablatum eſt de ore veſtro: Quia gens aſcendit ſuper terram, fortis, & innumerabilis: dentes eius leonis, & molares eius vt catuli leonis. Poſuit vineam in diſſipationem, & ficus meas in confractionem: ſcrutans ſcrutatus eſt eam, & proiecit, dealbauit ramos eius.* |
| b Plange quaſi virgo accincta ſacco, ſuper virum pubertatis ſuæ. | *Plange ad me ſuper ſponſum accinctam cilicio, ſuper virum ſuum virgineum.* |
| c Periit ſacrificium & libatio de domo domini: Luxerunt ſacerdotes miniſtri Domini. Depopulata eſt regio, luxit humus, quoniam deuaſtatum eſt triticum, confuſum eſt vinum, elanguit oleum: Confuſi ſunt agricolæ, vlu- | *Ablatum eſt ſacrificium & libatio de domo domini. Lugete ſacerdotes miniſtri Domini: quoniam deſolati ſunt campi: lugeat terra, quoniam afflictum eſt triticum, aruit vinum, imminutum eſt oleum, aruerunt agricolæ. Lugete* |

mus: Aſcendit gens ſuper terram Dei, animam videlicet hu- G
manam. Omnes enim animæ Dei ſunt: *ſicut anima patris, ſic* Ezec. 18 a
*& anima filÿ*: & aſcendit gens principum mundi iſtius, & tenebrarum, & ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus: aduerſum Epheſ. 6. b
quos nobis eſt lucta atq; certamen, de quibus dicitur: *Si ſpi-* Eccleſ. 10.
*ritus poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te, locum tuum ne dimiſeris*: Cuius gentis dentes ſunt, ſicut dentes leonis, de quo
Petrus apoſtolus loquitur: *Ad-* 1. Petr. 5. b
*uerſarius noſter diabolus, quaſi leo rugiens circuit quærens quem deuoret*. Et *molares illius quaſi catuli*
*leonis*. Catulum leonis, vel cum 2. Theſ. 2. b
intellige, qui eleuatur contra omne quod dicitur Deus & religio: vel certè omne dogma peruerſum. De cuius contritis molaribus, qui intrinſecus latent, & non videntur, ne facilè
vitentur, etiam pſalmiſta lęta- Pſal. 57. a
tur dicens: *Molas leonum confringet dominus*. Si ergo dederimus locum huic genti, vt aſcendat in nobis, ſtatim ponet vineam noſtram in deſertum, de qua vinum facere ſoleba-
mus, quod lætificat cor homi- Pſal. 103. b
nis, & ficus noſtras decorticat ſiue confringit, ne habeamus in nobis ſpiritus ſancti dona dulciſſima: ne ſub noſtra vinea & ficu, vir ſanctus requieſcat: ſub quibus cum fuerit, aduerſariorum impetus non time-
bit. Nec ſufficit huic genti vi- H
neam diſperdere, ficumq; confringere: niſi ſcrutans ſcrutetur eas, & quidquid in illis vitale fuerit, interficiat: vt omni virore conſumpto, albi atque emortui ramuſculi remane-
ant, & compleatur in nobis: Si in viridi ligno hæc faciunt, Luc. 23. c
in ſicco quid facient?

b ¶ *Plange quaſi virgo accincta ſacco, &c.*] Vir pubertatis, ſiue vt Lxx. tranſtulerunt, παρθενικὸν, quem vulgo virgineũ vocãt (eo ꝙ primus florem virginitatis abſtulerit) nõ alius intelligitur niſi Deus, qui in Abrahã, Iſaac, & Iacob deſpon-
dit ſibi virginẽ ſponſam, nulla idololatrię ſorde maculatã. Hieron. 3. b
Ad quem & per Hieremiam loquitur: Nõ vt dominum me
vocaſti, & patrem, & principẽ virginitatis tuæ. Vnde & A- 1. Cor. 2. a
poſtolus ad credentes loquitur: *Deſpondi vos vni viro, virginẽ* Matth 9. b
*caſtam exhibere Chriſto*: quã diu cum hac ſponſa ſponſus fuerit, non poteſt ieiunare, nec plãgere, nec abſentis ſponſi deſideriũ lachrymis indicare. Cum autem ablatus fuerit ſponſus ab ea, plangit & plorat, & accingit ſe cilicio, & pro zona reſte circundatur. Intelleximus quis ſponſus ſit virginalis: verum quia iſte ſponſus ſiue maritus, non ſolum virginem accepit ſponſam, ſed & meretricem in Oſee duxit vxorem
propterea ſcriptum eſt in Deuteronomio: *Si egreſſus fueris* Deut. 21. b
*contra inimicos tuos, & tradiderit eos dominus Deus tuus in manu tua, captiuoſq; duxeris, & videris in numero captiuorum mulierem pulchram, & adamaueris eam, volueriſq; habere vxorẽ, introduces in domũ tuam: quæ radet cęſariẽ, & circũcidet vngues ſuos, & deponet veſtẽ in qua capta eſt: ſedenſq; in domo tua, flebit patrẽ & matrẽ ſuam vno menſe, & poſtea intrabis ad eam, dormieſq; cũ illa, & erit vxor tua*: Huiuſcemodi mulieris nõ eſt maritus dñs virginalis, ſed meretricem de gentiũ ſordibus duxit vxorem, Quod & de omni anima credentium poſſumus dicere: Si à parua ætate credidit domino, habet ſponſum dominũ virginalem: Sin autem ex Iudæis ſiue gentilibus & hæreticorum ſpurciſſimis fecibus, ad fidei venerit veritatem, & de tenebris ad lucem tranſierit, habebit quidem ſponſum, ſed non virgineum: & de eiuſcemodi hominibus dicitur: *In Ægypto fractę ſunt mammæ tuæ, & ibi deuirginata es.*

c ¶ *Periit ſacrificium, & libatio de domo Domini, & luxerunt,* Ezec. 23. a
*&c.*] Quantum ad hiſtoriam pertinet, ob locuſtarum, ſiue ho-

A siue hostium multitudinem, qui ſub earū ſpecie deſcribū-
tur, vaſtatis omnibus atq; conſumptis, periit ſacrificium &
libatio de domo domini: quorū alterū de ſimila, alterū de
vino offerre ſoliti erāt. Idcirco luxerunt ſacerdotes, qui ſūt
miniſtri dñi, nec ſacrificiis, nec libamentis ritè celebratis:
maximè quia & decimæ quas
accipere conſueuerāt nequaq̃
oblatæ ſunt. Regio enim vni-
uerſa populata eſt. Luxit hu-
mus μετωνυμικῶς pro eo quod
eſt: hi qui verſantur in humo:
triticū, vinū, oleumq; elangu-
it: ipſi quoq; agricolę & vini-
tores cōfuſi ſūt, & vlulauerūt:
quia non ſolum frumentum,
ſed hordeum quoq;, quod vi-
lius fertiliuſq; eſt, aruit. Et le-
gumina quæ ego puto ſignifi-
cari in eo ꝙ ait periit meſſis a-
gri: id eſt, cuncta quæ ſolet hu-
mus gignere. Quid loquar de
frumento, vino, oleoq; & hor-
deo, cum etiam arborum po-
ma ſiccata ſint, ficus elangue-
rint, & malogranatū, & palma
& malum, & omnia ligna, vel
infructuoſa, vel frugifera locu-
ſta vaſtante conſumpta ſint: q̃
facta ſunt omnia, vt auferretur
ſiue confunderetur gaudium
à filiis hominū. Poſſumus hæc
eadem & poſt aduentum dice-
re Saluatoris accidiſſe populo
Iudæorum, quando pari furo-
re clamantes dixerunt: *Crucifi-*
Ioan. 19 b *ge, crucifige talē, non habemus re-*
B *gem niſi Cæſarem*: quando cir-
cundata eſt Hieruſalē ab exer-
citu, & in tantam neceſſitatem
venerunt famis ac peſtilentiæ, vt filiorū nec dum maturis
corporibus veſcerentur & ſacrificia vniuerſa ſublata ſunt,
& confuſū eſt gaudiū à filiis hominum: quia gaudium reci-
Luc. 2. b pere noluerunt, de quo angelus loquitur ad paſtores: *An-*
*nuncio vobis gaudium magnum*. Iuxta ἀναγωγὴν, iſte nobis ſen-
ſus videtur. Poſtquā ſponſa, quæ receperat doctrinā Dei, à
ſponſa fuerit ſeparata: & pro byſſinis lineiſque veſtibus: ci
licio circundata, id eſt, habitum lugentis aſſumpſerit: tunc
Pſal 50 d periit ſacrificium de quo ſcriptum eſt: *Sacrificium Deo ſpiri-*
*tus contribulatus*: & vini libatio, quod lætificat cor homi-
nis, de domo Dei, quæ eſt eccleſia, dicente Apoſtolo ad
1. Tim. 3, d Timotheum: *Vt ſcias quo modo in domo Dei conuerſeris, quæ*
Matth. 24 a *eſt eccleſia Dei viuentis*. Auferetur autem ſacrificium & liba-
tio de domo dñi, quando multiplicata iniquitate, refrixe-
rit charitas multorum, & principes populi ac miniſtri alta-
ris viderint campos & plana credentium, fructus non affer-
re virtutum: ſed omnia vitiis inhorreſcere: quando frumē
tum & hordeum vineaſque & oleum, eruca, locuſta, bru-
Pſal 21 b chus, rubigo conſumpſerint, & nequaquam habuerimus
Eccl 9. b calicem, de quo ſcriptum eſt: *Calix tuus inebrians quam præ-*
*clarus eſt*: Et perierit oleum, de quo in Eccleſiaſte legimus:
*Omni tempore ſint candida, veſtimenta tua, & oleum de capite tuo*
*non deficiat*: quo exhilaratur facies, & caput ieiunantis vngi
tur. Tunc confundentur agricolæ, cum viderint in poſſeſ-
ſionibus ſuis non naſci triticum, quo aluntur homines: &
Eſaie 5. a hordeum, quo iumenta irrationabilia ſuſtentantur, & con-
fuſam eſſe vineam, de qua ſcriptum eſt: *Vinea frondoſa Iſrael,*
*fructus abundans in ea*: expectante domino, vt faceret vuas,
& fecit ſpinas. Ficus quoque elanguit, ſub qua fuit ante-
quam crederet Nathanael: & malogranatum, cuius corti-
Ioan. 1. g cigenæ ſponſæ in cantico comparantur: & palma quæ per-
Cant. 6. b dito virore ſiccata eſt, de qua olim dicebatur: *Iuſtus autem*
Pſal 91. c *vt palma florebit*: & malum, de quo in eodem cantico legi-
mus: *Sicut malum in medio lignorum: ita fratruelis meus in me-*
Cant. 2. a *dio filiorum*. Quid neceſſe eſt omnes arbores percurrere, cū
vniuerſa aruerint, & pro gaudio atq; lætitia filios hominum
mœror oppreſſerit & confuſio? C
a ¶ *Accingite vos & plangite ſacerdotes, &c.*] Qui sāctꝰ ſacer-
dos eſt, & comedit paſcha domini, accingatur baltheo ca-
ſtitatis, & audiat cū Apoſtolis: *ſint lūbi veſtri præcincti, & lu-*
*cernæ ardētes in manibus veſtris*. Qui autē peccator eſt, & quē
remordet propria conſcientia, Luc. 12. c
cilicio accingatur, & plangat,
vel propria delicta, vel populi,
& ingrediatur eccleſiā, de qua
propter peccata fuerat egreſſꝰ
& cubet, vel dormiat in ſacco:
vt pręteritas delicias, per quas
offenderat Deum, vitæ auſte-
ritate compenſet: Qui enim
mollibus veſtiuntur, in domi- Ioan. 1. a
bus regum ſunt. Accingantur
autem ſacerdotes, & plangant
& vlulent, & dormiant in ſac-
co, propheta eos ad pœniten-
tiā cohortante, qui dicit: *Mini-* Ioel 1. d
*ſtri Dei mei*: quo modo interiit
de domo Dei veſtri ſacrificiū
& libatio, de quibus ſupra di-
ctum eſt. Nec ſufficit flere vel
plangere, & habitum lugentis
aſſumere, niſi ſanctificēt ieiu-
nium, & vocēt cœtum. Si om-
ne ieiuniū placeret Deo, nun-
quam diceret, *ſanctificate ieiu-* Eſa. 58. b
*nium*, & non tale ieiunium ele- Matt. 6. b
gi, dicit dominus. Et in Euāge-
lio condēnantur qui extermi-
nāt facies ſuas vt videātur ho-
minibus ieiunare: & in diebus,
inquit, ieiuniorum veſtrorum D
percutitis pugnis, & opprimi-
tis pauperem. Idcirco nunc di-
cit, ſanctificate ieiunium. Ieiu-
nat Manichęus, & multi hære-
tici, maximeq; Encratitæ, quorū princeps Tatianus eſt: ſed
hoc ieiunium ſaturitate & ebrietate deterius eſt. *Et vocate*
*cœtum* ſiue *curationem*: vt per pœnitentiam noſtra peccata
curemus. Pro cœtu in Hebraico legitur [e] עצרה ꝙ Symma- e aſara
chus, ſynodum: Aquila, diem collectæ interpretatus eſt.
*Congregate ſenes*: quorum ætas vicina morti, maturæq; ſen-
tentiæ, magis timorem & cultum ſuſcipit Dei. Omnes quo-
que habitatores terræ, de quibus ſupra dixerat: audite hoc
ſenes, & auribꝰ percipite omnes habitatores terrę, vt ſenes
& habitatores terrę in domum Dei, quæ eſt eccleſia, con-
gregentur. Cumq; fuerint in eccleſia & de diſpari grege ſa-
cerdotum & populi, ſenum & habitatorum terrę vnus grex
fuerit effectus. *Clamate*, inquit, *ad dominum in cordibus veſtris,*
*& dicite*.
b ¶ *Ah, ah, ah diei, quia prope eſt dies domini, & quaſi vaſtitas à*
*potente veniet*.] Pro eo quod nos tranſtulimus, à potente, &
Hebraice dicitur [f] שדי, quod vnum eſſe de decem Dei no- f ſaddai
minibus, aliquoties diximus, Lxx. interpretati ſunt miſeriā,
[g] שד pro [h] שדי legentes. Vox igitur ſacerdotum & populi g ſod h ſaddai
ad dominū clamantis inducitur, vt tertio dicant heu mihi:
credo, quia propter peccata quæ fecerūt ſanctam offende-
rant trinitatem. Dies autem retributionis omniū delicto-
rum illa eſt, de qua vniuerſi ſcribunt prophetę, & maximè
Eſaias clamitat: *Ecce dies domini inſanabilis venit, furoris & iræ,* Eſa. 13. b
*vt ponat vniuerſum orbem deſertū, & peccatores perdat ex eo*. Hic
dies rectè appellatur inſanabilis: quia cum dies iudicii ve-
nerit, non erit locus pœnitentiæ: quia æternitati compara-
tur, propè eſt & non longe. Quodque ſequitur: *Et quaſi mi-* Matt 10. c
*ſeria de miſeria veniet*, ſiue *vaſtitas à potēte veniet*, hic ſenſus eſt
quod mala ſuccedant malis, & omnis afflictio, Deo iudice,
diſpenſetur, qui potens eſt & corpus & animam perdere in
gehennam. Quod generaliter de die iudicii diximus, ſpe-
cialiter referamus ad tempus Iudaicæ captiuitatis: quādo
Hieruſalem capta, templumque deſtructum eſt: Non mul-
to enim poſt tempore venit & decem & duarum tribuum
ab Aſſyriis Chaldæiſque captiuitas, prædiciturque



HEB.

vlulauerunt vinitores ſuper frumento & hordeo: quia periit meſſis agri. Vinea confuſa eſt & ficus elanguit: malogranatum, & palma, & malum, & omnia ligna agri aruerunt, quia confuſum eſt gaudium à filiis hominum. [a] Accingite vos & plangite ſacerdotes, vlulate miniſtri altaris; ingredimini, cubate in ſacco miniſtri Dei mei: quoniam interiit de domo Dei veſtri ſacrificium & libatio. Sanctificate ieiunium, vocate cœtum, congregate ſenes, omnes habitatores terræ in domum domini Dei veſtri, & clamate ad dominum. [b] Ah, ah, ah diei, quia prope eſt dies domini & quaſi vaſtitas à potente veniet.

[a] Num-

SEPT.

*Lugete poſſeſſiones pro frumento & hordeo: quia periit vindemia de agro: Vinea aruit & ficus imminutæ ſunt: malogranatum, & palma, & malum, & omnia ligna agri arefacta ſunt: quoniam confuderunt gaudium filij hominum. Accingite vos, & plangite ſacerdotes, lamentamini qui miniſtratis altari: ingredimini, dormite in ſaccis miniſtri Dei, quoniam defecit de domo Dei veſtri ſacrificium & libatio. Sanctificate ieiunium, prædicate curationem, congregate ſenes, omnes habitatores terræ, in domum Dei noſtri, & clamate ad dominum vehementer. Heu mihi, heu mihi, heu mihi in die quoniam iuxta eſt dies,*

*domi-*



E ventura: vt cum venerit, non caſu accidiſſe videatur, aut
hoſtium fortitudine, ſed ira & comminatione Dei: vel cer-
te agente populo pœnitentiam, non veniat, quæ ventura
eſt, ſi permanſerit in delictis.
a ¶ *Numquid non coram oculis*, &c.] Ante oculos pereunt
alimenta peccantium, quando
iam ſperatæ fruges è manibus
auferūtur, & præuenit locuſta
meſſorem: vt quod ſpe in hor-
reis conditum eſt, bruchus &
rubigo conſumat. His quoque
qui in eccleſia commorantur,
pro qualitate meritorum, fru-
mentum ſpiritus, & hordeum
literæ, ſi peccauerint, tollitur,
vt patiantur famem ſermonis
Amos 8. Dei. Cumq; fuerint alimenta
ſublata, conſequenter gaudiū
& lætitia tollitur de domo
Phil. 4. a Dei: vt qui audiebant ante A-
poſtolum dicentem: *Gaudete*
*in domino ſemper, iterū dico gau-*
*dete*: poſtea dominum audiant
Matth. 5. a ad pœnitentiam prouocantē:
*Beati qui lugent, quoniam ipſi con-*
*ſolabuntur*.
b ¶ *Computruerunt iumenta in*
*ſtercore ſuo*, &c.] Poſtquam ali-
menta perierunt, & de domo
Dei gaudium lętitiaq; ſublata
ſunt: Iumenta quoq; compu-
truerūt in ſtercore ſuo: ſiue iu-
xta intelligētiam ſpiritualem,
laſciuierunt in pręſepibus ſuis,
& calcitrauerunt cōtra creato-
F rem ſuum: vt impleretur quod
Pſal. 58 d ſcriptum eſt: *Si ſaturati non fue-*
Ioel. 1. d *rint, murmurabunt*: Computre-
ſcit in ſtercore ſuo, cuius Deus
Eſa. 12. d venter eſt, & qui dicit: *Mandu-*
*cemus & bibamus, cras enim mo-*
*riemur*: huic demolita ſunt
horrea, & apothecæ diſſipatæ
ſunt, vel ſubuerſa ſunt torcula-
ria: quia ſi frumenta & vina nō
fuerint, fruſtra horrea & tor-
cularia præparantur. Cumque
omnia aruerint, voce flebili
querebūtur & dicent: quid re-
ponimus nobis. Quodq; ſequitur iuxta Lxx. Fleuerunt ar-
menta boum, quoniam non ſunt eis paſcua: compellit nos
non de bobus & armentis accipere quę dicta ſunt, ſed de
his, qui propter ſimplicitatem, boues vocantur & oues. De
quorum paſcuis Saluator loquitur. *Ingredietur, & egredietur,*
Ioan. 10. b *& paſcua inueniet*. Hæc autē omnia intellige ſub metaphora
erucę, locuſtę, bruchi & rubiginis, quod, ſublatis frugibus
atque vaſtatis, fames & peſtilentia cuncta poſſederint.
c ¶ *Ad te domine clamabo*, &c.] Propheta clamante ad do-
minū, vel populo per prophetā: quia ignis comederit ſpe-
cioſa deſerti & flamma ſuccenderit omnia ligna regionis:
beſtiæ & iumenta agri ſiue campi ſuſpexerunt ad dominū
quaſi areola ſitiens imbrem; Hoc enim vno verbo ſignificat
Aquila dicens, ἐπεχάσθη & ſuſpexerunt ad eum: quoniam
aruerūt fontes, vel emiſſiones aquarum, & ignis deuorauit
ſpecioſa deſerti, ꝙ ſcilicet & hoc eruca, & locuſta, & bru-
chus fecerint & rubigo, quod ignis in ſtipula, flamma in ve-
ineoth pribus. Specioſa autē deſerti quæ Hebraice dicuntur נאות
intelligamus aut plana temporum, aut peratorū florētia: aut
virentia herbis loca: quæ paſcua præbuere iumētis. Clama-
re autem ad dominum per prophetam & iumenta ad eum
ſuſpicere, fecit ignis qui deuorauit ſpecioſa deſerti, & flam-
ma quæ ſuccendit omnia ligna regionis; vt & fruges & po-
ma pariter interirent: & quia ſiccati ſunt fontes aquarum,
quidquid in deſerto poterat inueniri, vorax flamma con-
ſumpſit. Simulque conſideremus quod niſi propter angu-
ſtiam, & ablationem delitiarum, nec propheta, nec beſtiæ G
clamaſſent ad dominum, aut ad dominū ſuſpexiſſent; quod
quidem & ad iuſtum quēdam virum referri poteſt: qui cū
declinauerit & fecerit malum, nequaquā ei virtutes priſti-
næ proderunt: ſed iudicabit eum dominus in quibus inue-
nerit. Specioſa deſerti appella-
re poſſumus, de quibus ſcriptū
eſt: *Plures filij deſertæ magis quam* Eſa. 54. a
*eius quæ habet virum*. Flamma
autem quæ ſuccendit omnia li-
gna regionis, illa eſſe creden-
da eſt, quæ immittitur arden-
tibus diaboli ſagittis, vt nihil
in nobis bonarum frugum re-
maneat, ſed cuncta incendio
conſumantur: *Omnes enim ad-* Oſee 7. a
*ulterantes, quaſi clibanus corda eo-*
*rum*, & non ſolum propheta,
vel populus per prophetā, qui
rationale animal eſt, ſed iumē-
ta quoque (de quibus dictū eſt:
*Homines & iumenta ſaluos facies* Pſal. 35. b
*domine*, Et alibi: *Quaſi iumentum* Ibid. 72. d
*factus ſum apud te*. Et iterum. *Se-* Hier. 31. e
*minabo eos ſemine hominum & iu-*
*mentorum*) ſuſpexerunt ad do-
minum & rorem illius miſeri-
cordię flagitarunt: quia exic-
cati ſunt fontes aquarum, quos
ceruus deſiderat: & de quibus
dominus loquitur per Hiere- Pſal. 41. a
miam, *Me dereliquerunt fontem* Hier. 2. c
*aquæ viuæ*. Siccatis autem fon-
tibus aquarū: qui arentia quæ-
que irrigant atque refrigerant: H
conſequenter quidquid in no- Luc. 10. c
bis pulchrum fuit, ignis ardore
conſumptum eſt, de quo domi-
nus dicit in euangelio: *Videbam*
*ſatanam quaſi fulgur cadentem de*
*cœlo*.

CAPVT II.

*CAnite tuba in Siō, vlulate in monte ſancto meo, conturbentur omnes habitatores terræ*, &c.]
Rurſum per metaphoram lo-
cuſtarum deſcribitur impetus
Chaldæorum: & iubetur pro-
pheta, imo per prophetam om-
nes qui poſſunt Dei audire ſermonem, vt quaſi tuba exal-
tent vocem ſuam, & in Sion prędicent, & clangant in mon-
te ſancto eius: vt ad ſtrepitum clamoris & buccinæ omnis
Hieruſalem populus contremiſcat. Cumq; ait, cecineritis,
hoc dicit: Nequaquam dies domini vltra differtur, id eſt,
dies vltionis atque vindictæ: adeſt vicina captiuitas: iam de
ſuo loco Babyloniorum eſt egreſſus exercitus: prope eſt
dies tenebrarum, & anguſtię, dies caliginis & nubis & tur-
binis: in qua auferetur lumen omne lætitiæ, & cuncta tene-
bris opprimentur. Sicut, inquit, mane & diluculum ſubito
tenebras fugat, & cūctos mōtes aurora colluſtrat, ita Baby-
loniorum per omnem terram veſtram fundetur exercitus.
Nec putetis turbam eſſe inualidā: populus multus & fortis
eſt: cuius ſimilis nec in pręterito, nec in futuro vlla gēs alia
poterit inueniri, quidquid attigerit, quaſi vorax flāma cō-
ſumet: nihilq; poſt ſe integrum derelinquet: quaſi hortus
& paradiſus voluptatis omnis terra eſt, quam nō tetigerit:
quaſi ſolitudo & deſertū quidquid fuerit deprædatus: neq;
vllus poterit inueniri, qui illius effugiat manus. Aſpectus
eorū quaſi ferocium equorum, & quaſi equites huc illucq;
diſcurrēt. Non quo Babylonii equitibus comparentur, ſed
quo locuſtę per tranſlationem hoſtium quaſi equites dicā-
tur huc illucq; diſcurrere: Sicut ſonitus, inquit, quadrigarū
& curruum, ſic erit ſonitus locuſtarū: Super capita montiū
exilient, vt omnia excelſa cōſcendant: & ſicut ſtipulam cito
flamma conſumit, ita ſonitus & terror vocis eorū cūcta po-

HEB.

[a] Numquid nō coram oculis noſtris alimenta perierunt, de domo Dei noſtri, lætitia & exultatio? [b] Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo, demolita ſunt horrea, diſſipatæ ſūt apothecę: quoniā cōfuſum eſt triticum. Quid ingemuit animal, mugierūt greges armenti? quia non eſt paſcua eis, ſed & greges pecorū diſperierunt. [c] Ad te Domine clamabo: quia ignis comedit ſpecioſa deſerti, & flāma ſuccēdit omnia ligna regionis: ſed & beſtiæ agri, quaſi area ſitiens imbrem, ſuſpexerūt ad te: quoniā exiccati ſūt fōtes aquarū, & ignis deuorauit ſpecioſa deſerti.

SEPT.

*domini, & quaſi miſeria de miſeria veniet. Ante oculos veſtros alimenta perierunt, de domo Dei veſtri lætitia & gaudium: Subſultauerunt vituli in præſepibus ſuis, diſſipati ſunt theſauri, ſuffoſſa ſunt torcularia: quia arefactum eſt triticum. Quid reponemus nobis? fleuerunt armenta boum, quia non erant paſcua eis, & greges ouium diſperierunt. Ad te domine clamabo: quoniam ignis conſumpſit ſpecioſa deſerti, & flamma ſuccendit omnia ligna agri, & iumenta campi ſuſpexerunt ad te: quoniam arefactæ ſunt emiſſiones aquarum, & ignis deuorauit ſpecioſa deſerti.*

CAPVT II.

HEB.

CAntate tuba in Sion, vlulate in mōte ſancto meo, cōturbentur omnes habitatores terræ. Quia venit dies domini, quia prope eſt dies tenebrarum & caliginis, dies

CAPVT II.

SEPT.

*CAnite tuba in Sion, prædicate in monte ſancto meo, confundantur omnes habitatores terræ. Quoniam adeſt dies domini, quoniam iuxta eſt dies tenebrarum & ca-*

A pulabitur. Quodq; infert: Velut populus fortis præparatus ad prælium: rurſum ad locuſtas refert: vt nõ quaſi de hoſtibus, ſed quaſi de locuſtis referre videatur, & tamen dũ locuſtas legimus, Babylonios cogitemus. Tãtus terror erit, vt omnes per circuitũ nationes, & animo & corpore perhorreſcant, imo cruciẽtur, & pauoris magnitudine, vult⁹ omniũ in ollæ ſimilitudinẽ conuertãtur: quæ igne combuſta, nigredinem & fuliginẽ fœdi mõſtret aſpectus. Diſcurrent, inquit, quaſi viri fortes (haud dubium quin locuſtę) & quaſi viri bellatores aſcẽdent murum, vt murorum ſublimitas impetũ fortium ꝓhibere nõ valeat, & nequaquã per portas, ſed per muros ingrediãtur. Singuli in viis ſuis gradiẽtur, & non declinabũt à ſemitis ſuis. Hoc nuper in hac ꝓuincia vidimus. Cũ enim locuſtarũ agmina venerint, & aerem, qui inter cœlum & terrã eſt, occuparint, tanto ordine ex diſpoſitione iubentis Dei volitãt, vt inſtar teſſerularum, quæ in pauimentis artificis figũtur manu, ſuum locũ teneant, & ne puncto quidem, vt ita dicã, vnguẽ tranſuerſo declinẽt ad alteram. Et vt apertã faceret metaphorã & per feneſtras, ait, cadent, & nõ demolientur. Nihil enim locuſtis inuium eſt: cum & agros, & ſata, & arbores, & B vrbes, & domos, & cubiculorũ ſecreta penetrent. Hoc autẽ de locuſtis dicitur, vt de hoſtibus intelligatur. Quodq; nos interpretati ſumus, per feneſtras cadent, & non demolientur. LXX. tranſtulerunt, aggrauati armis ſuis ibũt, & in iaculis ſuis cadẽt & non conſumentur: quod nequaquã mihi videt̃ expoſitionis ordini conuenire, ſed in eo errorẽ eſſe generatũ, ꝙ [a] שׁלח verbum Hebraicũ, illi iacula, nos feneſtras intellexim⁹. Seruatq; cœptam narrationem vt eos dicat vrbẽ ingredi, in muris diſcurrere, domosq; cõſcẽdere, & per feneſtras intrare quaſi fures: nõ quod furum timorẽ habeãt qui victores ſunt: ſed vt fures ſolent ingredi per feneſtras, & occulte rapere, ſic illi clauſis ianuis (ne vlla ſit mora) per feneſtras tota irrũpẽt audacia. A facie iſtiuſmodi locuſtarũ terra contremuit, cœli moti ſunt: quæ dicta hyperbolice ſentiamus: non ꝙ locuſtarũ aut hoſtium tãta vis ſit, vt poſſint mouere cœlos, & terrã concutere: ſed ꝙ aduerſa patientibus præ terroris magnitudine, & cœlum ruere, & terra fluctuare videatur. Deniq; præ multitudine locuſtarũ obtegentium cœlum, ſol & luna conuertentur in tenebras, & ſtellæ retrahent lumen ſuum: dum lumen in medio nubes poſita locuſtarũ, ad terram non ſinit peruenire. Dominus quoq; dabit vocem ſuam ante faciem tam potẽtis exercitus: quia multa ſunt caſtra eius, & magnitudo virtutis illius in paruis quoque animantibus demonſtratur. Hæc autẽ multa caſtra & innumerabilia fortia ſunt nimis, & facientia verbum illius. Quo dicto oſtenditur Babylonios Dei voluntate vẽturos, & illius imperio parituros. Magnus eſt, inquit, dies domini; quo capienda eſt Hieruſalem: &

[a] Selah

HEB.

dies nubis & turbinis, Quaſi mane expãſum ſuper montes populus multus ac fortis: ſimilis ei nõ fuit à principio, & poſt eum nõ erit vſq; in annos generationis & generationis. Ante faciem eius ignis vorãs, & poſt eũ exurẽs flamma: quaſi hort⁹ voluptatis terra coram eo, & poſt eum ſolitudo deſerti: neq; eſt qui effugiat eum. Quaſi aſpectus equorũ aſpectus eorum, & quaſi equites ſic currẽt. Sicut ſonitus quadrigarũ ſuper capita montiũ exilient: ſicut ſonitus flammæ ignis deuorantis ſtipulam: velut populus fortis præparatus ad præliũ. A facie ei⁹ cruciabũtur populi, omnes vultus redigẽtur in ollã. Sicut fortes current quaſi viri bellatores aſcendẽt murũ: viri in viis ſuis gradientur, & non declinabunt à ſemitis ſuis. Vnuſquiſq; fratrem ſuum nõ coarctabit, ſinguli in calle ſuo ambulabũt. Sed & per feneſtras cadẽt, & non demolientur. Vrbem ingredientur, in muro current: domos conſcẽdent, per feneſtras intrabunt quaſi fur: A facie eius cõtremuit terra, moti ſunt cœli: ſol & luna obte-

SEPT.

*& caliginis, dies nubis & pruinæ. Sicut mane fundetur ſuper montes populus multus & fortis: ſimilis ei non fuit à principio & poſt eum non erit vſq; ad annos generationis generationum. Ante eum conſumens ignis, & poſt eum flãma ſuccenſa: ſicut paradiſus voluptatis terra ante faciem eius, & poſteriora illius, ſicut campus ſolitudinis, & qui ſaluetur non erit ei. Sicut aſpectus equorum aſpectus eorum, & ſicut equites ſic perſequentur. Sicut vox quadrigarum ſuper vertices montium exilient, & ſicut vox flãmæ ignis deuorantis ſtipulam, & ſicut populus multus & fortis præparatus ad prælium. A facie eius conterentur populi, omnis vultus ſicut aduſtio ollæ. Sicut pugnatores current, & ſicut viri bellatores aſcẽdent ſuper muros, & vnuſquiſque in via ſua ambulabit, & non declinabunt à ſemitis ſuis. Singuli à proximo ſuo non recedent: aggrauati armis ſuis ibunt, & in iaculis ſuis cadent, & nõ conſumentur. Vrbẽ apprehendent, & ſuper muros diſcurrent: ſuper domos aſcendent, & per feneſtras intrabunt ſicut fures. A facie eius confundetur terra, & com-*

valde terribilis, & nullus eum poterit ſuſtinere, & de neceſſitate captiuitatis aut mortis euadere. Iunctam & cohærentẽ ſibi pericopen diuidere nolui: ne ꝙ ſenſu vnũ erat, diuerſis capitulis carperetur. Tranſeamus ad intelligentiam ſpiritualem, ſingula quæq; repetentes. Tubarum buccinarumq; clangorem non ſolum in Leuitico & Numerorum libro legimus (in quib. iubetur, vt duas argenteas tubas faciat Moyſes, quibus & in Kalendis & in ſeptimo mẽſe, prima die mẽſis, & in iubilæo, & in ceteris feſtiuitatibus, & qñ ad bella ꝓcedunt, canant hi qui huic officio mancipati ſunt) ſed etiam muros Hiericho ad tubarum clangorem ſcriptum eſt corruiſſe: Et dominus angelũ miſſurũ ſe dicit eſſe cum clangore tubæ: & Apoſtolus reſurrectionẽ mortuorum ad tubæ ſonitum fieri prædicat. Et in Apocalypſi quoq; Ioannis legimus, ſeptem angelos accepiſſe tubas ſingulas: quibus per ordinem canentibus, facta ſunt quæ ſcriptura deſcribit. Præcipitur ergo nunc ſacerdotib. & magiſtris, vt exaltẽt quaſi tuba vocem ſuam, & impleant illud quod ſcriptum eſt: *In montem excelſum aſcende, qui euangelizas Sion: exalta vocem tuam, qui annuntias Hieruſalem*: vt canãt tuba in Sion, id eſt, in eccleſia, q̃ interpretatur ſpecula atq; ſublimitas. Et in ſancto Dei monte, qui Chriſtus eſt: vt conturbentur ſiue confundantur omnes habitatores terræ, & confuſio eos pertrahat ad ſalutem. Diem autem domini, diem intellige iudicij: ſiue diem exitus vniuſcuiuſque de corpore. Quod enim in die iudicij futurum eſt omnibus; hoc in ſingulis die mortis impletur. Dies tenebrarũ eſt & anguſtiæ, dies nubis & turbinis: quia cuncta pœnarum plena ſunt atq; cruciatuum. Veniet angelorum populus multus & fortis, vt reddat vnicuiq; ſecundum opera ſua, & ſicut mane & aurora cõſurgens primum occupat montes: ſic iudicium ab excelſis & potentibus incipiet, vt potentes potenter tormenta patiantur. *Similis ei non fuit à principio, & poſt eum non erit vſq; ad annos generationis & generationis.* Omnia enim mala quæ veteribus hiſtoriis continentur, aut inundatione maris, aut alluuione fluminum, aut peſtilentia, morbis, fame, beſtiis, hoſtiũ vaſtitate, hominibus acciderunt, his ſuppliciis, quę in die ſunt reddenda iudicij, nõ poterunt comparari. Ante faciem huius populi fortis & multus eſt, erit ignis vorans, ſiue conſumens: vt omne in nobis fœnum, ligna, ſtipulamq; conſumat. Vnde & de Deo dicitur: *Deus ignis conſumens, & poſt eum vrens flamma*, vt nihil abſq; ſupplicijs derelinquat. Quemcunq; hic populus non attigerit, nec inuenerit in eo combuſtionis materiam, horto Dei & paradiſo aſſimilabitur voluptatis: qui Hebraice dicitur [b] גן עדן: Si quem autem excuſſerit, quaſi ſolitudinem in cinerem rediget ac fauillas: nec eſt qui furorem eius poſſit euadere, cuius crudelis aſpectus frementium equorum habebit ſimilitudinem, & ſic

C Leui. 25. b Num. 10. a Ioſ. 6. c Matt. 24. c 1. Cor. 15. g Apoc. 8. a Eſa. 40. b D ציון Sup. 6. a 1. Cor. 3. Deut. 4. d

[b] gan eden



E &ſic diſcurrent ad cruciandos quos in poteſtatem acceperint, quaſi equites huc illucq; volitantes: terribilis erit ſonitus eorũ, quaſi quadrigarum per prona currentiũ, & ſuper capita montium exilient excelſos quoq; & in eccleſiæ culmine cõſtitutos cruciare cupientes. Et quia ante faciem eorũ ignis eſt vorax, atq; conſumens, ſic cuncta vaſtabũt, quo modo ſtipulam flãma cõſumit: ita veniẽt ad puniẽdũ, ita expediti erunt & parati vt populus fortis ad præliũ. Tãtus erit timor omniũ & tanta conſciẽtia peccatorũ, vt nullus luceat, nec ſplẽdorem habeat gaudii: ſed inſtar aduſtæ ollæ facies eius vertatur in tenebras. Aſcẽdent murũ & omnem munitionẽ: iniũctumq; ſibi explentes opus, nõ declinabũt in partem alteram ſed inhiabũt miſerorũ ſuppliciis: nec tormentis eorum ſatiabũtur, ſed vnuſquiſq; credita ſibi in peccatores ſupplicia perſequet̃. *Sed & per feneſtras intrabunt*, ſiue *cadent*: vel aggrauati armis ſuis ambulabũt, & in iaculis eorũ cadẽt, hi quos acceperint conſumendos Hę ſunt feneſtræ, de quib. & Hieremias dicit: *Mors intrabit per feneſtras* noſtras: per omnes enim ſẽſus noſtros ingredi hoſtes deſiderant, & capere vrbẽ bonæ conſcientiæ, & per noſtra munimẽta diſcurrere: do-F moſque, quas nobis operibus ædificauimus, deſtruere. Omnia autem faciũt introeuntes per feneſtras, quaſi fur: libere enim non ingrediuntur, vt ſagittent in obſcuro rectos corde. A facie iſtius populi, qui eſt multus & fortis, terra contremuit, & cœli cõmoti ſunt. *Cœlum enim & terra tranſibũt, verbum autẽ* domini permanet in æternum. Sed & ſol & luna tanta miſerorum ſupplicia videre non poterunt & mœrebunt non habẽtia officij ſui iuſtitiam, & pro claro lumine, tenebris operientur horrendis: ſtellæ quoq; retrahent fulgorem ſuum: dum etiam qui ſãcti ſunt præſentiam domini abſq; formidine non videbunt. In his omnibus dabit dominus vocem ſuam ante faciem exercitus ſui. Quo modo enim Babylonii punientes Hieruſalem, Dei vocantur exercitus, ſic angeli peſſimi (de quibus ſcriptum eſt: *Furorem & iram & anguſtiam, immiſſionem per angelos peſſimos*) Dei exercitus dicuntur, & caſtra illius nominantur, dum domini faciunt voluntatẽ. Magnus eſt dies domini atq; terribilis: de quo alibi ſcriptũ eſt: *Vt quid deſideratis diem domini?* & hic eſt tenebræ, & non lux, & terribilis valde: raruſque aut nullus eum poterit ſuſtinere, quin in ſe præbeat materiã ſæuiendi.

a ❡ *Nunc ergo dicit dominus*, &c.] Superius capitulum ab eo loco vbi ſcriptum eſt: *Canite tuba in Sion, vlulate in monte ſancto meo: conturbentur omnes habitatores terræ*: vſque ad eum locum, vbi legimus: *Magnus eſt dies domini & terribilis valde, quis ſuſtinebit eum?* per tranſlationem locuſtarum, aduentũ nuntiat Chaldæorum, & quæ mala ventura ſint populo. Nunc eos ad pœnitentiam prouocat, & conuerti ad dominum cohortatur: vt tota mente correcti, nõ patiantur quæ dominus comminatur: & eſt ſenſus. Omnia quæ ſermone præterito cõtinentur, propterea ſum locutus, vt vos cõminatione mea terrerẽ. Vnde cõuertimini ad me in toto corde veſtro, & animi pœnitentiam ieiunio, & fletu, & planctibus indicate: vt nũc ieiunantes poſtea ſaturemini: nunc flẽtes poſtea rideatis: nunc plangentes poſtea conſolemini. Et

יפלו Hier. 9 f Pſal. 10 a Matt. 24 c Pſal. 40. b Pſal. 77. c Amos 5. e Sec. 70. Matt 5 a

HEB.

obtenebrati ſunt, & ſtellæ retraxerũt ſplẽdorẽ ſuũ. Et dominus dedit vocem ſuã ante faciem exercitus ſui: quia multa ſunt nimis caſtra eius, quia fortia & facientia verbũ eius. Magnus enim dies domini & terribilis valde, & quis ſuſtinebit eum? [a] Nunc ergo dicit domin⁹. Conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio, & in fletu & in plãctu: & ſcindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra, & conuertimini ad dominũ Deum veſtrum: quia benignus & miſericors eſt, patiens & multæ miſericordiæ, & præſtabilis ſuper malitia. Quis ſcit ſi conuertatur & ignoſcat, & relinquat poſt ſe benedictionẽ, ſacrificium & libamen domino Deo noſtro? [b] Canite tuba in Sion, ſanctificate ieiunium, vocate cœtum, congregate popu-

SEPT.

*commouebitur cœlum: ſol & luna contenebrabuntur, & ſtellæ auferent lumen ſuum. Et dominus dabit vocem ſuam à facie fortitudinis ſuæ quoniam multa ſunt nimis caſtra eius, quoniam fortia opera ſermonum illius: quia magna dies domini, magna & illuſtris nimis, & quis erit ſufficiens ad eam? Et nunc dicit dominus Deus noſter, Conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio, in cilicio, in fletu, & in planctu: & ſcindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra, & conuertimini ad dominum Deum veſtrum: quia miſericors & miſerator eſt, patiens & multæ miſericordiæ, & pœnitens ſuper malitiis: Quis nouit ſi reuertatur & pœniteat eum, & dimittat poſt ſe benedictionem, ſacrificium & libamen domino Deo noſtro? Clangite tuba in Sion, ſanctificate ieiunium, præ-*

quia conſuetudinis eſt, vt in triſtibus atq; aduerſis ſcindatis veſtes: quod & põtifex ad domini Saluatoris crimen augendum in euãgelio feciſſe memoratur, & Paulum & Barnabam audientes verba blaſphemiæ legimus perpetraſſe: Idcirco ego præcipio vobis, vt nequaquam ſcindatis veſtimenta, ſed corda, quæ plena ſunt peccatis: quæ inſtar vtriũ niſi ſciſſa fuerint, ſpõte rumpentur. Cumq; hoc feceritis, redite ad dñm Deum veſtrũ: quem vobis priora peccata alienum fecerant: nec deſperetis veniã ſcelerum magnitudine: quia magna peccata, magna delebit miſericordia. Eſt enim benignus & miſericors, malens pœnitentiã peccatorum quam mortem: patiẽs & multus in miſericordia: qui nõ humanam imitatur impatiẽtiam, ſed longo tempore noſtram præſtoletur pœnitentiã, & præſtabilis, ſiue pœnitens ſuper malitiis: vt ſi nos egerimus ſuper peccatis pœnitentiam, & ipſum pœniteat cõminationis ſuæ, & mala quæ cõminatus eſt nobis nõ inferat: noſtræq; mutatione ſentẽtię, & ipſe mutetur. Malitiã autẽ in hoc loco non cõtrariã virtuti debemus accipere, ſed afflictionẽ; iuxta illud ꝙ alibi legimus: *Sufficit diei malitia ſua* Et ſi eſt in ciuitate malitia, quã dominus nõ fecerit. Simulq; quia ſupra dixerat, benignus & miſericors, patiẽs & multus in miſericordia, & præſtabilis, ſiue pœnitens ſuper malitiis: ne forſitã magnitudo clemẽtiæ nos faceret negligentes, ex perſona prophetæ iungit & dicit: *Quis ſcit ſi conuertatur, & ignoſcat, & relinquat poſt ſe benedictionem?* Ego inquit, hortor quod meũ eſt ad pœnitentiam, & Deum ineffabiliter noui eſſe clementem, dicente Dauid: *Miſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuam, & ſecundum multitudinem miſerationum tuarum dele iniquitatem meam.* Sed quia profundũ diuitiarum & ſapientiæ & ſcientiæ Dei noſſe non poſſumus, ſententiam tempero, & opto potius quam præſumo, dicẽs, quis ſcit ſi conuertatur, & ignoſcat? Quod ait quis, aut impoſſibile, aut difficile ſentiendum eſt. Sacrificium & libamẽ dño Deo noſtro. Vt poſtquam dederit benedictioné, & noſtra nobis peccata donauerit, Deo hoſtias offerre valeam⁹.

b ❡ *Canite*, &c.] Adhuc eos ad pœnitentiam cohortatur, ante quam veniat hoſtilis exercitus. Supra, inquit, dixeram, Canite tuba in Sion, vlulate in mõte ſãcto meo, & reliqua, quia venit dies domini: quia prope eſt dies tenebrarum & caliginis, dies nubis & turbinis, annuntians vobis populum multum & fortem eſſe venturum: qui veſtras poſſeſſiones vrbeſque ſubuerteret. Nunc quia benignus ſum & miſericors, patiens, & multus in miſericordia: rurſũ præcipio & dico: *Clangite tuba in Sion*, & pœnitentiam in populis prædicate: ſanctificate ieiunium, prædicate curationẽ ſiue cœtum, de quibus iam ante diximus: congregate populum, vt qui diſperſus peccauerat, congregatus peccare deſiſtat. Sanctificate eccleſiam, vt nullus in eccleſia non ſanctus ſit, ne forſitan impediantur orationes veſtræ, & modicum fermentum totam maſſam corrumpat. *Coadunate*, ſiue *eligite ſenes*, vt nõ ætas in eis, ſed ſanctitas eligatur. *Congregate* quoq; *paruulos & ſugentes vbera*, ne vlla ſit ætas quę non conuertatur ad dominum. Paruulos atq; lactantes, de quibus in pſalmis & in euangelio legimus: *Ex ore infantium & lactantium* perfe-

G Matt. 26 g Act. 14. c Ezech. 33. c נחם Matt. 6 d Amos 3. b H Pſal 50. קראו עצרה קבצו Pſal. 8. b

A *perfeciſti laudem*. Quos Petrus rationali & abſque dolo dicit
Matt. 21. a lacte nutritos: quibus Paulus loquitur: *Lac vobis potum dedi,*
1. Pet 2. a *non eſcam*: quorum & Saluator meminit: Ne contempſeritis
1. Cor. 3 a vnum de minimis iſtis. *Egredietur* quoq; *ſponſus de cubili ſuo,*
Matt. 25. d *& ſponſa de thalamo ſuo*: vt in tempore ieiunii, vocationis &
cœtus, & ſanctificationis ecclesiæ, electionis ſenum, congregationis paruulorum & ſugentium vbera, non ſeruiat ſpōſus & ſponſa operi nuptiali: quibus & lege permiſſum
Deut. 20. c
1. Cor. 7. a eſt, vt ad bella non procedant. Vnde & Apoſtolus recedendum parumper à coitu præcipit, vt vacare poſſimus orationi. Ergo qui in caſtigatione victus, & ieiunio atq; eleemoſynis dicit ſe agere pœnitētiam: fruſtra hoc ſermone ꝓmittit, niſi egrediatur de cubili ſuo, & ſanctum purumque ieiunium pudica expleat pœnitentia. Quodq; ſequitur: Inter veſtibulū & altare plorabunt ſacerdotes: pro veſtibulo Lxx. ἀνὰ μέσον τῆς κρηπῖδος, id eſt, inter crepidinem interpretati ſunt, Symmachus προπύλαιον, Aquila πρόδομον, Theodotio ipſum verbū Hebraicū poſuit
c oulam c אולם: quam nos ante fores templi porticumque poſſumus dicere. Et nota ꝙ ſacerdotibus præcipiat qui ſunt miniſtri domini, vt plorent inter templū & altare, & dicāt cum apoſto-
B
2. Cor. 11. g
Rom. 12. d lo: *Quis infirmatur & ego non infirmor? quis ſcandalizatur, & ego non vror?* Et flere cum flētibus. Locuſq; aptus pœnitentiæ & confeſſioni, templum eſt & altare: docetq; quid dicere debeāt ſacerdotes, imo quo modo dn̄m deprecari: Parce domine populo tuo: qui qn̄ peccabat, vocabatur nō populus tuus: nunc poſtquam receſſit à
vitiis, appellatur populus tuus. Et ne des hereditatē tuā in opprobriū, vt dominentur eis nationes. Apertū eſt ænigma ꝙ latebat. Populus enim ille multus & fortis, qui ſupra ſub erucæ, & locuſtæ, & bruchi, & rubiginis deſcriptus eſt nomine: nūc manifeſtius qui ſit oſtēditur: Vt dominentur, inquit, eis nationes. Datur autē in opprobriū hæreditas dn̄i, qn̄ ſeruierit hoſtibus, & dixerint nationes: Vbi eſt Deus eorū, quē ſibi præſulē, quē defenſorē eſſe iactabāt? Poſſumus nationes interpretari aduerſarias poteſtates, ꝙ quādiu nō agim⁹ pœnitentiā, dominātur noſtri, & exprobrāt & dicūt: Vbi eſt De⁹ eorū? Iudæi iſtū locū ad Gog & Magog referūt, ſæuiſſimas nationes: quas in vltimo tempore cōtra Iſrael dicunt eſſe vēturas: de quibus plenius ſcribitur in Ezechiele.
Ezech. 38. a ¶ *Zelatus eſt Dominus*, &c.] Poſtquam ſacerdotes pro populo deprecati ſunt, & dixerūt: parce domine populo tuo, & ne des hereditatē tuam in opprobrium: fecitq; populus quod præceptum eſt: vt ſanctificaret ieiunium, prædicaret curationem, cōgregaret multitudinem, ſanctificaret eccleſiā, eligeret ſenes, paruulos & ſugentes vbera cōgregaret, & egrederetur ſpōſus de cubili ſuo, & ſponſa de thalamo ſuo, & nequaquā carni & voluptati, ſed animæ & fletib⁹ inſeruirent. Zelatus eſt dominus terram ſuam, quam prius quaſi alienam contempſerat, & paſſus fuerat locuſta vaſtāte populari: & intantū pepercit pœnitentibus, vt eos dignos ſua reſponſione faceret: diceretq; quoniam omnes fruges veſtras, locuſta, bruchus, rubigoque vaſtauit, ideo dabo vobis frumentū: & cętera quæ propheta deſcribit: & vltra vos nō tradam captiuitati. Et Aſſyrium atque Chaldæum, qui ab

HEB.

populum, ſanctificate eccleſiam, coadunate ſenes, cōgregate paruulos & ſugentes vbera: egrediatur ſponſus de cubili ſuo: & ſpōſa de thalamo ſuo. Inter veſtibulum & altare plorabunt ſacerdotes miniſtri domini, & dicent: Parce domine populo tuo, & ne des hereditatem tuam in opprobriū, vt dominentur eis nationes: quare dicūt in populis, vbi eſt Deus eorū? [a] Zelatus eſt dominus terram ſuam, & pepercit populo ſuo: & reſpōdit dominus & dixit populo ſuo: Ecce ego mittam vobis frumentum & vinum & oleum, & replebimini eo, & non dabo vos vltra opprobrium in gētibus: & eū qui ab Aquilone eſt procul faciam à vobis, & expellam eum in terram inuiam & deſertam: faciem eius cōtra mare orientale, & extremū eius ad mare nouiſſi-

SEPT.

*prædicate curationem, congregate populum, ſanctificate eccleſiam, eligite ſenes, congregate paruulos ſugentes vbera: egrediatur ſponſus de cubili ſuo, & ſponſa de thalamo ſuo. Inter crepidinem & altare plorabunt ſacerdotes miniſtri domini, & dicent: Parce domine populo tuo, & ne dederis hereditatem tuam in opprobrium, vt dominentur eorum gentes, ne dicant in nationibus, vbi eſt Deus eorum? Et zelatus eſt dominus terram ſuam, & pepercit populo ſuo, & reſpondit dominus & dixit populo ſuo. Ecce ego mittam vobis frumētum & vinum & oleum, & implebimini ex eis; & non dabo vos vltra opprobrium in gentibus: & eum qui ab Aquilone eſt repellam à vobis, & educam eum in terram quæ eſt ſine aqua, & diſperdam faciem eius in mare primum, & poſteriora eius in mare*

aquilone eſt, procul faciam à vobis: de quo ſupra dictum C
eſt: *Populus multus & fortis, ante faciem eius ignis vorās, & poſt eum exurgens flamma: quaſi aſpectus equorum aſpectus eorum*. Et expellam, inquit eū in terram ſolitudinis, & primæ partes illius cadent in mare orientali, poſteriores in mare nouiſſimū, & aſcēdet fœtor eius, id eſt, qui ab Aquilone eſt, & putredo, quia ſuperbe egit. Sępe cōmonui ſub tranſlatione locuſtarum deſcribi impetum Chaldæorū quo Iudæa vaſtata eſt. Itaque ſeruat metaphorā in reliquis: & iuxta ſitum prouinciæ ſic loquitur, quaſi non de hoſtibus, ſed de locuſtis referre videatur. Etiam noſtris temporibus vidimus agmina locuſtarum terram texiſſe Iudæā: quæ poſtea miſericordia dn̄i inter veſtibulum & altare (hoc eſt, inter crucis & reſurrectionis locum, ſacerdotibus & populis dominum deprecantibus atq; dicentibus: Parce populo tuo) vento ſurgēte, in mare primum, & nouiſſimū præcipitatæ ſunt. Mare primū quod iuxta ſolitudinem eſt, & vergit ad Orientē, illud intellige, in quo fuit quondā Sodoma & Gomorrha, Adama & Seboim: ꝙ nunc mortuum nominatur: eo ꝙ nulla ibi viuant animantia. Mare autem nouiſſimum, hoc quod ad Occidentem eſt, & quod ducit in Ægyptum; in cuius littore Gaza, & Aſcalon, Azotuſque, & Ioppe, & Cæſarea, & cæteræ vrbes maritimæ ſitæ ſunt. Cūque littora vtriuſq; maris aceruis mortuarū locuſtarū, quas aquæ euomuerant implerentur, putredo earū & fœtor intantum noxius fuit, vt aerem quoque corrumperet, & peſtilentia tam iumentorum quam D
hominum gigneretur. Quęrat eruditus lector vbi hoc iuxta litteram factum ſit de Chaldæis? Non multo poſt tempore quā hæc prophetata ſunt: ſiquidem in Eſaia legimus: centum octoginta quinque millia Chaldęorum ſub rege Eze- Eſa. 37. g
chia in vna nocte angelo ſæuiēte percuſſa. Hoc iuxta hiſto- Matt. 13 d
riam dixerimus: Ceterū iuxta tropologiam omnis anima terra eſt domini in qua ſeminat paterfamilias ſemētē ſuā: quæ cum pro tritico zizaniam fecerit, id eſt, auenas & lolium, & offenderit dominum ſuum, & poſtea egerit pœnitentiam, plangenſque dixerit: parce domine populo tuo: zelatur dominus terram ſuam, & parcet ei quā dudum cōtempſerat, ſuoque eam dignatur alloquio & dicit: Mittam tibi frumentum, de quo ſcriptum eſt. *Amen amē dico vobis,* Ioan. 12. e
*niſi granum frumenti cadens in terra mortuum fuerit, ipſum ſolū manet, ſi autem mortuum fuerit, multos fructus facit*, & vinum quod *lætificat cor hominis*, & oleum quod exhilarat faciē, vt Pſal. 103. d
vetus triſtitia peccatorū, frumenti & vini & olei, id eſt, virtutum lætitia temperetur, tantamque habebunt bonorum omnium abundantiam, vt repleantur eis atque ſaturentur. Cumque hoc fuerint conſequuti, nequaquam tradentur in opprobrium gentibus, de quibus Apoſtolus loquitur. *Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnē & ſanguinem, ſed aduerſus principes & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum,* Epheſ. 6. b
*contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus*. Eumquoque qui ab Aquilone eſt (de quo Hieremias loquitur. *Ab Aquilone exardeſcēt mala ſuper omnes habitatores terræ*, de quo & Salomon Hier. 1. e
ſcribit. Aquilo vētus duriſſimus) procul, inquit, à vobis faciam, & expellam eum in terrā inuiam & deſertā, quæ nō Eccl 43. e
habet



E habet notitiam Dei, in qua nō habitat Spiritus ſanctus. Facies que ei⁹ erit in mari primo, & in mari nouiſſimo: in his qui aperuerint ei ianuam peccatorum, & apud quos vſq; ad extremum vitæ tempus permanſerint, & fœtor illius & putredo aſcendit, etiam in eos qui ſibi magna promittunt, & cadunt per ſuperbiam: quia numquā tuta eſt humana fragilitas, & quanto virtutibus creſcimus, tāto magis timere debemus, ne de ſublimibus corruam⁹. Iuxta literam, greges locuſtarum magis Auſter quam Aquilo cōſueuit adducere, id eſt, non ex frigore veniūt, ſed ex calore: verū quoniam de Aſſyriis loquebatur, locuſtarum ponens ſimilitudinē, ideo Aquilonem interpoſuit: vt nō veram locuſtā, quæ ab Auſtro venire cōſueuit, ſed ſub locuſta intelligamus Aſſyrios atq; Chaldæos.
a ¶ *Noli timere terra, &c.* Omnibus quibus ſupra fuerat comminatus, nunc contraria pollicet. Supra dixerat: *ignis*
Sup. 1. g *comedit ſpecioſa deſerti, & flāma ſuccendit omnia ligna regionis*, & beſtiæ agri quaſi area ſitiens imbrē, ſuſpexerūt ad te: quoniā exiccati ſunt fōtes aquarū, & ignis deuorauit ſpecioſa deſerti. Nūc lętis triſtia mitigat & lacrymas vertit in riſum. Nolite, inquit, timere animalia regionis: quia germinauerūt ſpecioſa deſerti: quia
F lignū attulit fructū ſuum, ficus & vinea dederūt virtutē ſuā, & tanta erit rerum omniū abundantia, vt nequaquā deſit vobis frumentū, & vinū & oleum quo ſaturemini: ſed adimpleantur areæ frumēto, & redūdēt torcularia vino & oleo, vt nō ſolū ipſi comedere, ſed etiā aliis pręberevaleatis. Ad filios quoq; Sion ſpecialiter loquitur, vt exultēt & gaudeant, non in quacūq; re leui, ſed in dn̄o Deo ſuo, qui
dedit eis alimēta iuſtitiæ: & vt Lxx. tranſtulerunt, imbrem temporaneum & ſerotinum; vt comedāt atq; lætentur, & laudēt nomen domini Dei ſui, qui fecit cum eis mirabilia, & nequaquam cōfundantur, & ſciant quia dominus Deus Iſrael habitet in medio eorū, & præter illū nullus ſit alius, quia pater in filio, & filius in patre, & non cōfundetur populus illius in æternum. Hæc iuxta literā, quia à domino repromiſſa ſunt credimus accidiſſe, & ſterilitatē præteritā nouis frugibus compenſatā: vt quidquid locuſta, bruchus, & rubigo, & eruca cōſumpſerāt, annis ſequentibus impleretur. Quærimus cur eruca fortitudo vel virtus domini appellata ſit, & nō ſolū virtus, ſed virtus magna: Quomodo potētia Dei in Ægyptiis plagis oſtēſa eſt per parua animalia & precipue cyniphes, qui tam parui ſunt culices, vt vix cernantur oculis. Sic nūc in paruo tardoq; vermiculo: qui vix moueri poteſt, & leui tactu cōteritur, Dei potētia & humana fragilitas demonſtratur. Non quo Deus ad nutū ſuū & potentiæ maieſtatē nequeat terras ſubuertere, & operire cuncta diluuio, vel fulmine concremare, ſed per parua, & vt ita dicā, puncta, corporum oſtendit humanā fragilitatē. Vnde & illud ſolemus Marcioni & cęteris reſpondere hæreticis, qui vetus laniant teſtamentū: quod & pulices & culices & cimices, & huiuſcemodi animātia idcirco fecerit Deus, vt fragilitatem & imbecillitatem noſtræ carnis oſtē-

HEB.

mum: & aſcendet fœtor eius, & aſcendet putredo illi⁹, quia ſuperbe egit. [a] Noli timere terra, exulta & lætare: quoniā magnificauit dn̄s vt faceret. Nolite timere animalia regionis, quia germinauerunt ſpecioſa deſerti: quoniam lignū attulit fructum ſuum, ficus & vinea dederunt virtutem ſuam. Et filij Sion exultate, & lætamini in domino Deo veſtro: quia dedit vobis doctorē iuſtitiæ, & deſcendere faciet ad vos imbrem matutinū, & ſerotinū ſicut in principio. Et implebuntur areæ frumēto, & redūdabunt torcularia vino & oleo. Et reddam vobis annos quos comedit locuſta, bruchus, & rubigo, & eruca: fortitudo mea magna quam miſi in vos: Et comedetis veſcētes, & ſaturabimini, & laudabitis nomen dn̄i Dei veſtri, qui fecit vobiſcū mirabilia, & nō cōfundetur populus me⁹ in ſempiternū. Et ſcietis quia in medio Iſrael ego

SEPT.

*nouiſſimum: & aſcendet furor eius, & aſcendet putredo illius, quoniam magnificata ſunt opera eius. Confide terra, gaude atque lætare: quia magnificauit dn̄s vt faceret. Confidite iumenta campi, quoniam germinauerunt campi ſolitudinis: quia lignum attulit fructum ſuum, ficus & vinea dederunt fortitudinem ſuam. Et filij Sion gaudete, atque lætamini in domino Deo veſtro: quoniam dedit vobis eſcas iuſtitiæ, & pluit vobis imbrem temporaneum & ſerotinum, ſicut à principio. Et replebuntur areæ tritico, & redundabunt torcularia vino & oleo. Et reddam vobis pro annis in quibus comedit locuſta, & bruchus, & rubigo, & eruca: fortitudo mea magna quam miſi in vos. Et veſcemini comedentes, & ſaturabimini, & laudabitis nomen domini Dei veſtri, qui fecit vobiſcum mirabilia, & non confundetur populus meus in æternum. Et ſcietis quia in medio Iſrael ego ſum, &*

deret: quæ intantū nihil eſt, vt ab his quæ parua ſunt vul- G
neretur. Si autem eruca paruuſque vermiculus fortior homine eſt, quid gloriatur terra & cinis, & elata per ſuperbiā Eccleſ. 10. b
(cum ex humo ſit à quo homo appellatur) humana cōtemnit? Quidam locum iſtum ſic interpretatur: A dextris & à ſiniſtris virtutes & fortitudines Dei legimus: quas Græci δυνάμεις vocant. A dextris Seraphim & Cherubim, cūctaſque angelicas poteſtates: à ſiniſtris cōtrarias fortitudines: de quibus ſcriptū eſt: *Miſit in* Pſal. 77. e
*eos iram indignationis ſuæ: furorē & irā, & tribulationem, immiſſionem per angelos malos*: de quib⁹ & Micheas in Regum volumine loquitur: *Vidi dominū Deum Iſrael ſedētem ſuper thronum ſuū, & omnis exercitus cœli ſtabat iuxta eum a dextris & ſiniſtris eius*. Ego puto ſiniſtrum fuiſſe ſpiritū, qui egreſſus eſt, & ſtetit coram domino, & ait: 3. Reg 22. c
*Ego decipiā Achab, & egrediar, & ero ſpiritus mēdax in ore omnium prophetarū eius*. Ad quam ſiniſtram & contrariam poteſtatem, quę apta erat ad decipiēdum, & exercitata ad ruinas, & multos ante deceperat, loquitur Deus: Decipies & pręualebis: egredere & fac ſic. Spirit⁹ quoq; ille qui ſuffocabat Saul, de quo dixerunt ad Ibidem.
eum pueri ſui: *Ecce ſpirit⁹ Dei mal⁹ obſtupeſcere te facit*, de ſiniſtris partib. erat, qui miniſtrāt dn̄o ad puniēdos eos qui cruciari ꝓpter peccata meruerūt. Non ſolum enim homines miniſtri ſunt, & vltores iræ ei⁹, in his qui malū operātur, & non ſine cauſa portāt gladium. Sed etiam cōtrarię fortitudines, quæ appellātur furor & ira Dei, quos propheta declinans ait: *Domine ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me*. Iſtiuſmodi (vt ita dicam) quęſtionariis atq; tortorib. tradidit Apoſtolus pec- 1. Reg. 16. d
H
Rom. 15.
Pſal. 6.
1. Cor. 5 b
catorem in interitu carnis, vt ſpiritus ſaluus fieret: de quibus & ſatanas eſt, cui tradidit alios, vt diſcerēt nō blaſphemare. Hæc de eruca cur Dei appellata ſit virtus. Trāſeamus 1. Tim 1. d
ad ordinem intelligentiæ ſpiritualis: Ne timeas terra, imo confide atq; lætare: quæ prius ſementem dominicam tua ariditate perdideras: quia magnificauit dominus, vt faceret tecum miſericordiam: intantum vt etiam iumēta regionis & deſertæ ſolitudinis, lætis noualibus complerentur. Et lignum crucis afferret fructum ſuum, & Spiritus ſancti dona dulciſſima ſuam cunctis tribuerent largitatē. Vos quoque, quos iuſte poſt pœnitentiā voco filios Sion & eccleſiæ, læ- Eſaia 30. e
tamini atq; gaudete, quia dedit vobis Deus pater doctorē iuſtitiæ, ſiue tribuit vobis alimenta iuſtitiæ, & deſcendere fecit ad vos pluuias temporaneas atque ſerotinas. Pluuia tempeſtiua eſt, quādo primum doctrinam ſuſcipimus: pluuia ſerotina, quando laboris noſtri fructus recipimus, & ad perfectam ſanctarum ſcripturarū ſcientiam peruenimus. Poteſt pluuia temporanea & ſerotina, vetus & nouum accipi teſtamentum. Et non ſolum, inquit, hoc dedit, ſed fecit vos nouis virtutum frugibus abundare, & ſaturari atq; inebriari frumento, vino & oleo: de quo ſæpe diximus Et annos, quos perturbationibus ante regnantibus perdideratis in vobis, quādo opera veſtra locuſta, bruchus, rubigo, erucaq; cōſumpſerant, Deus vobis perire non paſſus eſt. Tunc

A comedetis fruct⁹ iuſtitiæ & ſaturabimini, & laudabitis nomē domini Dei veſtri, qui fecit vobiſcū mirabilia. Si autē poſt pœnitentiam tantā vbertatē Deus rerum omniū pollicetur, quid reſpōdebit Nouatus negans pœnitentiam, & reformari poſſe peccatores in priſtinum ſtatū, ſi digna fecerint opera pœnitentiæ? Intantū enim Deus recipit pœnitētes, vt vocet eos populum ſuum, & nequaquam aſſerat confundendos & habitaturū ſe in eorum medio repromittat: nec amplius eos aliū habituros Deum, ſed in eū toto animo confiſuros, qui in illis maneat in æternum.

a ¶ *Et erit poſt hæc, effundam ſpiritum meum ſuper omnē carnem, & prophetabunt filij, &c.*] Hunc locum beatus apoſtol⁹ Petrus impletū tempore dominicę paſſionis expoſuit, qñ Act. 2. c deſcēdit die Pētecoſtes Spiritus ſanctus ſuper credētes, & omnes loquebantur ſicut Spiritus ſanctus dabat eis: ita vt mirarentur qui aderant & dicerēt: Nōne omnes qui loquuntur Galilæi ſunt: & quo modo nos audiuimus linguā noſtrā in qua nati ſumus, Parthi, & Medi, & Elamitæ, & reliqui: alii vero dicebant: quid vult hoc eſſe? Irridentibusq; aliis atque dicentibus: muſto pleni ſunt: ſtans Petrus cum vndecim eleuauit vocem ſuā, & ait: *Viri Iudæi, & qui habitatis Hieruſalem vniuerſi, hoc notū ſit vobis, & auribus percipite* B *verba mea. Neque enim vt vos æſtimatis, iſti ebrÿ ſunt, cū ſit hora tertia diei: ſed hoc eſt quod dictum eſt per prophetam Ioel: Et erit poſt hæc, dicit dominus: Effundam de ſpiritu meo ſuper omnē carnem, & prophetabunt,* & reliqua vſque ad eum locum, quem in capitulo propoſuimus. Cum igitur Petrus illo tempore, quo paſſus eſt dominus, prophetiam Ioel impletam eſſe memoret, hoc tantum quærimus, quo modo & ſuperiora & media, & quæ ſequuntur vſque ad finem voluminis ſibi valeant cohærere: ne ſub vno textu conſequentiaque ſermonis, diuerſa & diſſonans inter ſe explanatio ſcatere videatur? A principio ergo vſq; ad eum locum vbi ſcriptum eſt: *Magnus dies domini & terribilis valde, & quis ſuſtinebit eū?* comminatio eſt atque deſcriptio, quæ peccatori populo dominus illaturus ſit. Ab eo autem loco vbi legimus: *Conuertimini ad me in toto corde, & in ieiunio, & in fletu, & in planctu*: vſque ad eum locum, vbi ait: *Quare dicunt in populis, vbi eſt Deus eorum?* cohortatio domini eſt poſt pœnas atq; ſupplicia ad pœnitentiam prouocantis. Rurſum ab eo loco qui ſequitur: *Zelatus eſt dominus terrā ſuam, & pepercit populo ſuo, & reſpondens dominus dixit*: vſque ad eum locum, vbi ſcriptum eſt: *Et non confundetur populus meus in æternum*: repromiſſio futurorum eſt, quæ bona, poſtquam egerint pœnitentiam, debeant præſtolari. Et poſt multa, quæ nunc longum eſt retexere, hæc quoque in promiſſione dicuntur, quæ in præſentiarum conamur exponere: *Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem; & prophetabunt filÿ veſtri & filiæ veſtræ*, & reliqua. Videor mihi à principio vſq; ad hūc locū, textū ſeruaſſe ſermonis: laboris eſt maximi, quo modo quę ſequuntur, his quæ nunc diſſerimus coaptanda ſint. Alius dicit quæ generaliter in vltimo tempore repromiſſa ſunt, nunc ex parte completa. Et quia præmium futurorū in primo aduētu domini apoſtoli ſentiebant, libamēta quædam & primitias mirabilium expletas memoraſſe: vt donec veniat ꝙ perfectum eſt, id quod ex parte præceſſerat ſentiremus. Alius vero apoſtolicæ eſſe aſſerit conſuetudinis: iuxta Pſal. 111. a illud ꝙ de ſancto viro ſcriptum eſt: *Diſpenſabit ſermones ſuos in iudicio*: vt quidquid vtile audientibus eſſe cernebant, & non repugnare præſentibus, de alterius temporis teſtimoniis roborarent: nō quod abuterentur audientium ſimplicitate & imperitia (vt impius calumniatur Porphyrius) ſed

HEB.

ego ſum, & ego dominus Deus veſter, & nō eſt amplius, & nō confundetur populus me⁹ in æternum. ᵃ Et erit poſt hæc, effundā ſpiritum meū ſuper omnē carnē, & prophetabunt filij veſtri, & filiæ veſtræ: ſenes veſtri ſomnia ſomniabūt, & iuuenes veſtri viſiones videbunt: ſed & ſuper ſeruos meos & ancillas meas in diebus illis effundā ſpiritū meum. Et dabo prodigia in cœlo & in terra, ſanguinē, & ignē, & vapores fumi. Sol conuertetur

SEPT.

*& ego dominus Deus veſter, & non eſt amplius præter me, non confundetur populus meus in æternum. Et erit poſt hæc, effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem, & prophetabunt filij veſtri, & filiæ veſtræ, & ſenes veſtri ſomnia ſomniabunt, & iuuenes veſtri viſiones videbunt. Et ſuper ſeruos meos & ſuper ancillas meas in diebus illis effundam de ſpiritu meo. Et dabo prodigia in cœlo, & ſuper terram ſanguinem, ignem, & vaporem fumi. Sol conuertetur*

C iuxta apoſtolū Paulum prædicarēt opportune, importune. Et ſequentes regulā prophetarum, quidquid Iudæi in vltimo tempore ſibi carnaliter repromittūt, ſpiritualiter in primo aduentu dñi Saluatoris dicerent eſſe completū: maxime cum & illi, & nos quæ promiſſa ſunt, in Chriſto dicam⁹ eſſe complēda: in hoc tantūmodo diſcrepantes, ꝙ illi futura cōtendunt, nos iam facta conuincimus: de quo in his ꝗ ſequuntur plenius diſſerendū eſt. Omnis autem caro, ſuper quam effuſurum ſe de ſpiritu ſuo domin⁹ pollicetur, illa eſt de qua Eſaias loquit᷑: *Et videbit omnis caro ſalutare Dei.* Eſa. 40. b Ergo ſalutare Dei videri nō poteſt, niſi Spiritus ſanctus effundatur. Et quicumq; credere ſe dicit in Chriſtum, non credens in Spiritum ſanctum, perfectę fidei oculos nō habebit. Vnde & in Actibus apoſtolorū: qui Act. 19. a baptizati erāt baptiſmate Ioannis in eum qui venturus erat, hoc in nomine dñi Ieſu: quia reſpōderunt Paulo interrogāti: Sed ne ſi ſit quidem Spiritus ſanctus nouimus: iterū baptizantur, imo verum baptiſma accipiūt: quia ſine Spiritu ſācto & myſterio Trinitatis, quidquid in vnam & alteram perſonā accipitur, imperfectum eſt. Neq; vero omnis qui acceperit Spiritum ſanctū, ſtatim habebit & gratiam ſpiritualem, ſed per effuſionem Spiritus ſancti diuerſas gratias cōſequetur: alij prophetiā, 1. Cor. 12. b vt filij & filię, qui maioris ſunt meriti: alij ſomnia, vt ſenes D iam prouectioris ætatis: alij viſiones, vt iuuenes qui vice- 1. Ioan. 4. runt malignum. Serui vero & ancillæ, qui adhuc ſpiritū timoris habent, & nō dilectionis (quia perfecta dilectio foras mittit timorem) nō habebunt prophetiam, nō ſomnia, non viſiones: ſed Spiritus ſancti effuſione cōtenti, fidei tātum & ſalutis gratiam poſſidebūt. Tunc dabit prodigia dominus in cœlo & in terra: in cœlo, quia ſol eſt verſus in tenebras, & luna in ſanguinem: in terra, quia tam vehemēti Matt. 27. e & inſolito motu terra cōtremuit vt monumenta aperta & ſaxa diſrupta ſint. Quod autē dicit, *ſanguinē & vapores, ſiue* חמרות *vaporem fumi*: ſanguis ille eſt, de quo in pſalmis legimus: *Vt* Pſal. 67. e *intingatur pes tuus in ſanguine.* Et in Eſaia: *Quam rubicūda ſunt* Eſa. 63. a *veſtimenta tua?* Ioan. 19. f Et quem percuſſo latere Saluatoris miſtis aquis Romanus miles effudit. Et ignis Spiritus ſancti qui deſcēdit de cœlo: vt in Actibus apoſtolorum legimus: *Appa-* Act. 2. a *ruerunt illis diſpertitæ linguæ tanquā ignis, ſeditq; ſupra ſingulos* Luc. 12. f *eorum: & repleti ſunt omnes Spiritu ſancto, & cœperunt loqui variis linguis, prout Spiritus ſanctus dabat eloqui illis.* Hic eſt ignis, quem venit dominus mittere ſuper terrā, & antequam pateretur in diſcipulis ſuis optabat ardere. Ignis naturæ eſt duplicis: habet lumen credentibus: habet tenebras ſuppliciaq; incredulis: qui appellantur vapores fumi. Iſte fumus eſt amariſſimus, qui excæcauit oculos Iudæorum: de quo in Prouerbiis legimus: *Sicut fumus noxius eſt oculis, & imma-* Prou. 10. d *tura vua dentibus, ſic iniquitas vtentibus ea.* De hoc fumo & Eſaias in viſione magna loquitur, in qua prędicebatur cæcitas Iudæorum: *Et ſuperliminare motū eſt, & domus impleta eſt* Eſa. 6. c *fumo.* Vnde poſtea ſequitur, *Vade & dic populo huic: Auditu audietis, & non intelligetis, & vidētes aſpicietis, & non videbitis: incraſſatum eſt enim cor populi huius, & auribus ſuis grauiter audierunt.* Sol quoque eſt verſus in tenebras, quando pendentem dominum ſuum videre nō auſus eſt, & luna in ſanguinem. Quod aut iuxta hiſtoriam factum eſſe credamus, & ab euangeliſtis ſilentio prætermiſſum. (Neq; enim omnia quę Ioan. 21. g fecit Ieſus ſcripta referuntur: quę ſi ſcriberentur per ſingula, ne ipſum quidem arbitror mundum capere eos qui ſcribendi ſunt libros.) Aut certe quo modo ſol verſus in tenebras eſt: nō quod ipſe ſit mutatus in tenebras, ſed tenebras mundo induxerit. Sic & luna nō eſt verſa in ſanguinē: ſed Iudæos



E Iudæos blaſphemiarum & negationis in Chriſtum horrore coopertos, æterno teſtimonij ſui ſanguine cōdemnauit, Matt. 27. e dicentes: *Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros.* Hæc omnia priuſquam dies domini veniat magnus & horribilis, futura deſcribit. Dies autem domini magnus & horribilis, aut reſurrectionis eſſe credēdus eſt, aut certe multa poſt tempora dies iudicij, qui vere magn⁹ & horribilis. Sed quia ſequitur: Et erit omnis qui inuocauerit nomen domini, ſaluus erit, & hoc apoſtolus Paulus refert ad tempus dominicæ paſſionis magis de reſurrectionis die intelligēdum eſt. ait enim ſcribēs ad Romanos: Rom. 10. c *Non eſt diſtinctio Iudæi & Græci. Idē enim ipſe dominus omniū: diues in omnes qui inuocant illū. Omnis enim quicūque inuocauerit nomē domini, ſaluus erit.* Quo modo ergo inuocabūt, in quē non crediderunt: aut quo modo credent ei, quē non audierunt: quo modo autem audiēt ſine prædicāte: quomodo autem prædicabunt niſi mittantur? Quodq; ait: *Omnis qui inuocauerit nomen domini, ſaluus erit*: non leue eſſe credamus: licet enim idem Apoſtolus ſcri- 1. Cor. 12. a bat: *Nemo dicit dominum Ieſum niſi in Spiritu ſancto*: tamen hoc ipſum dicere, nō ſermone, ſed F affectu cordis eſt ponderandum: *Omnis enim qui inuocauerit nomen domini, ſaluus erit.* Vn- 1. Cor. 1. a de Paulus & Soſthenes ſcribūt eccleſiæ Dei quę eſt Corinthi, *Sanctificatis in Chriſto Ieſu, vocatis ſanctis cum vniuerſis qui inuocant nomen domini Ieſu Chriſti*: Pſal. 98. b ſecūdum illud quod in pſalmis legimus: *Moyſes & Aaron in ſacerdotibus eius, & Samuel inter eos qui inuocant nomen eius. Inuocabant dominum, & ipſe exaudiebat eos: in columna nubis loquebatur ad eos.* Si igitur de credentibus Corinthiis & de Moyſe, & Aaron, ac Samuele ſcribitur, quod inuocauerint nomē domini: non incipientium, ſed perfectorum hanc gratiam eſſe credamus. Verbum quoque effuſionis, quod Hebraice d eſpoch dicitur ᵈ אשפוך, & omnes ſimiliter tranſtulerunt, oſtendit muneris largitatem: quod nequaquam in paucos prophetas (vt olim fiebat in veteri teſtamento) ſed in omnes credentes in nomine Saluatoris Spiritus ſancti dona deſcenderent: nequaquam in hunc & illum, ſed in omnē carnem. Rom. 10. c *Neque enim eſt diſtinctio Iudæi & Græci*, ſerui & liberi, viri & Act. 12. d feminæ: quia omnes in Chriſto vnum ſumus. Vnde & Aga- Act. 13. a bus Cæſareæ prophetauit, & in Antiochia erant prophetæ 1. Cor. 14. f plurimi, & Apoſtolus præcipit: vt ſi altero prophetante alteri fuerit reuelatum, prior taceat. Et quatuor filias Philip- Act. 21. c pi euangeliſtæ legimus prophetaſſe. Senes quoq; viderunt Ibid. 16. b ſomnia, quando Paulus iam ſenex audiuit virum Macedonem dicentem ſibi: *Tranſiens in Macedoniam, adiuua nos.* Et omnes iuuenes qui in Chriſto extitere fortiſſimi, & domi- Oſee 12. c ni bella bellarunt, viderunt viſiones, domino ſua promiſſa complente. *Ego viſiones multiplicaui, & in manibus prophetarum aſſimilatus ſum.*

a ¶ *Quia in monte Sion, &c.*] In eo loco in quo nos poſuimus, e peleta ſaluatio ſiue ſaluatus, & in Hebraico ſcriptum eſt ᵉ פליטה. Symmachus tranſtulit, qui fugerit. Et rurſum vbi nos diximus, in reſiduis, & Lxx. tranſtulerūt annuntians: in Hebrai- f ſeridim co legitur, ᶠ שרידים ꝙ Iudæi loci nomen exiſtimant. Poſtquā igitur venit dies domini magnus & horribilis, & ſaluus effectus eſt quicumq; poſt domini reſurrectionem nomen illius inuocauit: omnis qui fuit in mōte Sion, & in Hieruſalem, ſaluatus eſt: de Sion enim egreſſa eſt lex, & verbū domini de Hieruſalem: de qua ſcriptū eſt: Non capit prophe-

HEB.

tetur in tenebras, & luna in ſanguinem, antequam veniat dies domini magnus & horribilis. Et erit, omnis qui inuocauerit nomē domini, ſaluus erit. ᵃ Quia in monte Sion, & in Hieruſalem erit ſaluatio, ſicut dixit dominus, & in reſiduis quos dñs vocauerit.

CAP. III.

HEB.

QVia ecce in diebus illis, & in tempore illo, cum conuertero captiuitatem Iuda & Hieruſalem, congregabo omnes gētes, & deducam eas in vallem Ioſaphat, & diſceptabo cū eis ibi ſuper populo meo, & hereditate mea Iſrael, quos diſperſerunt in nationibus; & terram meam diuiſerunt. Et ſuper populum

SEPT.

*tetur in tenebras, & luna in ſanguinem, antequam veniat dies domini magnus & illuſtris. Et erit, omnis qui inuocauerit nomen domini, ſaluus erit. Quia in monte Sion & in Hieruſalem erit qui ſaluatus fuerit, ſicut dixit dominus, & annuntians quos dominus vocauit.*

CAP. III.

SEPT.

*QVia ecce ego in diebus illis, & in tempore illo, quando conuertero captiuitatem Iuda & Hieruſalem, congregabo omnes gentes, & deducam eas in vallem Ioſaphat, & diſceptabo cum eis ibi pro populo meo, & hereditate mea Iſrael, qui diſperſi ſunt in gentibus, & terram meam diuiſerunt. Et ſuper populum*

G tam perire extra Hieruſalem. Principium ergo eorum qui ſaluati ſunt, fuit in Sion & Hieruſalē: in ſpecula, & in viſio- Eſai. 2. a ne pacis, & in his qui reſidui fuerūt, quos vocauit dominus. Luc. 13. g Reſiduos eos debemus intelligere, qui de Iudæorū populo crediderunt: de quibus Eſaias loquitur: *Niſi dominus ſabaoth reliquiſſet nobis ſemen, ſicut* Eſa. 1. a *Sodoma facti eſſemus, & ſicut Gomorrha ſimiles fuiſſemus.* Hos reſiduos dominus vocauit, ſiue euangelizauit eos quos vocauit: ſic enim Septuaginta interpretati ſunt. Locus hic difficillimus eſt, & multiplicē recipiēs explanationem: vt ſub tropologia omnia quæ dicta ſūt ad illa tempora referam⁹, ad quæ Petrus & Paulus apoſtoli retulerunt, hoc eſt, quādo paſſus eſt dominus & reſurrexit. Neq; enim fieri poteſt, vt ſuperiora in tempore paſſionis, & quæ ſequuntur, intelligamus in die iudicii: maxime cū ſequatur. Quia ecce in diebus illis, & in tempore illo. Et iſte verſiculus præcedentibus inferiora connectens, vno dicat cūcta tempore perpetrata.

CAPVT III.

Q*Via ecce in dieb⁹ illis, & in tempore illo, cum conuertero captiuitatem Iuda*, &c.] Dicamus vt polliciti ſumus. Primū iuxta anagogen prioribus poſteriora iungētes, eadē ſi poterimus, ad diē iudicij referre tentabimus. Saluatis credē- H tibus in monte Sion & Hieruſalem, & vocatis reſiduis de populo Iudæorum, qui cum apoſtolis & per apoſtolos crediderūt: in tempore illo (poſtquam conuerterit dominus captiuitatem Iuda & Hieruſalem: qui venerat prædicare cæcis viſum, & captiuis remiſſionem, & liberauit eos qui dominū confitentur, & qui verſantur in Eccleſia, in qua viſio pacis eſt) congregabit omnes gentes quæ credere noluerunt, & deducet eas in vallem Ioſaphat: ꝙ ſignificantius iuxta Hebraicam veritatem Græce וקבצתי dicitur κατάξω, id eſt deorſum ducam, & de ſublimibus ad inferiora detraham. Simulq; conſidera, quando incredulos quoſque, vel aduerſarias poteſtates dominus ad iudiciū ꝓuocat, & diſceptat cum eis pro populo ſuo: deducā, inquit, eas in vallem Ioſaphat. Quādo autem credentes ad prœliū cohortatur, & dicit: Suſcitate robuſtos: accedant, aſcendant omnes viri bellatores, cōſurgant & aſcendāt gentes in vallē יהושפט Ioſaphat: nō deſcendere, ſed aſcendere cohortatur. Omnis Ioan. 3. d enim qui iudicatur: in valle poſitus eſt, quę appellatur Ioſaphat, id eſt, dominū iudicium. Qui enim credit in domino, nō iudicabitur. Ibique diſputabit cum eis, nō potentia maieſtatis, ſed rationis eos veritate cōuincens: qui partiti ſūt populum Dei, & hereditatem illius diſperſerūt in nationibus, vt ſeruos Dei ſibi ſeruire compellerent, & terram illius diuiſerunt, multis eam inter ſe erroribus ſeparantes, vt alij colerent Iouem, alij Iunonem, & Mineruam, & Febrem, & rubiginē, Anubim, & crocodilum, & ibin, noctuas, accipitres, & ciconias. Sub his nominib. quondam diuiſus eſt populus Dei: quæ aduerſariæ nationes, id eſt, principes mūdi iſtius, & rectores tenebrarū, non ſolum diuiſerunt ſibi populum Dei, ſed poſuerunt pueros in proſtibulū: vt virilē cogerent mutare naturam: de quibus apoſtolus loquitur: *Pro-* Rom. 1. e *pterea tradidit illos Deus in paſſiones ignominiæ*: ſiquidem feminæ eorū immutauerunt naturalem vſum, in eum vſum qui contra naturā eſt. Similiter & maſculi, relicto naturali vſu feminæ, accēſi ſūt in deſideriū ſui, in inuicē maſculi in maſculos turpitudinem operātes, & mercedem, quā oportuit erroris ſui, in ſemetipſis recipiētes. Nec hoc feciſſe cōtenti, vendi-

A vendiderunt puellã pro vino, vt biberent, & libidini præferrent gulam. Quę vniuerſa Iudæi, Veſpaſiani, Titiq; temporibus, & maxime Hadriani, iuxta literã impleta eſſe cõmemorant. Si autẽ ad diem iudicij quę ſcripta ſunt voluerimus referre, dicimus omnẽ qui ſaluatur, ſaluari in eccleſia, ſiue in cœleſti Hieruſalẽ. Et poſtquã Iudę fuerit & Hieruſalem conuerſa captiuas, tunc congregandos & deducẽdos omnes in vallem Ioſaphat, & ibi diſceptaturum dominum cum eis qui ſuũ populum perſequuti ſunt, & diuiſerunt ſibi hereditatem domini, & diſperſerũt eos in nationibus, & ſuper terram illi⁹ miſerunt ſortem: quæ non ſolum ſuper hæreticis debemus accipere, qui ſibi Dei populũ diuiſerunt, & eos faciunt eſſe gẽtiles, ſed ad omnẽ rigidum ſuperbumque doctorem, qui ſub nomine doctrinæ & ſacerdotij, dominãtur cleris, & opprimunt eos qui ſibi ſubiecti ſunt. Cumq; fuerint negligẽtes: & ſcandalizauerint vnum de minimis, etiam pueros ponunt in proſtibulum, ſiue tradũt meretricibus, & cauſa voluptatis ſuæ (Philip. 3. d *quorum Deus vẽter eſt, & gloria in confuſione eorum*) vendunt puellas, vt bibant vinum. Tradit autẽ adoleſcẽtes meretricibus, & puellas vendit luxurię, qui turpis lucri gratia non corripit delinquentes.

B a ¶ *Verum quid vobis*, &c.] Et hæc Iudæi aduerſum Tyrũ & Sidonem & Palęſtinorum terminos, ſiue Galilæam alienigenarum dici arbitrantur: ꝙ tempore captiuitatis Iudaicę, quãdo victi ſunt à Romanis, Dei populum perſequuti ſũt, imo in populo Dei ipſũ Deũ, qui præfuit populo: ſecũdum (Matt. 10. d) illud quod ſcriptum eſt: *Qui vos recipit, me recipit*. Ergo ecõtrario qui perſequitur populum Dei, ipſum Deum perſequitur cuius eſt popul⁹. Reddam, inquit, vobis quę feciſtis populo meo: quia argentũ meum & aurum, id eſt, vaſa templi, & quidquid in eo pretioſiſſimum & ſpecioſiſſimũ fuit; candelabrum aureum, & menſam propoſitionis auream, & duos Cherubim aureos, & propitiatorium, & phialas ac turibula aurea tuliſtis & cõſecraſtis idolis veſtris. (4. Reg. 25. c; Dan. 5. a) Hæc autem narrat hiſtoria Chaldæos magis feciſſe, qui vaſa templi domini poſuerunt in templo Bel: vnde poſtea Balthaſar potat in phialis, & ſtatim regnum eius in Medos & Perſas transfertur. Sed quia poſt diem domini magnum & horribilem hæc futura dicuntur; quæ apoſtoli in reſurrectione domini interpretantur & Hebræi in futurum iudicij tempus differunt: magis de Romanis eſt intelligendum, ꝙ Veſpaſianus & Titus Romæ templo pacis ædificato, vaſa templi & vniuerſa donaria in delubro illius conſecrarunt: quæ Græca & Romana narrat hiſtoria. Eo tempore filij Iuda & Hieruſalem (nequaquã Iſrael & decem tribuum, qui vſq; hodie in Medorũ vrbibus & montibus habitant) venditi ſunt filiis Græcorum, vt exterminarentur de finibus ſuis, & omnis orbis Iudaica captiuitate completus eſt. Hoc illi referũt, vt vltionem ſanguinis Chriſti, & ſubuerſionẽ Hieruſalem, quæ Dei iudicio accidit, contra Tyrum & Sidonem accidiſſe cõfirment.

HEB.

pulum meum miſerũt ſortem, & poſuerunt puerum in proſtibulũ: & puellã vendiderunt pro vino vt biberent. a Verum quid vobis & mihi Tyrus, & Sidon, & omnis terminus Palęſtinorum. Numquid vltionem vos reddetis mihi? & ſi vlciſcimini vos contra me, cito velociter reddam viciſſitudinẽ vobis ſuper caput veſtrum. Argentũ enim meum, & aurum meum tuliſtis, & deſiderabilia mea, & pulcherrima intuliſtis in delubra veſtra, & filios Iuda, & filios Hieruſalem vendidiſtis filiis Græcorum, vt lõge faceretis eos de finibus ſuis. b Ecce ego ſuſcitabo eos de loco, in quo vendidiſtis eos, & cõuertam retributionem veſtrã in caput veſtrũ, & vendã filios veſtres, & filias veſtras in manibus filiorum Iuda: & venundabunt eos Sabæis, gẽti longinquæ, quia dominus loquutus eſt. c Clamate hæc in gentibus, ſanctificate bellum, ſuſcitate robuſtos. Accedãt, aſcẽdant omnes viri bellatores: concidite aratra veſtra

C Nos autem iuxta cœptam tropologiam, Tyrum & Sidonem & Palæſtinos, eos interpretemur, qui Dei populum coanguſtãt & tribulant & perſequũtur (hoc enim Tyrus in lingua noſtra reſonat) (צר) & eum venantur in mortem: ꝙ nomen Sidonis indicat, (צידון) & bibentes ſanguinem corruãt, ſiue volutãtur in cœno: quod Philiſtiĩ (פלשת) Galilæaq; (גלילות) ſignificat. Velociter & cito reſtituet eis domin⁹ quod merẽtur, quia perſecuti ſunt eum. Et argẽtum illius & aurũ, eloquia videlicet ſcripturarũ & αἰνίγματα, id eſt, ſententias & omne ꝙ pulchrũ in eccleſia fuit, ſuis errorib⁹ manciparũt. Hæretic⁹ quoſcumq; deceperit, & ſua fecerit adorare ſimulacra, filios Iuda & filios Hieruſalẽ vẽdit Græcis ſiue gẽtilibus, & eos de Chriſtianis ethnicos facit: vt exterminet de finib⁹ ſuis, in quib⁹ in Chriſto fuerãt procreati, & nequaquã in Iudæa & veritatis cõfeſſione, ſed in gẽtiũ errore verſẽt̃. Quæ omnia & ad diẽ iudicij referre poſſumus, non diſcrepãte vindicta: licet in tẽpore à ſuperioribus diſcrepare videãtur. Pro Galilęa in Hebręo ſcriptũ eſt a גלילות (a Geliloth) ꝙ Aquila θῖνας Sĩmach⁹ terminos trãſtulit: θῖνας autẽ, id eſt, tumulũ arenarũ, referam⁹ ad littora Palæſtinæ, non ad Galilæã Philiſtiĩ, q̃ omnino nulla eſt.

D b ¶ *Ecce ego*, &c.] Verbũ Hebraicum b שבאים (b Sabaim), ꝙ Aquila & Symmachus vt ſcriptũ eſt tranſtulerũt: Lxx. εἰς αἰχμαλωσίαν, id eſt, captiuitatẽ interpretati ſunt: quod melius captiuos ſignificat. Sabaim autẽ gẽs trãs Indiã dicit̃, de qua fuit & regina Saba quæ venit ſapientiã audire Salomonis, (3. Reg. 10. a) de quib⁹ & Eſaias loquitur: (Eſa. 45. a) *Et Sabaim viri excelſi ad te trãſibũt*. Vnde & thus venire perhibetur, dicẽte Virgilio: *Centumq; Sabæo thure calẽt aræ*: licet quidam Sabæos, Arabes ſuſpicentur. Promittũt ergo ſibi Iudæi, imo ſomniãt ꝙ in vltimo tempore congregentur à domino, & reducantur in Hieruſalem. Nec hac felicitate contenti ipſum Deum ſuis manibus Romanorum filios & filias aſſerũt traditurum vt vendant eos Iudæi, non Perſis & Æthiopibus & ceteris nationibus quæ vicinæ ſunt, ſed Sabæis gẽti longiſſimæ: quia dominus locutus ſit, & populi ſui vlciſcatur iniuriam. Hæc illi & noſtri Iudaizantes, qui mille annorum regnum in Iudææ ſibi finibus pollicentur, & aureã Hieruſalem, & victimarũ ſanguinẽ, & filios ac nepotes & delitias incredibiles, & portas gemmarũ varietate diſtinctas. Nos autẽ dicam⁹ ꝙ & ſuſcitauit dñs poſt aduentum ſuum, & quotidie ſuſcitat, & ſuſcitaturus eſt eos, quos varius error eduxerat de finib. ſuis. Pulchreq; ſuſcitabo, ait, quaſi iacẽtes & corruentes: vt qui iacebant in hæreſi ſtent in eccleſia: reddens hæreticis ꝙ fecerant: Vt filios eorũ & filias, quos in myſticis & in carnalibus erudierãt, tradat in manibus filiorũ Iuda: in manibus eorũ qui eccleſiarũ principes extiterũt: & inſtructi ſunt armatura Apoſtoli, & habẽt ſcutũ & lanceã veteris & noui inſtrumẽti. (Epheſ. 6 b) Vt cũ ceperint filios eorũ & filias, vendant Sabæis & faciãt eſſe captiuos, vt ꝓcul ſint à finib. ſuis. Et ad meliora cõuerſi, eccleſiaſticis dogmatibus incipiant eſſe ſubiecti.

SEPT.

*lum meum miſerunt ſortes, & poſuerunt puerum in proſtibulo, & puellas vendebant pro vino, & bibebant. Quid mihi & vobis Tyrus & Sidon, & omnis Galilæa alienigenarum? Nunquid retributionem vos redditis mihi: aut iram in corde retinetis aduerſum me (hoc enim Græce ſignificat μνησικακεῖτε) velociter & cito reddam retributionem veſtram in capitibus veſtris: pro eo quod argentum meum, & aurum meum tuliſtis, & electa mea & optima intuliſtis in templa veſtra, & filios Iuda, & filios Hieruſalem vendidiſtis filiis Græcorum, vt eiiceretis eos de finibus ſuis. Ecce ego ſuſcitabo eos de loco in quo vendidiſtis eos: & reddam retributionem veſtram in capita veſtra, & vendam filios veſtros, & filias veſtras in manibus filiorum Iuda: & venundabunt nos in captiuitatem genti quæ procul abeſt, quoniam dominus locutus eſt: Prædicate hæc in gentibus, ſanctificate bellum, ſuſcitate pugnatores. Adducite & aſcen-*

c ¶ Cla-



E c ¶ *Clamate, &c.*] Locus iſte dupliciter intelligitur: quidam enim arbitrantur hæc ſanctis gentib. prædicari, vt pręparentur ad bellum, & pro populo Dei dimicent, vt omnia inſtrumẽta agriculturæ in gladios lanceaſq; conuertant: vt infirmus dicat ſe eſſe robuſtum, & veniant oẽs de circuitu & in certamen domini cõgregẽtur: maxime quia iuxta Lxx. ſequitur: Manſuetus & mitis, ſit pugnator: iuxta illud ꝙ in Paralipomenis ſcriptum eſt: (1. Par. 1. Sic. 70.) *Et trans Iordanẽ de Rubẽ & Gad & dimidia tribu Manaſſe, in omnibus vaſis bellicis centũ viginti millia: oẽs iſti viri bellatores parati ad pugnã mẽte pacifica*, hos eſſe volunt imitatores veri Dauid: de quo legim⁹: (Pſal. 131. a) *Memẽto Domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius*. Et ipſe loquitur in euangelio: (Eſa. 1 b; ταπεινός) *Diſcite à me, quia humilis ſum & mitis*, ſiue *manſuetus*. Viros quoq; eos intelligi volunt, q̃ deſtruentes initia paruulorũ, ad perfectæ ætatis robur acceſſerint, & omne ſtudium quo prius animarũ ſuarum exercebant agros, ad neceſſitatẽ pręlij cõtulerunt. Nobis autem Hebræorũ opinionẽ ſequentib. videtur eſſe contrarium. Ideo enim gẽtes (Eſaiæ 2. b) aduerſariæ Iſrael parãtur ad pugnã, & aratra ſua ligoneſq; vel falces in gladios lãceaſq; commutant, & infirm⁹ robuſtum ſe eſſe dicit, erumpuntq; (F) & veniũt de circuitu, & contra domini exercitum cõgregãtur, & occumbere dominus faciet robuſtos earũ, vt intelligãt ſe Deo aduerſante ſuperatas. Hęc iuxta literã ſibi Iſrael miſerabilis repromittit. Nos iuxta cœptam tropologiam & gentes dæmonum, & eos qui quotidie cõtra eccleſiam dimicant, & in vltimo qui ſub antichriſto aduerſum ſanctos domini pugnaturi ſunt, accipere poſſumus: qui idcirco congregantur; vt pereant.

a ¶ *Conſurgant & aſcendant omnes gentes in vallem Ioſaphat*; *&c.*] Et hæc iuxta ſuperiorem ſenſum interpretãtur bifariã. (חרוש. פש) Alij enim gentes aſcendere in vallem Ioſaphat, quæ interpretatur domini iudicium, & ſedere ibi Deũ, vt diiudicet omnes gẽtes quæ de circuitu veniunt, in bonã partẽ intelligunt: quod ſcilicet ſancti contra Dei aduerſarios cõgregentur, & mittant falces ſuas vt maturam hoſtium meſſem demetant, & veniant atque deſcendant, calcentque torcularia: quia adſit vindemia, & intãtum muſta exuberent, vt torcularia capere nõ poſſint. Et vt ſciremus quæ ſit vindemia, plenũq; torcular, intulit: multiplicata eſt malitia eorum: haud dubium quin eos ſignificet, qui contra dominũ congregati ſunt. Alii autem conſurgere gentes, & cõuenire in vallem Ioſaphat, & ſedere dominũ, vt omnes iudicet nationes, ideo aſſerunt, vt parent ſe & aſſumãt vniuerſa arma pugnãtium, & in valle Ioſaphat domini falcibus demetantur. Veniſſe enim cõtra eos tempus iudicij, & intantum eorum creuiſſe mala, vt Dei vincerent patientiã. Nam & Amorræi tunc expulſi ſunt, quãdo expleta ſunt peccata eorum. Iudæi iſtum locum ad Gog & Magog gentes ſæuiſſimas referunt, de quibus ſupra diximus, arbitrantes vltimo tẽpore, quãdo Hieruſalem fuerit inſtaurata, ſub mille annorum imperio cõtra Dei populum eſſe venturas, & in valle Ioſaphat quæ ad orientalem partem templi ſita eſt, eſſe ſæuituras: aduenisse enim tempus occiſionis earum, & effundendi ſanguinis inſtare vindemiam. (Sup 2.)

G b ¶ *Populi populi in valle conciſionis, &c.*] In eo loco vbi nos poſuimus, populi, & Septuaginta tranſtulerunt ἦχοι ἐξηχήσαν, i. e. ſonitus exauditi ſunt: in Hebraico ſcriptum eſt: c המונים המונים (c hamonim hamonim): quod vtique multitudinem, & turbas eorũ qui iudicãdi ſunt, non ſtrepitum ſonitumq; ſignificat. Rurſum vbi nos diximus, in valle conciſionis, ſequẽtes translationes Aquilę & Symachi & quintę editionis: Lxx. & Theodotio τῆς δίκης καὶ τῆς κρίσεως, i. e. cauſæ & iudicij, tranſtulerunt: pro quo in Hebraico ſcriptum eſt d חרוץ (d harouts), ꝙ Hebręi non ſolũ conciſionẽ, ſed & aurũ interpretari putãt: quo ſcilicet in valle iudicii, q̃ ſuſpicãtur gehennam, excoctis ſordibus peccatorũ, purũ aurum remaneas. Idcirco aũt gentiũ, de quibus ſupra diximus in valle iudicii, ſiue cõciſionis, populi cõgregantur: vt interficiantur & corruãt, & à domino iudicẽtur. Cui⁹ mœrorem diei & tormẽta pereũtiũ, ne ſol quidẽ & luna aſtra que cetera poterũt ĩtueri: ſed retrahent fulgorẽ ſuum, & ſeueritatem iudicãtis reddẽtiſque vniuſcuiuſq; opus in caput ſuum, aſpicere non audebunt. (H) Non quod clementiora ſint quã Dei iudicia, ſed quod oĩs creatura in tormẽtis aliorũ de ſuo iudicio ꝑtimeſcat.

c ¶ *Et Dominus, &c.*] Cum ſolis & lunæ cunctarumq; ſtellarum ſplendor tenebris fuerit cõmutatus, dñs de Sion inſtar leonis rugiet ſiue clamabit, & tam excelſa vox eius erit atq; terribilis, vt cœlorũ cardines & terrarũ fundamẽta quatiãtur. Cumq; tã ſeuerus in eos fuerit qui puniendi ſunt, erit clemens erga populum ſum, & dabit eis fortitudinem, qui appellantur filij Iſrael (mens ſcilicet cernens Deum: vel εὐθύτατοι θεοῦ quem nos rectiſſimum Dei dicere poſſumus) qui non ambulauerunt per prauas ſemitas, ſed gradientes in via Chriſti, omnia recta fecerunt. Tunc ſcient & hi qui punientur, & illi qui aſſumẽtur in gloriam, quod dominus habitet in ſpecula ſua Sion, & in Chriſto mõte ſancto ſuo, ſiue in eo qui ſe dignum Dei habitaculo præparauit. Tunc erit ſancta Hieruſalem viſio pacis, à qua & Salomon nomen accepit, & alieni non pertranſibunt per eam amplius. Alienos vel dæmones intellige, qui externi à Deo ſunt; vel omnes peſſimas cogitationes atq; peccata, de quibus propheta loquitur: *Ab alienis parce ſeruo tuo*, (Pſal. 18. d) quæ nequaquã vltra in nobis viam reperirent, ſi habuerimus Dei pacẽ, & cor noſtrum aduerſariis non patuerit. Hæc Iudæi & noſtri, vt diximus, Iudaizantes ad mille annorum fabulam referũt, quando putant Chriſtum habitaturum in Sion, & in Hieruſalem aurea atq; gemmata ſanctorum populos congregandos: vt qui in iſto ſæculo oppreſſi ſunt ab vniuerſis gentibus, in hoc eodem cunctis imperent nationibus.

d ¶ *Et erit in die illa, &c.*] Habitante domino in Sion & in

HEB.

veſtra in gladios, & ligones veſtros in lanceas. Infirmus dicat, quia fortis ego ſum. Erumpite & venite omnes gentes de circuitu, & congregamini: ibi occumbere faciet dominus robuſtos tuos. a Conſurgant, & aſcẽdant gentes in vallem Ioſaphat: quia ibi ſedebo, vt iudicem omnes gentes in circuitu: mitte falces quoniam maturuit meſſis, venite & deſcendite, quia plenũ eſt torcular, exuberãt torcularia: quia multiplicata eſt malitia eorum. b Populi populi in valle conciſionis: quia iuxta eſt dies domini in valle conciſionis. Sol & luna obtenebrati ſunt, & ſtellæ retraxerunt ſplendorem ſuum. c Et dominus de Sion rugiet, & de Hieruſalem dabit vocẽ ſuam: & mouebuntur cœli & terra: & dominus ſpes populi ſui, & fortitudo filiorum Iſrael, & ſcietis quia ego Dominus Deus veſter, habitans in Sion monte ſancto meo: & erit Hieruſalem ſancta, & alieni nõ tranſibunt per eam amplius: d Et erit in

die

SEPT.

*aſcendite omnes viri bellatores: conciaite aratra veſtra in gladios, & falces veſtras in lanceas. Fortis dicat, quia præualeo ego. Congregamini & introite omnes gentes per circuitum, & congregamini illuc: manſuetus ſit pugnator. Conſurgant, & aſcendant omnes gentes in vallem Ioſaphat: quia ibi ſedebo vt iudicem omnes gentes in circuitu. Emitte falces quoniam adeſt vindemia: introite & calcate, quia plenum eſt torcular, & redundant torcularia: quia repleta ſunt mala eorum. Sonitus exauditi ſunt in valle iudicii: quia iuxta eſt dies domini in valle iudicii. Sol & luna obtenebrabuntur, & ſtellæ occidere facient ſplendorem ſuum. Dominus autem de Sion clamabit, & de Hieruſalem dabit vocem ſuam, & mouebitur cœlum & terra, & dominus parcet populo ſuo, & confortabit filios Iſrael. Et ſcietis quia ego Dominus Deus veſter habitans in Sion monte ſancto meo: & erit Ieruſalẽ ſancta, & alienigena non trãſibit pereã amplius. Et erit*

in



 monte

A monte ſancto ſuo, quando nullus per Hieruſalem ſanctam pertranſire tentauerit, quicumque in ea mons fuerit, & ad virtutum excelſa peruenerit, dulcedine & melle ſudabit, & ſtillabunt ex eo gratiæ ſpirituales: de quibus propheta loquitur: *Quam dulcia gutturi meo eloquia tua: ſuper mel ori meo.* Qui autem inferior montibus eſt, & necdum ad perfectionis culmen aſcenderit, vocabitur collis, & fluent de eo riui lactis, quibus rudis in Chriſto nutritur infantia, & aquarum flumina, quæ de ventre ſuo dominus manare teſtatus eſt. Omnes enim riui ſiue emiſſiones Iuda implebuntur aquis, & nihil in eis ſiccum erit, redundantibus cunctis gratia ſpirituali.

*Pſal. 118. a* — *Ioan. 7. f* — אפיקי

HEB.

die illa, ſtillabunt mõtes dulcedinẽ: & colles fluent lacte, & per omnes riuos Iudæ ibunt aquæ.
[a] Et fons de domo domini egredietur, & irrigabit torrentẽ ſpinarum,
[b] Ægyptus in deſolationẽ erit, & Idumæa in deſertũ perditionis: pro eo quod inique egerint in filios Iuda, & effuderint ſanguinem innocentem in terra ſua. [c] Et Iudæa in æternũ habitabitur, & Hieruſalem in generationem & generationem: & mundabo ſanguinẽ eorum, quẽ non mundaueram, & dominus cõmorabitur in Sion.

SEPT.

*in die illa, ſtillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lacte, & omnes emiſſiones Iudæ fluent aquis.*
*Ægyptus in perditionem erit, & Idumæa in campum deſolationis propter iniquitates filiorum Iuda: pro eo quod effuderunt ſanguinem iuſtum in terra ſua. Iudæa autem in æternum habitabitur, & Hieruſalem in generationes generationum: & requiram ſanguinem eorum, inultumque eſſe non patiar; & Dominus habitabit in Sion.*

a ¶ *Et fons de domo domini egredietur, & irrigabit torrentem ſpinarum.*] Pro torrente ſpinarum, Lxx. tranſtulerunt, torrentem funiculorum, id eſt, χειμάρρουν τῶν σχοίνων, quod aut funiculum ſignificat, aut iuxta Ægyptios, menſuram certi itineris, Pſalmiſta dicente: *Semitam meam, & funiculum meum tu inueſtigaſti.* (*Pſal. 138. a*) In Nilo enim flumine ſiue in riuis eius ſolent naues funibus trahere, certa habentes ſpatia, quæ appellant funiculos: vt labori defeſſorum, recentia trahentium colla ſuccedant. Nec mirum ſi vnaquæq; gens certa viarũ ſpatia ſuis appellet nominibus: cum & Latini mille paſſus vocent, & Galli, leucas, & Perſæ, paraſangas, & raſtas vniuerſa Germania: atq; in ſingulis nominibus diuerſa mẽſura ſit. Hæc propterea, quia verbum Hebraicum [a] שטים, Septuaginta σχοινοῦς, id eſt, funiculos tranſtulerunt. Cæterũm nulli dubium eſt, omnia quæ in tabernaculo Dei legimus, de lignis Sethim fuiſſe perfecta: quæ Septuaginta interpretati ſũt ligna imputribilia. Eſt autem genus arboris in eremo, ſpinæ albę ſimile, colore & foliis non magnitudine. Alioquin tam grãdes arbores ſunt, vt latiſſima ex illis tabulata cædantur, lignumque fortiſſimum eſt, & incredibilis leuitatis ac pulchritudinis, ita vt ex his etiam vaſa torcularium quæ ἄρσενας ἢ θηλείας vocant, ditiſſimi quique & ſtudioſiſſimi faciant: quæ ligna in locis cultis, & in Romano ſolo, abſq; Arabiæ ſolitudine non inueniuntur. Pro torrente funiculorum ſiue ſpinarum, Symachus interpretatus eſt, vallem ſpinarũ. Eſt autem locus iuxta Liuiadem trãs mare mortuum, ſexto ab ea diſtans milliario, vbi quondã cum Madianitis fornicatus eſt Iſrael. Huius loci ex perſona Dei Michęas propheta meminit, dicens: *Populus meus, memento quæſo quid cogitauerit Balach rex Moab, & quid reſponderit Balaam filius Beor de Sethim vſque ad Galgalam:* pro quo & ibi Septuaginta tranſtulerunt, ἀπὸ τῶν σχοίνων, hoc eſt, *à funiculis vſque ad Galgalam.* Ergo egredietur fons de domo domini, quæ interpretatur eccleſia. De quo & Ezechiel & Zacharias ponunt in fine voluminum ſuorum: vt ſpinas noſtras & vitia atque peccata, quæ nullam frugem habuere iuſtitiæ, commutent in domini noualia, & ariditatem noſtram rigent aquis largiſſimis, & pro ſpinis ac vepribus, flores virtutum multiplices germinemus. Et in eo loco vbi quondam fornicatus eſt Iſrael, & initiatus eſt Beelphegor, lilia caſtitatis, & roſæ pudoris ac ac virginitatis exuberent.

B — *a ſittim Exod. 25.* — *ξύλα ἄσηπτα.* — *Num. 25 a Mich. 6 a* — *Ezech. 47. Zach. 13 a*

C b ¶ *Ægyptus in deſolationem erit, &c.*] Et in hoc loco Iudæi grauiſſimo ſomno dormiunt: in vltimo tempore, quando non Chriſtum, ſed antichriſtum ſuſcepturi ſunt, vindictã ſui in Ægyptios qui vicini ſunt, & in Romanos, quos interpretantur Idumęos, ſpe vaniſſima confingentes. Vt ſcilicet quomodo Pharao & omnis eius exercitus (qui per quadringentos & triginta annos populum Dei captiuũ tenuit) in mari rubro ſubmerſus eſt: (*Exod. 14. c*) ſic etiam Romani, qui eodem annorum ſpatio Iudæos poſſeſſuri ſunt vltione domini deleantur. Hoc illi ſpe ſibi caſſã promittant. Neq; enim poſſunt exponere quare cũ in orbe tantæ ſint nationes, duæ ſolum gentes Ægyptiorũ, & Idumæorum expectantur ad pœnam: aut cur pro Idumæis intelligãtur Romani, cum eadem licentia mentiendi ediuerſo poſſimus aſſerere: ſub Idumæorũ vocabulo vel Perſas, vel Elamitas, vel Francos, Alamannos, genteſq; alias ſignificari. Nos autem dicamus tempore dominicæ reſurrectionis vel die iudicij (vtrumque enim recipimus) & Ægyptum & Idumęam, in eo quod Ægyptus & Idumæa ſunt, deſtruendas: Ægyptus dicitur מצרים: quod interpretatur ἐκθλίβουσα, id eſt, ſanctos Dei perſequens & tribulans: Idumæa terrena & cruenta. Quicumque igitur Dei populum perſequutus eſt, & terrenis vacauerit operibus: multitudine delictorum quotidie fuderit ſanguinem innocentem, eorum ſcilicet quos deceperit, erit in perditionem: vt animas quoque martyrum ſub altari clamare cognouimus: *Vſquequo domine ſanctus & verus, non iudicas & vindicas ſanguinem noſtrum de his qui habitant in terra.* (*Apoc 6. c.*)

D c ¶ *Et Iudæa in æternum habitabitur, & Hieruſalem, &c.*] Non vtique hæc Iudæa in ęternum habitabitur, quam videmus eſſe deſertam: non iſta Hieruſalem, cuius ruinas cernimus: ſed illa Iudęa, cuius filiæ exultauerũt, & lætatę ſunt in omnibus iudiciis domini. Et de qua in fine quinquageſimi pſalmi legimus: *Benigne fac domine in bona voluntate tua Sion, & ædificentur muri Hieruſalem.* (*Pſal. 46. b*) In hac prouincia cõfeſſionis & glorię, & in hac vrbe, in qua pax domini cernitur, erit ęterna habitatio: non in vnam, vel in tres, aut plures generationes, ſed in generationem & generationem, hoc eſt, in duabus generationibus eorum, qui de Iudæis & de gentibus crediderint. Et mundabit dominus ſanguinem omnium peccatorum, quem prius non mundauerat: vt mundet in euangelio, quos in lege peccantes immundos reliquerat. Ideo enim *cõcluſit omnia ſub peccato, vt omnibus miſereretur,* (*Rom. 11. d*) ſiue vlciſcetur ſeruorum ſuorum ſanguinem, quem in martyrio pro nominis eius confeſſione fuderunt. Et dominus commorabitur in Sion: de qua ſcriptum eſt:

*Fundamenta eius in montibus ſanctis: diligit dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Iacob.* (*Pſal. 68. a*)

*Commentarij in Ioel Prophetam finis.*



E

# DIVI HIERONYMI PRESBYTERI COMMENTARIORVM IN AMOS AD PAMMACHIVM.

G

## PROOEMIVM.

AMos Propheta, qui ſequitur Ioelem, & eſt tertius duodecim prophetarũ, non eſt ipſe quem patrem Eſaiæ prophetæ legimus. Ille enim [a] אמוץ ſcribitur per primam & vltimam nominis ſui litteram [b] א & [c] ץ, & interpretatur fortis atque robuſtus. Hic vero [d] עמוס per [e] ע & [f] ס & interpretatur populus auulſus: mediæ litteræ [g] מ & [h] ו vtrique communes ſunt. Apud nos autem, qui tantam vocalium litterarum, &, s, litteræ, quæ apud Hebræos triplex eſt, differentiam non habemus. Hæc & alia nomina videntur eſſe communia, quæ apud Hebræos elementorum diuerſitate, & ſuis proprietatibus diſtinguũtur. Hic igitur propheta, quem nunc habemus in manibus, fuit de oppido Thecue: quod ſex millibus ad meridianam plagam abeſt à ſancta Bethleem, quæ mundi genuit Saluatorem, & vltra nullus eſt viculus, ne agreſtes quidem caſæ & furnorum ſimiles, quas Aphri appellant mapalia. Tanta eſt eremi vaſtitas, quę vſque ad mare rubrum, Perſarumq; & Æthiopum atque Indorum terminos dilatatur. Et quia humi arido atque arenoſo nihil omnino frugum gignitur, cuncta ſunt plena paſtoribus: vt ſterilitatem terræ compenſent pecorum multitudine. Ex hoc numero paſtorum & Amos propheta fuit, imperitus ſermone, ſed non ſcientia. Idem enim qui per omnes prophetas in eo Spiritus ſanctus loquebatur. Vnde nos ex Hebræo vertimus.

*a Amos b aleph c ſade d Amos e ain f ſamech g mem h vau* — ס ש צ S.

## COMMENTARIORVM HIERONYMI IN AMOS PROPHETAM.

### LIBER PRIMVS.

HEB.

VErba Amos qui fuit in paſtoribus de Thecue, quæ vidit ſuper Iſrael.
[b] In diebus Oziæ regis Iuda, & in diebus Hieroboam filij Ioas regis Iſrael ante duos annos terræmotus.
Et di-

SEPT.

*SErmones Amos qui facti ſunt in Accarim de Thecue, quos vidit pro Hieruſalem.*

F VErba *Amos qui fuit, &c.* Septuaginta autem neſcio quid volentes interpretati ſunt: Sermones Amos qui facti ſunt, &c. quos vidit pro Hieruſalem. Sciendumque hunc prophetam, non pro Hieruſalem, quod in Hebræo penitus non habetur, ſed ſuper Iſrael, id eſt, decem tribus, quæ appellantur Iſrael, & erant in Samaria prophetaſſe. Quod quidem & Aquila, & Symachus, & Theodotio ſimiliter tranſtulerũt. Primus ergo Oſee propheta ad decẽ tribus, quæ appellantur Ephraim, Samaria domus Ioſeph & Iſrael loquitur. Secundus Ioel, ad Ieruſalem & duas tribus, quæ vocantur Iuda & Ieruſalem, & Iacob profert vaticinium, nullam omnino Iſraelis faciens mentionẽ. Tertius Amos, nequaquam ad Ieruſalem, quæ regebatur à tribu Iuda, ſed ad Iſrael & in Samaria prædicat. Quod & de toto volumine eius probari poteſt, & maxime ex eo quod ſcriptum eſt: Miſit Amaſias ſacerdos Bethel ad Hieroboam regem Iſrael dicens: Rebellauit contra te Amos in medio domus Iſrael. Et poſt paululum, dixit Amaſias ad Amos: (*Amos 7. c*) *Qui vides, gradere, fuge in terrã Iuda, & comede ibi panem, & ibi prophetabis: & in Bethel nõ adijcies vltra vt prophetes, quia ſanctificatio regis & domus regni eſt.* Cui reſpondit Amos: *Non eram propheta nec prophetæ filius: ſed opilio, ruborum mora diſtringens: tulitq; me dominus cum ſequerer gregem, & dixit ad me: Vade propheta ad populum meum Iſrael:* nõ vtiq; ad Iudam & Ieruſalem (vt male apud Græcos & Latinos habetur) ſed ad Iſrael. i. e. decem tribus: quæ ob populi multitudinem, priſtinũ nomen obtinuerãt. In eo autẽ loco vbi Lxx tranſtulerunt, in Accarim, Theodotio ipſum verbũ Hebraicũ poſuit: [a] נוקדים. Aquila vertit ἐν ποιμνιοτρόφοις, i. e. in paſtoribus: Symmachus & quinta editio ἐν τοῖς ποιμέσιν, id eſt, in paſtoribus. Et puto propter [b] ד & [c] ר litterarum ſimilitudinem hic quoque deceptos: pro [d] נקדים quaſi [e] נקרים, & exinde Accarim poſuiſſe ſermonem: quãquam in principio nominis [f] נ litera nullã excuſationẽ relĩquat erroris. Accarim autẽ vſq; in præſentiarũ Hebręũ eſſe nõ legi. Et qui ſterilitatẽ, i. e. στείρωσιν interpretãtur, magis [g] עקרון vrbẽ Philiſtiim, quã Accarim exprimũt, quæ omnino non legitur. Sermones itaq; Amos, qui fuit de oppido Thecue ex numero paſtorum (quia paſtoralis & ipſa eſt regio) hoc volumine continẽtur: quos vidit ſuper Iſrael nõ carnis oculis, ſed mentis intuitu: quia prophetæ vocabãtur videntes: alioquin ſecundum literam ſermones non videntur, ſed audiuntur. Vnde & populus videbat vocem Dei, & Moyſes tacens loquebatur ad dominum, quãdo dicebat ei: *Quid clamas ad me?* (*Exod. 20 c Exod. 14. d*) In nouo quoque legimus teſtamento: *Quod vidimus, & audiuimus oculis noſtris, & manus noſtræ palpauerũt de verbo vitæ:* (*1. Ioan. 1. a*) Verbũ. n. Dei, quod per ſe inuiſibile eſt (*Ioan. 1. b*) viderũt Apoſtoli, & tractãt manibus ſuis. Quod *verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis.* Vidit autem hos ſermones.

*a nokedim b daleth c res d nokedim e nakarim f nun g Akron*

H b ¶ *In diebus Oziæ regis Iuda, &c.*] Quando apud Aſſyrios, vrbeſq; Ciliciæ regnabat Sardanapalus, de quo inſignis orator; Turpior, inquit, vitiis quã nomine. Et apud Latinos Procas Syluius, cui Amulius, expulſo Numitore Germano, ſucceſſit in regnum. Quo interfecto, cõgregata paſtorũ & latronũ manu, Romulus ſui nominis cõdidit ciuitatẽ. Hic eſt autẽ Ozias rex Iuda, cognomento Azarias: qui indebitũ ſibi ſacerdotiũ vindicare conatus, lepra percuſſus in frõte eſt: (*1. Par. 26*) quã irã domini non ſolum pœna eius, qui ſacrilegus fuit, ſed & terræmotus oſtendit, quẽ Hebręi tunc accidiſſe cõmemorãt. Hieroboã vero nõ eſt filius Nabath, qui peccare fecit Iſrael, ſed filius Ioas, filius Ioathan, filij Iehu, pronepos eiuſdẽ Iehu ſub quo prophetauerũt Oſee & Ioel & Amos. Igitur interpretatur Ozias κράτος κυρίου id eſt, imperiũ vel fortitudo dñi. Hieroboã δικασμὸς λαοῦ, id eſt, iudicatio, vel cauſa populi, quidã per χ Gręcam litterã legentes, diuiſionẽ populi ſuſpicẽtur. Ioas κυρίου χρόνισμα, id eſt, dñi mora ſiue temporalitas. Verba itaq; Amos, quo tempore populus Iſrael auulſus erat à dño, & aureis vitulis ſeruiebat, ſiue auulſus à regno ſtirpis Dauid, clara voce cecinerunt inſtar clangẽtis tubæ, quæ interpretatur Thecue. Et cecinerũt ſuper Iſraelẽ qui quondã erat rectiſſimus Dei, i. e. εὐθύτατος θεοῦ. In dieb. Oziæ regis Iuda, in quo propter templũ & ſancta ſanctorum, fortitudo domini permanebat, ſuoq; regebat imperio populũ confitentẽ. Nomen aũt Hieroboã, qui diuiſionis populi cauſa extiterat, ſignificat Iſraelẽ lõgo tẽpore in idololatriæ errore mãſiſſe, priuſquã captiuitatis vniuerſa cõcuteret, quod in duobus annis duplicẽ oſtendit anguſtiã decẽ tribuũ, ac duarũ: vt gẽtes ſi vellent pœnitentiam, motũ terræ de cætero nõ ſentirẽt. Hæc Pammachi animo meo chariſſime, qui ex interpretatione nominis tui, quodã vaticinio futurorũ omni arte pugnãdi aduerſum diabolum, & con-

עוזיה — ירבעם — יואש — תקוע — παμμάχος.

A & contrarias poteſtates te bellare demonſtras, quaſi argumentũ, & ὑπόθεσιν Amos prophetæ lõgo ſermone cõplexus ſum. Illud breuiter admonens, explanationem, & huius, & Oſee & Zachariæ prophetarũ, me & aliis quidem ſanctis viris, ſed præcipue ſanctæ & venerabilis memoriæ parenti tuæ Paulæ, dum viueret, ꝓmiſiſſe. Nec multũ errare in ſpõſionis fide, ſi ꝙ matri pollicitus ſum, reddam filio. Verum iam temp⁹ eſt, & ipſius ꝓphetæ verba proponẽs, quid mihi videatur in ſingulis ediſſerã,

HEB.

ET dixit: Dominus de Sion rugiet, & de Hieruſalem dabit vocem ſuam. Et luxerunt ſpecioſa paſtorum, & exiccatus eſt vertex Carmeli. [b] Hæc dicit dominus, Super tribus ſceleribus Damaſci, & ſuper quatuor non conuertam eum: eo quod triturauerint in plauſtris ferreis Galaad. [c] Et mittam ignem in domum Azahel, & deuorabit domos Ben Adad. Et conteram vectem Damaſci, & diſperdam habitatorem de cam-

*ET dixit: dominus de Sion rugiet, & de Hieruſalem dabit vocem ſuã, &c.*] Naturale eſt, vt omnes artifices ſuæ artis loquãtur exemplis, & vnuſquiſque in quo ſtudio triuit ætatẽ, illius ſimilitudinẽ ꝓferat: verbi gratia, qui nauta eſt & gubernator, triſtitiam ſuam comparat tempeſtati: damnũ naufragium vocat, inimicos ſuos, ventos contrarios appellat. Rurſum ꝓſperitatẽ & letitiam, auram placidiſſimã, & ſecundos nominat vẽtos, trãquilla maria & æquora, cãpis ſimilia. E regione miles quidquid dixerit: ſcutum, gladiũ, loricam, galeam, lanceam, arcum, ſagittã, mortem, vulnus & victoriam ſonat. In ore philoſophorum ſemper Socrates & Plato, Xenophon, Theophraſtus, Zeno & Ariſtoteles, Stoici verſantur & Peripatetici. Oratores, Lyſiam & Hyperidem, Periclem & Demoſthenem, Gracchos, Catones, Iulios & Hortenſios, in cœlum laudibus ferunt. Poetæ ſi Epici ſunt, Homerum atque
B Virgilium; ſi Lyrici, Pindarum & Flaccum crebro ſermone concelebrant. Cur hæc dicta ſunt? vt ſcilicet oſtendamus etiã Amos prophetam, qui paſtor de paſtoribus fuit: & paſtor non in locis cultis & arboribus ac vineis conſitis, aut certè inter ſiluas & prata virentia, ſed in lata eremi vaſtitate, in qua verſatur leonum feritas, & interfectio pecorũ, artis ſuæ vſum eſſe ſermonibus: vt vocem domini terribilẽ atq; metuendam, rugitũ leonum, & fremitum nominaret: Euerſionem Iſraeliticarum vrbium, paſtorum ſolicitudini & ariditati montium comparans. Dominus, inquit, de Siõ rugiet, & de Hieruſalẽ dabit vocem ſuã. Rugiet Hebraice dicitur [h] יִשְׁאַג: Pulchreque de Sion rugiet, & de Hieruſalem dabit vocem ſuam: vbi erat templum & Dei religio: vt doceret Deum non in Iſrael vrbibus, id eſt, in Bethel & in Dan, vbi erãt aurei vituli: nec in metropoli Samaria Iezrahel, ſed in vera religione verſari, quæ illo tempore colebatur in Sion, & Hieruſalem. Quo rugiente de Sion, & dante vocem ſuam de Hieruſalem (de Sion enim egredietur lex, & verbum domini de Hieruſalem) omnia paſtorũ & regum Iſrael ſpecioſa luxerũt, & exſiccatus eſt vertex Carmeli, qui quondam lætis paſcuis abundabat. Carmelus Græce dicit̃ & Latine: Hebraice autem dicitur [i] כרמל, & ſunt duo montes, qui vocant̃ hoc nomine. Alter in quo fuit Nabal Carmelus, maritus Abigail ad auſtralem plagã. Alter iuxta Ptolemaidem, quæ prius vocabatur Acho, mari imminẽs: in quo Helias prophetas flexis genib. pluuias impetrauit. Si ergo de Chermel dicit, in quo habitauit Nabal, magis paſtorum gregib. conuenit, quia eſt iuxta ſolitudinẽ. Sin autẽ de illo qui vicinus eſt littori, ad reges & ad ſuperbiã pertinet regũ Iſrael; quos imminente captiuitate inſtar montium deſertorum dicit eſſe vaſtandos. Aliter: Cum dominus de Sion & Hieruſalem, i.e. de ſpecula eccleſiæ, quæ ſuper montem ſita latere non poteſt, & in qua viſio pacis eſt, dederit per vetus & nouum inſtrumentũ, & per doctores eccleſiaſticos, vocẽ ſuã, & quaſi clara buccina inſonuerit: tunc omnia ſpecioſa paſtorum. i.e. doctrina hęreticorum quæ pulchro videbatur ſermone compoſita, & cognitio circumciſionis (hoc enim interpretatur [k] כרמל,

h iſag

Eſaia. 2. a

i Carmel

1. Reg 25. a

3. Reg. 18. c

Matth. 5. b

k Carmel

SEPT.

*ET ait: Dominus de Sion effatus eſt, & de Hieruſalem dedit vocem ſuam, luxerunt paſcua paſtorum, & areſactus eſt vertex Carmeli. Et dixit Dominus: Super tribus impietatibus Damaſci, & ſuper quatuor non aduerſabor eos, pro eo quod ſecuerunt ſerris ferreis prægnantes in Galaad. Et emittam ignem in domum Azahel, & deuorabit fundamenta filij Ader, & conteram vectes Damaſci, & diſperdam habitatores de campo*

C per quã ſibi veræ circumciſionis ſcientiã pollicentur) lugebit atq; ſiccabitur, & populorum millia, quæ propter ſimplicitatem vocantur greges, ſubita ariditate marceſcent.
b ¶ *Hæc dicit dominus, Super tribus ſceleribus Damaſci, & ſuper quatuor non conuertam eum, &c.*] Pro tribulis quæ Hebraicè appellantur [l] חרוצות, & à Theodotione tranſlatæ ſunt rotæ ferreę, quę nos plauſtra ferrea interpretati ſumus: Lxx. tranſtulerunt πρίοσι σιδηροῖς, i.e. ſerris ferreis. Eſt autem gen⁹ plauſtri, quod rotis ſubter ferreis, atq; dentatis voluitur: vt excuſſis frumentis, ſtipulã in areis cõterat, & in cibos iumentorum ꝓpter fœni ſterilitatem paleas cõminuat. Rurſum vbi in Hebraico habetur [m] בן הדד, & vnum nomen eſt: Lxx. interpretati ſunt, υἱοῦ Ἀδέρ, id eſt, filii Ader [n] ר & [o] ד, elementorum falſi ſimilitudine. In eo quoq; loco vbi nos diximus, de domo voluptatis, ꝙ Hebraice dicitur [p] מבית עדן, & omnes ſimiliter tranſtulerunt: Lxx. interpretati ſunt ἐξ ἀνδρῶν χαῤῥὰν, id eſt, *ex viris Charran*, [q] ד mediam nominis literam [r] ר arbitrantes, iuxta conſuetudinem ſuam [ſ] ע primæ Hebraicæ literæ χ Grecum præponentes. Cyrenen etiã, quæ Hebraice dicitur [t] קירה ἐπίκλητοι, id eſt, vocatum, vel nominatum tranſtulerunt, propter verbi ſimilitudinem: quia [u] קראה vocatio dici poteſt, & nomen proprium appellatiuum intellexerunt. De cauſis diuerſæ translationis breuiter diximus: nunc ad ſenſum eorum quę dicta ſunt,
D trãſeamus. Primũ aduerſum Damaſcum, in qua regnabat Azahel, ſermo Dei dirigitur: qui eo tempore quo Amos prophetabat, grauiter vrgebat Iſrael, id eſt, decem tribus, intantũ vt ſuperato Achab rege Iſrael in Ramoth Galaad, omnem regionem, quæ appellatur Galaad & in hæreditatem ceſſerat dimidię tribui Manaſſe, inſtar tribulorum frumentũ in areis triturantium iugularet atq; contereret. Quod plenius Heliſæus propheta in Regum volumine loquitur, vbi ſcriptum legimus: *Stetitque cum eo & conturbatus eſt vſque ad ſuffuſionem vultus: fleuitque vir Dei. Cui Azahel ait: Quare dominus meus flet? At ille reſpondit: Quia ſcio quæ facturus ſis filijs Iſrael mala. Ciuitates eorum munitas igne ſuccendes, & iuuenes eorum interficies gladio: & paruulos elides, & prægnantes diuides. Dixitque Azahel: Quid ſum enim ſeruus tuus canis, vt faciam rem iſtam magnam? Et ait Heliſæus: Oſtendit mihi dominus te regem Syriæ fore.* Quod autem ſequitur in propheta.
c ¶ *Et mittam ignem in domum Azahel, & deuorabit domos Ben Adad.*] Dat intelligentiam, ꝙ Azahel regnantibus Ozia & Hieroboam iam in Syria mortuus erat, & ei in regnum ſucceſſerat filius ſuus Ben Adad, à quo omnes poſtea reges Aram, id eſt, Syriæ & Damaſci, Ben Adad vocabulum poſſederunt. Vnde pulchre non dixit: mittam ignem in Azahel, ſed in domum Azahel: id eſt, in domum eius regiam, cui Ben Adad filius eo tempore præerat.
d ¶ *Et conteram, inquit, vectes Damaſci, & diſperdam habitatorem de campo idoli.*] Omnem videlicet Syrorum fortitudinem, quæ veluti quodam plauſtro, & vectibus, aduerſariorum impetus ſubmouebant. Campum autem idoli, ꝙ Hebraice dicitur [x] און, & Septuaginta & Theodotio interpretati ſunt ὤν. Symmachus & quinta editio tranſtulerunt, ἀδικίαν, id eſt, iniquitatem. Aquila ἀνωφελῆ, id eſt inutilem: vt oſtenderet vana idolorum auxilia, cum populus Damaſci Aſſyrio veniente capiatur. Legimus enim quod Theglathphalaſſar rex Aſſyrius, interfecto Raſin rege Damaſci (de quo & Eſaias loquitur) omnem Syriæ populum, qui appellabatur Aram, in Cyrenen tranſtulerit, & ob hanc cauſam eſſe nunc dictum.

a ¶ Tenen-

l haruſoth

m ben hadad

n res

o daleth

p mibbeth eden

q daleth

r res

ſ ain

t kira

u Kira

4. Reg 10. g

4. Reg. 8. a

x auen

4. Reg 16. b

Eſaia 7. b



E a ¶ *Tenentem ſceptrum de domo voluptatis, &c.*] Vt ſubaudiatur, conterã & diſperdã, & populus Syriæ in fines Ægypti vltimus transferetur. Quodque in principio dicitur ſuper tribus ſceleribus Damaſci, & ſuper quatuor nõ cõuertam eum, & ſecundum Lxx. non auerſabor eum: id eſt, Damaſci populum ſiue [y] ארם, id eſt, Syrum: hũc ſenſum iuxta hiſtoriam habere poteſt: Si ſemel meũ eſſet populum perſecutus, aut ſecundo, darẽ veniam: nũc vero cum tertio & quarto crudelis extiterit, vt captiuam multitudinẽ plauſtris ferreis tereret: nonne debeo eũ plagis corripere: nõne clemẽtiæ meæ vultũ auerſare ab eo? Iuxta tropologiã vero hoc poſſumus dicere: Primũ peccatum, eſt cogitaſſe, quæ mala ſunt. Secundũ, cogitationibus adquieuiſſe peruerſis. Tertiũ, quod mẽte decreueris opere compleſſe. Quartum, poſt peccatum nõ agere pœnitentiam, & in ſuo ſibi complacere delicto. Hoc omnes faciunt hæretici, qui non ſolum cogitant & faciunt mala, ſed doctrina ſua quoſq; ſimplices decipiunt, & in morem Damaſcenorum, qui interpretantur ſanguinem bibentes, eorum quos deceperint, ſanguinem bibũt. Super huiuſcemodi, inquit, peccatis, dominus: nonne dignum eſt, vt eos plagis corripiam, & auertam ab eis faciem meã: vt qui veritatẽ dogmatum meorum non vident, auerſione vultus mei, tenebris obruantur? Cõtriuerunt enim ſiue diſſecuerunt in plauſtris ferreis prægnantes Galaad. Iſtę ſunt pręgnantes, de quibus in euangelio loquitur: *Væ prægnantibus, & nutrientibus in illis diebus.* Prægnantes ſunt animæ creden-
F tium, quę in principio fidei poſſunt dicere: *A timore tuo domine concepimus & parturiuimus:* & ſi non fuerint plauſtris ac rotis ferreis ac dentatis (de quibus pſalmiſta dicit: *Filij hominum dentes eorum arma & ſagittæ*) conciſę atque ſerratę, poſſunt etiã ea dicere quæ ſequuntur: *Et peperimus ſpiritũ ſalutis tuæ, quem fecimus ſuper terram.* Simulq; conſidera ꝙ perfectæ ætatis viros ſecare nõ poſſint, ſed eos qui adhuc in vtero ſunt: vel qui ſolidum cibum capere nequeũt, & adhuc lacte nutriuntur infantiæ. Iſtæ autem prægnãtes de Galaad ſunt: quod interpretatur trãslatio ſiue tranſmigratio teſtimonii. Migrauerũt enim de eccleſia in hæreſim, & teſtimonia Dei quæ prius acceperant, ad alienos terminos trãſtulerunt. Sed mittet dominus ignem in domum Hazael, quã ipſi vocant [z] חזאל, id eſt, viſionem Dei. Ignem qui ligna in eis ſtipulamque conſumat, deuoret fundamenta filij Ader. Debemus enim & iuxta Lxx. dicere, ne eos fruſtra propoſuiſſe videamur. Ader interpretatur εὐπρεπής, quem nos decorem poſſumus dicere: eo quod omnis ſermo hæreticorum concinnus atque compoſitus, & habens pulchritudinem eloquentiæ ſæcularis, facilius decipiat audientes. Vectes autẽ Damaſci, quaſi feræ robuſtiſſimæ atq; fortiſſimę, hi intelligantur, qui inſtructi ſunt arte dialectica, & argumẽtis philoſophorũ. Verbi gratia: Oſtium vocatr̃ qui falsũ dogma concepit & peperit, vt Arius in Alexandria: vectes eius & firmiſſimæ feræ eius, Eutychius & Eunomius: qui ſyllogiſmis & enthymematibus, imo ſophiſmatib. & ψευδοδοξίαις atq; σοφίσμασι, quę ab aliis male inuenta ſunt, roborare conantur. Cumque contriti fuerint atq; confracti vectes Damaſci, diſperdet etiã habitatores de cãpo ὢν, ꝙ interpretatur labor ſiue dolor. Omnes enim hęretici labore nimio ac dolore quærendi, ordinẽ aliquem & cõſequentiam hæreſeos ſuæ reperire conati ſunt. Et concidam tribum ex viris Charran, ꝙ lingua noſtra in foramina vertitur. Non enim habent feneſtras per quas ad eos lumen veritatis introeat: ſed foramina quædã & occultos meat⁹, per quos noxia & immũda ingrediãtur animãtia. Et captiuus ducetur Arã, populus excelſus atq; ſublimis: qui rect⁹ eſt in ſuperbiã, & ſibi cœleſtia repromittit, vt capiatur in ſalutẽ ſuã, & iuxta Hebraicũ in Cyrenen, vbi vocatio Dei eſt trãsferatur.

y Aram

רמשק

Luc. 21. d

Eſaia. 26. c

Pſal. 56. a

z Hazael

הדר

און

ארם

HEB.

campo idoli, [a] & tenẽtem ſceptrum de domo voluptatis, & trãſferetur populus Syriæ Cyrenen, dicit dominus. [b] Hæc dicit dominus: Super tribus ſceleribus Gazæ, & ſuper quatuor non conuertã eum: eo quod tranſtulerit captiuitatem perfectam, vt concluderet eam in Idumæa, & mittam ignem in murum

SEPT.

*po ὢν, & concidam tribum ex viris Charran, & captiuus ducetur populus Syriæ nominatus, dicit dominus. Hæc dicit dominus: Super tribus impietatibus Gazæ, & ſuper quatuor nõ auerſabor eos: eo quod captiuam duxerunt captiuitatem Salomonis, vt concluderent eam in Idumæam, & emittam ignem*

G d ¶ *Hæc dicit dominus: Super tribus ſceleribus Gazæ, & ſuper quatuor non conuertam eum, eo quod tranſtulerit captiuitatem perfectam, vt concluderet eam in Idumæa, & mittam ignem in murũ Gazæ, & deuorabit ædes eius. Et diſperdam habitatorẽ, &c.*] In tertia & quarta generatione peccata patrum ſe dominus cõminatur in lege, filiis redditurũ: non in æqualitate iudicij, vt alij peccẽt, & alij puniantur, ſed magnitudine clementiæ: dum ſemper expectat pœnitentiam, & quod in prima generatione delinquitur, non prius corripit & emẽdat, niſi tertia & quarta generatio venerit. Tale quid & Paulus Apoſtol. loquitur ad Romanos: *An diuitias bonitatis ei⁹ & ſuſtentationis & patiẽtiæ cõtemnis: ignorans, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum duritiam autem tuam & cor impœnitens theſaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iuſti iudicij Dei: qui reddet vnicuique ſecundum opera ſua.* Quod ergo dicit, hoc eſt: expectaui multo tempore, vt agerent pœnitentiam, & ideo nolui punire peccantes, vt aliquando conuerſi reciperent ſanitatem. Verum quia tertio & quarto eadẽ faciunt, cogor mutare ſententiam, & plagis corrigere delinquẽtes. Videamus autem qui Philiſtim, & vrbes eius peccauerint: quos Septuaginta ſemper alienigenas tranſtulerunt: vbicumq; enim in veteri teſtamento ἀλλοφύλου: i.e. alienigenas legerimus: non commune nomen omnium externarum gentiũ, ſed proprie Philiſtim, qui nunc Palæſtini vocantur, accipiendi ſunt. Quid fecit Gaza, vt ad iracũdiam atq; vindictam dominum prouocaret? Tranſtulit captiuitatẽ perfectam populi Iudæorum, & concluſit eam in Idumæam: vt
H Idumæis venderet quos ceperat ex Iudæis. Pro captiuitate perfecta, Septuagĩta captiuitatem Salomonis interpretati ſunt: verbum Hebraicum [a] שלמה, quod ſignificat perfectam atque completam, nomen Salomonis æſtimantes. Denique Aquila ἀπηρτισμένην tranſtulit, & ἀναπεπληρωμένην: Symmachus, & Theodotio τελείαν: quod non Salomonem, ſed perfectam ſignificat atq; completam: vt nullus remanſerit captiuorum, qui non ſit traditus Idumæis. Vnde ignẽ ſe in Gazæ muros & ædes ſiue fundamenta dicit eſſe miſſurum qui vniuerſa deuoret & abſorbeat. Et quia Palæſtinorum quinque legimus ciuitates, quæ ꝓpter arcæ iniuriam percuſſæ ſunt plagis: poſt Gazam tranſit ad Azotum, quæ appellatur [b] אשדוד, & rurſus ad Aſcalonem: & voce terribili cõminatur habitatores ſe Azoti perditurum, & tenentem ſceptrum de Aſcalone, regiam videlicet poteſtatẽ ſiue tribũ Aſcalonis: vt nullus ibi remaneat, ne vltimæ quidem ætatis homines, qui trementes artus baculo regẽte ſuſtentent. Rurſumq; trãsfert manũ ſuam, vt percutiat Accaron. Et quatuor enumeratis vrbibus, reliquas Philiſtim ciuitates vno ſermone comprehendit. Et peribunt reliqui Philiſtim, quos aut Geth ciuitatem, aut oẽs vicos qui ſupra dictis vrbibus ſubiacent, debemus accipere. Secundum tropologiam ſic nobis exponendum videtur, Gaza quæ Hebraice dicitur [c] עזה, ſonat fortitudinem vel imperium: [d] שלמה, pacificum: [e] אדום, ſanguinarium atq; terrenum: Azotus, id eſt, [f] אשדוד, ignem vberis ſiue patrui. Licet quidam [g] דור pro [h] דוד male legentes ignem generationis putent: [i] אשקלון interpretatur ignis homicida, ſiue appenſa & ponderata: [k] עקרון, στείρωσις, id eſt, ſterilitas, & ἐκρίζωσις, quod interpretatur eradicatio. Igitur Gaza quæ ſibi fortitudinem ſcientiæ ſuæ & imperium repromittit accuſatur in eo ꝙ captiuos de familia Salomonis concluſerit in Idumæa. Hos ego arbitror Iudæorum magiſtros, & omnes qui occidentem ſequuntur literam, noluntq; recipere ſpiritum viuificantem, ſed quæcumque interpretantur & ſapiunt, volunt eſſe terrena: nec audiunt cum diſcipulis parabolas dominum differentem, & dicentem eis. *Qui habet aures audiendi audiat:* præſertim cum Apoſtolus manife-
ſtam

Deut. 5. a

Rom. 2. a

a ſlema

1. Reg 15. a

b Aſdod

c Azza

d ſelema

e Edom

f Aſdod

g dor

h dod

i Askalon

k Ekron

Luc. 8. a

A Gal. 4. e ſtam hiſtoriam in duobus intelligat teſtamentis: Vnum ſuper montem Sina, quæ eſt Agar, & ſeruit cum filiis ſuis: alterum ſuper Hieruſalem libera, quæ eſt mater noſtra. Ignē igitur ſe in muros Gazæ, & omnia eius dicit arguméta miſſurum, quibus ſua mendacia circumdare nititur & tueri. Cũq; ignē in muros miſerit, deuorabuntur ædes ſiue fundamenta illius, quidquid firmũ habere poterit, & dialectica arte conſtructũ. De Azoto quoq; q̃ & ipſa alienigenarũ eſt, auferet habitatorē: cuius, quia literā ſequitur, vbera nō lacte, ſed igne ſunt plena, & q̃ mentitur ignem habere ſe patrui, eius vniuerſa generatio ignib. deputanda eſt. Et tolle ſceptrum ſiue tribum de Aſcalone: vbi ignis homicida eſt. Sicut enī ignis dñi ſaluos faciet eos, quorũ corda penetrauerit: ſic ignis iſte quide cœlo decidit, quaſi fulgur, qui ſuccēdit diaboli ſagittas, quoſcũ q̃ afflauerit, interficiet. Trāsferet quoq; manum ſuam ſup Accaron, vbi ſterilitas & eradicatio eſt: Quicumq; enim ſpiritualé non receperit intelligētiā audiet per Oſee: *Da eis domine. Quid dabit eis? Da eis vuluam ſterilē, & vbera arentia.* Et vt oīa ſemel vno ſermone comprehenderet: perditurum eſſe ſe dicit oēs reliqas Philiſtim, vel Geth ciuitatē: in qua torcular diaboli eſt: vel oēs reliquos Philiſtim, qui interpretātur cadentes poculo. Cũ enim inebriati fuerīt, corruēt & in ſuo vomitu volutabūt.

[margin: ארמנות; שבט; Oſee 9. c; B; פשעים]

a ¶ *Hæc dicit dominus, &c.*] Eaſdē tres & quatuor impietates, ſiue ſcelera quæ imputauerat Damaſco, Gazæ & Azoto & Aſcaloni & Accaroni, & reliquis vrbib. Philiſtiim, etiā Tyro ingerit, & exprobrat quare concluſerit captiuitatē conſummatam atq; perfectam in Idumæa, de quib. ſupra diximus, & non ſint recordati fœderis fratrũ ſuorũ. Quærimus quo modo Tyrii fratres ſint Iudæorum? Fratres hic amicos vocat, & neceſſitudine copulatos, eo quod Hiram princeps Tyri cũ Dauid & Salomone habuerit amicitias: intantum vt & ille in ædificationem templi atque palatii ligna cedrina ratibus Ioppen vſq; perduceret, & hi fruméntum & oleum Tyriis largirētur, & viginti vrbes in Baſan eis dono darent: quas ille quia graminis plenæ erant, ſuſcipere noluit. Ignē igitur in muros eius ſe miſſurum eſſe dicit, & deuoraturũ ædes vel fundamenta eius, ꝙ Ezechiel ꝓpheta in viſione Tyri Nabuchodonoſor regē Chaldæorũ feciſſe cōmemorat, vbi ait: *Circumdabit te munitionibus, & comportabit aggerem in gyro.* Et rurſum: *Nabuchodonoſor rex Babylonis ſeruire fecit exercitum ſuum ſeruitute magna aduerſum Tyrum. Omne caput decaluatum, & omnis humerus depilatus, & merces non eſt reddita ei, neq; exercitui eius ſuper Tyrũ, pro ſeruitute qua ſeruiuit mihi aduerſum eam;* eo ꝙ aggerem ad capiendum Tyrum, quæ fuit prius inſula, illius comportarit exercitus. Quod & Alexandrum Macedonem feciſſe narat hiſtoria, vt ex inſula Peninſulam faceret, quam Græci vocāt χερρόνησον, צר, id eſt, Tyrus interpretatur tribulatio ſiue coanguſtans omniſq; doctrina peruerſa capere nititur veritatē, & concludere eā in terrenis ſenſibus, & non recordabatur fœderis fratrum ſuorum: ꝙ de litera debeamus aſcēdere ad ſpiritum, de terrenis ad cœleſtia: præceptumque ſit

[margin: 3. Reg. 5. e; 1. Par. 2. d; Ezech. 26. d; Ibid. 29. d; ſor]

C nobis deſcribere ſacram ſcripturam in corde noſtro tripliciter. Mittet autē Deus ignem in omnes munitiones Tyri: qui non ſolum muros, ſed & fundamenta illius deuorabit. De captiuitate Salomonis, pro quo in Hebraico habetur m מלשה id eſt, conſummata atq; perfecta, ſupra diximus.

[margin: Prou. 22. c; m ſelema]

HEB.

murum Gazæ, & deuorabit ædes eius. Et diſperdam habitatorem de Azoto, & tenentem ſceptrum de Aſcalone, & conuertam manum meam ſuper Accaron, & peribunt reliquiæ Philiſtinorum, dicit dominus Deus. a Hæc dicit dominus, Super tribus ſceleribus Tyri & ſuper quatuor non cōuertam eum: eo quod concluſerint captiuitatē perfectam in Idumæa, & non ſint recordati fœderis fratrũ. Et immittam ignem in murum Tyri, & deuorabit ædes eius. b Hæc dicit dominus. Super tribus ſceleribus Edom, & ſuper quatuor non cōuertam eum, eo quod perſecutus ſit in gladio fratrem ſuum, & violauerit miſericordiam eius, & tenuerit vltra furorem ſuum, & indignationem ſuam ſeruauerit vſq; in finem. Mittam ignē in Theman, & deuorabit ędes Boſræ.

a Hæc

SEPT.

*ignem ſuper muros Gazæ, & deuorabit fundamenta eius. Et diſperdam habitatores Azoti, & auferetur tribus de Aſcalone, & inferam manum meam in Accaronem, & peribunt reliqui alienigenarũ, dicit dominus. Hæc dicit dominus. Super tribus impietatibus Tyri & ſuper quatuor non auerſabor eos, eo quod concluſerunt captiuitatem Salomonis in Idumæa, & non ſunt recordati teſtamenti fratrum. Et emittam ignē ſuper muros Tyri, & deuorabit fundamenta eius. Hæc dicit dominus. Super tribus impietatibus Idumææ & ſuper quatuor non auerſabor eos, eo quod perſecutus ſit in gladio fratrem ſuum, & violauerit vuluam ſuper terram, & rapuit in teſtimonium horrorem ſuum, & impetum ſuum cuſtodiuit in æternum. Et emittam ignem in Theman, & deuorabit fundamenta murorum eius.*

*Hæc*

b ¶ *Hæc dicit dominus: Super tribus ſceleribus Edom, & ſuper quatuor non conuertam eum, eo quod perſecutꝰ ſit in gladio fratrē ſuum, & violauerit miſericordiā eius, &c.*] Edom ipſe eſt qui & Eſau, ob coctionē rufæ lentis ita appellatus cuiꝰ edulio primogenita perdidit: hic alio nomine appellatur Seir, piloſus & hiſpidus. Vnde montes Idumæorum vocantur mōtes Seir: & ab Edom, Græco ſermone ἰδουμαία dicitur: Iſte perſecutꝰ eſt in gladio fratrē ſuũ, filios videlicet Iacob: de quibus in benedictionibꝰ Iſaac, quibus benedicit primum Iacob & poſtea Eſau, plenius ſcriptũ eſt. Vt odiũ fratrũ ſeruaretur in poſteris, & gēs Idumæa intātum perſequeretur fratres ſuos, vt egredientibus de Ægypto, ne tranſitũ quidē in terram ſanctā cōcederet: & nō ſolum in gladio perſecutꝰ eſt fratrem ſuum, ſed violauit miſericordiā ſiue vuluā eius, vel vt apertius interpretatus eſt Sym̃achus, viſcera ꝓpria: vt obliuiſceretur germanitatis, & obduraret viſcera miſericordiæ, fratremq; ſe eſſe neſciret, & contemneret vuluā Rebeccæ, q̃ vno partu geminos edidiſſet infantes. Quodque ſequitur: *Et tenuit vltra furorem ſuum, & indignationē ſuā ſeruauit vſq; in finem*: odiũ mōſtrat antiquum, ꝙ nunquā ſibi pace iuncti ſunt. Vnde pœnā pro ſceleribus cōminatur: & dicit: *Mittam ignem in Themā.* quæ Idumæorum regio eſt, & vergit ad auſtralem partē, ꝙ interpretatur Theman: q̃ prouincia non ſolum Theman, ſed & Darō & Nageb dicitur, eo ꝙ Eurum & Auſtrũ Africumq; reſpiciat. Quodq; dicit: *Deuorabit ædes Boſræ*: non vt quidam putant alterā ciuitatē, ſed Idumæam: ὀχυρωμένην & munitam ſignificat, iuxta illud ꝙ in Eſaia legimus: Quis eſt iſte qui venit de Edom, tinctis veſtib. de Boſra: iſte formoſus in ſtola ſua: gradiēs in multitudine fortitudinis ſuæ? Quidquid de Eſau & Iacob diximus, referamus ad Iudæos & populũ Chriſtianũ. Illi enim terreni & ſanguinarii, ꝑſecuti ſunt fratrem ſuũ Iacob, qui eos ſupplantauit, & abſtulit primogenita eorũ: & perſecuti ſunt in gladio, ita vt ſubſtantias poſſeſſionesq; credentium publicarent, ꝙ in Actib. Apoſtolorum legimus. Et violauerũt miſericordiā ac iura naturę: oblitiq; ſunt matris ſuæ Rebeccæ, quæ interpretatur patientia, & ſimul eos generauit in Chriſto: antiquumq; furorem & iracundiā tenentes, vſq; hodie in ſynagogis ſuis ſub nomine Nazarenorũ blaſphemāt populum Chriſtianum, & dummodo nos interficiant, volunt igne comburi. Sed dominus mittet ignem in Theman, in deſerta ſiccaque Iudęæ (quæ nequaquam irrigantur imbribus prophetarum) & deuorabit omnes munitiones eorum ſiue fundamenta murorũ eius: vt omni ſenſu literæ concidente, ſuperædificetur eccleſia Chriſti dñi fũdamentis. Pro miſericordia. Lxx. μήτραν, i.e. vuluam tranſtulerũt. Et pro furore φρίκην, i.e. horrorem & pro indignatione ὅρμημα, i.e. impetũ, ducti ambiguitate verborum quia

[margin: אדום; שעיר; עשיר; Gen. 27.; D; תימן; בצרה; Eſai 63. a; Act. 1. g & 4. g; רבקה]



E quia ⁿ רחם & vuluam & miſericordiam ᵒ אפו & furorem eius, & horrorem ſuum ſignificat: ᵖ עברה vero & indignatio & impetus dicitur. Porro ᵍ ארמנות quās nos ædes interpretati ſumus: Aquila & Symmachus βάρεις, id eſt, domos Theodotio, habitatores tranſtulit: Soli Lxx. & hic & ſupra θεμέλια τειχῶν αὐτῆς, id eſt, fundamenta murorum eius dixerunt.

[margin: n rehem; o appo; p ebra; q armenoth]

a ¶ *Hæc dicit Dominus, &c.*] Filios Ammō, qui de Lot ſtirpe generati ſunt, & habitāt in Arabia, vbi nunc eſt Philadelphia, corripit ſermo diuinus: quare ſub Saule Rege Iudææ Naas Ammonites princeps eorũ vaſtauerit Iabes Galaad, & deſecuerit prægnantes eiꝰ, vt dilataret terminos ſuos, & omnē Galaaditī ſuo imperio ſubiugaret. Vnde cōminatur ſuccenſurũ ſe ignē in muros Rabba, q̃ fuit metropolis Ammonitarũ: vt deuoretur ædes illiꝰ, in clamore & in vlulatu vincentis exercitus: in die cō motionis & turbinis, q̄n captiui Nabuchodonoſor vincēte ducentur, & idolũ Ammonitarũ, ꝙ vocatur Melchom, i.e. rex eorum, feretur in Aſſyrios, & principes eius, id eſt, ſacerdotes eius pariter abducentur. Sacerdotes in Hebręo nō habetur, ſed prīcipes. Addiderũt itaq; Lxx. οἱ ἱερεῖς αὐτῶν, i.e. ſacerdotes eorum: vt ſi velis ſcire qui ſint illi principes, audias ſacerdotes. Inter crudelitatem autem Damaſci, & filiorũ Ammō hoc intereſt, ꝙ illi cōtriuerũt in plauſtris ferreis Galaad, ſiue in ſerris ferreis prægnātes Galaad: iſti autē diſſecuerũt prægnātes Galaad ad dilatādũ terminũ ſuũ. In Damaſcenis qui bibũt ſanguinē accipiũtur hęretici: qui nō ſolũ populũ Dei ab eccleſia diripuerũt, ſed & cōtriuerũt eũ, & cōmollierũt ferreis dentibus, de quibus ſcriptum eſt: *Qui deuorant plebē meā ſicut eſcā panis.* In filiis Ammon, qui interpretatur populus mœroris, vel populus meus: ſchiſmaticos accipimus, qui ſeparāt quidā deceptā multitudinē ab eccleſia Dei, & rudes animas, q̃ nuper Chriſti cōcepere ſermonē, abrumpunt & diuidunt: tñ hoc non faciunt crudelitate, qua hæretici deceptos quoſq; trucidant: ſed in eadē regula fidei permanētes, dilatare cupiunt terminos ſuos & nomen gloriæ in poſteros mittere. Itaq; dñs cōminatur ſe muros Rabba, i.e. multitudinis, in die vlulatus & belli, cōmotionis & turbinis incēſurũ, & regē eorũ auctorē ſchiſmatis ire captiuũ, & prīcipes eccleſię iugo colla ſũmittere.

[margin: 1. Reg 11. a; מלכם; שרוו; F; Pſa. 52. d; עמון; רבה]

HEB.

a Hæc dicit Dominus: Super tribus ſceleribus filiorum Ammon, & ſuper quatuor non conuertam eum, eo quod deſecuerit prægnantes Galaad ad dilatandum terminum ſuum. Et ſuccendam ignem in muro Rabba, & deuorabit ædes eius, in vlulatu in die belli & in turbine, in die commotionis. Et ibit Melchom in captiuitatem, ipſe & principes eius ſimul, dicit Dominus.

SEPT.

*Hæc dicit Dominus. Super tribus impietatibus filiorum Ammon & ſuper quatuor non aduerſabor eos, eo quod deſecuerit prægnantes Galaaditarum vt dilataret terminos ſuos. Et ſuccendam ignem ſuper muros Rabba, & deuorabit fundamenta eius cum clamore in die belli, & commouebitur in die conſummationis ſuæ. Et ibunt reges in captiuitatem ſacerdotes eorum & principes eorum ſimul, dicit Dominus.*

## CAP. II.

HEB.

HÆc dicit Dominus: Super tribus ſcelerib. Moab, & ſuper quatuor non conuertam eum: eo quod incenderit oſſa regis Idumææ vſq; ad cinerē. Et mittā ignem in Moab, & deuorabit ędes Carioth, & morietur in ſonitu Moab, in clangore tubæ: & diſperdam iudicē in medio eius, & omnes principes eius interficiam cum eo, dicit dominus. b Hæc dicit dominus: Super tribus ſceleribus Iuda, & ſuper

## CAP. II.

SEPT.

*HÆc dicit dominus: Super tribus impietatibus Moab, & ſuper quatuor non auerſabor eos: pro eo quod incenderit oſſa regis Idumææ in cinerem. Et emittam ignem in Moab, & deuorabit fundamenta ciuitatum eius & morietur in infirmitate Moab, cum clamore & cum voce tubæ; & diſperdam iudicem ex ea, & omnes principes eius interficiam, dicit dominus. Hæc dicit Dominus: Super tribus impietatibus filiorum Iuda, & ſuper*

## CAP. II.

HÆc dicit Dominus: Super tribus ſceleribus Moab, &c.*] Nō ſolum filij Ammon, ſed & Moab de Lot ſemine procreatus eſt, qui fratris Abraham filius fuit. Et vt oſtēdat ſe Deus omnium dominum, & cunctas animas ad ſuum, qui earum conditor eſt, imperium pertinere, regis quoque Idumeorum iniuriam vindicat: imo ſcelus, quod in eum à Moabitis perpetratum eſt, vt oſſa eius vſque ad cinerem concremarent, & ſæuitiam ſuam, & rabiem nec in morte finirent. Tradunt Hebræi, oſſa regis Idumææ iam ſepulti, qui cum Ioram rege Iſrael & Ioſaphat rege Iuda aſcenderat aduerſum Moab, in vltionē doloris à Moabitis poſtea conuulſa atque ſuccenſa. Ob hāc ergo, inquiunt, cauſam Deus miſſurum eſſe ſe dicit ignem in Moab (vel metropolim Moabitarum à qua tota eſt appellata prouincia, vel vniuerſam prouinciā (vt deuoraret ædes Carioth, quod nomen eſt ciuitatis: licet Lxx. τῶν πόλεων αὐτῆς, id eſt, vrbium eius interpretati ſunt: id eſt, Moab: periturumq; in ſonitu, & in vlulatu vincentis exercitus: quorũ Hebraice alterum dicitur ᵃ שאון alterum ᵇ תרועה & in clangore tubæ ſiue buccinæ: hoc enim ᶜ שופר ſignificat. Cumq; perierit Moab, vanum erit principũ iudicũque conſiliũ, vrbibus pariter ducibuſq; ſubuerſis Quomodo autē nō oportet transferre captiuitatē perfectā, ſiue Salomonis, & concludere eā in Idumæa (vt de excelſis atque cœleſtibꝰ humiles faciat atq; terrenos, ꝙ Gaza & Tyrus feciſſe memorantur) ſic oſſa regis Idumææ cōburere non debemus, & in cinerē fauillāq; diſſoluere. Iudæi transferunt intelligentiā ſpiritalé in carnes Idumęas ſenſumq; regiũ, qui verſatur in litera, & eſt ſolidiſſimus atq; firmiſſimus, genealogijs quibuſdā & traditionibus ſuperfluis eneruāt atq; cōminuunt & in puluerē redigũt: & nō ſolum illi hoc faciũt, ſed omnes hæretici, q volunt in modum humanæ ſimilitudinis ſedere Deum in ſolio excelſo & eleuato, & pedes ponere ſup terrā, ne ſcilicet pendeāt: habere naſũ, quo odoretur odorē bonæ fragrātiæ, oculos quibus videat, manus per quas operetur, pedes ꝑ quos ambulet, aures quibus audiat, os quo loquatur, dētes quibus cibos conterat. Qui legit introiiſſe Iudā ad Thamar meretricē: & ex ea duos filios procreaſſe: ſi turpitudinem ſequatur literæ, & non aſcēdat ad decorē intelligētiæ ſpiritualis, cōburet oſſa regis Idumææ. Qui putat Oſeæ accepiſſe vxorem fornicariā, & nihil plus ſentit in dicto q̃ verbis ſimplicibus cōtinetur, oſſa comburet regis Idumææ. Et idcirco mittet dominus ignem in Moab, qui interpretatur ex parte eo ꝙ natus quidē ſit ex Deo, ſed eum reliquerit. Et deuorabit ciuitates ſiue oppida eius, quod interpretatur Carioth, vnde & Cariathiarim in lingua noſtra vertitur, villa ſiluarũ. Et nō aliter morietur Moab, niſi in clamore, & ſonitu, & vlulatu, & clangore buccinę: vt excelſis ſenſibus opprimātur, qui in ſanctis libris clangoribus buccinæ cōparantur. Tunc & iudices & principes, & omnes qui pręſunt terrenis operibus deſtruit ſermo diuinus, & præcipit eccleſiæ doctoribus: In montem excelſum aſcende qui euangelizas Sion: exalta vocē tuam qui prædicas Hieruſalem

[margin: Gen 11. f; G; 4. Reg. 3. a; קריות; a ſaon; b teroũa; c ſophar; שלמה; H; Gen. 38. d; Oſee 1. b; מואב; קרית יערים; Eſaie 40. b]

c ¶ *Hæc dicit Dominus, &c.*] Cæteris ſupradictis vrbibus gentibuſque Damaſco, & Azoto, Aſcaloni, Gazę, Accaron, & reliquis oppidis Palęſtinorum, Tyro quoque, & Idumęæ, & filiis Ammon, & Moab, non exprobrat ꝙ legē Dei abiecerint, & illius mandata contēpſerint, non enim habuerũt ſcriptā legē, ſed naturalē. Vnde dicit eos violaſſe viſcera ꝓpria, & viſcera miſericordię, & cōtriuiſſe in plauſtris ferreis ꝓgnātes Galaad, & tranſtuliſſe captiuitatē Salomonis ſiue perfectam, & cōcluſiſſe in Iumęa, nęc eſſe recordatos fœderis,

HEB.

per quatuor non con-
uertam eum: eo quod
abiecerit legẽ domini,
& mandata eius non
cuſtodierit: deceperũt
enim eos idola ſua,
poſt quæ abierant pa-
tres eorum: & mittam
ignem in Iuda, & de-
uorabit ædes Hieruſa-
lem. ᵃHæc dicit domi-
nus. Super tribus ſce-
leribus Iſrael, & ſuper
quatuor non conuer-
tam eum: pro eo quod
vendiderit argento iu-
ſtum & pauperem pro
calciamentis. Qui cõ-
terunt ſuper puluerem
terræ capita pauperũ,
& viam humilium de-
clinant: & filius & pa-
ter eius introierunt ad
puellam, vt violarent
nomen ſanctum meũ.
Et ſuper veſtimẽtis pi-
gneratis accubuere iu-
xta omne altare, & vi-
num

SEPT.

*ſuper quatuor non aduer-
ſabor eos: quia repulerunt
legem domini, & præce-
pta illius non cuſtodierunt
& decepti ſunt in vani-
tatibus ſuis, quas ſecuti
ſunt patres eorum: & e-
mittam ignem in Iuda, &
deuorabit fundamenta
Hieruſalem. Hæc dicit
dominus: Super tribus
impietatibus Iſrael, & ſu-
per quatuor non aduerſa-
bor eos, pro eo quod ven-
diderit argento iuſtum,
& pauperem propter cal-
ciamenta, quæ calcant ſu-
per puluerem terræ. Et
pugno percutiebant capita
pauperum, & viam hu-
milium declinabant, &
filius & pater eius ingre-
diebantur ad eandem
puellam, vt contamina-
rent nomen Dei ſui. Et ve-
ſtimenta ſua alligantes
funib. faciebant vmbra-
cula*

A fœderis patrum ſuorum, & perſecutos eſſe in gladio fratrẽ
ſuum: & in tãtam non dico crudelitatem, ſed rabiem pro-
rupiſſe vt incenderent oſſa regis Idumææ, & non paterẽtur
mortem eſſe omnium extremum malorum. Iudas autem
in illo tempore, quo hæc dicebantur, erat Dei religio,
templũ & ceremoniæ (qui ac-
ceperat legem, & præcepta, &
iudicia, & teſtimonia, atque
mandata: ſup quorũ differẽ-
tia in decimooctauo pſalmo,
& in cẽteſimodecimooctauo
plenius diſputatur) increpatᷓ
à domino atq; cõuincitur, &
digna ſupplicia receptur⁹ eſt,
qa abiecerit legẽ eius, & mã-
data illi⁹ nõ cuſtodierit. Quæ
quia abiecit atq; contempſit,
ordine & via deceperunt eum
idola ſua. Nõ enĩ poterat an-
te ab idolis decipi, niſi legem
dñi repuliſſet, & mãdata illi⁹
non feciſſet. Hæc ſunt idola,
poſt quæ abierũt patres eorũ
in Ægypto, Ægyptii bouis ſi-
mulachra fingentes, & adorã-
tes Beelphegor, & colẽtes A-
ſtaroth, & Baalim. Vnde dñs
cõminatur etiam in Iudam ſe
ignem miſſurũ, qui deuoret
ædes & fundamenta Hieruſa
lem; non illi⁹ in qua pacis vi-
ſio commoratur, ſed earum q̃
ſub nomine Hieruſalem in
diuerſis vrbibus ſurrexerunt.
Quidquid de Iuda diximus,
refertᷓ ad eccleſiã, in qua eſt
B vera cõfeſſio, & pax dñi, & vi-
ſio veritatis. Et ideo arguitur
ꝙ legẽ Dei contẽpſerit, & ei⁹
mãdata non fecerit, & vnuſ-
quiſq; adorãs vitia ſua atq; peccata, Deũ cœperit habere,
1.Pet.2.d à quo victus eſt, dicente Petro Apoſtolo: *à quo enim quis ſu-
peratur, huius & ſeruus eſt.* Auarus aurum, guloſus ventrem,
1 Tim.5.a libidinoſus penem & Beelphegor colit: laſciua mulier, q̃
cum ſit in delitiis viuens, mortua eſt, adorat Venereas vo-
luptates. Vnde mittet dominus ignem in Iuda, & deuora-
bit ædes peſſimas & fundamenta vitioſa, q̃ Hieruſalẽ glo-
riã perdiderunt: ſimulq; diſcimus creatorẽ omnium, nõ ſo
Rom 2 b. lum Iudæ, & Iſrael, ſed vniuerſarum gentiũ habere curã,
& iuxta Apoſtolum, eos qui ſine lege peccauerunt perire
ſine lege, & qui in lege cõmiſere delicta, lege dñi iudicari.
a ¶ *Hæc dicit Dominus: ſuper tribus ſceleribus Iſrael, &c.* ] Idcir-
co ponit nouiſſimum Iſrael, i. e. decem tribus, quoniam
prope omnia quæ ſequuntur, ad ipſum ſcripta prædixim⁹:
vt ſub vno textu ſermo propheticus libri ordinem conti-
neret. Primum ergo eorum ſcelus eſt ſiue impietas in trib.
criminibus enumerata vel quatuor, quod propter pecuniã
hominem vendiderint & hominem iuſtum: qui in eo ad-
mirabilior eſt, ꝙ nec paupertate ſuperatus eſt, vt iniquum
aliquid faceret, & ſi quidem pauperem iuſtum famis ne-
ceſſitate compulſi pretio vendidiſſent, eſſet aliqua ſceleris
excuſatio: nunc autem pro re viliſſima, calciamentis, qui-
bus puluerẽ calcant, & fimum, pretioſam animam homi-
השאפים nis vendiderunt. Iſti iuxta LXX. ἐκονδύλιζον εἰς κεφαλὰς πτωχῶν,
על עפר id eſt, pugno percutiebant in capita pauperum. Secundũ
ארץ Hebraicum: conterunt ſuper puluerem terræ capita pau-
בראש perum, & in tantam eleuantur ſuperbiam, vt nolint cum
דלים hominibus ambulare. Et ne paruum videretur hoc facin⁹,
filius & pater ad vnam ingreſſi ſunt puellam, vt nomẽ Dei
2 Pet.1.a ſanctum violarent. Quidquid ergo fit turpiter ad Dei re-
fertur iniuriam, qui dicit: *per vos nomen meum blaſphematur
1. Cor. 5. a in gentibus:* hoc eſt, quod & Apoſtolus ſcribit ad Corin-
thios: *Omnino auditur in vobis fornicatio, & talis fornicatio,
qualis nec inter gentes quidem, ita vt vxorem patris habeat aliquis.
Et vos inflati eſtis, & nõ potius luxiſtis, vt tolleretur de medio ve-*

C *ſtrum, qui hoc opus fecit.* Crebro euenit, vt filius patris ſui vxo
rem, ſocer polluat nurum, quod in lege vtrũmq; prohibe-
tur: *Turpitudinem patris tui non reuelabis. & turpitudinem nu-* Leuit.18 b
*rus tuæ non diſcooperies.* Habet itaque & litera vtilitatem ma
ximam, ſi ſeruetur. Et quia omne flagitium, ſi terminũ pu-
doris exceſſerit, crimina au-
get criminibus, & ſemper ad
deteriora procedit: etiam ſup
veſtimentis oppigneratis ac-
cubuere decem tribus iuxta
omne altare: ꝙ ita interpretã-
tur Hebræi: Super veſtimẽtis
eorũ, q ad idola ire nolebãt,
& quæ vi extorſerant epulan-
tes, in idolio accubabant. Se-
cundũ LXX. autem tantus erat
contẽptus in Deum, vt veſti-
menta ſua in quib. dormiũt.
vel in quib. fornicãtur, iuxta
altare funibus extenderẽt; &
facerent τὰ ἐκπετάσματα, i.e. ve-
lamina, quo fornicantes in
templo null⁹ aſpicere poſſet:
& ebrietati & libidini ſer-
uientes, etiã ipſum vinum ꝙ
bibebant, non ꝓprio labore,
ſed de calumniis emerent: &
hoc faciebant in phano Dei
ſui, vt quos putabãt deos, tur-
pitudine ac ſtupris pollueręt.
Hæc loquuntur & ſic ediſſe-
rũt, qui ſimplicem ſequuntur
hiſtoriã. Nos autẽ, qui & in
Oſee docuimus ſub nomine
Iſraelis, & Samarię, & Ephraĩ.
& filiorũ Ioſeph (de qua tri-
bu fuit Hieroboã, qui à regno
Dauid & Hieruſalẽ, & tẽplo
Dei populũ ſegregauit, hære-
ticos ſignificari, etiã nũc poſt D
Iudã & Hieruſalẽ, quæ interpretatur eccleſia, intelligamus
ad hęreticos ſermonẽ dirigi propheticum, qui vendunt vi-
rum ſanctum iuſtũq; ſed pauperem pro pecunia. Vir pau-
per & iuſt⁹ ille eſt eccleſiaſtic⁹, qui nõ habet ſcientiã ſcri-
pturarũ, ſed ſimplicitate contẽtus, facit mandata quę iuſſa
ſunt: de quo ſcriptum eſt: *Pauper non ſuſtinet comminationem.* Prou.13.b
Et ad Galatas: *Tantum vt pauperũ memores eſſemus.* Hæc om- Gal.2.b
nia hęretici pro diuitiis faciunt, & pro calciamentis, quib.
calcant puluerem terræ: quia enim nõ poſſunt nudis pedi-
bus ſtare ſuper terram ſanctam (in qua ſtetit Moyſes, & Ie-
ſus filius Naue: Vnde Apoſtoli nudis pedibus iubentur in- Luc. 10.a
cedere ne quid mortis habeant & pellium, quæ referuntur
ad carnes) ideo percutiunt in capite pauperes. Et Saluator
diſcipulis præcepit: vt ſi forte, quoniam adhuc verſabãtur
in terra, mortale quid in eorũ operib adhæſiſſet, excuterẽt
puluerem de pedib. ſuis. Percutiunt autem hæretici capi- Matt. 10. b
ta pauperũ (quamquã hoc in Hebraico non legitur) quia
viam humilium declinauerunt. Via humilium illa eſt, q̃
dicit *Ego ſum via, vita, & veritas:* quæ nos prouocat vt ambu 1 Ioan. 14.a
lemus per eã, & dicit: *Venite ad me omnes qui laboratis & one-* Matth 11.d
*rati eſtis, & ego reficiã vos.* Omnes autem hæreticorũ princi-
pes intumeſcunt ſuperbia, de quib. & Apoſtolus loquitur:
*Ne inflatus incidat in iudicium diaboli:* qui dicit, in cœlum aſ- 1. Tim. 1 b
cendam, ſuper ſidera cœli ponam nidum meum, ero ſimi- Eſaia. 14.d
lis Altiſſimo. Vnde & ſuperbis hæreticis Deus reſiſtit: hu- Iac. 4 b
milibus autem eccleſiaſticis dat gratiam. Filius quoque &
pater introierunt ad vnam puellam, vt violarent atq; pol-
luerent nomen ſanctum Dei. Patrẽ noſtrum eſſe populum
Iudæorum, ſæpe legimus, dicente Paulo: *Nolo vos ignorare* 1 Cor 10 a
*fratres, quod patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes per ma
re tranſierũt & omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube, & in ma-
ri* Et in alio loco: *Interroga patres tuos, & annuntiabunt tibi: ſe-* Deut 32 a
*niores tuos, & dicẽt tibi.* Et rurſum: *pro patribus tuis nati ſunt tibi* Pſal 44 d
*filij.* Vnde & eccleſia gẽtiũ loquitᷓ: *Filij matris meæ pugnaue-* Cant 1.b.
*rũt cõtra me.* Nos ergo filij ſum⁹, & pater populus Iudæorũ.
Pecca-



HEB.

num damnatorum bi-
bebant in domo Dei
ſui. ᵃEgo autem exter
minaui Amorræum à
facie eorum: cuius al-
titudo cedrorum alti-
tudo ei⁹, & fortis ipſe
quaſi quercus: & con
triui fructum eius de-
ſuper, & radices eius
ſubter. Ego ſum qui
aſcendere vos feci de
terra Ægypti, & eduxi
vos in deſerto quadra
ginta annis, vt poſſide
retis terram Amorrei:
& ſuſcitaui de filiis
veſtris in prophetas,
& de iuuenibus ve-
ſtris Nazaræos.

SEPT.

*culo iuxta altare, & vi-
num de calumniis bi-
bebant in domo Dei ſui.
Ego autem abſtuli A-
morræum à facie eorum:
cuius erat ſicut altitu-
do cedri ſublimitas
eius, & fortis quaſi
quercus; & areſeci fru-
ctum eius deſuper, &
radices eius deorſum.
Ego eduxi vos de terra
Ægypti, & circumdu-
xi vos in deſerto qua-
draginta annis, vt poſ-
ſideretis terram Amor-
ræorum. Et aſſumpſi de
filiis veſtris in prophe-
tas, & de iuuenibus ve-
ſtris in ſanctificationem.*

ᵇNumquid nõ eſt ita filii Iſrael, dicit dominus.
Et propinabitis Nazaræis vinum, & prophetis
mandabitis, dicentes, ne propheretis.
ᵃEcce

E Peccamus & ſcelus cõmittimus, quando ad obſeruationẽ
ſabbati, circuncisionis iniuriam, ceremonias legis abolitæ
cum parente noſtro ingredimur, quibus dicit Apoſt. *Ecce
Gal. 5. a ego Paulus dico vobis, quia ſi circũcidãmini, Chriſt⁹ vobis nihil pro
deſt.* Et iterum *Qui in lege iuſtificantur, à gratia exciderunt.* Qui
ita ingreditur eccleſiam, vt le-
gem ſeruet in euangelio, iſte
cum patre ingreditur ad puel-
lam, & committit ſtuprum, &
violat nomen domini. Vnde
qui dicunt non nocere Iudæis
poſt aduentũ Chriſti, ſi ita cre-
dant in dñm, vt lęgis quoque
præcepta cuſtodiant: patrem
& filiũ vna fornicatione con-
taminant. Sed & veſtimenta
ſua ligantes funibus, velami-
na faciunt iuxta altare, præten-
Gal. 3. d dentes fidem Chriſti. Quot-
quot n. in Chriſto baptizati
ſunt, Chriſtum induerunt, &
veſtimenta ſua, q̃ peccatorum
funibus ligauerunt, opponunt
oculis videntium, ne eorum
cernãtur flagitia: vt qui altare
reſpicit, ſtuprũ non ſuſpicetur.
Hoc faciunt omnes hæretici
ſub Chriſtiano nomine forni-
cantes, & erroribus ſuis atque
Matt.21. a mendaciis obtendentes teſti-
monia ſcripturarum. Vnde &
Apoſtoli veſtimentis ſuis ſtra-
uerunt pullum aſinæ, vt mol-
lius ſederet dominus, & ex le-
ge ac prophetis ſtratam calca-
ret viam. E contrario hæretici nõ ſubſternunt veſtigiis Sal-
F uatoris veſtimẽta ſua, ſed ligant ea iuxta altare, & ꝓtendũt
ענושים peccatis ſuis, vt bibant vinum de calumnia ſiue damnato-
Deut. 32.c rum, qui ex eo ꝙ egreſſi ſunt de eccleſia damnati ſunt. Hoc
vinum eſt Sodomorum, furoris draconum & aſpidum: ꝙ
qui biberit, ſanari non poterit. Bibunt autem vinum non
in domo Dei vbi templum eſt & Hieruſalem: ſed in domo
Dei ſui, quem ſibi artifici ſermone finxerunt.
a ¶ *Ego autem exterminaui, &c.* ] Vos quidem vendidiſtis ar-
gento iuſtum, & pauperem ꝓ calciamentis, percutientes
eius caput, ſiue conterentes in puluere capita pauperũ, &
viam humilium declinaſtis in tantum vt pater & filius ad
vnam introirent puellam, & violarent ſiue pollucrent no-
men ſanctum meũ: & veſtimenta veſtra lupanarib. & for-
nicatione polluta, peccatorũ vinculis nexuiſtis: ita vt in lo-
co ſancto cõmitteretis adulterium, & ebrietati iniuſtitiam
copulantes, vinum biberetis alienũ, & hoc faceretis in do-
mo Dei veſtri. Ego aũt econtrario pro malis veſtris, q̃ mihi
reddidiſtis, vobis tribui bona, vt exterminarẽ egrediẽtib.
Pſal. 134. b vobis de Ægypto ante faciẽ veſtram Seon regem Amor-
ræorũ: qui tam excelſus erat & fortis quaſi cedrus & quer-
cus: & contriui eius fructum deſuper, & radices deorſum.
Deut. 29. a Ego vos eduxi de Ægypto, & per quadraginta annos lõgo
ad terram ſanctã feci peruenire circumitu, vt poſſideretis
terram Amorræi, de qua ſupra diximus, q̃ diuiſit Moyſes
Num 32 f filiis Ruben & Gad, & dimidiæ tribui Manaſſe: & poſt tãta
beneficia etiã hoc addidi, vt de filiis veſtris aſſumerẽ mihi
מבחו ꝓphetas, & de iuuenib. veſtris ſiue electis facerẽ Nazareos,
ריכם quos LXX. interpretati ſunt τοὺς ἡγιασμένους, id eſt, ſanctifica-
לנזרים tos. Neq; vero vbi de laudib. dicitur Dei, hiſtoriæ ordo ſer-
uandus eſt: ſed frequenter euenit, vt quæ prima facta ſunt,
extrema dicantur, & quæ nouiſſima, referantur ad prima.
Quod ſeptuageſimus ſeptim⁹ pſalmus, & cẽteſimus quar-
tus, vbi ſignorum potentia & ordo deſcribitur, docere nos
poterint, & tituli pſalmorum, de quibus duo tm̃ ponamus
exempla: Tertij pſalmi, & quinquageſimi primi: vbi quæ
1 Reg. 21. a prius facta ſunt, narrantur extrema, & quæ extrema legi-
& 22. b mus referuntur in principio. Ante n. de Doech Idumæo
1.Reg.15.a ſcriptũ legimus in Regum volumine (qui titulus eſt quin-
quageſimi primi pſalmi) quã Abſalon contra patrem ſur-

geret: ꝙ in tertij pſalmi titulo prænotatur. Itaq; & Amor- G
ræus nouiſſimus exterminatus eſt ſiue deletus, quod nunc
primum refertur: & quod aſcẽdere eos fecit de terra Ægy-
pti & reduxit in eremum per quadraginta annos, in prin-
cipio factum legimus: quæ hic dicuntur ordine commu-
tato. Prius ergo quàm educe-
ret nos Deus de terra Ægypti,
de fornace ferrea, extermina-
uit ante faciẽ noſtram Amor-
ræum: qui dicitur amarus, ſi-
ue λαλῶν, id eſt, loquens ſi- דבר
ue famoſus, & frequenti ſer-
mone celebratus. Hic autem
Amorræus, & rex Amorræo-
rum, appellatur Seon, arbor סיחון
infructuoſa & ſterilis, nõ quo
fructus non faciat, ſed malos
afferat fructus, de quibus di-
citur: *Omnis arbor, quæ non facit* Matt.23.c
*fructus bonos, excidetur & in ignẽ* & 7.c.
*mittetur.* Et de pſeudoprophe- Ibid. 11.b
tis legimus: *Qui veniũt in veſti
mentis ouiũ, & intus ſunt lupi ra-
paces: ex fructib. eorũ cognoſcetis
eos,* malis videl. fructibus. Siue
igitur fructum nõ faciat, ſiue
faciat, ſed non bonum, infru-
ctuoſa arbor appellatur. Iſte
Seon de quo ſcriptum eſt: *Iam* Luc. 3. b
*ſecuris ad radices arborum poſita
eſt:* qa infructuoſa arbor fuit,
domino percutiente, ſucciſus
eſt: cuius altitudo cedrorum
altitudini cõparatur, de qui-
bus legimus: *Vidi impium exal-* Pſal.36.g.
*tatum & eleuatum ſicut cedros Libani: tranſiui, & ecce non erat, &
quæſiui eum, & non eſt inuentus locus eius.* Et pulchre tranſiiſſe H
ſe dicit: quia ei qui tranſit de ſæculo dicere poteſt: *Tranſ-* Exod. 3. d
*iens videbo viſionem hanc magnã:* aufertur cedrus, & locus ſu-
perbiæ non poterit inueniri. Fortitudo quoque eius quaſi
quercus, arboris duriſſimæ atq; fortiſſimæ: Ex cuius voca-
bulo Philo vir diſertiſſimus Hebræorum Eſau appellatum עשו
putat δρύϊνον, i.e. quercinũ & roboreum: libet & Eſau poſ-
ſit ποίημα, i. e. factura intelligi, vt ad mala opera referatur.
De hoc forti atq; robuſto dominus loquitur in euangelio:
*Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt omnia quæ* Luc.11.c
*poſſidet. Si autem fortior illo ſuperueniens vicerit eum, vniuerſa ar
ma eius aufert, in quibus confidebat, & ſpolia eius diſtribuet.* No-
biſq; præſtitit dñs, vt fructus huius Amorræi Seon (quem
interpretari infructuoſam arborem diximus) quia mali e-
rant, cõtereret deſuper, & auferret: ne quis bonos æſtimãs,
comederet & periret. Radices quoq; illius ſuccidit atque
cõminuit, vt nihil poſtea malæ arboris pullularet. Ipſe dñs
fecit nos exire de ſæculo, & per annos quadraginta (qui
numerus ſemper afflictionis & ieiunij, luctus & doloris) per
tribulationes & anguſtias peruenire in terram ſanctam: vt
poſſideremus primum terrã Amorræi, & illius quondam
regio fieret noſtra poſſeſſio, & poſtea ſuſcitaret de filiis no-
ſtris prophetas, oẽs ſanctos viros, qui acceperunt ſpiritum
prophetalẽ: de quib in prima epiſt. ad Corin. plenius legi- 1.Cor.14.a
mus: Et de iuuenib. noſtris vel electis aſſumeret Nazaræos
& ſanctificatos: qui Deo animas ſuas immolantes, vinum
quod inebriare poteſt, & ſtatum mentis euertere, non at-
tingunt: vt habeant comam Samſon: in cuius capite (quia Iud.16.d
caput viri Chriſtus eſt) fortitudo & victoria conſiſtebat.
b ¶ *Nunquid non eſt ita, &c.* ] Me vobis tanta ꝓſtante benefi-
cia, vt aduerſarios veſtros interficerẽ, & terram eorum vo-
bis traderẽ, & de filiis veſtris ac iuuenib. prophetas eligerẽ,
& Nazaræos, meoq; cultui cõſecrarem: Nunquid poteſtis
dicere ꝙ iſta non fecerim, & meam erga vos clementiam,
per q̃ viuitis, denegarem? Qui in tantam rabiem prorupi-
ſtis, vt inebriaretis Nazaræos meos vino: quib. lege præce- Num 6. a
ptum eſt, vt omne ꝙ inebriare poteſt, non bibant, & pro-
phetis mandaretis, ne in meo nomine ꝓpheta rent: Quod
& Amos ꝓphetæ, quẽ nunc habemus in manibus, præcepit Infr. 7. c

A Amaſias ſacerdos Bethel: & Hieremiæ à rege mandatum eſt, Hier. 38. f ne verbis domini loqueretur ad populum, intantum vt etiam ſermones eius ignibus concremaret. De hoc loco hæreſim ſuam Tatianus Encratitarum princeps ſtruere nititur, Num. 6. b vinum aſſerens non bibendum, cum & lege præceptum ſit ne Nazaræi bibant vinum, & nunc accuſentur à propheta, qui propinent Nazaræis vinum. Qui ſi literam ſequuntur in omnibus & Iudaicas fabulas eccleſiis ingerunt Chriſti, ergo & comam nutrire debent, & vuã paſſam ac viridem non comedere, & ſuper matre & patre mortuis non ingredi: & ſi forte hęc fecerint, & fuerint humana vel fragilitate vel neceſſitate ſuperati, radant capita, & irriti ſint omnes dies conſecrationis Eſaia 1. f & laboris eorum. Quod ſi hęc non faciunt, neq; poſſunt more Iudaicorum cauponum miſcere aquam vino, vmbras veritati, euangelij gratiæ, legis neceſſitatem: ebrietatem illam intelligãt, qua curis ſæcularib. inebriant & obruitur animę vigor, & illos ꝓphetis mandare dicentes, Ne prophetetis: qui liuore ſuperati, prohibent eruditos viros doctrinæ proferre ſermonem. Et dicente domino: Eſaia 6. c *Vade, & dic populo huic*: illi ecõtrario iubent, ne loquaris in nomine domini: maximeque ſi ille qui doceat, non turpi lucro, & gloriæ atque iactantiæ, ſed vtilitati legentium, audientiumque prouideat.

HEB.

a Ecce ego ſtridebo ſubter vos, ſicut ſtridet plauſtrum onuſtũ feno: & peribit fuga à veloce, & fortis non obtinebit virtutẽ ſuã, & robuſtus non ſaluabit animã ſuam, & tenens arcum nõ ſtabit, & velox pedib. ſuis nõ ſaluabitur, & aſcenſor equi nõ ſaluabit animam ſuam, & robuſtꝰ corde inter fortes, nudus fugiet in die illa, dicit dominus.

CAP.

SEPT.

*Quapropter ecce ego voluam ſubter vos ſicut voluitur plauſtrum plenum ſtipula: & peribit fuga à curſore, & fortis non obtinebit fortitudinem ſuam: & pugnator non ſaluabit animã, & ſagittarius non ſuſtinebit, & velox pedibus ſaluari non poterit, & eques non ſaluabit animam ſuam, & robuſtus corde inter fortes, nudus fugiet in die illa, dicit dominus.*

CAP.

a¶ *Ecce ego ſtridebo ſubter vos, ſicut ſtridet plauſtrũ onuſtum fæno: & peribit fuga à veloce, & fortis non obtinebit virtutem ſuã: & robuſtus non, &c.*] B Me vobis præſtante beneficia, & educente vos de terra Ægypti, & interficiente ante faciem veſtram Amorræum, vt poſſideretis terram eius, & ſuſcitante de filiis veſtris prophetas, & de iuuenibus veſtris Nazaræos, vos inebriabatis Nazaræos meos vino, & prophetis dicebatis, ne prophetetis: Idcirco, ſicut plauſtrum ſtipulę vel fœni onere ꝓgrauatum, ſtridore & ſonitu longe exululat, ſic ego peccata veſtra vltra nõ ſuſtinens, & quaſi ſtipulã 3. Reg. 11. g tradens incendio, clamabo & dicã: *Peribit fuga à veloce*: quẽ Hebræi Hieroboam filiũ Nabath intelligunt, qui prius in Ibid. 15. & 16. Ægyptum fugerat. Hic autem non ipſos principes, ſed domos eorum & ſobolem accipiamus. *Et fortis non obtinebit virtutem ſuam*: forté Baaſan interpretantur, qui fuit ad bella 4. Reg. 9. c promptiſſimus: *Et robuſtus non ſaluabit animam ſuam*: hunc hic Amri ſentiunt. Et tenens arcum, non ſtabit ſiue ſuſtinebit: de Iehu filio Namſi: qui Ioram regem Iſrael ſagitta Ibid. 15 d percuſſit, dictum putant. *Et velox pedibus ſuis non ſaluabitur*. Ibid. c Manahen intelligunt: qui fruſtra feſtinans regi Aſſyriorũ dona dixerit. Et aſceſor equi qui nõ ſaluabit animã ſuam: hunc Phacee filium Romeliæ interpretantur, qui iuncto Aram, id eſt Syro, ſub rege Achaz Iudææ multa vaſtauit. Ibid. 17. a & 18. c *Et robuſtus corde, inter fortes nudus fugiet in die illa, dicit dominꝰ*: Solus Oſee, qui vltimus rex decem tribuum fuit, & errantem populum ad Dei cultum reuocare conatus eſt, quaſi nudus egreditur de incendio. Nudum aũt vocat, quia ſub ipſo decem tribus captæ ſunt. Hoc Hebræi autumant, & ſicut nobis ab ipſis traditum eſt, noſtris fideliter expoſuimus. Nunc aũt ad noſtra redeamus: Voluere ſe ſubter eos ſicut plauſtrum comminatur Deus feno vel ſtipula ꝑgrauatum: vt quia frumentum nõ habent ꝙ in horrea condatur, fœnum eorum & ſtipula incendio concremetur. Hoc Pſal. 128. a Eſaia 14. b eſt fœnum de quo propheta dicit: *Fiant ſicut fænũ ædificiorũ quod priuſquam euellatur exaruit*. Et *omnis caro fænum*. Stipula autem illa eſt, ſuper cuius incendio flebiliter propheta cõ-Mich. 7. a plorat, dicẽs: *Heu mihi, quia factus ſum ſicut qui colligit ſtipulã in meſſe, & ſicut racemos in vindemia*: cum non ſit botrus ad manducandum primitiua. Heu mihi anima, quia periit reuertens de terra, & qui rectum faciat in hominibus non eſt: omnes in ſanguine iudicantur, & reliqua. Hoc eſt fœnum, & ſtipula: C de qua & Apoſtolus loquitur: Ligna, fœnum, ſtipula: vniuſcuiuſque opus manifeſtum fiet: 1. Cor. 3. c quoniam in die domini in igne reuelabitur. Plauſtrumque quo voluitur illud eſt, de quo in Eſaia legimus: *Conculcabitur Moab ſub eo, ſicut conculcatur area in plauſtris*. Eſaia. 25. d Et in alio loco: Ibid 41. d *Ponam*, inquit, *te ſicut rotas plauſtri nouas cum ſerrarum dentibus: & contriues montes, & comminues colles*; & poſtquam montes colleſque contriueris, pereat fuga de veloce, dicente 1. Cor. 9. b Paulo: *Neſcitis quia hi qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, vnus autem accipit brauium?* Et in alio loco: *Currebatis bene: quis vos impediuit non acquieſcere veritati?* Gal 5. a Vnde & de ſe timens ait: *Non quia iam accepi, aut perfectus ſum: curro autem ſi apprehendam, in quo & apprehenſus ſum à Chriſto*. Philip. 3. c Hæc vniuerſa faciebat, ne periret fuga à veloce: quamobrem cum iam perueniſſet ad calcem, & accepiſſet brauium victoriæ, ſecurus aiebat: 2. Tim 4 b *Certamen bonum certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui: de cætero repoſita eſt mihi iuſtitiæ corona, quam reddet mihi dominus in illa die iuſtus iudex: non ſolum autẽ mihi, ſed & omnibus, qui diligunt aduentum eius*. Si gradu concito fugerimus, peccatum nos apprehẽdere non valebit: ſin autem ligauerit malitia pedes noſtros, loquemur cum propheta ad Deum: *Quo ibo à ſpiritu tuo, & quo à facie tua fugiam?* Pſal. 138. b De maris curſoribus Apoſtolus loquitur: *Non volentis, neque currentis, ſed miſerentis Dei*. Rom. 9. c Sequitur: *Et fortis non obtinebit virtutem ſuam*: non quo fortis ſit, ſed quo fortem eſſe ſe iactet: D Siue qui confidit in fortitudine ſua, & non in Dei miſericordia: iuxta illud quod ſcriptum eſt: 1. Cor. 1. a *Perdam ſapientiam ſapientium, & intelligentiam prudentium reprobabo*, non quo perire poſſit vera ſapientia, & veritatis intelligentia reprobari: ſed quo eorum pereat ſapientia, qui apud ſe videantur eſſe ſapientes, & in ſua eruditione confidunt. Robuſtus quoque ſiue pugnator qui non ſaluabit animam ſuam, גבור ille eſt, qui nequaquam Apoſtoli poſſidet armaturam; Epheſ. 6. c habens ſcutum, ſed non fidei: accinctus lumbos, ſed non in veritate: indutus lorica, ſed non iuſtitiæ: portans gladium, ſed non ſalutis: huiuſcemodi pugnator non ſanctificat prælium, nec domini poteſt bella bellare, contra veritatem dimicans pro mendacio. Talis pugnator non poteſt dicere: *Benedictus dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum. Miſericordia mea, & refugium meum*. Pſal. 143. a Habent & ſagittarios hæretici, qui fruſtra tendentes arcum, ſagittam domini ſuſtinere non poterunt, qui loquitur per Eſaiam: *Ego autem ſicut ſagitta electa in pharetra domini*. Pſal. 49. a Iſti ſunt ſagittarii, de quibus Pſal. 10. a & Dauid canit: *Ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt ſagittas ſuas in pharetra, vt ſagittent in obſcuro rectos corde. Et velox* (inquit) *pedibus ſuis non ſaluabitur*: qui propter acumen ingenij diſcurrit per teſtimonia ſcripturarum, & oratorum eloquentiã, vel ſophiſmatibus dialecticorum opprimere nititur veritatem: & in eo præpedietur & corruet, qui non in Deo, ſed in ſuis pedibus confidit. Aſcenſor quoque equi non ſaluabit animam ſuam, qui ignorat dictum per prophetam: Pſal. 32. a *Fallax equus ad ſalutem*. Et neſcit ſcriptum eſſe. Ibid. 75 a *Dormitauerunt omnes qui aſcenderunt equos*. Ibid. 19. b Hic non ſaluabit animam ſuam, ſed periens audiet: *Hi in curribus, & hi in equis: nos autem in nomine domini Dei noſtri inuocabimus: Iſti impediti ſunt & ceciderunt, nos autem ſurreximus & erecti ſumus*. Robuſtus etiam corde inter fortes nudus fugiet. Qui locus dupliciter exponi poteſt. Vt aut ideo poſſit euadere, quia expoliauit ſe veterem hominem, & pelliceas tunicas peccatorum, & nulla fuit ſarcina prægrauatus; aut econtrario, quia nudus eſt & Chriſti perdidit veſtimentum, Rom. 13. b de quo in Apoſtolo dicitur: *Induite vos Chriſtum Ieſum*. 2. Cor. 5. a Et in alio loco: *Siquidem induti, non nudi inueniemur*.

Nihil



E Nihil ei proderit fortitudo ſua, ſed in die prælij atq; certaminis fugiet perſequentes, & abſque armatura Apoſtoli reſiſtere non valens, hoſtibus terga præbebit.

## CAPVT III.

CAPVT III.

HEB.

AVdite verbum, quod locutus eſt dñs ſuper vos, filij Iſrael: ſuper omni cognatione, quam eduxi de terra Ægypti, dicens. Tãtummodo vos cognoui ex omnibus cognationibus terræ, idcirco viſitabo ſuper vos omnes iniquitates veſtras. b Nũquid ambulabunt duo pariter, niſi conuenerit eis? Numquid rugiet leo in ſaltu, niſi habuerit prædam? Numquid dabit catulus leonis vocẽ de cubili ſuo, niſi aliquid apprehenderit? Numquid cadet auis in laqueum terræ abſq; aucupe? Numquid auferetur laqueus de terra antequam quid ceperit? Si clanget tuba in ciuitate, & populus nõ expaueſcet? Si erit malũ in ciuitate quod dominus non fecerit? Quia non faciet dñs Deus verbũ, niſi reuelauerit

CAP. III.

SEPT.

*AVdite verbũ hoc, quod locutus eſt dominus ſuper vos, domus Iſrael, & contra omnem tribum, quam eduxi de terra Ægypti, dicens. Veruntamen vos cognoui de vniuerſis tribubus terræ: idcirco vlciſcar ſuper vos omnes malitias veſtras. Si ambulabunt duo ſimul omnino, niſi cognouerint ſe? ſi ructabit leo de ſaltu ſuo prædam non habens? ſi dabit catulus leonis vocem ſuam de cubili ſuo omnino, niſi aliquid rapuerit? Si cadet auis ſuper terram ſine aucupe? ſi deponatur laqueus ſuper terram, niſi aliquid apprehenderit? Si clanget tuba in ciuitate, & populus non timebit? ſi erit malitia in vrbe, quam dominus non fecit? Quia non faciet dominus Deus aliquid, niſi reuelauerit eruditionem ſuam*

AVdite verbum, &c.] Ad filios Iſrael prophetalis ſermo dirigatur, & qui ſint iſti filij Iſrael, ſequẽs verſus oſtẽdit: Super omni (inquit) cognatione q̃ eduxi de terra Ægypti: quod non ſolum in decem tribubus, ſed in omnibus duodecim, addentes Iudã & Beniamin, debemus accipere. Omnes n. de terra Ægypti eduxit, & ait: *Tantummodo* (ſiue vt Symmachus interpretatus eſt) *Solos vos cognoui ex omnibus cognationibus terræ*. Et quia ſolos vos cognoui, q. creator ſum omniũ, & vos habui peculiarem populum meum: idcirco ſuper ſolos vos, omnia peccata veſtra reſtituam: Sap 6. a *Potentes* enim *potenter tormẽta patientur*: qui autẽ minimus eſt, dignus eſt miſericordia. Et in Ezech. 9. c 1. Pet. 4 d Ezechiele legimus: *A ſanctis meis incipite*: Et iudicium Dei de domo eius dicitur habere principium. Hoc interim iuxta hiſtoriam dictum ſit: cęterum quia auditus in ſcripturis ſanctis, non ſolum iſte accipitur, quem aurib. carnis excipimus, ſed etiã ille, de quo dñs ait: Luc. 8. b Exod. 20. c *Qui habet aures audiendi, audiat*. Vnde & omnis populus F videbat vocem Dei: ꝓprie ad eos ſermo ſit domini, qui ſenſu vident Deum: Exod. 5. quos eduxit de terra Ægypti, & de poteſtate Pharaonis (vt nequaq̃ luto & paleis deſeruirẽt, extruentes Ægyptias ciuitates) & quos ex omnibus tribubus terræ cognouit, Gal. 4. b dicẽte Apoſtolo: *Nunc aũt cognoſcẽtes Deum, magis autẽ cogniti à Deo*. Et in alio 1. Cor. 14. g loco: *Qui ignorabat, ignorabitur*. Nõ ergo oẽs cognouit Deus, ſed eos qui eius cognitione ſunt digni: loquens in euangelio: Luc. 13. f. *Recedite à me operarij iniquitatis, neſcio vos*: In eo n. quod operarij iniquitatis ſunt, ignorãtur à Deo: idcirco, inquit: Quia ſolos cognoui, & meos habui, viſitabo ſuper vos oẽs iniquitates veſtras. Hebr. 12. b *Quem diligit dominus, corripit, & caſtigat omnem filium quem recipit*. Et pulchre dixit: *Viſitabo*, & nõ percutiam: quia plaga Dei viſitatio eſt, atq; curatio. *Et omnes* עונתיכם (inquit) *iniquitates* ſiue *peccata viſitabo*: nequid impercuſſũ remaneat, nequid non recipiat ſanitatem.

b¶ *Numquid ambulabunt duo pariter, &c*] Legi in cuiuſdã commentariis, rem difficilem perſuadere cupientis: octo ſceleribus, impietatibus atque peccatis primum Damaſci: ſecundo Gazæ & cęteris vrbibus Palæſtinæ: tertio Tyri: quarto Idumææ, id eſt, Edom: quinto filiorum Ammon: ſexto Moab: ſeptimo Iudæ: hoc eſt duabus tribubus: octauo, ꝙ vltimum eſt, Iſraeli, id decẽ tribubus totidem comminationes nunc redditas: & primam primæ, id eſt, Damaſci: ſecundam ſecũdæ, id eſt, Gazæ, & reliquas reliquis reſpondere: Quod vtrũ verum ſit, nouerit ipſe qui ſcripſit. Alius autem putat ſex exempla propoſita, duorum pariter in via ambulantium, & leonis rugientis in ſaltu, & catuli leonis dantis vocem ſuam cum aliquid apprehenderit, & auis captæ ab aucupe, & laquei qui in terra defigitur ad capiendam prædam, & tubæ in ciuitate clangentis, hiſq; exemplis redditã ſimilitudinẽ: vt quomodo ſuperiora cauſam habent, & non fiunt, niſi illa ꝓceſſerint: ſic nullum in ciuitate accidere malum, ꝙ domino ꝑcipiente nõ factum



ſit. Sunt qui primum exemplũ æſtimant continere doctrinam, G quia non poſſint duo pariter ambulare: niſi ſibi ante conſenſerint in eum qui fecit vtraque vnum, & *medium parietem maceriæ deſtruxit, & duos condidit in vnum nouum hominem*: Epheſ. 2. c fecitq; inter eos pacem, & copulauit vinculo charitatis vt cũ fuerint ſimul duo, poſtulent à patre & impetrent quidq́d rogauerint. Hæ ſunt duæ virgæ, quæ ſibi in Ezechiele copulantur: Ezech. 7. c & duo populi circũciſionis & gentium: de quibus ad Heliam loquitur dominus: *Reliqui mihi ſeptẽ millia virorum, qui non curuauerunt genu ante Baal*. 3. Reg 19. d Et in alio loco Deꝰ: Eſaia. 65. a *Inuentus ſum*, ait, *ab his qui me non quærebant: apparui eis qui me non interrogabant*. Cum autem duo redacti fuerint in vnum, adhærebunt domino, & fiẽt vnus ſpiritus: *Qui enim adhæret domino, vnus eſt ſpiritus*. 1. Cor. 6. d Iſti ergo duo qui ſibi conſentiunt, & in via Chriſti pariter ambulant, nullius aduerſariorum poſſunt impetũ pertimeſcere. 1. Pet. 5. c Quod ſi diſcordia ſeparentur, ſtatim eos leo rugiens inuadet: de quo & Petrus ait: *Aduerſarius veſter diabolus tamquã leo rugiens circumit, quærens quem deuoret*. Qui leo rugiens, non verſatur in agris conſitis, non in vineis, non in oliuetis, nec inter ligna pomifera, quæ laudant Deum: H ſed vbi ſiluæ ſunt & inculta humus, & beſtiæ commorantur: & non ſolum leonis patebunt morſibus, ac apprehendet eos catulus leonis, & ducet ad cubile ſuum, fugiens lucem, & pergẽs ad tenebras. *Omnis* enim *qui peccat*, amat tenebras, *& odit lucem*: Ioan. 3. c de quib. & in pſalmo legimus: *Poſuiſti tenebras, & facta eſt nox: in ipſa pertranſibunt omnes feræ ſiluarũ: Catuli leonum rugientes, vt rapiant, & quærant à Deo eſcam ſibi*. Pſal. 103 e Quærit enim catulus leonis non eam prædam q̃ poſſidet, quæ ſuæ eſt poteſtatis: ſed vt de eccleſia Chriſti rapiat: de quo & in Habacuc ſcribitur: *Eſca eius electa*. Habac. 1. d Tertia pœna eſt eorum quos diſcordia ſeparauit, vt perdant alas quibus prius ſublimiter ferebantur, & de cœlis in terram corruant, teneantur ab aucupe, qui melius dicitur ὁ ἰξευτής; eo quod hærente viſco, aues liberas capiat: quæ propria voluntate ad terrena deſcendunt: de quibus in Prouerbiis Prou. 1. b 29 a ſcriptum eſt: Non iniuſte tenduntur retia auibus: Iuſta enim ruina eſt peccatorũ. Qui cum habuerint alas columbæ, Pſal 123. a & per aerem volitare debuerint, pondere peccatorum ad terrena depreſſi ſunt, & in vitio ſuo adhæſerũt viſco: de quo & in Apoſtolo legimus: Rom 16. c *Qui adhæret meretrici, vnum cum ea corpus efficitur*. Quarta pœna eſt diſcordãtium, vt capiantur laqueo: qui non in cœlo poſitus eſt ſed in terra: de quo, quod euaſerit ſanctus gloriatur & dicit: *Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venãtium, laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus*. Pſal. 139. b Iſte eſt contritus laqueus, de quo Apoſtolus loquitur ad credẽtes: Philip 4 b *Deus conteret ſatanam ſub pedibus veſtris velociter*. Rurſumq; in Dauid legimus: Iuxta ſemitam ſcandalum poſuerunt mihi. Non enim poſſunt decipere ſimplices quoq; credentium, niſi nomen Chriſti ꝓpoſuerint, vt dum putamus nos Chriſtũ inuenire, pergamus ad Antichriſtum. Quinta pœna eſt eorum qui reliquere pacem, quæ exuperat omnem ſenſum, & q̃ dominus pergens ad patrem, Apoſtolis dereliquit, dicens: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis*, vt in ciuitate domini conſtituti,



tubæ

A tubæ ſonitu terreantur. Quidquid n. in ſcripturis ſanctis
dicitur, tuba comminans eſt, & grandi voce aures creden-
tium penetrans. Si iuſti ſumus, per tubam Chriſti ad bea-
titudinem prouocamur: ſi peccatores, audimus quæ ſimus
tormenta paſſuri. Malum autem quod dñs facit in ciuita-
רעה te non cōtrariū eſt virtuti, ſed
afflictio & cruciatus: de quo
Matt. 6 d legimus; *Sufficit diei malitia ſua*,
צרה i.e. tribulatio & anguſtia. Et
Pſal. 45. b in propheta legimus: *Ego Deus
qui feci lucē, & tenebras: qui facio
pacem & condo mala*: Sicut n. te-
nebræ contrariæ ſunt luci &
diei, ſic & paci bellum contra-
rium eſt: ꝙ non per ſe malum
eſt, ſed malū videtur his eſſe q̄
ſuſtinent. Et vt ſciamus in ſcri-
pturis ſanctis malitiam inter-
dum non contrariā virtuti ac-
cipi, ſed afflictionē, pœnaſq;,
& anguſtiam, vnum adhuc de
Ion 3. d Iona ſumamus exemplum: *Et
vidit Deus opera eorum, quia con-
uerſi eſſent à ſuis vijs peſſimis, &
pœnituit eum ſuper malitia, quam
locutus eſt vt faceret eis.* Malitia
vtiq; ibi ſubuerſio Niniuitarū
eſt, q̄ per prophetā Deus fue-
rat comminatus, & non virtuti
contraria, quæ ad peccatum
pertinet: pro quo cōminaba-
tur tormēta peccantib. Sequi-
tur: *Non faciet dominus Deus ver-
סודו bum, niſi reuelauerit ſecretum ſuū,
ſiue correptionem ſuam ſeruis ſuis
prophetis*, non quo omnia Deus
B reuelet prophetis, quæ in cælo faciat, vel ante iam fecerit,
ſed quæ facturus in terris ſit. Reuelauit Noe ſeruo ſuo ꝙ
Gen. 6. b eſſet inducturus diluuium. Reuelauit Abraham & Loth
Ibid. 18. c ſeruis ſuis, ꝙ arſurus eſſet Sodomam & Gomorram, Ada-
Ibid. 41. d mam & Seboim. Reuelauit Ioſeph interpretationem ſo-
mnij ſeptem annorum famis in Ægypto, & Ionæ prophe-
tæ ſubuerſionem Niniue, vt qui audirent ventura ſuppli-
Ion. 3. d cia, aut agerent pœnitentiam, & tormenta vitarent, aut cō-
temnentes iuſtius punirentur. Ita & nunc dñs reuelat per
Amos ſeruum ſuū & prophetam, quid facturus ſit decem
tribubus, vt ſi fuerint ad meliora conuerſæ, & idola deſer-
uerint, de imminenti periculo liberentur. Et nota ꝙ cle-
mens & benignus Deus ſemper futura prænuntiat, ne co-
gatur inferre ſupplicia. Et ꝙ hæretici calumniātur in crea-
tore, quaſi ſeuero & truculento crudeli, & tantum iudice
(eo quod nullū ſit malum in ciuitate, quod ille non faciat)
hos nos referimus ad magnitudinem miſericordiæ, ꝙ non
inferat pœnas niſi ante prædixerit. Qui autem prædixit, nō
vult punire peccantes. *Leo*, inquit, *rugiet, & quis non timebit?
Dominus Deus locutus eſt, quis non prophetabit?* Quis in hoc loco
non pro impoſſibili, ſed pro raro accipitur. Ille enim non
timebit, & ille non prophetabit, qui propter duritiā ſuam
audire contempſerit. Et eſt ſenſus iuxta hiſtoriam. Si ad
leonis vocem omnia contremiſcunt: & cuncta animantiū
natura terretur, nos iubente Deo vt loquamur, & annun-
ciemus populo ventura ſupplicia, non prophetabimus: nō
loquemur? Scio quendam in ſuis ſcriptum commentariis
reliquiſſe, leonem rugientem diabolum intelligēdum, &
rugientē his qui perituri ſunt: Deum aūt qui loquatur per
prophetas, referendum eſſe ad dominum Saluatorem, vt
quomodo illi in malam partem audiunt leonis rugitum,
& capiuntur in mortem, ſic ſancti in bonam partem do-
minum præcipientem audiant & ſaluentur.
Sup. 1. d a ❡ *Auditum facite in ædibus Azoti*, &c.] Supra dixim⁹ Amos
prophetam ſpecialiter, imo magnam voluminis partem ad
decem tribus, quæ appellantur Iſrael, & Ephraim: & Sama-
riam prophetare. Itaq; etiam nunc iubetur, vt annuntiet
Azoto, & terræ Ægypti, quæ ſequuntur. Pro Azoto neſcio
quid volentes Lxx. ἀσσυρίοις poſuerunt, cum Azotus lingua

HEB.

laueritſecretumſuum ſeruos ſuos prophetas. Leo rugiet, quis nō timebit? Dñs Deus locutus eſt, quis nō prophetabit? [a] Auditum facite in ædib⁹ Azoti; & in ædib. terræ Ægypti, & dicite: Congregamini ſuper montes Samariæ, & videte inſanias multas in medio eius, & calumnias patiētes in penetralibus eius. Et neſcierunt facere rectum, dicit dñs theſaurizantes iniquitatem & rapinas in ædibus ſuis. [b] Propterea hæc dicit dñs Deus: Tribulabitur & circumietur terra, & detrahetur ex te fortitudo tua, & diripientur ædes

Hebræorum appelletur a אשדוד, Aſſyrij b אשור. Pro ædi- C
bus quoque quæ dicuntur c ארמנות, verterunt χώραις, i.e. a Aſdod
regiones q̄ vocantur d שדות, & nihil in verbo ſimilitudi- b Aſſour
nis habent. Dicite, inquit, vt congregentur oēs gentes, quæ c armenoth
in vicino ſunt, & videāt ſcelera Iſrael, ne iniquū putēt Dei d ſaduth
eſſe iudicium: quomodo ſi di-
ceret: prius videte q̄ faciāt, &
tunc meā ſentētiam compro-
bate. Pulchreq; intulit: Super
montes Samariæ, vel ciuitatis
quæ nunc Sebaſte, tūc Sama-
ria vocabatur, vel vniuerſę p-
uinciæ, quæ in montuoſis ſita
eſt: & videte inſanias multas
in medio ei⁹, vt pro Deo ado-
rent vitulos, & immolēt filios
ſuos: nec hoc ſcelere contēti,
calumnientur pauperes in pe-
netralib. ſuis: & omnino rectū
facere neſciunt, theſaurizātes
ſibi non aurum & pecunias q̄
interdū labore quęruntur, ſed
iniquitates & rapinas in ædib.
ſuis: vt quia deſerto Dei cultu
adorauerunt idola, tradat eos Rom. 1. d
Deus in reprobū ſenſum, vt faciāt
quæ non oportet. Et quia ſemel
iuxta leges tropologię, Sama-
ria refertur ad hæreticos, qui
cuſtodes mandatorū Dei eſſe
ſe mentiuntur, præcipit ſermo
diuinus, vt in gentib. p̄dicent,
quæ nō habent notitiam Dei:
in quarum doctrina ignis ex-
urēs eſt, & tribulatio & angu-
ſtia: vt conſiderent falſam Sa-
mariam, & aſcendant ad montes ſuperbiæ eius, & videant D
multas inſanias in medio ciuitatis, dū vnuſquiſq; fingit ꝙ
voluerit, & adorat figmentū ſuum: vt Marcion bonū Deū
& otioſum, vt Valentinus αἰῶνας triginta, & extremū Chri-
ſtum, quē appellat ἔκτρωμα, i.e, abortiuū, vt Baſilides, qui
omnipotentē Deum portētoſo nomine appellat ἀβραξάς,
& eundē ſecundū Græcas literas, & annui curſus numerū
dicit in ſolis circulo contineri: quē ethnici ſub codē nu-
mero aliarum literarū vocant μίθραν, Et iberæ ineptiæ in
balſamo barbeloq; mirantur. Nonne hæc inſaniæ ſunt, &
multę inſaniæ: vnoquoq; fingente, ꝙ in animum eius in-
ciderit? Calumniam quoq; patiuntur in penetralibus eius:
ſiue opprimuntur ſimplices quiq; credentiū, dum ſub no-
mine veritatis colunt mendacia, & omnino rectum facere
neſciūt, quia perdidere tramitem veritatis, nec credunt in Ioan. 14. a
eo qui dicit: *Ego ſum veritas.* Et theſaurizant ſibi dogmata
iniquitatis, & rapiunt atq; concludūt in ædib. ſuis, quos
potuerint falſo errore decipere. Sin aūt placuerit vt legam⁹
Aſſyrios (ꝙ tamen in Hebraico non habetur) dicamus hos
eſſe, de quibus ſcriptum eſt: *Indicam ſuper ſenſum magnum,* Eſa. 10. c
*principem Aſſyriorum, qui dixit, fortitudine mea faciā, &c.* vt ca- Sec. 70.
piantur hæretici ab Aſſyrio, & teneantur in terra Ægypti,
de qua iam venientes ad eccleſiam liberati ſunt.
b ❡ *Propterea hæc, &c.*] Pro Tyro, quæ in Hebraico duabus e ſade
literis ſcripta eſt e צ & f ר & appellatur g צר, quod & A- f res
quila & Lxx. ſimpliciter tranſtulerunt. Hebræus qui me in g ſor
ſcripturis ſanctis erudiuit, tribulationem interpretatus
eſt, nec renuimus eius ſententiam, quia & Symmachus,
qui non ſolet verborum κακοζηλίαν ſed intelligentiæ ordi-
nem ſequi, ait, obſidio, & circundatio terræ. Pro obſidio-
ne, quæ ab eo dicitur περιοχή, fortitudo à Theodotione
poſita eſt qui putauit non h צר & i צר, quod tribulatio vel h ſar
Tyrus dicitur: ſed k צר legendum, quod proprie refertur i ſor
ad petram duriſſimam, quæ Græce appellatur ἀκρότομος, k ſour
& quam nos Latine ſilicem dicere poſſumus. Loquamur
ergo de ſingulis. Lxx. dixerunt Τύρος καὶ κυκλόθεν ἡ γῆ σου,
id eſt, Tyrus & per circumitum terra tua, videbaturq; pen-
dere ſententia. Addidere ergo de ſuo ἐρημωθήσεται, id eſt,
deſerta erit, nec error interpretum eſt, vbi propter verbi
ambigui-

SEPT.

*ſuam ad ſeruos ſuos prophetas. Leo ructabit, & qui non timebit? Dominus Deus locutus eſt, & quis non prophetabit. Annuntiate regionibus in Aſſyriis, & in regionibus terræ Ægypti, & dicite: Congregamini ſuper montem Samariæ, & videte mirabilia multa in medio eius; & oppreſſionem in ea. Et ignorauit quæ futura ſint coram ea, dicit dominus, qui theſaurizant iniquitatē & miſeriam in regionibus eorum. Propterea hæc dicit dominus Deus: Tyrus & in circuitu terra tua deſerta erit, & detrahet de te fortitudinem tuam, & diripientur*



ambiguitatem & tribulatio & Tyrus dici poteſt. Et eſt ſen-
ſus: Super montes Samarię multas populus meus inſanias
perpetrauit: calumniam faciens, & rectū penitus ignorans
& theſaurizans ſibi iniquitatē & rapinas: Ideo tribulabi-
tur, ſiue conteretur: & Aſſyrio exercitu terra circundabitur
eorū, & detrahetur, ait ex te ô
Samaria, & ô decem tribus, ô
quōdam populus meus, for-
titudo tua & diripiētur in æ-
dibus tuis, quę per calumniā
ex miſerorum lacrymis con-
gregaſti. Hæretici quoq; aut
tribulabuntur in die iudicij,
& omnis eorum fortitudo at-
tenuabitur & diripiētur quæ
habuerant de rapinis, vt libe-
rētur populi quos deceperāt:
aut certe quotidie per viros
eccleſiaſticos tribulabūtur, &
circundabuntur teſtimoniis
ſcripturarum, & detrahetur
ex eis fortitudo ſyllogiſmo-
rū, & verborum argutiæ, qui-
bus ſuū dogma firmauerāt.
Et ædes eorum diripiētur: vt
qui rapti fuerant de eccleſia,
ad eccleſiam reuertantur.
Sup 1. a a ❡ *Hæc dicit domin⁹. Quomodo,
&c.*] In principio Amos vbi
verſiculos illos diſſeruimus:
Dominus de Sion rugiet, &
de Hieruſalem dabit vocem
ſuam, & luxerūt ſpecioſa pa-
ſtorum, & exiccat⁹ eſt vertex
Carmeli: diximus illum artis
ſuæ vſum eſſe ſermonibus: vt
F quia paſtor gregum nihil terribilius leone cognouerat, i-
ram domini leonibus compararet. Iuxta hunc ergo ſen-
ſum etiam nunc de eo, quod ſæpe viderat ſumit exemplū:
& ſic decem tribuum paruas reliquias de Aſſyriorum nar-
rat manibus eruendas, quomodo paſtor deuoratis omni-
bus membris, duo crura aut extremum auriculæ de leonis
faucibus rapiat: poſitoque comparationis exemplo: ita,
inquit, eruentur filij Iſrael, decem videlicet tribus, quæ ha-
bitabant in Samaria, in plaga lectuli, & Damaſci grabato.
Quod mihi ſic explanandum videtur. Legimus in Eſaia,
Eſaia 7. a Raſin regem Aram, id eſt, Syrorum, qui regnabat in Da-
maſco, & Phacee filium Romeliæ regem Iſrael, inito fœ-
dere contra Iudam veniſſe pugnātes, de quibus dominus
præcepit Achaz regi Iudæ & Hieruſalem, ne timeat duos
ſemiuſtos torres, quando in ſignum plenæ libertatis, vir-
ginis ei & conceptus & partus oſtenditur. Filij ergo Sama-
riæ habitant in regione & plaga lectuli, requieſcentes in
Syrorum auxilio, & in Damaſci grabato, ſibi victoriam
Ibid. e pollicētes, vt quomodo qui feſſus eſt refocillatur in lectu-
lo, ſic illi fractas vires vicinæ gētis auxilio roborarent. Vn-
de & in eodem Eſaia per typum dicitur futurorum, quod
naſciturus ſit puer qui prius q̄ ſciat patrem & matrem vo-
care, accipiat ſpolia Samariæ, & virtutem Damaſci, quæ
ſcil. contra Hieruſalem iunctis virib. dimicabāt. Pro pla-
כפאת ga lectuli Damaſci grabato. Lxx. tranſtulerunt κατέναντι φυ-
מטה λῆς καὶ ἐν Δαμασκῷ, id eſt, contra tribum & in Damaſco: vt
ובן משק iuxta tropologiam referamus tribum ad Iudam, & Dama-
ערש ſcum ad vocationem gentium, de quibus vnus grex factus
eſt domini, cuius ſæpe oues leonum feritas laniat, de quo-
rum faucib. vix duo crura aut extremum aufertur auricu-
Matt. 10 b læ. In crure via oſtenditur doctrinarum, in aure ſacramen-
ta dictorum. Vnde & Apoſtoli abſq; calciamentis & vlla
Luc. 8. a mortui animalis pellicula, nudis pedib. iubebantur ince-
Apoc. 2. b dere, & ad credentes dicitur: *Qui habet aures audiendi audiat.*
In Apocalypſi quoque Ioannis legimus. *Qui habet aures
audiat quid ſpiritus dicat Eccleſiis.* Et manifeſtius per prophe-

HEB.

ędes tuę. Hęc dicit dominus. [a] Quomodo ſi eruat Paſtor de ore leonis duo crura, aut extremū auriculæ: ſic eruētur filij Iſrael, qui habitant in Samaria, in plaga lectuli, & in Damaſci grabato. [b] Audite & conteſtamini in domo Iacob, dicit dominus Deus exercituum: quia in die cum viſitare cœpero præuaricationes Iſrael ſuper eum: viſitabo & ſuper altaria Bethel, & amputabuntur cornua altaris, & cadēt in terrā. Et percutiam domum hyemalem cum domo æſtiua: & peribunt domus eburneæ, & diſſipabuntur ædes multæ, dicit dominus.

tam: *Ponite*, inquit *ſermones veſtros in aurib. cordis veſtri.* Hoc G
iter tam hæretici quam magiſtri eorum dæmones impedi-
re feſtinant, & intexere retibus: vt in via, qui Chriſtus eſt,
corruamus. Sed ſi venerit vir eccleſiaſticus & homo Dei,
& Samſon, (qui interpretatur ſol) leonē interficit: deſcen- שמשון
dēſq; in inferni lacum, qui a- Iud. 14. b
quas refrigerat tempore niuis,
tempeſtatis & hyemis, ſuffocat
leonem: vt ſecuro pede, & tu-
tis aurib. dominum ſequi, &
verba eius audire valeamus.
b ❡ *Audite, & cōtriſtamini, &c.*]
Quod in principio capituli
iuxta Lxx. poſitum eſt, ſacer-
dotes: in Hebraico non habe-
tur: ſed pro hoc verbo legitur
l ערש ꝙ Aquila interpretatus l ares
eſt grabatum, & puto Lxx. i-
pſum verbum poſuiſſe Hebrai-
cum: quod quidam non intel-
ligentes pro m ערש legerunt m ares
ἱερεῖς, id eſt, ſacerdotes. Præci-
pit autē ſermo propheticus, vt
primum audiant: deinde con-
teſtentur in domo Iacob, i.e.
in decem tribubus, quæ do-
minus dixerit. Cum cœpero,
inquit, viſitare præuaricatio-
nes vel impietates domus Iſ-
rael, & ei reddere quæ mere-
tur, & captiuitatis tempus ad-
uenerit: tunc deſtruētur alta-
ria Bethel, vbi erant aurei vitu-
li, & amputabuntur cornua al-
taris: ꝙ Hieroboam quoque
manum extendente diruptum H
eſt: & ruent in terram Aſſyrio vaſtante confracta. *Et percu-* 3. Reg. 13. a
*tiam*, inquit, *domum hyemalem cum domo æſtiua*: quod ſimpli-
citer iuxta literam accipere poſſumus, tantarum eos fuiſſe
opum, vt duplices haberent domos, hyemales & æſtiuas:
quarum aliæ verſæ eſſent ad Aquilonem, aliæ ad auſtrum:
vt pro varietate temporum, frigoris & caloris cœliq; tem-
periem prouiderent. Poſſumus domum hyemalem appel-
lare regnum Iſrael: in qua frigus erat religionis & cultus
Dei, varijq; ventorum turbines & ſæua tempeſtas: & do-
mum æſtiuam, Iudam & Hieruſalem, in qua erat templū,
& offerebantur holocauſta mane & veſperi, & vigebat ca-
lor religionis. *Et peribunt*, ait, *domus eburneæ*, quod & iuxta 3 Reg. 22.
hiſtoriam ſtare poteſt: Legimus enim Achab regem Iſrael
tantis fluxiſſe delitiis, vt domū ſibi eburneam fecerit. Pro
eburneis, domos dentis, id eſt, elephātinas in Hebræo in- בתי השן
uenimus. De quib. & in quadrageſimo quarto pſalmo ſcri-
ptum eſt: *A domibus eburneis: ex quibus delectauerūt te filiæ re-
gum in honore tuo.* Quando viſitare cœperit dominus præ-
uaricationes Iſrael (qui prius Deum mente cernebat) viſi-
tabit & ſuper altaria Bethel: non vnum altare, ꝙ habet ec-
cleſia: ſed altaria hæreticorum plurima: Tot enim habent
altaria, quot ſchiſmata. Amputabit & cornua altaris, quod
per ſuperbiam vnum ſe habere iactant. Cadentq; eorum
cornua, id eſt, arrogātia in terram: & percutiet domū hye-
malem: eos hæreticos qui laborant cōtinentia & ieiuniis, ξηροφαγίαις
xerophagiis, Chameuniis: è quibus Tatianus eſt, & Mani- χαμευνίαις
chæus. Et domum æſtiuam: vt Nicolaitas & Eunomianos,
& veteris hæreſeos nouos ſectatores: qui propter ventris
ingluuiem, omnem recipiunt voluntatem. Et peribunt
domus eburneæ qui artifici dente & rhetorici nitoris ſplē-
dore compoſitæ ſunt. Et diſſipabuntur ædes multæ, quæ
in toto orbe diſperſæ ſunt. Vna n. veritate ſurgente, multa
mendacia deſtruentur. Pro domo hyemali, τὸν οἶκον τὸν πε-
ριπτερον, Lxx. tranſtulerunt, ꝙ nos interpretati ſumus pin-
natam, eo quod oſtiola habeat per feneſtras, & quaſi pin-
neas ad magnitudinem frigoris repellendam.

SEPT.

*tur regiones tuæ. Hæc dicit dominus. Quomodo ſi auellat paſtor de ore leonis duo crura, aut extremum auriculæ: ſic auellentur filij Iſrael, qui habitant in Samaria contra tribum, & in Damaſco. Sacerdotes audite, conteſtamini domum Iacob, dicit dominus Deus omnipotens: quia in die qua vlciſcar iniquitates Iſrael ſuper eum: vlciſcar & ſuper alteria Bethel, & ſuffodientur cornua altaris, & cadent ſuper terram. Confundam & percutiam domum pinnatam ſuper domum æſtiuam: & peribunt domus eburneæ; & adijcientur domus aliæ multæ, dicit dominus.*

*Commentarij primi in Amos finis.*

A

# DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN SECVNDVM COMMENTARIORVM AMOS AD PAMMACHIVM,

C

## PROOEMIVM.

LEGI in quadā cōtrouerſia: imbecillitas corporis, animę quoq; vires ſecū trahit. Ecōtrario Paul⁹ Apoſtolus: *Quādo infirmor*, in-
2.Cor 12.c quit, *tūc fortior ſum, & virtus in infirmitate perficitur*. Spiritus enim
Gal. 5. c contra carnem, & caro contra ſpiritum: hæc inuicem ſibi aduerſantur, ne quæ volum⁹ illa faciam⁹. Vnde & in euangelio dicitur: *Spiritus promptus eſt,*
Matt. 26. d *caro autem infirma*. Senectus multa ſecū & bona affert & mala. Bona, quia nos ab impudētiſſimis dominis liberat voluptatibus: gulæ imponit modū, libidinis frangit impetus, auget ſapiētiā, dat maturiora cōſilia, & frigeſcente corpore, dormit cum perpetua virgine Sunamite: luxuriamq; contēnens cum Berzellai, delegat eam filio adoleſcēti Cama-
3. Reg. 1. a ham, & non vult trāſire Iordanem, atq; in alienos
2. Reg. 19 f fines de ſuis finibus, id eſt, regionibus, exire. Quæ autem putantur ſenectutis mala, iſta ſunt: crebræ infirmitates, pituita moleſtiſſima: quam Græcorū alij χόρυζαν, alij φλέγμα nuncupant: caligātes oculi, aceſcētes cibi, tremēs interdū manus, nudi gingiuis dētes, & inter cibos cadētes. Ad hęc torminib. & aculeis ſtomachi, podagræq;, & chiragræ dolorib⁹ ſæpe torquetur, ita vt ne ſtilum quidē aut ca-

B

lamum tenere queat: vt ſuis pedibus nō poſſit incedere: magnaq; parte vitæ videatur eſſe trūcata, & multis membris præmortua. Cum hæc ita ſe habeāt: in malorum comdaratione tolerabilius ſuſtinebo morbos, dummodo vna & grauiſſima domina libidine careā. Patitur quidē & ſenectus nonnumquam incentiua vitiorum, nullusq;, iuxta ſāctum martyrem Cyprianū, diu tutus eſt periculo proximus. Sed aliud eſt titillari, aliud obrui voluptatibus. Ibi cum Apoſtolo adoleſcētia loquitur, quæ nouit virentis corporis neceſſitates: *Non enim* Rom. 7. c
*quod volo bonum, hoc ago, ſed quod nolo malū illud facio*. Et, *miſer ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius*? Hic autē raro inter emortuos cineres ſcintilla ſublucens reuiuiſcere nititur, & tamē incendia non poteſt ſuſcitare. Quamobrem Pammachi, cano iam mecum capite impetra mihi à domino, vt comitem mihi merear habere ſapientiam: de qua
ſcriptum eſt: *Ama illam, & ſeruabit te: honora illā, &* Prou. 4. a
*amplexabitur te*: vt ipſa adiuuāte & ſocia, cœptum in Amos opus expleam, ſecundusq; liber principium ſumat à vaccis Baſan: vt qui in Oſee propheta de vaccis ſiue vitulis Bethauen pleno ſermone tractaui: nūc quoq; de vaccis pinguiſſimis poſſim diſſerere.

D

## COMMENTARIORVM HIERONYMI IN AMOS PROPHETAM.

### LIBER SECVNDVS.

CAPVT IV.

HEB.

AVdite verbū hoc vaccæ pingues, quæ eſtis in monte Samarię: quæ calumniā facitis egenis, & confringitis pauperes: quæ dicitis dominis veſtris, afferte & bibemus. Iurauit dominus Deus in ſancto ſuo, quia ecce dies venient ſuper

CAP. IV.

SEPT.

*AVdite verbum iſtud vaccæ Baſanitides, quæ eſtis in monte Samariæ, quæ opprimitis pauperes: & conculcatis egenos: quæ dicitis dominis veſtris, date nobis vt bibamus: iurauit dominus per ſanctos ſuos, quoniam ecce dies venient*

AVdite verbū hoc vaccæ pingues, &c.] Pro vacis pinguibus: Lxx. poſuerunt δαμάλεις τῆς βασανίτιδος, Aquila
a baſan & Thodotio ipſum verbum Hebraicum [a] בשן: nos Symmachi interpretationē ſecuti qui ait, αἱ βόες εὐτροφοι, i.e. boues ſaginatæ: vaccas pingues interpretati ſumus. Loquitur autem ad principes Iſrael, & optimates quoſq; decem tribuum, qui delitiis ac rapinis vacabant, vt audiant ſermonem Dei, & non aratores boues, ſed vaccas pingues de armento ſe eſſe nouerint: ſiue quæ nutriantur in paſcuis Baſan, quæ ſunt loca herbarum fertiliſſima: ac per hoc ſignificat eos, non agriculturæ, ſed immolationi & eſui præparatos. Vos vaccæ pingues eſtis in mōte Samariæ, & humiles quoſq; cōfringitis, & dicitis dominis veſtris i.e. paſtoribus (per quos reges intelligimus) Date nobis, & bibemus, i. e. iubete tantum, & nos cuncta vaſtabimus. Ex eo autem ꝙ poſuit: date nobis, & bibemus & non dixit, date & comedemus, ebrietatem earū ſignificat in vino atq; luxuria, quę ſtatum mentis euertunt. Iurauit itaq; dn̄s Deus in ſancto ſuo, vel in ſemetipſo, vel in filio, vel in tēplo, vel in omni qui ſanctus eſt, & appellatur templum Dei: ꝙ aduentura ſit dies, nō longe & poſt multa ſæcula, ſed iam imminens dies captiuitatis & anguſtiæ: in quo vaccæ leuent
b biſiroth douga in contis, & reliquię earū in ollis feruentib. pro quo in Hebraic. [b] בסירות דוגה, & apud Aquilam ſcriptum eſt, in lebetibus piſciculorū. Pro contis quoq;, qui Hebraice dicūtur, c ſinnoth
[c] צנות: Aquila interpretatus eſt, clypeos: Symach. & Lxx. ὅπλα, i.e. arma, ſolus Theodotio δόρατα: quē nos ſecuti, cōtos vel haſtas interpretati ſum⁹. Hoc aūt ſignificat, ꝙ capiantur in prælio, & portētur atq; auferātur iure victoriæ, ſeruās tñ cœptam vaccarum metaphoram, vt quas eſſe pingues dixerat vaccas, earū carnes narret in contis vel ſcutis eſſe portādas. Et ſicut lebes feruentiſſim⁹ minutos piſces pariter inuoluit: ita & vaccas Baſā abſque vllo ordine captiuitatis miſeriis opprimendas. Quodq; ſequit̄: *Et per aperturas exibitis altera contra alterā*: ſic explanari pōt: Aperta vobis eſt captiuitatis via, & cū lebetes veſtri fuerint exuſti: exibitis altera cōtra alterā: ſecūdū Hebręorū idioma qui pro eo ꝙ nos dicimus, mutuo vel viciſſim, mulierē & mulierem, h.e. alteram contra alterā vo- אשה גנהה
cant. Et proiiciemini, inquit, in locis Armeniæ, q̃ vocātur Armona. Denique Symmach. ita interpretatus eſt: *Et proiiciemini in Armenia*: pro quib. Lxx. montē Remman: Aquila חרם ונה
montē Armona: Theodotio montē Mona: quinta aūt editio, excelſum montem tranſtulerunt. Verbum aūt domini, ꝙ vaccæ Baſan iubentur audire, ſecundum cœptā tropologiam, hæreticis ꝑcipit: qui ventri & gulæ ſeruientes, recte כונה הר
appellantur vaccæ pinguiſſimæ, ſiue vaccæ ignominioſæ: hoc n. interpretatur Baſan, i.e. αἰσχύνη, q̃ ſi confuſionem di- בשין
cere voluerimus, Babylonem magis q̃ Baſan interpretabimur. Hæ vaccæ pinguęs ſiue ignominioſæ & aridæ (nā Baſan & hoc intelligitur) in monte Samariæ ſunt: cui & in O-
ſee dicitur: *Aufer vitulum tuum Samaria*. Et rurſum in eo- Oſe. 8. & 14.
dem: *Quia ſeducens erat vitulus tuus Samaria*, & ideo in mōte Samariæ: quia ſemper eriguntur in ſuperbiam, & ſibi ſublimia



E

שמרון ſublimia repromittūt. Samaria quoq; cuſtodia dicitur: nō quo cuſtodiant ſermones dn̄i, ſed quia cuſtodes præceptorum eius ſe iactant. Quæ calumniā faciunt egenis, & confringunt pauperes: Egenum & pauperem intellige eccleſiaſticum virum: qui veritatis ſimplicitate cōtentus, hæreticorum ſuppellectilē & eloquentiæ fulgorē, argumentorumq; diuitias non requirit. Hæ vaccæ dicūt dominis ſuis: Afferte, & bibem⁹. Dominos earū vel principes peruerſorū dogmatū poſſumus appellare Valentinum & Marcionē, & Arium, & Eunomium: aut eos qui per multiplices libros ab aliis male inuēta corroborant. Iſtis dicunt vaccæ Baſanitides: afferte nobis, & bibem⁹: Niſi n. illi dederint, iſti ꝙ deuorent non habent, imo ꝙ bibant, vt inebrientur. Vt aūt ſciamus aquas & pocula ſignificare doctrinā, dn̄s loquitur
Ioan. 4. b ad Samaritanā: *Omnis qui biberit ex aqua hac, ſitiet iterū: qui autē biberit ex aqua, quā ego dabo ei, nō ſitiet in æternum*. Ergo qui de Samaritanæ, i. e. hæreticorum aquis biberint, ſemper ſitient, & ardorem fauciū ſiccarum refrigerare nō poterunt: Eſaia de hac eadē conclamā-
te: *Sicut ſomniat qui ſitit, quaſi bibat, & cū ſurrexerit, adhuc ſitit,*
Eſaia 29. c *anima autem eius fruſtra ſperauit: ſic erunt omnes gētes quæ pugnāt contra Hieruſalem*. Vere n. qui de hæreticorum aquis biberit, & pugnauerit contra Hieruſalem, eccleſiam Dei, in ſomnis bibit, & anima eius vanis imaginib. illuditur. Cumq;
F ęſtimauerit ſe ſatiarū, tunc ſitiēdi habebit principium. Vnde & ad virum Eccleſiaſticū dicitur: *Bibe aquas in vaſis tuis,*
Prou. 5. c *& de puteorum fontibus aquas tuas, & ſint tibi ſoli*. Et iurat dn̄s Deus tuus in ſancto ſuo contra vaccas ſaginæ & dapib ſeruiētes, ſiue iurat in ſanctis ſuis, ꝙ venient dies ſup eas, dies iudicij atq; pœnarū: vt portent eas in armis ſuis, & eos qui cum ipſis ſunt mittant in lebetes ſiue portent: & vel ipſæ vaccæ ſint negotiatores peſtilentes, vel ipſi qui veniunt vt portent eas: & eiiciantur nudæ inuicem ſe videntes, proiiciantur q; ſuper montem Remman, dicit dn̄s Deus. Debemus n. & iuxta Lxx. dicere, ne fruſtra eos ꝓpoſuiſſe videamur: Quādo venerit cōtra hæreticos dies iudicij atq; vindictæ, tunc auferētur in armis, hoc eſt cum armis ſuis, quibus aduerſus eccleſiam dimicauerant: vel victi armatura
1. Reg. 2. e Dei, & ab illius pugnatorib. ſuperati, mittentur in lebetes, vt exurantur, & excoquantur qui fuerunt prius negotiatores peſtilentes: ad hoc n. negotiabantur, vt morti traderent quos deceperant. Iſti ſunt de quib. dicitur: Filij Heli, filij peſtilentię, qui in cathedra peſtilentiæ ſederūt. Cumq; excocti fuerint & exuſti, egredientur nudi, nihil eorū habentes, quæ ſibi antea præſumebant: Et videbunt ignominiam ſuam, & proiicientur ſuper montem Remman, qui interpretatur ſublimitas, vt in ſuperbia ſua conterantur. Quidam Remman viſionem alicuius, i.e. ὅρασιν τινὸς interpretantur. Non n. omnia videre poterat, ſed ſibi partis alicuius ſcientiā ꝓmittebant, vt proiiciantur, eo quod ſe ſcire credebant. Poſſumus iuxta literam, qñ venerint dies captiuitatis ſuper vaccas Samariæ, intelligere ꝙ ſuperent eas in prælio, & opprimant armis ſuis & in congreſſione ſuperatas, cōpellant ad vrbes munitas, quæ comparentur ollis feruentibus: vt quomodo Hieruſalem habens clauſos populos & obſeſſos, aſſimilatur ollæ feructi & plenæ carniū: ſic & vrbes Samariæ ollis feruentib. comparentur: quæ fame & peſtilentia clauſos populos exire compellant, & ire in captiuitatem mutuo ſe videntes: & transferri in Armon montes Armeniæ, qui Medis Perſisq; confines ſunt.

a ¶ *Venite ad Bethel, &c.*] Primum hiſtorię fundamenta iaciamus: O Iſrael miſerabilis, iā tibi vicina captiuitas, iam

HEB.

per vos, & leuabūt vos in contis, & reliquias veſtras in ollis feruentibus. Et per aperturas exibitis altera contra alteram, & proiiciemini in Armon, dicit dominus. [a] Venite ad Bethel, & impie agite: ad Galgalam, & multiplicate præuaricationē, & afferte mane victimas veſtras, tribus diebus decimas veſtras. Et ſacrificate de fermento laudē, & vocate voluntarias oblationes, & annūciate. Sic enim voluiſtis filij Iſrael, dicit dominus Deus. Vnde & ego dedi vobis ſtupo-

SEPT.

*nient ſuper vos, & tollent vos in armis, & eos qui vobiſcum ſunt in ollis, negotiatores peſtilentes. Et eiiciemini nudæ contra inuicem, & proiiciemini ſuper montem Remman, dicit dominus. Introiſtis in Bethel, & iniquè egiſtis: in Galgala multiplicaſtis impie agere, & intuliſtis mane hoſtias veſtras, in die tertio decimas veſtras. Et legerunt foris legem, & inuocauerunt confeſſiones. Annuntiate quia hæc dixerunt filij Iſrael, dicit dominus Deus. Et ego dabo vobis*

Aſſyrius inſtat exercit⁹: fac quodlibet, age impie, cum idolis libere fornicare: vt quanto tu fueris impudentior, tanto mea ſuper tormentis tuis iuſtior videatur ſentētia. Venite, inquit, in Bethel, in qua aureū poſuiſtis vitulū, & impie agite in Deū. Venite ad Galgalā locum idololatriæ, de qua per Oſee locutus ſum: *Omnis* Oſee 9. d
*malitia eorum in Galgalis*. Et rurſum in eodem: *Fruſtra erant in Galgala bobus immolantes*. Cumq;
veneritis ad Galgalam, multiplicate ꝑuaricationē. Quid q̄d Ibid. 12 c
enim ibi egeritis, præuaricatio contra Deum eſt, cui idola ꝑtuliſtis. E *afferte mane victimas* והביאו
*veſtras*, ne in ſcelere ſit vlla dilatio. *Tribus dieb. decimas veſtras* ſiue vt interpretatus eſt Sym-
mach. *tertia die decimas veſtras*, Leuit. 7 b
Cuius loci hæc nobis videtur explanatio: In Leuitico lege præceptum eſt, ne quædā hoſtiæ in alterum diem reſeruētur, & ne alię in diem tertium maneant: quod ſi remāſerint, immundæ ſint. Eſt igitur ſenſus: Immundas quotidie victimas cædite, & cōtaminata offerte ſacrificia, & ſacrificate de fermento laudem: ꝙ iuxta præcepta Moyſi Deo penitus
non offertur. Pro laude εὐχαριστίαν, i. e. gratiarū actionem Ibid. 1. c
interpretatus eſt Aquila: quę Hebraice dicitur [d] תודה. Et d toda
vocate; inquit, volūtarias oblationes, quas Hebræi appel- e nedaboth
lant [e] נדבות, i.e. ſpontaneas. Vltroneum autem ſacrificium ad lętitiam pertinet: ꝙ Latine epulum poſſumus appella-
re. Cumq; hoc feceritis, impietatem veſtram omnib. nuntiate, vt non ſolum feciſſe, ſed & alios docuiſſe videamini. Hæc aūt præcipio, & imperatiuo modo loquor, vt veſtræ
ſatisfaciā voluntati: quia ſic egiſtis, & *ſic voluiſtis filij Iſrael,* נקיון שנים
*dicit dominus Deus. Quapropter & ego dedi vobis ſtuporem dentiū* (vt Lxx. tranſtulerunt: quos in hoc loco ꝓpter ſimplicitatē verbi ſecuti ſumus) ſiue munditiam dentium; vt interpretati ſunt Aquila & Symmachus: vt per mundos dentes famis magnitudinem demonſtrarent. Et feci indigentiā panum non in vna vrbe, ſed in omnib. vrbibus veſtris: nec in vno loco, ſed in omnib. locis veſtris. Cumq; hoc fecerim, non puniens, ſed occaſionem tribuens pœnitentiæ, nec ſic quidem eſtis reuerſi ad me, dicit dominus. Hęc iuxta Hebraicum diximus: Tranſeamus ad Lxx. interpretes, & quid nobis iuxta anagogen videantur in ſingulis breuiter diſſeram⁹: neq; n. ſi in vtraq; editione vtrumq; dicere voluerimus, librorum patitur magnitudo: Ingreſſi eſtis in Bethel, i. e. in domū Dei, ꝙ ſentitur eccleſia, & impie geſtis dn̄m,
illius ꝑcepta calcantes. In Galgala autem ꝙ interpretatur, גלגל
reuelatio ſiue volutabrum, impietates multiplicaſtis, ſanctarum vobis ſcripturarum ſcientiam vendicantes & dum erigimini in ſuperbiam, eſtis in cœni vltima deuoluti: Intuliſtis quoq; mane hoſtias veſtras, die tertia decimas veſtras, transfigurati in angelum lucis, & triplicem intelligē-
tiam ſcripturarum de qua nobis pręceptum eſt, vt deſcri- Prou. 22 c
bamus eam tripliciter in cordib. noſtris) in vnius diei ſententiam coarctantes: Debemus enim ſcripturam ſanctam primum ſecundum literam intelligere, facientes in ethica quæcumq; præcepta ſunt. Secundo iuxta allegoriam, i. e. intelligentiam ſpiritualem. Tertio ſecundum futurorum beatitudinem. Vos autem primam, inquit, & ſecundam contemnentes diem, ſpiritualia vobis quędam figmenta componitis ſine fundamento, & parietib tectum deſuper imponentes. Nec hoc ſunt hęretici (de quibus & ad quos dicitur) impietatis fine contenti: ſed legerūt foris legem Dei de eccleſia recedentes, & ſingulis dogmatib. ſuis, quæ peruerſo corde ſimularunt, confeſſiones & teſtimonia ſociare conati ſunt: ſiue ſacrificauerunt de fermento: ſuper quo in euangelio dicitur: *Cauete vobis à fermento*, id eſt, do-

G

H



 ctrina

HEB.

ſtuporẽ dentiũ in cunctis vrbib. veſtris, & indigentiam panum in omnib. locis veſtris, & nõ eſtis reuerſi ad me, dicit dñs. a Ego quoq; prohibui à vobis imbrem cum adhuc tres menſes ſupereſſent vſque ad meſſẽ. Et plui ſuper ciuitatẽ vnam, & ſuper ciuitatem alteram non plui. Pars vna cõpleta eſt, & pars vna, ſuper quam non plui, aruit. Et venerũt duæ, & tres ciuitates ad ciuitatem vnam vt biberent aquam, & nõ ſunt ſatiatæ & non rediſtis ad me, dicit dominus b Percuſſi vos in vento vrente, & in aurugine: multitudinẽ hortorum veſtrorum, & vinearum veſtrarũ, oliueta veſtra, & ficeta veſtra comedit eruca, &

SEPT.

*bis ſtuporem dentium in cunctis vrbibus veſtris, & indigentiam panum in omnibus locis veſtris: & non eſtis reuerſi ad me, dicit dominus. Et ego repreſſi à vobis pluuiam ante tres menſes vindemiæ. Et pluam ſuper ciuitatem vnam, & ſuper ciuitatem vnam non pluã. Pars vna irrigabitur, & pars, ſuper quam non pluro arreſcet. Et congregabuntur duæ & tres ciuitates in ciuitatem vnam, vt bibant aquam, & non ſatiabuntur, & non eſtis reuerſi ad me, dicit dominus. Percuſſi vos in ardore, & in aurugine: multiplicaſtis hortos veſtros, vineas veſtras, & ficus veſtras, & oliueta veſtra comedit eruca, & nec ſic quidem conuerſi*

A Matt. 16. a Ezech. 18. a ctrina *Phariſæorum*. Et hæc fecerunt non errore, ſed ſtudio, non fortuita voluntate, ſed malorum charitate pleniſſima. Vnde vltionem ſuper his comminatur dominus: *dabo*, inquiens, *vobis ſtuporem dentium*, qui Græce γομφιασμὸς dicitur. Si quis enim ſecundum Ezechielem, vuam acerbam comederit, ſtupebunt dentes eius: vt non bene ſcripturarũ ſanctarum teſtimoniis abutẽtes, comedenteſq; ea immatura, & abſq; ſua dulcedine, perdant robur dentium: ne poſſint dura commolare, & Infr. 8. d in aluum toto corpori profutura trãſmitterre. Hunc ſtuporem dentiũ ciborumq; penuriam, dabo & in cũctis vrbib. atq; in omnib. locis veſtris, vt patiamini famẽ ſermonis Dei, & eius panis qui de cœlo deſcendit, & de quo in pſalmis ſcriptum eſt: Ioan. 6. e Pſal. 77. c *Panem angelorum manducauit homo*. Quę vniuerſa feci, non ob crudelitatẽ & ſæuitiam (vt hæretici calumniantur) truculẽti & triſtis iudicij: ſed vt cõuerteremini ad me, iuxta illud ꝙ ſcriptum eſt: Hier. 2 f *Fruſtra percuſsi filios veſtros, diſciplinam non recepiſtis.*

מנעתי a ¶ *Ego quoque prohibui, &c.*] Nõ ſolum ſtuporem dedi dentiũ in cunctis vrbibus veſtris, & indigentiam panũ in omnib. locis veſtris: ſed ꝓhibui à vobis imbrem, cũ adhuc ſupereſſent tres menſes vſq; ad meſſem: quæ appellatur pluuia ſe- B rotina, & agris Palæſtinæ aruiſq; ſitientib. vel maxime neceſſaria: & quaſi herba turgeret in meſſem, & triticum parturiret, nimiaq; ſiccitate areſceret. Significat aũt vernũ tempus f kaſir extremi menſis Aprilis, à quo vſq; ad meſſem frumenti tres menſes ſuperſunt: Maius, Iunius, Iulius. Pro f קציר id eſt, meſſe: Lxx ſuo more τρύγητον, id eſt vindemiã tranſtulerunt: ꝙ ſi recipimus, omnino iuxta orientis omnes regiones, & inſolitum & impoſſibile eſt. Numq̃ enim in fine menſis Iunij, ſiue in menſe Iulio, in his prouincijs, maxi- 1. Reg. 12. d meq; in Iudæa pluuias vidimus. Deniq; in Regum libris pro ſigno magno atq; portento diebus æſtatis & meſſis orante Samuele pluuiæ concitatæ ſunt. Et ſuperfluum erat nunc cõminari menſis Iulij ſiccitatem, in quo numq̃ pluuias dederat. Prohibuit aũt imbrem, vt nõ ſolum indigen- 3 Reg. 17. a tiam panum, ſed & ſitis ardorem, & bibendi penuriam ſuſtinerent: In his n. locis, in quibus nunc degimus, præter paruos fontes, oẽs ciſternarum aquæ ſunt, & ſi imbres diuina ira ſuſpenderit, maius ſitis q̃ famis periculum eſt: ꝙ & in diebus Heliæ prophetæ tribus annis & ſex menſibus factum, ſcriptura commemorat. Et ne forſitan putarent hoc lege naturæ & aſtrorum curſu, ac varietate temporũ vrbib. Eſaie 5. b & populis accidiſſe: ſuper vnam vrbem & agros eos pluere ſe dicit, & ab altera imbrem ſuſpendere. vt duæ & tres ciuitates pergant ad aliam ciuitatẽ, & tamen non ſatiantur aquarum potib. Cumq; hæc fecerit, non in pœnam ſed in medicinã, increpat in ſcelere permanẽtes, & nec ſic quidẽ ad me rediſtis, dicit dñs. Prohibet quoq; ſiue reprimit ab hæreticis dominus pluuias ſpirituales, & omnem rorem diuinę ſapientię, & mandat nubibus ſuis ne pluant ſuper eos imbrem, ante tres menſes meſſis ſiue vindemiæ: vt ad fructus myſterij Trinitatis peruenire non poſſint. Et quomodo ſol iſte, quẽ cernimus, annuũ curſum, donec ad priſtinã metam redeat duodecim explet menſib. qui ſinguli g iareah tricenis voluuntur dieb. & luna quę Hebraice g ירח Græce μήνη dicitur, iuxta vtramq; linguã ex ſuo nomine menſibus nomen dedit, & ſolis illuſtratur radiis ab ea parte qua ei vicina eſt, vel plus vel minus pro varietate temporũ lumẽ C accipiens: Sic & eccleſia veri ſolis ſplẽdore decorata, duodecim implet Apoſtolorũ numerũ. Vnde & XII. in Iſrael appellantur tribus, & in teſtimoniũ æternæ memoriæ de Iordanis alueo XII. lapides auferẽtur, vt ponãtur in loco Ioſu. 4. a ſecundæ circunciſionis. *Pluit* aũt *dominus ſuper vnã ciuitatem* veræ confeſſionis eccleſiã, *& ſuper alteram non pluit*, q̃ in hæreticorum conciliabulis eſt. Cũq; illa imbrẽ recipiat ſempiternũ, iſta iugi ariditate ſiccatur: vt qui ſitiunt coacti penuria veniant ad dñi ciuitatẽ, de qua egreditur fons largiſſimus, qui irrigat torrẽtem ſpinarũ. Iſte aũt eſt fons, qui dicit per Hieremiam: Ioel. 3. d Hier. 2. d *Me dereliquerunt fontẽ aquæ viuæ, & foderunt ſibi lacus contritos, qui aquas continere non poſſũt*. Hic fons de vno fonte ꝓcedens, triplici vnione decurrit: quos fontes patris & filij & ſpiritus ſancti in cerui ſitiẽtis modũ pſalmiſta ſuſpirat, dicens: Pſal. 41. a *Sicut ceruus deſiderat ad fontes aquarũ: ita deſiderat anima mea ad te Deus.* Cumque duæ & tres ciuitates ad vnam perrexerint ciuitatẽ, in qua aquæ ſunt abundantes, ſpei, fidei, charitatis, nõ ſatiabuntur: quia ad diuinam gratiam requirendam, nõ voluntate, ſed neceſſitate venerunt.

b ¶ *Percuſſi vos, &c.*] Nõ ſolum priora feci vt vos corrigerem: ſed quidquid ſuperfuit ſiccitati, vento vrente percuſſi & auru- D h ſiddaphõ gine. Pro h שדפון, i.e. vento vrente, ἀνεμοφθορίᾳ Aquila & Symach. & Theodot. interpretati ſunt: Lxx. πυρώσει, q̃ nos cõbuſtionem poſſumus dicere: i ירקון, i. e. auruginem, oẽs i ierakon ἴκτερον, ſimiliter tranſtulerunt: abſq; Theodotione qui ſolus ὠχρίασιν, q̃ pallorẽ ſignificat, interpretatus eſt. Cumq; aduerſum iram dei multiplicarent hortos & vineas, & ficeta & oliueta, omnia eruca conſumpſit: de qua in Ioel ple- Ioel. 1. a nius dicitur. Et ne plagis quidem ac malorum pondere ad Deũ venire voluerunt. Quo dicto confundantur hæretici, qui diſciplinã creatoris & vt ita dicã medicinam, crudelitatem interpretantur. Percutit aũt ſpiritualiter hæreticos dñs exuſtione ea, de qua Paul. Apoſt. 1. Cor. 7. b *Melius eſt*, inquit, *nubere quam vri*. Et princeps Apoſtolorum: 1. Pet. 4. ἐν ἰκτέρῳ. Chariſſimi, nolite peregrinari in ardore, qui ad tentationem vobis accidit: & aurugine quę felle diffuſo ruborem ſanguinis in pallorem cõmutat, & nihil in corpore ſani eſſe permittit: in tãtum vt etiam mella dulciſſima amara videantur. Et qui dudũ au- Pſal. 33. b Pſal. 118. n diebant in eccleſia: *guſtate & videte quoniam ſuauis eſt dominus* ipſiq; dicebant: *quam dulcia gutturi meo eloquia tua, ſuper mel ori meo*: i. vocentur πικρὸν καὶ χολώδεις & aquę eorum & pluuiæ non ſtillent dulcedinẽ: nec ſint de promiſſionis terra, q̃ legimus lacte & melle manantem: ſed appellentur k מרה. i. k mara e. amaritudo. Iſti multiplicauerunt ſibi hortos, in quos ne 3 Reg. 21. Rom. 14. a ſua vinea mutaretur, Naboth occumbere voluit. *Qui n. infirmus eſt, olera manducat*. Et quia ſemper hęretici tumentes ſuperbia, & incidẽtes in iudiciũ diaboli, magna ſibi ꝓmittunt & bonorum finguntimagines, vt melli venena cõmi- Deut. 32. c Rom. 11. c ſceant: etiã vineas & oliueta & ficeta habere ſe iactãt: ſed vinea eorũ vinea Sodomorũ eſt: oliueta eorũ nõ ſunt de bonis oliuis, ſed oleaſtris: quos Apoſt. radicib. bonarũ oliua- Hier 29. c Mar. 11 rũ ꝑcipit inſerẽdos. Ficeta quoq; talia habent, q̃ calathum peſſimarũ impleãt ficorũ: quas Hieremias prę amaritudine comedi nõ poſſe teſtatur. At que cũ dñs venerit, æterna eis ariditate maledicit: vt numq̃ fructũ afferant, ne virore foliorum decipiant tranſeuntes. Et vt intelligamus hortos hæretico-



HEB.

& nõ rediſtis ad me, dicit dominus. a Miſi in vos mortẽ in via Ægypti, percuſſi in gladio iuuenes veſtros vſq; ad captiuitatẽ equorum veſtrorũ. Et aſcendere feci putredinẽ caſtrorum veſtrorũ in nares veſtras, & non rediſtis ad me, dicit dominus. b Subuerti vos, ſicut ſubuertit Deus Sodomã & Gomorrã, & facti eſtis ſicut torris raptus de incendio, & nõ rediſtis ad me, dicit dominus. c Quapropter hæc faciam tibi Iſrael: poſtquam autem hæc fecero tibi, præparare in occurſũ Dei tui Iſrael. Qui ecce formãs montes, & creans ventum,

SEPT.

*uerſi eſtis ad me, dicit dominus. Emiſi in vos mortem in via Ægypti, & occidi in gladio iuuenes veſtros cum captiuitate equorum veſtrorum. Et eduxi in igne caſtra veſtra in ira mea, & ne ſic quidem reuerſi eſtis ad me, dicit dominus. Subuerti vos, ſicut ſubuertit Deus Sodomam & Gomorram, & facti eſtis ſicut torris erutus de igne, & ne ſic quidem conuerſi eſtis ad me, dicit dominus. Propterea ſic faciam tibi Iſrael: veruntamen quia ſic faciam tibi, præparare vt inuoces Deum tuum Iſrael. Quia ecce firmans tonitruum, & creans ſpiritum*

E rum & vineas, & oliueta, & ficeta ad malã partẽ referri: ſingulis ſermonib. addidit, veſtra: vt nõ Dei, ſed hęreticorũ ea eſſe monſtraret: hortos veſtros, vineas veſtras, oliueta veſtra, & ficeta veſtra, quæ oĩa eruca populata eſt, extremũ pœnarum oĩum: quæ non auolat vt locuſta, & huc illucq; diſcurrens ſemeſa dimittit: ſed permanet perituris frugib. & tardo lapſu, pigriſq; morſib. vniuerſa cõſumit. Cũq; hæc paſſi ſint: nec ſic quidẽ ad dñum redire voluerũt.

Hier 6. b Sec. 70. a ¶ *Miſi in vos mortẽ in via Ægypti, &c.* Per oĩa flagella & tormẽta eruditur Iſrael: vnde & eo tempore quo ab Ægyptiis auxilia poſtulabãt, mittit in eos mors, & percutiuntur in gladio iuuenes eorũ, & equos Deut. 72. c quos ſibi cõtra Dei præceptũ multiplicauerant, captiuitas ſæua cõcludit: vt putredo caſtrorũ & fœtor morientis exercitus, viuentium nares impleat. Cũq; & hæc fecerit, vt corriperet delinquentes, & emẽdaret errãtes, nec ſic quidem redierunt ad eum, dicit dñus. Qui non ſolũ illo tẽpore, ſed quotidie mittit mortẽ in via Ægypti: vt qui Ægyptiã triuerit ſemitã, audiat morientes docẽtẽ Apoſtolum: Quod. n. mortuus ſum, mortuus ſum peccato: ꝙ autem viuo, viuo Deo. Et in alio loco: Si mortui ſumus cum Chriſto, ſimul & F Gal. 2. d Rom. 6. b 2. Cor. 4 c Gal. 2 d iam viuemus cum eo. Et iterum: *Semper mortificationem Ieſu in corpore meo porto*. Et rurſum: *Viuo. a. non ego: ſed viuit in me Chriſtus*. Hac morte viuificare nos vult dominus: vt morientes peccato, viuamus Deo. Morimur. a. peccato, quando mortificamus membra noſtra ſuper terram: fornicatio- Col. 1 a Eſaie 9. b nem, immunditiam, luxuriã, & reliqua. Legimus in Eſaia (duntaxat iuxta Lxx. interpretes: alioquin in Hebraico aliter continetur.) Miſi mortem in Iacob, & venit ſuper Iſrael. Iacob vocabulũ eſt naſcentis corporis Iſrael nomen Gen. 32. b benedictionis. Quia. n. tota nocte luctauit, & vicit in cer- Rom 13. b tamine, & oriente lucifero dicere potuit cum Apoſtolo: *Nox præceſſit, dies appropinquauit*, propterea Iſrael videntis Deum ſortitus eſt nomen. Mittitur ergo primum mors in Iacob: vt mortificemus membra noſtra ſuper terram, & per mortificationem membrorum corporalium, veniamus ad mortem Iſraelis: vt omnia perturbationum in nobis incẽtiua moriantur. Percutit Deus quidquid robuſtum in malis eſt, & peruerſa erigitur iuuenta, ne ad ſenectutem vſq; perueniat: equoſque tradit captiuitati, ne per præcipitia labantur inferni, & aſcendere facit putredinem caſtrorum in nares eorum: vt ſua peccata cognoſcant, & putere ſen- Pſal. 37 a tiant, dicantq; cum Dauid: *Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ à facie inſipientiæ meæ*. Cumque hæc ſanantis voto fecerit, nec ſic quidem reuerſi ſunt ad eum, dicit dominus.

b ¶ *Subuerti vos, &c.*] Extrema medicina eſt, & decem tribuũ & hęreticorum & oĩum peccatorum: vt poſtquã mortẽ miſerit in via Ægypti, & percuſſerit iuuenes eorũ gladios equoſq; conſumpſerit, & aſcendere fecerit putredinẽ caſtrorũ in nares eorũ, & nec ſic quidẽ ad eũ reuerſi fuerint: & ſubuertat eos, ſicut ſubuertit Deus Sodomã & Gomorrã: & cũ ſubuerſi fuerint, ob ſimilitudinem criminũ Sodomæ & Gomorræ, peſſimaq; in eis ædificia, diuinus ignis exuſſerit, ipſi liberentur quaſi torris raptus de incendio. Gen. 19. c Et quo modo Lot Sodoma pereunte ſeruatus eſt, amittẽs ſubſtantiã & partem corporis ſui, q̃ intelligimus vxorẽ: ſic oẽs iſti Sodomorũ diuitias amittẽtes euadant nudi: Iuxta 1 Cor. 3. c illud ꝙ in Apoſtolo legimus: *ſi cuius opus manſerit, quod ſuperædificauit, mercedem accipiet: ſi cuius aut opus arſerit, detrimentum patietur: ipſe autẽ ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem*. Qui ergo ſaluatur per ignẽ, quaſi torris de incendio rapitur. Et ad hu- G iuſmodi homines (quos in Euangelio Saluator arguẽs loquebatur. Ioan. 8. e *ſi filij eſſetis Abraham, opera Abrahã faceretis*.) Ioãnes Baptiſta dicit: *Progenies viperarũ, quis demõſtrabit vobis fu-* Matt. 3. b *gere à ventura ira? facite ergò fructus dignos pœnitentiæ: & ne velitis dicere intra vos: patrem habemus Abrahã: Dico. n. vobis, quoniam poteſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahã*: Igitur & Iſrael & cuncti hæretici, quia habebant opera Sodomæ & Gomorræ, ſubuertũtur vt Sodoma & Gomorra: vt quaſi torris raptus de incendio liberẽtur. Et hoc eſt ꝙ in Pro- Ezech 16. g pheta legimus: *Reſtituetur Sodoma in antiquũ*: vt qui ſuo vitio Sodomites eſt, poſtquã in eo Sodomæ opera arſerit, in antiquum reſtituatur ſtatum.

c ¶ *Quapropter hæc faciã tibi Iſrael, &c.*] Pro eo quod nos interpretati ſumus, poſtquam, & in Hebraico ſcriptum eſt l עקב, & Aquila interpretatus l ekeb eſt ἐσχάτως, i.e. Poſtea: & Theodotio ἐσχάτως, id eſt, nouiſſimè, & Lxx. πλήν, i.e. veruntamen: in Hebraico ſic legi poteſt. Quapropter hæc faciam tibi Iſrael poſtea, i. e. multo poſt tempore, & in nouiſſimis ſæculis: vt rurſus ab alio principio verſus incipiat: Cumq; hoc facturus ſim tibi, ꝑparare in occurſum Dei tui Iſrael. Rurſumq; in eo loco vbi Lxx. tranſtulerunt, præparare vt inuoces Deum tuũ, & nos iuxta Theodotionẽ poſuimus, H præparare in occurſum Dei tui: Symmachus & quinta editio tranſtulerunt præparare vt aduerſeris Deo tuo: ꝙ Hebraicè dicitur, m הכון לקראת אלהיך. Pro montibus quoq; qui m hiccon likrat Eloheha Hebraicè dicuntur, n הרים ſoli Lxx. βροντήν, id eſt, tonitruũ n harim verterunt. Cur. a. illi ſpiritum, & nos dixerimus ventum, o rouah qui Hebraicè vocatur o רוח, cauſa manifeſta eſt: quia hoc verbo & ventus & ſpiritus appellatur. Quodq; ſequitur, annuncians homini eloquiũ ſuum (cunctis ita vt nos vertimus interpretantibus) ſoli Lxx. trãſtulerunt ἀπαγγέλλων εἰς ἀνθρώπους τὸν χριστὸν αὐτοῦ, i. e. annuncians in homines Chriſtũ ſuum: verbi ſimilitudine & ambiguitate decepti. Si enim legamus Chriſtum ſuũ, ꝙ Hebraicè dicitur p משיחו, ſcribi p meſiho tur per has literas q משיחו, quod Lxx. putauerunt. Sin. a. q mem ſchin iod heth vau r מה שחו, vt in Hebræo eſt: iuxta Aquilam τὴν ὁμιλίαν αὐτοῦ, Sym r marſiho machum τὸ φώνημα αὐτοῦ, iuxta Theodotionem τὸν λόγον αὐτοῦ, iuxta quintam editionem τὴν ἀδολεσχίαν αὐτοῦ, quæ omnia interpretantur, ꝙ ſit eloquiũ eius, his literis ſcribitur ſ מ ה, ſ mem he quod dicitur t מה, hoc eſt, quod vel quid. Deinde u שיח, t ma quod legimus x שיח, id eſt, eloquium. O autem quod ſcri- u ſchin iod heth bitur per ſolam litteram y ו αὐτοῦ, id eſt, eius ſignificat: ſi- x ſiah mulq; cõmiſtum legitur z משחו מה à ſuperiori verbo a ה ſe- y vau cundam litterã plus habens. De varietate interpretationis z ma ſiho diximus: quæ moleſta erit negligentibus, ſtudioſis grata: a he nunc ad ſenſum eorũ quę ſcripta ſunt trãſeamus. *Dedi ſtuporem dẽtib. veſtris & non rediſtis ad me, dicit dominus. prohibui à vobis imbrẽ, & plui ſuper ciuitatem vnã, & ſuper alterã nõ plui: & venerunt duæ & tres ciuitates ad vnã vt biberent aquas, & nõ ſunt ſatiatæ, & nec ſic rediſtis ad me dicit dominus. Percuſſi vos in vento vrente, & aurugine hortos veſtros, & vineas & oliueta atq; ficeta, & nõ rediſtis ad me, dicit Dñs. Miſi in vos mortẽ in via Ægypti, & percuſſi in gladio iuuenes veſtros, & aſcẽdere feci putredinẽ caſtrorũ veſtrorũ in nares veſtras, & nõ rediſtis ad me, dicit dñs. Subuerti vos, ſicut ſubuertit dñs Sodomã & Gomorrã, & facti eſtis quaſi torris raptus de incendio, & nõ rediſtis ad me, dicit dñs*. Idcirco hæc faciã tibi ô Iſrael: vt q̃ præterita contẽpſiſti, ſaltẽ ad ea q̃ illaturus ſum corrigaris. Cumq; dixerit, hæc faciã tibi: qd facturus ſit tacet: vt dũ ad ſingula pœnarũ genera Iſrael

A pendet incertus (quæ ideo terribiliora ſunt, quia oīa ſuſpicātur) agat pœnitentiam, ne Deus inferat quæ minatur. Poſtquā.a.fecero tibi, quæ me facturum eſſe conteſtor, ꝑparare, ad inuocandum dominū Deum tuū.
Ioel 2. g *Omnis* enim qui *inuocauerit nomē domini, ſaluꝰ erit.* Siue præparare in occurſū Dei tui: vt venientē ad te dominū, tota auiditate ſuſcipias. Iſte eſt qui firmat toni-
Eccl. 16 c truum, ſiue mōtes confirmat: ad cuius vocem cœlorum cardines, & terræ fundamenta quatiantur. Iſte qui creat ſpiritum: quem in hoc loco nō Spiritū ſanctum, vt hæretici ſuſpicātur, ſed ventum intelligimus, ſiue ſpiritū hominis:
1. Cor. 2. c quia *nemo ſcit quæ ſunt in homine, niſi ſpiritus qui eſt in eo:* & ipſe
Rom. 8. c ſpiritus *interpellat pro nobis gemitibus ineffabilibus.* Vel certe p ſpiritū animā debemꝰ accipere, ſecundum illud quod
Pſal. 103. d ſcriptum eſt: *Auferes ſpiritū eorum, & deficient, & in puluerem*
Luc 23. f *ſuum reuertentur.* Et: *Pater in manus tuas commendo ſpiritum meū: & hoc dicēs expirauit.* Cūque creauerit ſpiritū, annunciat hominib. eloquiū ſuum: ſiue annunciat homini eloquium eius: qui cogitationum ſecreta cognoſcit, & quid latēs animus tacito ſermone tra-
Hier. 17. b ctet, intelligit: iuxta illud ꝙ in Hieremia ſecundū Hebraicum legimus: *Prauum eſt cor hominis, & inſcrutabile: quis cognoſcet illud? Ego dominus ſcrutans cor, & probans renes.* Quod & in cēteſimo tricoſimo octauo pſalmo ſcriptura teſtatur. *Imperfectum meum viderunt oculi tui:* Et eſt ſenſus: Antequā
B conderer, priuſquam deformārer in membra: dum ad-
Hier. 1. a huc in ſemine cōtinerer, viderunt oculi tui. Et Hieremias audit à domino: *Priuſquam te formarem in vtero, noui te: & antequā exires de vulua, ſanctificaui te, & prophetam in gentibus poſui te.* Et Euangeliſta: videns, ait, dominus cogitationes eo-
Luc. 11. c rum. Sin autem legerimus annuncians homini eloquium
Sup. 3. b ſuum: iuxta ſuperius dictum accipiendum, in quo ait: *Non faciet dominus Deus verbum, niſi reuelauerit ſecretum ſuum ſeruis ſuis Prophetis.* Qui autem annunciat cogitationes hominis & eloquium eius ſiue ſuum: ipſe eſt qui facit auroram & diluculum & complet nubibus omnia, & graditur ſuper excelſa terrarum: cuius nomen eſt dominus Deus omnipotens: Pro quo in Lxx. legitur: *Annuncians in homines Chriſtum ſuum:* ſub qua occaſione hæretici Spiritum ſanctum creatum volunt ordine ſequente: *creans ſpiritum, & annuncians in homines Chriſtum ſuum:* vt ille creatus ſit, hic annuncietur in populis. Quibus reſpondebimus iuxta ſenſum eorum, & vulgatam editionem: Qui creator eſt omnium, & firmat tonitruum ſiue fingit montes: conſequēter *educit ventos de theſauris ſuis* & quaſi vniuerſitatis conditor, filium ſuum Chriſtum hominibus repromitit. Poſtquam autem Chriſtus fuerit nunciatus, tunc nobis veritatis lumen aperitur: non ad perfectum: quia nunc ex parte videmus & ex parte cognoſcimus, & *per ſpeculum & imaginem* ea q̄ ventura ſunt contemplamur. Vnde ſequitur: *faciens*
1. Cor. 13. c *mane nebulam, & aſcendens ſuper excelſa terræ.* Excelſus enim in excelſis eſt dominus, & non habitat in humilibus qui excelſus eſt: ſed creator montium aſcendit in montes, in
Philip. 3. c his qui municipatū habent in cœleſtibus, & in carne ambulantes non viuunt ſecundū carnem, ſed ſecundum ſpiritum. Quod ſi iuxta Symmachum & Aquilam legerimus: *hæc faciam tibi Iſrael* poſtea, & cum hæc fecero tibi, præpara te aduerſari Deo tuo: ſic intelligendū eſt: Feci vt te corrigerem, quæ præteritus ſermo deſcripſit, & quia noluiſti reuerti ad me, faciam tibi quæ meo continentur arcano. Occidiſti ſeruos, quos ad te miſeram: mittam nouiſſimè filium meum: tu autem iuxta conſuetudinem tuam, qua ſemper voluntati domini reſtitiſti, præpara te vt contradicas & aduerſeris Deo tuo, iuxta illud quod ſcriptum eſt:

*Ecce hic poſitus eſt in ruinam, & in reſurrectionem multorū, & in* C
*ſignum cui cōtradicetur.* Luc. 2. e Et hoc dicit non quo præcipiat quid facere debeat: ſed ante prædicit quid ſponte facturus ſit, quaſi increpans & arguens: vt ſaltem correptus non faciat quod prædictum eſt.

HEB.

tū, & annuncians homini eloquium ſuum: faciēs matutinam nebulam, & gradiens ſuper excelſa terræ: dominus Deus exercicituum nomen eius.

CAP. V.

AVdite verbum iſtud, quod ego leuo ſuper vos planctum. Domus Iſrael cecidit, non adijciet vt reſurgat. Virgo Iſrael proiecta eſt in terram ſuam, non eſt qui ſuſcitet eam.

ᵇ Quia hæc dicit dominus Deus: Vrbs de qua egre-

SEPT.

*ritum, & annuncians in homines Chriſtum ſuum: faciens mane, & nebulam, & aſcendens ſuper excelſa terræ: dominus Deus omnipotens nomen eius.*

CAP. V.

*AVdite verlum iſtud, quod ego aſſumam ſuper vos planctum Domus Iſrael cecidit, non adiiciet amplius vt reſurgat. Virgo Iſrael proiecta eſt ſuper terram ſuam, non eſt qui ſuſcitet eam.*

CAPVT V.

*AVdite verbum iſtud, quod ego leuo ſuper vos planctū. Domus Iſrael cecidit, non adijciet vt reſurgat. Virgo Iſrael proiecta eſt in terrā ſuam, non eſt qui ſuſcitet eā.*] Quantum ad ordinē literæ pertinet & cœptam hiſtoriæ veritatem, decem tribus, quæ appellantur Iſrael, ductæ in captiuitatem, nequaquam ad terram ſuam poſtea ſunt reuerſæ. Virgo autē appellatur populus Iſrael: non quia in virginitatis permanſerit puritate, ſed quia quondā inſtar virginis ſit domino copulatus. Vnde & plāctū ſuper eum Propheta iubetur aſſumere: ꝙ nequaquam in antiquū reſtituatur gradū. Quantū vero ad intelligentiam ſpiritualem, planctum ſuper oēm Iſrael, qui Deum mente cernebat, & poſtea ei ſeruire deſiuit, aſſumit Propheta: ſecundum illud ꝙ Ezechieli præcipitur: vt deuoret librum, in quo & intus & foris ſcriptum erat, *lamentatio* Ezech 2. d
*& carmen, & væ.* Intus intellige, Salomonis canticum ſequens, qui ait: Introduxit me rex in cubiculum ſuum. Et Cant 1. a
quadrageſimum quartum pſalmum, in quo ſcriptum eſt: *Omnis gloria filiæ regis intrinſecus.* Foris.a.eſt quidquid in litera legitur, & videtur in cortice, & in medulla ſpiritus D
non tenetur. Itaq; & iuxta litterā & iuxta tropologiam, in omnib. Prophetarum libris ſcriptus eſt plāctus ſuper eos qui poſt peccata agunt pœnitentiā: Carmen ſup illos qui nulla peccatorum ſorde maculati, cantico & laude ſunt digni: Væ ſup eos qui non agunt pœnitentiā: ſed iuxta du- Rom 2. a
ritiam cordis ſui *theſaurizant ſibi iram in die iræ.* Si autem, vt diximus, planctus eſt ſuper eos, qui agunt pœnitentiam, & pœnitentia reddit vulneris ſanitatem: quomodo iuxta Lxx. dicitur: *domus Iſrael cecidit, amplius non reſurget: Virgo Iſrael errauit in terra ſua: non eſt qui ſuſcitet eam?* Quod ſic ſolui poteſt: Poſtquam domus Iſrael ſua volūtate corruerit, nequaquam priſtinam recipiet dignitatem: poſtquam virgo Iſrael errauerit in terra ſua, vltra inuenire nō poterit ſuſcitantem. Et conſidera verborum proprietates. Qui domus eſt, & numeratur in turba, cadere dicitur. Qui.a. de numero virginum, ſi errauerit ob leue quoq; peccatum non poterit ſuſcitari, nō quo non ſuſcitetur, ſed nequaquā ſuſcitet virgo Iſrael, & nequaquā reſurgat domus Iſrael. Non eſt enim eadem gloria eius qui ſemper ſecutus eſt dominum, & eius qui aberrauit à grege, & poſtea boni paſtoris reportatus eſt humeris Vnde & per alium Prophetam dominus ait. *Malo pœnitentiam peccatoris quam mortem.* Pœnitentia non Luc. 15. a
ſanctitati puriſſimæ & Eccleſiæ Chriſti (quæ non habet ru- Ezech. 18 g
gam neq; maculā) ſed morti & inferis comparata fit melior. Hęc dicimus, non quo iuxta Nouarū tollamus ſpem pœntentię, ſed quo timidiores faciamus eos, & idcirco ſollicitos, qui aperta ianua pœnitentię dum ſperant futura, perdunt præſentia, & qui abſq; vulnere poterant permanere, incauti vulnus accipiunt, vt poſtea dolore crucientur. *Multæ manſiones ſunt apud patrem meū, & ſtella differt à* Ioan. 14 a
*ſtella in claritate. ita & reſurrectio mortuorum,* ſanctis ſplen- 1. Cor. 15. c
dentibus ſicut ſol & luna, veſper & lucifer. Qui autem poſt peccatum egerint pœnitentiam, pro diuerſitate meritorum ſtellis aliis æquabuntur.

b ¶ *Quia hæc dicit Dominus Deus: Vrbs de qua egrediebantur mille, relinquentur, &c.*] Cauſas quibus domus Iſrael corruens non reſurgat, & virgo Iſrael errans, vel proiecta in terram non habeat ſuſcitantem, reddit ſermo diuinus.

*Vrbs*



E *Vrbs, inquiēs, de qua egrediebantur mille, relinquentur in ea centum, & de qua egrediebantur centum, relinquentur in ea decem in*
Gen. 2. a *domo Iſrael:* vt vbi quondam fuerat multitudo, ꝓp nimiam vaſtitatem vix decima remaneat pars. Et ne omnino hærentes literæ, ſacramenta numerorū relinquamus intacta: Septenariū numerū eſſe ſanctum, etiam Sabbatum probat: in quo requieuit Deus ab omnibus operibus ſuis Et iubet ne quid in eo operis ſeruilis fiat, niſi ea tantum quæ ad animam pertinent & ne in eo onera portemus. Vnde & in
Num. 15. d ſolitudine q die Sabbati ligna collegerat q̄ arſura ſunt, ſen-
Leuit. 25. tentia dñi condemnatur. Et ſeptē hebdomades complent numerū ſanctæ Pentecoſtes, & iubileus annus remiſſionis
Ibid. 23. g tubarumq; clangentium hoc
Exod. 21 a numero texitur. In ſeptimo quoq; menſe figuntur tabernacula, & Hebręus, cum ſex annis ſeruierit, anno ſeptimo liberatur. Nouit & hoc ſæcularis Philoſophia, & medicorum libri quorum Galenus diſertiſſimus atq; doctiſſimus ſcripſit ternos libros περὶ κρισίμων ἢ τῶν κριτικῶν ἡμερῶν: In quibus ſeptenarij numeri oſtendens potentiam, ardentiſſimas febres ſeptimo dicit ſolui die: aut ſi tanta humoris noxij, & pituitæ fuerit magnitudo, vt primę hebdomadis nequaquā feruore conſumpta ſit, ſecundæ hebdomadis vltimus expectatur dies, i.e. quartuſdecimus. Quod ſi hūc, vt iuxta Hippocratē loquar, ἡ νόσος vicerit, tranſeunt ad viceſimam primā diem, h.e. ad finem tertiæ hebdomadis: ita ab initio
Gen. 1. a mundi diebus cōditis, vt oēs labores & moleſtiæ ſeptimo numero cōquieſcāt. Deniq; & captiuitas populi Iſrael tē-
F pliq; ſubuerſio, ſeptuageſimo anno deſolationis impleta eſt, & ſeptem aſtra iuxta numerum dierū dicuntur errantia. De cuius numeri ſacramentis in Scipionis ſomnio plenius narrat Tullius, & obſcuriſſimus Platonis Timæus liber eſt: qui ne Ciceronis quidē aureo ore fit planior. Sicut igitur ſeptenarius numerus habet ſacramentum ſuum: ſic ſanctificatus atq; perfectus, & vt ita dicā, verus eſt numerus, qui vnione retinetur, & vnius Dei maieſtate cōcludi-
Ioan. 14. b. tur. Vnde dicit filius: *Ego in patre, & pater in me,* voleſq; oēs
Ibid. 17. c vnum eſſe cum patre, loquitur ad eum: *Pater da, vt ſicut ego & tu vnū ſumus: ſic & iſti in nobis vnū ſint.* Prima ergo beatitudo eſt eſſe in primo numero, qui vnus & verus eſt. Secunda in ſecundo, i.e. in decade. Tertia in tertio, i.e. in hecatontade. Sicut.n. dicas decima vnione completur: ſic hecatontas ex decem decadibus ſtruitur. Quartus numerus qui millenario numero continetur, decem conſtat hecatontadibus. Cum igitur quis egerit pœnitentiā, de millenario & quarto numero vix reuertitur ad centenarium & tertium numerū. Rurſum qui in centenario eſt, vix redit ad ſecundum primę decadis numerum: atq; ita fit vt domus Iſrael quæ corruerat non poſſit reſurgere, & virgo Iſrael quæ errauerat, in terra non habeat ſuſcitantem: quia qui ſemel ab vnione diſceſſerit, & illam puriſſimæ virginitatis perdiderit gloriam (de qua Apoſtolus dicit: *Zelo*
2. Cor. 11. a *enim vos zelo Dei, & ſtatui vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto,* in qua non eſt macula neque ruga) priſtinum ſtatum & vnionis beatitudinem recipere non valebit, & vix ei concedetur vt de mille reuertatur ad centum, & de centum ad decem redeat. Hæc breuiter ſum locutus, ne omnino in hoc capitulo propter numerorum difficultatem fugiſſe viderer tropologiam.

a ¶ *Quia hæc dicit Dominus domui Iſrael, &c.*] Mos eſt ſcripturarū ſemper aduerſarijs læta ſubiungere. & poſtquā triſtia Deus fuerit cōminatus, ad pœnitētiā eos quos terruit prouocat: iuxta illud ꝙ in Eſaia legimus: *Væ gens peccatrix, po-*
Eſaie 1. a
Sic 70. *pulus plenus delictis, ſemen peſſimū, filij iniqui* Cumq; dixiſſet, terra veſtra deſerta, ciuitates veſtræ igne cōſumptæ, regiones veſtras coram vobis alieni comedent: loquitur ad eos,
Ibid d meliora promittens: *Lauamini, mundi eſtote: auferte malitias*

egredibantur mille, relinquentur in ea centum, & de qua egrediebantur centum, relinquentur in ea decem in domo Iſrael.

HEB.

Quia hæc dicit dominus domui Iſrael: quærite me, & viuetis, & nolite quærere Bethel, & in Galgalam nolite intrare, & in Berſabee ne tranſieritis: quoniam Galgala captiua ducetur, & Bethel erit inutilis. ᵇ Quærite dominum, & viuite: ne for-

SEPT.

*Quia hæc dicit dominus ad domum Iſrael: quærite me, & viuetis: & nolite quærere Bethel, & in Galgala ne ingrediamini, & ſuper puteum iuramenti non tranſeatis, quia Galgala captiua ducetur, & Bethel erit quaſi non ſit. Quærite dominum & viuite: ne fortè*

*veſtras ab animis veſtris. Diſcite benefacere, quærite iudiciū, iudicate pupillo, iuſtificate viduā, & venite diſputemus, dicit dominus.* G
Quomodo ergo in Eſaia, quos ſeuera voce terruerat, blanda oratione ſuſtētat: ita & in hoc Propheta, quib. dixerat, domus Iſrael cecidit, nō adijcietur vt reſurgat: virgo errauit in terra, nō eſt qui ſuſcitet eam: Nūc loquitur ad eos, & dicit: domus Iſrael, id eſt decē tribus, quærite me & viuetis, quoniām in eo ꝙ me non q̄ritis, eſtis mortui. Cumque q̄ſieritis, inuenietis: & cū inueneritis, viuetis. Et nolite q̄rere Bethel, in qua erat vitulꝰ aureus & Galgalam locū idololatriæ: de quo & ſupra dixi: *Omnis malitia eorū in Galgalis.* Oſee 9 b
Et in Berſabee nō tranſibitis: באר
Pulchrè in Berſabee, inquit, שבע
hoc eſt ad puteum iuramenti non trāſibitis: vbi ſi quando errabat tribꝰ Iuda, idola adorare conſueuerat. In tantū.a. ſimulacrorū cultu furebat Iſrael: vt nequaquā contentus idolis ſuis, ad aliena trāſiret. Deniq; *Galgala,* inquit, *captiua ducetur, & Bethel erit inutilis,* יהיה
ſiue *penitus non ſubſiſtens*: cum idola in ea ſubuerſa fuerint. לאון
De Berſabee omnino tacuit: quia victis decem tribubus, vrbs nomine Berſabee, q̄ erat in tribu Iuda illo tempore, nec capta nec deſtructa eſt. Simulq; animaduertendum ꝙ Lxx. interpretes in præſenti loco nomen Berſabee interpretati ſunt, dicentes, τὸ φρέαρ ὅρκου, i.e. puteum iuramenti, & in poſterioribus ipſum nomen poſuerunt. *Viuit Deus tuus Dan, & viuit via Berſabee.* Viam.a. Berſabee poſuerunt: quod de Iſrael longo itinere pergebant ad vltimos terminos Iudæ, qui erant in Geraris, & Ægyptiæ ſolitudini iungebantur, vt idola colerent. Eſt .a. locus in quo habitauit Gen. 26.
H Abraham, & ex eo ꝙ cum Abimelech datis ſeptem ouibus in fœdus mutuum iurauerunt, appellatus eſt puteus iuramenti, ſiue puteus ſeptimi, ꝓp numerum ſeptem ouium, a ſebach
ᵃ שבע enim vtrumque ſignificat Præcipit.a. ſecundum leges allegoriæ domui Iſrael, id eſt, his qui ſibi notitiā Dei pollicentur, vt non quærant Bethel, & non introeant in Galgalam, & non tranſeant vel aſcendant ad puteum iuramenti, ſed magis quærant Deum, & viuant in eo. Quærunt .a. Bethel (ꝙ interpretatur domus Dei) qui dicunt: templum dñi, templum domini, & confidunt in ædificijs, de quibus dominus ad diſcipulos loquebatur: Venient Hier 7 a
dies, in quibus *non relinquetur lapis ſuper lapidem, qui non de-* Luc. 21 b
*ſtruatur.* Et ingrediuntur in Galgalis, qui poſt aduentum Ioſ. 5. b
Chriſti rurſum cupiunt circuncidi. In Galgalis.n. ſecundo populus circuncifus eſt. Vnde & ipſe locus nomen accepit: eo ꝙ abſtulerit dominus opprobrium Ægypti ab eis. *Et in Berſabee,* inquit, ſiue *ad puteum iuramenti non tranſibitis,* ne illos puteis terminos Iudææ, quos olim ſecundum literam ſcriptura promiſerat à Dan vſque Berſabee: nec dicatis vltra cum propheta: *Notus in Iudæa Deus, in Iſrael magnū* Pſal. 75. e
*nomen eius*: ſed audite cum Apoſtolis: *In omnem terram exiuit* Ibid. 18. a
*ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum*: quia Galgala, id eſt carnis circunciſio, captiua ducetur à vera circunciſione cordis: & Bethel, quam putatis domum Dei, non ſubſiſtet: ſiue, vt melius arbitror, erit inutilis, id eſt, ᵇ און: vt ne- b auen
quaquam appelletur domus Dei, ſed vocetur domus inutilis, ſiue idoli. Aliter: Quærit Bethel qui tantum litteram ſequitur occidentem, nec ſenſum, qui Deus eſt, quærit in verbis, & intrat in Galgala, qui ad maiores enititur reuelationes, & ſupernorum ſibi ſcientiam repromittens: tranſitque ſiue aſcendit ad puteum, de quo Samaritana Ioan. 4. a
haurire cupiens aquas, quę ſitim ſatiare non poſſent, ignorabat eum, de cuius ventre procedunt flumina ſalientis aquę in vitam æternam.

b ¶ *Quærite Dominum, & viuite: ne forte comburatur vt ignis domus Ioſeph, & deuorabit, & non ſit qui extinguat Bethel.*] Quomodo ex perſona Dei dicitur: Quærite me, & viuetis: ita Propheta de Domino loquitur, vt quærant

cum,

A eum, & viuant. In eo enim quod quærunt dominum, viuere incipiunt: ſin .a. non quæſierint eum, & idcirco nō vixerint, ſtatim ſuccendetur vt ignis domus Ioſeph: quam pp Hieroboam, qui de tribu Ephraim, & de domo Ioſeph fuit, decem tribus ſentire debemus, q̃ appellabantur Iſrael, & ex maiori populi parte nomen priſtinum poſſidebant. Duæ .a. tribus, quæ regebātur à ſtirpe Dauid qui de tribu Iuda fuit, vocatæ ſunt Iudas, & poſſidebant Hieruſalē, in qua erat templū Dei. Cumq; ſuccēſa fuerit domus Ioſeph, deuorabit atq; cōſumet Bethel: de qua ſuperius dixi: Nolite quærere Bethel: & non erit q̃ extinguat, cum à regibus ſuis fuerit incenſa. Pro Bethel in Lxx. legitur domus Iſrael, ſēſum magis q̃ verbū interpretantibus, vt ſuccedente rege Hieroboam, & cunctis deinceps regib⁹, qui ei in imperio ſucceſſerūt, ardeant decē tribus, quæ appellabātur Iſrael. Iſte eſt ignis qui ſuccēditur ſiue reſplēdet & inflammat domum Ioſeph, vt conſumatur

Eſaia. 50.d. Bethel de quo alibi dicitur: *Ambulate in lumine ignis veſtri, & in flamma quam ſuccendiſtis.* Et quia crebro domum Ioſeph (propter Hieroboam, qui à ſtirpe Dauid populū Dei

4. Reg. 12.d ſeparauit, & vaccas fecit aureas in Dan & in Bethel, & dixit, *non eſt pars nobis in Dauid, neq; hæreditas in filio Ieſſe*) ad perſonam hæreticorū retulimus: qui ſermone compoſito, decora atq; formoſa, & vt ita dicam, aurea ſimulacra finxerunt, & adorant opera manuum ſuarum, & agriculturæ ſub vaccarum ſpecie ſibi imaginem repromittunt, dicitur

B ad eos: *Quærite dominum, & viuite*: eum qui dixit: *Ego ſum*

Ioan. 14.a *via, veritas & vita*: vt poſtquam ambulauerint in eo, & inuenerint veritatem, tunc incipiant viuere, qui prius mortui erant. Et niſi hoc fecerint, diaboli comburentur ardoribus: nullusq; poterit inueniri de principibus eorū (qui & ipſi hæretico igni ſuccenſi ſunt) qui poſſit vorantē cuncta flammam reſtinguere, & præcipuè Bethel, quæ falſum ſibi domus Dei nomen aſſumit.

a ¶ *Qui conuertitis in abſynthium iudicium, & iuſtitiam in terra relinquitis, &c.*] Multum in hoc loco ab Hebraica veritate editio vulgata diſcordat, ſicut abſque commonitione noſtra ex his q̃ propoſuimus, prudēs ſtatim lector intelligit. itaq; exponamus primū iuxta Hebræos, & poſtea quid nobis videatur in translatione Lxx. Chriſto ſi meruimus pādēte dicamus. Domus Ioſeph, i.e. domus Ephraim, ac per hoc regia & Bethel: ſiue ſicut Lxx. tranſtulerunt domus Iſrael: i.e. & reges & populi & cultores & idola, pariter ſubuertentur, qui iniquo iudicio Deum ad iracundiā prouocauerunt. Et conuerterunt dulcedinem iudicij in abſynthij amaritudinem: q̀ genus eſt herbæ amariſſimæ: aſſumentes iniquitatem, & iuſtitiā relinquentes. Quæ ſit .a. iſta iuſtitia, ſequens verſus oſtēdit. *Facientem Arcturū, & Orionem, & conuertentem in mane tenebras, & diem nocte mutantē.*

Sup 4. d De quo ſupra dixerat: *formans montes, & creans ventū, & annuncians homini eloquium ſuum: faciens matutinam nebulam, & gradiens ſuper excelſa terræ: Dominus Deus exercituū nomen eius,*

e cima *ipſe eſt creator Arcturi*, qui Hebraicè ᵉכימה dicitur, & à Symmacho & Theodotione εἰς πλειάδα vertitur: quem vulgo bootem vocant: quodq; ſequitur, Oriona, qui Hebrai-

d ceſil cè dicitur ᵈכסיל, Symmachus abſolutè ſtellas, Theodotio interpretatus eſt veſperum: Hebræus .a. qui nos in ſcrip-

e ceſil turis ſanctis erudiuit, ᵉכסיל interpretari putant ſplendorem, & ſignificare generaliter aſtra fulgentia. Quando .a. audimus *Arcturum & Oriona*, non debemus ſequi fabulas poetarum, ridicula ac portentoſa mendacia: quibus etiam cœlum infamare conantur, & mercedem ſtupri inter ſidera collocare: dicentes *Arcturum, pluuiasq; Hyadas geminosq; Triones: armatúmq; auro circumſpicit Oriona*: Sed ſcire

**Heb.**

forte comburatur vt ignis domus Ioſeph, & deuorabit, & nō ſit qui extīguat Bethel. ᵃ Qui conuertitis in abſynthium iudicium, & iuſtitiam in terra relinquitis, facientem Arcturum, & Orionem, & conuertentem in mane tenebras, & diē in nocte mutantem. Qui vocat aquas maris, & effūdit eas ſuper faciē terræ: Dominus nomē eſt eius. Qui ſub ridet vaſtitatem ſuper robuſtū, & depopulationem

**Sept.**

*fortè ſuccendatur, vt ignis domus Ioſeph, & deuoret eam, & non ſit qui extinguat domum Iſrael. Qui facit in excelſo iudicium, & iuſtitiam in terra poſuit, qui facit omnia, & transformat, & conuertit in mane vmbram mortis, & diem nocte contenebrat. Qui vocat aquam maris, & effundit eam ſuper faciem terræ: Dominus Deus omnipotens nomen eius. Qui diuidit contritionem, & miſeriam*

C Hebræa nomina, quæ apud eos aliter appellantur, vocabulis fabularum gentilium in linguam noſtram eſſe tranſlata. Qui nō poſſumus intelligere q̀ dicitur, niſi per ea vocabula, q̃ vſu didicimus & errore combibimus. Vnde & in regū volumine ᶠרפאים Hebræum, Græci Titanas tranſtule- f rephaim runt, q̃ apud ethnicos celeberrima fabula eſt: ex qua in laudes deorū ſcribunt γιγαντομαχία & tela Typhoea, & impoſitū Encelado Ethnam montem, ad cuius motū Trinacria cōtremiſcat. Iſte .a. Deus creator oīum, qui facit Arcturum & Orionem, noctem in diē, & diem in noctem cōmutat, & aquas maris amariſſimas æthereo calore ſuſpenſas excolat, & eliquat in dulcē pluuiarum ſaporē, inſtar medicinalis cucurbitæ, q̃ calore ſuperioris gyri, humorē & ſanguinē ſurſum trahit: ex quo diſcim⁹ vnde ſint pluuiæ. Quodque ſequit: *Qui ſubridet vaſtitatē ſuper robuſtum*: ad p̃ſens tēp⁹ reuertitur, & eſt ordo: Qui creator eſt oīum, comminat etiam captiuitatem ſuper Samariam, & depopulationem ſuper potentem adfert: quoniam conuertit in abſynthium iudiciū, & iuſtitiam relinquit in terra. Vbi nos diximus, qui ſubridet, Aquila interpretatus eſt, ὁ μειδιῶν. propriè aūt μειδίαμα dicitur, quod nos ſubriſionem poſſumus appellare, qn̄ quis iraſcitur & apertis paululum labijs ſubridere ſe ſimulat, vt iræ oſtendat magnitudinem. Dicamus & iuxta Lxx, Deus in excelſo facit iudicium quādo iudicat veritatem, & reddit vnicuiq; ſecundū opus ſuum: & omnis, qui imitator & filius

D eius eſſe deſiderat, & eſſe perfectus (ſicut pater eius perfectus eſt, qui moratur in cœlo) facit in excelſo iudicium, & Matt. 5.g non imitatur eum iudicē, qui Deum non timebat, & ho- Luc. 18.a minem non verebatur, & peruerſitate iudicij, ſententiam ſuam non leuabat ad cœlum, ſed ad humilia detrahebat. Quodq; ſequitur, & iuſtitiam in terra poſuit: iuxta illud debemus accipere, quod dederit nobis Chriſtum iuſtitiā ſuam, & non proiecerit eam, ſed depoſuerit in terram: vt omni iniquitate ſuperata, nos de terrenis cœleſtes faceret. Ego puto ex hoc loco etiā gentilem poetam furatum fuiſſe: qui de ruſticorum ſimplicitate, & beatitudine ediſſerēs intulit: extrema per illos iuſtitia excedens terris veſtigia fecit. Quod autem dicunt, faciens oīa, atq; transformans, vno verbo Arcturum & Oriona cōprehendunt, negligentes proprietatem nominum in Græcum transferre ſermonem. Transformat autē Deus omnia, qn̄ facit de terrenis cœleſtia, & homines angelorum donat ſimilitudine: qn̄ luna ſolis fulgore rutilabit, & ſol habebit lumen ſeptuplū: quando animal, & infirmus, & corruptibilis homo transformatur in ſpiritualem, & robuſtum, & in corruptum, mutans gloriam non naturam: qn̄ intelligentes fulgebunt ſicut ſplendor firmamēti, & implebitur quod ſcriptum eſt: *Alia gloria ſolis, alia gloria lunæ, alia gloria ſtellarū. Stella .n. à ſtel-* Dan 12.b *la differt in claritate: ſic & reſurrectio mortuorum.* Quando om- 1.Cor 15.e nis creatura liberabitur de ſeruitute corruptionis in liber- Rom. 8.d tatē gloriæ filiorum Dei. Iſte Deus qui cuncta trāsformat, etiā vmbram mortis mutat in lucem: quando hi qui ſede- Luc. 1.6 bant in tenebris & vmbra mortis, viderunt lucem magnā, & qui erant filij noctis & tenebrarū, facti ſunt filij lucis & filij diei. Iſte eſt Deus qui etiam diem vertit in tenebras: eorum diem qui dixerunt: *crucifige, crucifige* eum: aufert de Ioan 19.f terra talem: quando ab hora ſexta, in typum Iudaicæ cæcitatis, dies in noctem verſus eſt. Et non ſolum ſecundum literam, ſed etiam ſecundum altiorem intelligentiam, lux quæ eis oriebatur in lege & prophetis, verſa eſt in tenebras ignorantibus, quid legant, quid audiant, vt impleatur de illis quod ſcriptum eſt. *Obſcurentur oculi eorum ne vide-* Pſal. 69 *ant, & dorſum eorum ſemper incurua.* Iſte Deus vocat ad ſe aquam



E ſe quā maris, & effundit eam ſup faciem terræ, & de peccatorib. iuſtos faciens. Ad q̀ exponendum, vnum tantum

Act. 8.a ſtudio breuitatis ponamus exemplum. Paulus Apoſtolus, quaſi turbo violentus, & ſæua tempeſtas, & tumētis maris gurges, perſequebatur, & opprimere nitebatur Eccleſiam

Rom. 15.c Dei. Qui vocatus à domino, effuſus eſt ſup faciē vniuerſæ terræ, vt p̃dicaret Euangeliū de Hieroſolymis vſq; ad Illyricum, & ædificaret non ſup alterius fūdamentū, vbi iam fuerat p̃dicatum, ſed vſq; ad Hiſpanias tenderet, & à mari rubro, imo ab Oceano vſq; ad Oceanum curreret: imitās dominum ſuū & ſolem iuſtitiæ, de quo legimus: *À ſummo cœlo*

Pſal. 18. b *egreſſio eius, & occurſus eius vſq; ad ſummum eius*: vt ante eū terra deficeret, quam ſtudium p̃dicandi. Iſte Deus & contritionem diuidit ſuper fortitudinem: vt eos qui malè fortes ſunt, imbecilles faciat, & imi-

1.Cor. 12.d tari poſſint Apoſtolum dicentem: *quando infirmus ſum: tunc fortior ſum* Nam & filij huius ſęculi prudentiores ſunt filiis

Luc. 16. b lucis in generatione ſua. Fortitudo corporis, imbecillitas animæ eſt, & rurſum animæ fortitudo, imbecillitas corporis eſt. Igitur dominus, qui omnia ratione diſpenſat, vero facit cuncta iudicio, diuidit cōtritionem ſuper robuſtum inimicum, vt inducat miſeriam ſuper munitionem, quæ ſe

Prou. 21.a erigit contra ſcientiam Dei. De qua & in Prouerbiis legimus: *Ciuitates robuſtas ingreſſus eſt ſapiens & deſtruxit munitionem in qua confidebant impii.* Hoc & ad omnem quidem fortitudinem ſæcularem, ſed proprie contra hæreticos facit:

F qui argumentis & ſophiſmatib. & arte dialectica, dogmatum falſitatem roborare conantur. Sed deſtruit eam ſapiēs vir, & Dei adiutus auxilio, omnem munitionem oſtendit eſſe vaniſſimá: vt inducat ſuper eam miſeriam, & inclinata

Rom. 7. d ſuperbia poſſit cum Apoſtolo dicere: *Miſer ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius?*

a ¶ *Odio habuerunt in porta corripientem, &c.*] Hi ſuper quos Deus ſubridet vaſtitatem, & affert in eos populationem, qui in malo robuſti ſunt, & ad opprimendū potētes, odio habuerunt in porta, id eſt, in iudicio corripiētem: vel me, vel alios prophetas, qui ad eos miſſi ſunt, & loquentē perfecte, ſiue verbū im̄aculatū, vt interpretatus eſt Sym̄achus:

ודבר תמים aut λόγοι ὅσιοι, i.e. ſermonem ſanctum, vt Theodotio & Septuaginta tranſtulerunt. In porta .a. iuxta veterē morem, Iudaici populi fuiſſe iudicia, & ſæpe legimus, & crebro interpretati ſumus: vt nec agricola ad cauſam veniens frequentia ciuitatis, & nouo terreretur aſpectu, nec vrbis habitator longe ab vrbe properaret, & ſubuectionem quæreret iumentorum. Hoc iuxta literam dixerimus: ceterum grande peccatum eſt odiſſe corripientem, maximè ſi te nō odio, ſed amore corripiat: ſi ſolus ad ſolū, ſi aſſumpto fra-

Matth. 18 e tre altero, ſi poſtea præſente Eccleſia. vt non ſtudio detrahendi, ſed emendationis tuæ videatur crimen ingerere. Duplices portas, mortis & vitæ, vitiorum atq; virtutum,

Pſal. 9. c ſepè in ſcripturis legimus, vt illud in pſalmis: *Qui exaltas me de portis mortis, vt annūtiem omnes laudationes tuas in portis*

Hebr. 12. c *filiæ Sion*: haud dubium quin Eccleſiam ſignificet excelſus mons Sion, & ciuitatem Dei viuentis Hieruſalem cœleſtē & multitudinem angelorum, & Eccleſiam primitiuorum q̃ ſcripti ſunt in cœlis. Qui in portis Sion fuerit exaltatus, portas mortis timere non poterit: de quibus Petro domi-

Matth. 16 c nus loquebatur: *Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eā.* Portas virtutis ma-

Pſal. 117. c nifeſtè in alio Pſalmo diſcimus: *Aperite mihi portas iuſtitiæ, ingreſſus in eas confitebor domino. Hæc porta domini: iuſti intrabūt*

Prou. 1. e *in eam.* Denique & ſapientia in portis ciuitatis confidens

Sec 70. dixit: *Quanto tempore innocentes obtinuerint iuſtitiam, non con-*

θαρροῦσα. *fundentur.* Ego portas ciuitatis, hoc eſt, animæ credentis

G in Chriſtū, puto eſſe virtutes, p̃ quas ad credentes Chriſtus ingreditur. Et quia non eſt ſcriptū in quib. portis oderint corripientē, vtrū in malis an in bonis: nos ad vtrūq; referamus. In vitiorū portis ſtantes peccatores arguit Propheta, & idcirco deteſtatio habetur ab eis. Aut certè ipſe Propheta ſtat in portis, initijsq; virtutū: & odio habet ab his quos corripit. Nec ſufficit peccatorib. odiſſe in portis ar-

מוכיח guentem ſiue corripientē, niſi verbū ſanctum abominentur q̀ de eius ore profertur. Qui

Matt. 10. d enim *non recipit Prophetam, non recipit eum qui miſit illum.* Sin a. verbum ſanctum, vel qui perfecte loquebatur, abominati ſunt (porro verbum ſanctum dominus eſt Ieſus, de quo dicitur: *Non dabis ſanctum tuum*

Pſal. 15. c *videre corruptionem.*) Omnes Iudæi dicentes anathema Ieſu, verbum Dei abominātur: q̀ & perfectum & ſanctū & immaculatum eſt. Abominatio enim peccatori eſt pietas. Quidquid .a. de Iudæis diximus, tam ad ethnicos, quam ad hæreticos referri poteſt: quorum alij omnes ſcripturas ſanctas abominantur, in quibus verbum Dei eſt. Alij dum peruerſe intelligunt, quod legunt, abominationem ponunt in domo Dei.

b ¶ *Idcirco pro eo quod diripiebatis pauperem, & prædam electam tollebatis ab eo, domos quadro lapide ædificaſtis, &c.*] Ne forſitan putarēt Iſrael, quod propter ſolam idololatriam hoſtibus traderetur ad pœnam: iungit & cętera, quæ amiſſa veritatis religione commiſerit. Diripiebatis, inquit, pauperem, vt ab eo tolleretis, q̃ victui neceſſaria vix habebat, & quidquid pretioſum videbatis, & pulchrum, veſtris vſibus tradebatis. Vnde & ex pretio eorum, q̃ rapiebatis & tollebatis à paupere, domos quadro lapide ædificaſtis, vt ſpoliantes homines, parietes marmoribus veſtiretis. Quas quia

H ædificaſtis de rapinis, & non ſolū manſioni & tecto (quod exigit humana fragilitas) ſed pulchritudini & delitiis præparaſtis, repentina captiuitate, vel morte ſubtracti, nō habitabitis in eis. Vineas quoque amantiſſimas futuris potibus prouidentes plantaſtis, & non bibetis ex eis vinū: quia ego vniuerſa ſcelera veſtra, & peccata cognoui, & pecca-

צררי צדיק ta fortia, quæ meam iracundiam prouocarunt: Qui eſtis hoſtes iuſtitię ſiue omnis iuſti, & accipitis munera, & pauperes in iudicio deprimitis: Ideo qui pauper & prudens eſt, cum redemptum iudicem viderit, tacebit in tempore illo: quia tempus malum eſt. Vel certè ita intelligendum: Quid prodeſt nunc vicina captiuitate veſtra enumerare peccata: cum iam nullum remedium ſit, & muros vrbium

יען בושסכם על דל veſtrarum hoſtilis cingat exercitus? Poſſumus hoc ipſum & de hæreticis dicere: qui diripiunt pauperes, ſiue ſtricta manu percutiunt caput eius: hoc. n. Græcè ſignificat κατεκονδυλίζετε πτωχούς: iuxta illud quod ſupra legimus, percu- Sup. 2. b tientes in capite pauperem. Non enim percutiunt hæreti- Prou. 13. d ci niſi pauperem, qui ſuſtinere non poteſt comminationē Sec. 70. nec in aliis membris, ſed in principali cordis, & in fidei ve- ἀπειλήν. ritate. Pauperes reor, qui ſimplici contenti fide, hæreticorum malitiæ non valent reſpondere. Sed & quidquid boni operis in Dei munera præpararunt, niſi aduerſariis reſtiterint, perdent tempore pugnæ atq; certaminis: qui aduerſarij compoſitione ſtructuraq; verborum ędificant ſibi domos, vt tuti maneant & ſecuri. Sed non habitabunt in eis, cum ab Eccleſiaſticis viris deſtructæ fuerint atque ſubuerſæ. Et non ſolum domos ædificant, verumetiam amantiſſimas quoq; & deſiderabiles plantant vineas: vt Chriſti myſteria mentiantur: ſed non bibent ex eis vinum, niſi quod eſt *furor draconum inſanabilis*: Expectauit enim Dominus, vt iſtę vineę afferrent fructus, & non attulerunt Deut. 32. e vuam, ſed ſpinas vel labruſcam: nec iudicium ſed cla- Eſaia. 5. a morem, quo contra Deum ſuum inſano ore blaſphemant באשים

Ideo

**Heb.**

tionem ſuper potentē affert. ᵃ Odio habuerunt in porta corripiētem, & loquētem perfecte abominati ſunt. ᵇ Idcirco pro eo quod diripiebatis pauperē, & prædā electam tollebatis ab eo: domos quadro lapide ędificaſtis, & non habitabitis in eis: vineas amantiſſimas plantaſtis, & non bibetis vinum earum. Quia cognoui multa ſcelera veſtra, & fortia peccata veſtra:

**Sept.**

*ſeriam ſuper munitionem adducit. Odio habuerunt in portis arguentem, & verbum ſanctum abominati ſunt. Propterea quia pugno percutiebatis pauperes, & munera electa accipiebatis ab eis: domos dolatis lapidibus ædificaſtis, & non habitabitis in eis: Vineas deſiderabiles plantaſtis, & non bibetis vinum earum. Quia ego cognoui multas impietates veſtras, & fortia pec-*

A Ideo.a.non habitabunt in domibus ſuis, & non bibent vi-
num earum, quas plantauerant vinearum, quia cognouit
dominus multas impietates eorũ. Hic cognitio, non iuxta
1. Tim. 2. c illud intelligenda eſt, ꝙ alibi legimus: *Cognouit dominus eos*
*qui eius ſunt.* ſed ꝙ nihil Deum lateat, & omnia peccantium
ſecreta cognoſcat. Cognoui,
inquit, multas impietates: q̃
non ſolum multæ, ſed & for-
צררי tes ſunt, & opprimentes ſiue
צדיק cõculcãtes ipſam iuſtitiã, vel
καταπατοῦντες δίκαιον. eũ qui iuſt⁹ eſt. Et accipitis, in
quit, cõmutationem, pro qua
commutatione oẽs ſimiliter
כפר ἐξιλάσματα, i. e. propitiationẽ
tranſtulerunt: nos munus di-
Matt. 16. d ximus: ἐξίλασμα autẽ iuxta idio-
ἀντάλλαγμα ma ſcripturarum pretium di-
המר citur: ꝙ in Euãgelio quoq; le-
gimus: *Aut qua dabit homo cõ-*
*mutationem pro anima ſua.* Pau-
peres quoq; in portis declina-
runt, i. e. ἐκκλίνοντες, ſiue vt
Symmachus interpretatus
eſt, oppreſſerunt, vt cõtra iu-
dicij veritatem pretio ſenten-
tiam venderent: incurrentes
Deut. 16. d in illud ꝙ ſcriptum eſt: *Mune-*
*ra excæcant oculos etiã ſapientiũ.*
Quæ accipiunt hæretici, vt
auſteritatem ſcripturarũ, quę
peccatorib. tormenta denun-
ciant, vertant in beatitudinẽ,
& cũ diuitib. proſpera quæq;
promittant, tantum apud pauperes truculenti ſunt & ſe-
ueri. Quando igitur vir Eccleſiaſticus, & prudens atq; in-
telligens multas impietates in ea quæ vocatur domus Dei
eſſe cognouerit, & non ſolum multas, ſed & fortes, & quæ
B opprimere poſſint iuſtitiam, & intantum doctorum rabiẽ
proceſſiſſe, vt accipiant pretium in iudicio, & omnia pro
muneribus faciant, pauperes quoque deuitent in portis, &
audire contemnant: taceat in illo tempore, ne det ſanctũ
canibus, & mittat margaritas ante porcos, qui conuerſi
Matth. 7. a conculcent eas, & imitetur Hieremiam dicentem: *ſolus ſe-*
Hier. 15. d *debam, quia amaritudine repletus ſum.* Et illud in pſalmis:
Pſal. 140. c *Singularis ſum ego donec tranſeam.*
a ¶ *Quærite bonum, & non malũ, &c.*] Dicitis Deum eſſe vo-
biſcum, quia ſitis filij Abraham: audite quod ſequitur: *Si*
Ioan. 8. c *filij eſtis Abrahæ, opera patris veſtri facite.* Quæ ſunt opera pa-
tris veſtri Abrahæ? *Diligite bonum & malum.* Grande pecca-
tum eſt, non ſolum facere malum, ſed & diligere. Multi
peccant, & expleto voluptatis ardore mordentur cõſcien-
tia ſua, & pœnitet eos peccati ſui. Qui aũt non ſolum non
dolet ſe feciſſe quod malum eſt, ſed in ſuo ſcelere gloria-
tur, iſte implet illud ꝙ ſcriptũ eſt: *Peccator cum venerit in pro-*
Prou. 18. a *fundum impietatis, contemnit.* Quærite ergo bonum & non
malum: Si .n. quæſieritis bonum, in eo quod quæritis bo-
num, ſtatim repellitis malum. Nunquã .a. quæreretis bo-
nũ, niſi prius repelleretis malũ, implentes verba pſalmiſtæ
dicentis: *Declina à malo, & fac bonũ.* Cumq; quæſieritis bo-
nũ, & vitaueritis malum: tunc viuetis in eo qui dicit. *Ego*
*ſum vita* Bonum quærit, qui credit in eum qui in Euange-
Pſal. 36 e lio loquitur: *Ego ſum paſtor bonus*: Repellit malum, qui fu-
Ioan. 14 a git eum de quo ſcriptum eſt: *Mundus in maligno poſitus eſt.* Et
Ibid. 10. c in oratione dominica dicit: Libera nos à malo. Cumque
I Ioan. 5. a quæſieritis inquit, bonum, & nõ malum, & vixeritis: tunc
Matth. 6. b erit dominus Deus exercituum vobiſcum: ſicut dixeratis,
ideo eum eſſe vobiſcũ, quia nati eſſetis de Abraham. Nec
ſufficit bonum quærere, malumq; non quærere, niſi ἑκατέρωθεν, id eſt, pietatem habeatis in vtroque: vt primum odiatis
malum, deinde diligatis bonum Odit malum qui non ſo-
lum voluptate non vincitur, ſed odit opera voluptatis: &
diligit bonum, qui non inuitus aut neceſſitate aut metu le-
gum facit ꝙ bonum eſt: ſed idcirco quia bonum eſt, vt mer
cedem boni operis habeat conſcientiam ſuã, & dilectio-
2. Cor. 9 b nem q̃ erga bonum poſſidet. Vnde & Apoſtolus inquit,

Hᴇʙ.

veſtra: hoſtes iuſti, accipientes mun⁹, & pauperes in porta deprimentes. Ideo prudens in tempore illo tacebit, quia tempus malũ eſt. [a] Quærite bonum, & non malum, vt viuatis: & erit Dominus Deus exercituũ vobiſcum, ſicut dixiſtis. Odite malum, & diligite bonum, & conſtituite in portis iudicium: ſi fortè miſereatur Dominus Deus exercituum reliquiis Ioſeph. [b] Propterea hæc dicit dominus Deus exercituum dominator: in omnibus plateis planctus, & in cunctis quæ foris

C *Datorem hilarem diligit Deus*: Non.n. oĩs eleemoſyna placet
Deo, niſi quæ cum hilaritate profertur. Cumq; odieritis
malũ & dilexeritis bonum, conſtituite in portis iudiciũ:
de quo ſupra dictum eſt, vt iniquitate expulſa, veritas re-
deat. Et ſi feceritis hoc, forſitan miſerebitur dominus Deus

Sᴇᴘᴛ.

*peccata veſtra: conculcantes iuſtum, accipientes commutationes, & pauperes in portis declinantes. Ideo qui intelligit in tempore illo ſilebit, quia tempus malum eſt. Quærite bonum, & non malum vt viuatis, & erit ſic dominus. Deus omnipotens vobiſcum, ſicut dixiſtis: Odio habuimus mala, & dileximus bona, & reddite in portis iudicium: vt miſereatur dominus Deus his qui reliqui ſunt de Ioſeph. Ideo hæc dicit Dominus Deus omnipotens: In cunctis plateis planctus, & in omnibus vijs dice-*

omnipotẽs reſiduis Ioſeph, de
tribu Ephraim, & de decẽ tri-
bubus & captiuitatẽ euadere
poterunt: Quæ oĩa poſſunt &
hæreticis coaptari, vt deſerto
errore quẽ finxerunt, redeant
ad Eccleſiã, & oderint priora
dogmata: diligãtq; in Eccle-
ſia domini veritatẽ, & iudi-
ciũ verũ exerceãt in portis vi-
tiorũ & virtutũ: reliquentes
illa & ad has tranſeuntes, &
ſperent miſericordiã qui ex
faucib. diaboli euadere qui-
uerint. Iuxta Septuaginta.a.
ordine cõmutato, ſic manife-
ſtior lectio præſentis capituli
reddi poteſt. Quomodo di-
xiſtis, odio habuimus mala &
dileximus bona: ſic quærite
bonum & non malũ, vt viua-
tis, & ſit dominus Deus om-
nipotens vobiſcũ: & reddite
in portis iudicium: vt miſe-
reatur dominus Deus omni-
potens reliquiis Ioſeph.
b ¶ *Propterea hæc dicit dominus*
*Deus exercituum dominator: in*
D *omnibus plateis planctus, &c.*] Præcepi vt quæreretis bonũ &
non malũ, vt viueretis, eſſetq; dominus vobiſcum. Et iterũ
intuli: ne ſemel tantum vos monitos diceretis: *Odio habete*
*malũ, & diligite bonum, & reſtituite iudicium in portis*, qui odio
habuiſtis in porta corripientẽ, vt miſereatur dominus re-
liquiis Ioſeph: & quia facere noluiſtis, mea pcepta calcan-
tes, & vertiſtis ad me ſcapulam recedentem: ideo hæc di-
cit dominus Deus omnipotẽs, qui eſt exercituũ dominus:
vbiq; planctus, vbiq; mœſtitia. Agricolæ vocabuntur ad
luctum, & qui ſciunt more prouinciæ præcinere, ad con-
citandas lachrymas vocabuntur: vt nequaquam in omni-
bus plateis, ſicut ſupra dictũ eſt, ſed in vineis ſit planctus
atq; luctus: vt vbi quondam fuit materia lætitiæ, ſit origo
lachrymarum. Et hæc omnia fiet, quia pertranſibo, inquit,
in medio tui. Verbum Hebraicum, pertranſibo, ꝙ eorum
lingua dicitur [g] אעבר, quoties in ſcripturis ſanctis ex per- [g] eebor
ſona Dei ponitur, pro pœna accipiendum: vt nequaquam
apud eos maneat, ſed pertranſeat ac relinquat. Vnde & in
aliis locis ſecundum interpretationem Aquilæ, quando
iraſcitur Deus, furorem ſuum & iram ὑπερβασίαν vocat: q̃
omnia referri poſſunt ad hæreticos: vt quia illa & illa quæ
iuſſa ſunt facere noluerunt, ſit in omnibus plateis eorum
luctus. *Lata* enim *& ſpatioſa via quæ ducit ad mortẽ*: ſinguliq; Matt 7. b
hæreticorum & gentilium in fabulis ſuis atque figmentis
habent plateas, quibus conſequenter infertur: Et in cun-
ctis quæ foris ſunt dicitur, væ, væ. Qui .n. in Eccleſia fue-
rint, non audient væ ꝙ pœnarum vltimum eſt: ſed ſi fortè
peccauerint, ſumetur ſuper eos lamentũ. Ideo. a. foris ſiue
in omnibus viis dicetur, væ, væ, quia non habent vnam
viam, quæ ducit ad viam, & quæ via regia eſt: ſed prauas
atq; peruerſas, & declinantes ad dexteram ac ſiniſtrã, dum
non audiunt dominum dicentẽ: *Ne ſis iuſtus multũ.* Et *per-* Eccleſ. 7. c
*uerſæ ſunt viæ quæ à ſiniſtris ſunt.* Incurruntq; in duplex væ Prou. 4. d
carnis & ſpiritus, præſentis ſæculi atq; futuri. Cum è con-
trario Eccleſiaſtici audiant: *Gaudete, iterum dico gaudete.* Sed Philipp 4. a
& agricola vocatur ad luctũ (habent enim hæretici agri-
colas ſuos, in quorum aruis tribuli naſcuntur & ſpinę) &
ad planctum vocantur qui norunt plangere vel ſua vel a-
liena peccata: quamq̃ & hæc in bonam partem poſſimus
accipere: vt vir Eccleſiaſticus & potens ad pœnitentiam
prouocare, imitetur dominum ſuũ dicentem: *Lamentati* Luc 7. c
*ſumus, & non planxiſtis*, & plangant hæreticũ, ſicut Saulem 1. Reg. 15. f
regem



E regem Iſrael planxit quondã Samuel. Et Apoſtolus lugere
2. Cor. 12. g ſe dicit ſuper eos *qui non egerunt pœnitentiam.* In omnibus
Deut. 32. c quoq; vineis erit planctus: quia vineæ Sodomorũ vineæ
eorum, Et pro vino lætitiæ, ꝙ lætificat cor hominis, attule-
runt vinum draconum & furorem aſpidum inſanabilem.
Et hæc vniuerſa patientur q̃a
pertranſibit per medium eo-
rũ dominus: vt nõ habitet in-
Matth 28. d ter eos, nec dicat: *Habitabo in*
*eis, & inambulabo* Et: *Ecce ego*
*vobiſcum ſum omnibus diebus vſ-*
*que ad conſummationem ſæculi.*
a ¶ *Væ deſiderantib⁹ diem domi-*
*ni, ad quid eam vobis? Dies domi-*
*ni iſte, tenebræ, & non lux. Quo-*
*modo ſi fugiat vir à facie leonis,*
*& occurrat ei vrſus, & ingredia*
*tur domũ, &c.*] Ne de tribu Iu-
da Thecuites Propheta om-
nino hoĩes tribus ſuæ negli-
gere videretur, & ad decẽ tã-
tum tribus cõferre ſermonẽ,
& ad vtrumq; regnũ, hoc eſt,
Iudam, & Iſrael nunc dirigit
ſermonẽ vaticinij: ꝙ ex mul-
tis quidem aliis, ſed pręcipuè
ex eo quod ſequitur: *Væ qui*
*opulenti eſtis in Sion, & confiditis*
*in monte Samariæ*, intelligi po-
teſt. Vę igitur Iudę Iſrael que
dicentibus: Veniat dies: ve-
niat prędicta captiuitas: dum
modo ꝙ promittitur per pro-
phetas, etiã reſtitutionis tem-
pus conſequatur. Non eſt.n.
F tantũ mali in captiuitatis in-
iuria, quantum boni in his quæ poſt captiuitatẽ dominus
pollicetur: quibus Propheta reſpondit, fruſtra eos quod
longo tempore poſt futurum eſt. in aduentu filij Dei poſt
Lxx. annos captiuitatis Babyloniæ præſtolari, quos vaſti-
tas atq; pauperies & innumerabiles miſeriæ cõſequentur.
Fugientibus enim, inquit, à facie Nabuchodonoſor leo-
nis, occurret Aſſuerus vrſus, ſub quo Heſter narratur hiſto-
ria ſiue deſtructo Aſſyriorum & Chaldæorum imperio,
Medi, Perſæq; conſurgent. Cumq; regnante Cyro fueritis
reuerſi, & præcipiẽte Dario cœperitis ædificare domũ do-
mini, & oẽm fiduciam habueritis in templo: ita vt requie-
ſcatis in eo, & laſſas manus ſuper parietes inclinetis: tunc
veniet Alexander rex Macedonum, ſiue Antiochus cogno
mento ἐπιφανής, qui moretur in templo, & vos inſtar colu-
bri mordeat, nequaquam foris in Babylone, & in Suſis, ſed
intra terminos terræ ſanctæ. Quibus rebus probatur, diem
q̃ concupiſcitis, non eſſe lucis & gaudii, ſed tenebrarum
atque triſtitiæ. Hæc iuxta hiſtoriã breuiter diximus, ne pe-
nitus Iudæorum opinionem relinqueremus intactã: Cæ-
terum nulli dubium eſt, oẽs noſtros, diem tenebrarũ, diem
intelligere iudicii, de qua ſcribit & Sophonias: *Iuxta eſt dies*
Soph 1. b *domini magnus, & iuxta eſt & velox nimis: vox diei domini ama-*
Eſaia. 13. b *ra & dura.* Et Eſaias: *Ecce dies domini inſanabilis venit, furoris*
*& iræ, ponere orbem terrarum deſertum, & peccatores perdere ex*
*eo.* Simulq; decutitur confidentia ſuperborum, qui vt apud
homines iuſti appareant, ſolent diem expectare iudicij, &
Philip 1. d dicere: Vtinam veniat dominus, vtinam nobis liceat diſ-
ſolui & eſſe cum Chriſto: imitantes Phariſæum, qui in Eu-
Luc. 18. b angelio loquebatur: *Deus ago gratias tibi, quia non ſum ſicut*
*cæteri homines, raptores, iniuſti, adulteri, & ſicut hic publicanus:*
*Ieiuno bis in Sabbato: decimas do omnium quæ poſſideo* Ex hoc
enim ipſo, quod diem domini deſiderant, & non pertime-
ſcunt, digni ſupplicio iudicantur: quia nullus hominum
abſque peccato eſt: *Et Aſtra immunda ſunt coram eo*: Et *con-*
Iob 25. b *cluſit omnia ſub peccato. Vt omnium miſereretur.* Cum igitur ne-
Gal. 3. d mo poſſit de Dei iudicare iudicio, & de otioſo quoq; ver-
Iob 1. a bo reddituri ſimus rationem: Et Iob quotidie pro filiis ſuis
obtulerit hoſtias: ne quid fortè peruerſum contra domi-
1. Cor. 4. b num cogitaret: quæ temeritas eſt audire cum Corinthiis:

Hᴇʙ.

foris ſunt dicitur, væ, væ. Et vocabunt agricolam ad luctum, & ad planctum eos qui ſciũt plangere: & in omnibus vineis erit plãctus: quia pertrãſibo in medio tui, dicit dominus. [a] Væ deſiderantibus diem domini, ad quid eam vobis? Dies domini iſte, tenebræ, & non lux. Quomodo ſi fugiat vir à facie leonis, & occurrat ei vrſus, & ingrediatur domum, & innitatur manu ſua ſuper parietẽ, & mordeat eum coluber. Nũquid non tenebrę dies domini, & non lux? caligo & non ſplendor in ea. [b] Odi, & proieci feſtiuitates veſtras, & nõ capiam odorẽ cœtuũ veſtro-

G Sine nobis regnatis, atq; vtinã regnaretis: vt & nos vobiſ-
cum regnaremus. Certè ſi eos etiã propria conſcientia nõ 1. Cor. 4. g
remorderet, debuerant imitari Paulum dicentẽ. *Quis ſcãda-*
*lizatur, & ego non vror?* & pro omnib. eſſe ſolliciti, ne quaſi
amatores ſui, vt ipſi regnẽt, aliorũ tormenta deſiderarent:

Sᴇᴘᴛ.

*dicetur, væ, væ. Vocabitur agricola ad luctum & ad planctum, hi qui ſciunt lamentationem, & in omnibus vijs planctus: quia pertranſibo per medium tui, dicit dominus. Væ deſiderantibus diem domini, vt quid hanc vobis diem domini? Et ea eſt tenebræ, & non lux: Quomodo ſi fugiat homo à facie leonis, & incidat in eum vrſus: & introeat in domum, & innitatur manibus ſuis ſuper parietem, & mordeat eum coluber. Nonne tenebræ dies domini, & non lux? & caligo: & non habet ſplendorem. Odio habui, & repuli feſtiuitates veſtras, nec adorabor in*

Quomodo ſi quis velit capi
patriam ſuã vrbemq; ſubuer-
ti. vt ſolus amicitia victorum
perfruatur. Solemus in angu-
ſtiis & tribulationib. dicere:
vtinã mihi liceat exire de cor
pore, & ſæculi huius miſeriis
liberari: neſcientes ꝙ quãdiu
in hac carne verſamur, habe-
mus locũ pœnitentiæ: ſi autẽ
receſſerimus audiemus illud
Prophetæ: *In inferno autẽ quis* Pſal. 6. b
*confitebitur tibi?* Iſta eſt ſæculi 2. Cor. 5. b
triſtitia quæ ducit ad mortẽ:
qua Apoſtolus nõ vult perire
eũ qui cũ vxorę patris fuerat
fornicat⁹: qua & Iudas periit Matt. 27. a
infelix, q̃ abundãtiori abſor-
pt⁹ triſtitia, ꝓditioni homi-
cidiũ copulauit, & homicidiũ
omnib. peius homicidiis: vt
vbi putabat remediũ, & mor-
tem ſuſpendij finem malorũ,
ibi leonẽ & vrſum & colubrũ
reperiret. Quibus nominib.
videntur mihi ſignificari vel
diuerſa ſupplicia, vel ipſe dia
bolus, q̃ rectè & leo, & vrſus
& coluber appellatur. Cũq;
nos putauerim⁹ Eſaiã audire
dicentẽ: *Vade populus meus, in-* Eſai. 26. d
*tra cubicula tua: claude oſtium. abſcondere puſillum, donec tranſeat*
*ira domini*: & eſſe quaſi in domo noſtra, quaſi in inferno H
requieſcere: tunc mordebit nos coluber; qui in præſenti
loco Nahas, in Iob appellatur Leuiathan. De cuius natura נחש Iob 3. 40.
& terrore multiplici plenius in ipſo volumine diximus.
In caligine autem & tenebris, quę contraria ſunt luci &
ſplendori, tormentorum diuerſitas explicatur.
b ¶ *Odi & proieci feſtiuitates veſtras, & non capiam odorem cœ-*
*tuũ veſtrorum, &c.*] Propriè hoc cõtra tribum Iuda dicitur,
& eos qui ex Iſrael ad Dei ceremonias cõmigrant: & nihil-
ominus non recedebant de excelſis, colebantq; idola, &
peccatorum magnitudine Dei ſacrificia polluebant. Nũ-
quam .n. reor ꝙ de oblationibus vitulorũ, quas offere-
bãt in Dan & Bethel dixerit: ſi obtuleritis mihi holocau-
ſtomata, & munera veſtra, nõ ſuſcipiam. Odit.a. Deus
& non ſolum odit, ſed proiecit feſtiuitates eorum, qui fu-
giunt leonem & incurrunt vrſum, & ingrediuntur domũ,
& à ſerpente mordentur: quia non celebrãt feſtiuitates
Dei, ſed feſtiuitates ſuas, dicente domino: Odi & proieci
feſtiuitates veſtras. Et huiuſcemodi hominum conuentũ,
odoremq; non ſuſcipit, nec habet in odorẽ bonæ fragran-
tiæ, & omnia eorum munera deteſtatur, & pinguiſſima vo
ta non reſpicit. Quod quidem non ſolum illius temporis
hominibus, ſed & nobis accidet, ſi ſimilia delinquamus, &
de rapinis & periuriis ſceleribuſq; quæſita, Deo nos pute-
mus offerre, & noſtra peccata redimere: cum legerimus
Zachæum quidquid rapuerat in quadruplũ reddidiſſe, Luc. 19. a
& de his quæ bene quæſierat, mediã obtuliſſe ſubſtantiã.
Neque .n. ꝙ malè quæſitum erat in Dei donaria poterat
offerre: niſi prius dominis ſuis redderet, & poſtea imple-
ret ꝙ ſcriptum eſt: *Honora dominum de iuſtis tuis laboribus*: Et: Prou. 3. b
*Redemptio animæ viri propriæ diuitiæ*: de mercede enim me- Ibid. 13 b
retricis Deus vota non ſuſcipit: E contrario iuſtus di- Deuter. 23 c
cere poteſt: *Dirigatur oratio mea, ſicut incenſum in conſpectu*
*tuo.* Quæ oratio Iudæ proditori verſa eſt in peccatum: Pſal. 140 a
*Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ, à facie inſipientiæ meæ*,
non enim habebat bonum odorem, ſed opere loqueba- Ibid. 37. b
tur: Quæ omnia & de hæreticis dicere poſſumus, qui
dum fugiunt leonem, incurrunt vrſum, & ingreſſi domũ,
quam

A gnã putãt Eccleſiam Dei, innituntur parietibus, quos ipſi fecerunt, & à ſerpente mordentur: quorũ lucem & diẽ tenebræ eripiunt & caligo, ita vt palpabiles tenebræ ſint, & interficiatur primitiua eorũ. Horum Deus odit ſacrificia & à ſe proijcit, & quotieſcumq; ſub nomine dñi fuerit cõgregati, deteſtatur fœtorem eorũ, & claudit nares ſuas. Odiſſe aũt & proijcere & nõ odorari, humana loquitur ſimilitudine: vt nos affectum Dei noſtris ſermonib. cognoſcam⁹. Et ſi obtulerint holocauſta, vt videatur ieiunare, dare eleemoſynas, pudicitiã polliceri (q̃ holocauſta ſunt vera) nõ ea ſuſcipit domin⁹, nec dignat' aſpicere pinguiſſimas hoſtias eorum. Non .n. ſacrificiorum magnitudinẽ, ſed offerentium merita cauſaſque diiudicat. Vnde & vi- Luc.21.a dua, q̃ in Euangelio in corbonam duo minuta miſerat, omnib. à Saluatore ꝑfertur, ꝙ vota pinguiſſima & hoſtias medullatas ſe offerre credebãt: de multo dantes parũ, cũ illa totũq; habuerit obtuliſſet. Manifeſtius & veri⁹ hæc poſt aduentũ domini dicũtur populo Iudæorũ: ꝙ deſtructo tẽplo & altari, hoſtias offerre ſe credunt: quorũ Deus odit & proiicit feſtiuitates, & nõ capit odorẽ cœtus eorũ: quando Luc. 23.c cõgregati dicũt: *Crucifige, crucifige talẽ.* Et *Sanguis eius ſuper nos* Matth.27.e *& ſuper filios noſtros.* Et ſi obtulerint holocauſta in ſynagogis: & munera in concilijs ſatanæ, & vota pinguiſſima: nõ ea reſpicit dominus, ſicut nõ reſpexit munera Cain. Qui B bene quidem vnũ Deum colunt & rectè offerunt: ſed in eo Gen.4.a non reſpiciuntur: quia non diuidunt, in patrem & filium & ſpiritum ſanctum confeſſionem. Noſtra autem munera, id eſt, Eccleſiæ, quæ offerimus de primitiuis noſtris, reſpicit Deus, ſicut reſpexit quondam ſacrificia Abel.

a ¶ *Aufer à me tumultum carminũ, &c.*] Pulchrè cantica Leuitarũ quib. laudabãt Deum, tumultũ vocat, ſonitumque Eccl.15.b confuſum: quia *non eſt pulchra laudatio in ore peccatoris.* & hæc eadem idolis offerre quoque conſueuerant. Iudæorum quoque oratio & pſalmi quos in ſynagogis canunt, & hæreticorum compoſita laudatio, tumultus eſt domino, & vt ita dicã, grunnitus ſuis, & clamor aſinorum: quorum magnis cantibus Iſræl opera comparantur. Pſalmum .a. & carmina, lyram & organa: vel iuxta literam accipe in populo Iſrael, quæ olim fiebant in imagine futurorũ: vel iuxta ſpiritum in nobis & in hæreticis: quæ ſi bonis operibus dirigamus, audiuntur à domino: ſi malis, concludit aures ſuas, & impiorum cantica non dignatur audire.

b ¶ *Et reuelabitur quaſi aqua iudiciũ &c.*] Sicut aqua ſi labatur in pronum, ꝙ prius texerat nudat, & patere facit oĩum oculis: ſic iudicium Dei atq; iuſtitia, quæ de ſuo quondam populo iudicabit, patebit omnibus & feretur inſtar torrentis fortiſſimi. Quod arripuerit ſecum trahit, & ſibi obſiſtere non patitur. Iuxta Lxx. autem voluitur quaſi aqua iudicium peſſimorum: quia non ſtat in vna ſẽtẽtia, ſed circumfertur omni vento doctrinæ: ꝙ probauerat improbãs, & ꝙ prius laudauerat, putans eſſe pro nihili. Iuſtificationes eorum non fluminibus & puriſſimis fontibus, ſed turbidis cœnoſiſq; torrentib. comparantur: qui ſuas aquas non habent, ſed de ſaxis rupibuſq; & vepribus collectas. Quas qui tranſire voluerit, ſtatim rapietur in præceps, & Pſal. 39 a ſubuerſis pedib. dicere non poterit: *Statuit ſupra petrã pedes meos*: calcat .n. ſuper arenas, q̃ non habent fundamentum, Pſal. 123. a & cum periclitatus fuerit, loquetur iuxta Hebræos: *Torrẽs trãſiuit ſuper animam meam.* E contrario de iuſtis legimus: quorum non voluitur ſicut aqua iudicium, & iuſtitia non fertur quaſi torrens inuius: *Cogitationes iuſtorum iudicia.*

HEB.

veſtrorũ. Quod ſi obtuleritis mihi holocauſtomata, & munera veſtra, non ſuſcipiam, & vota pinguium veſtrorum non reſpiciã. [a] Aufer à me tumultũ carminum, & cantica lyræ tuæ nõ audiam. [b] Et reuelabitur quaſi aqua iudiciũ, & iuſtitia quaſi torrens fortis. [c] Numquid hoſtias & ſacrificium obtuliſtis mihi in deſerto quadraginta annis, domus Iſrael. Et portaſtis tabernaculũ Moloch veſtro, & imaginem idolorũ veſtrorum, ſidus Dei veſtri, quæ feciſtis vobis. Et migrare vos faciam trans-

G c ¶ *Nunquid hoſtias & ſacrificiũ obtuliſtis mihi in deſerto quadraginta annis, &c.*] Ex hoc loco diſcimus oẽs hoſtias & ſa- Prou 12.a crificia, quæ in deſerto obtulit Iſrael, non Deo obtuliſſe, ſed Moloch regi ſuo cuius portauerũt tabernacula, & imaginẽ idolorum ſuorũ ſtatuarumq; venerati ſunt. Et quæ ſit ipſa imago vel idolũ, ſequenti ſermone demõſtrat: Sidus Dei veſtri, ꝙ Hebraicè dicitur h כוכבכם i.e. luciferi quẽ Sarraceni nunc vſq; venerantur. Quã h cochab ob cauſam migrare eos fecit dominus trans Damaſcum, i.e. in Aſſyrios atq; Chaldæos. Cuius omnipotentia, ex eo ꝙ Deus exercituum eſt, demõſtratur. Quærimus quomodo hoſtias & ſacrificium non Deo obtulerint in deſerto, ſed regi ſuo, quem luciferũ nuncupãt. Ex eo tempore quo Exod.32.b aurũ in caput vituli transformarunt, dicentes: *Iſti ſunt dij tui Iſrael, qui te eduxerunt de terra Ægypti*: omnia quæ fecerũt, nõ Deo, ſed idolis feciſſe mõſtrantur. Et ꝙ poſtea quædam domino eos legimus obtuliſſe, nõ voluntate, ſed pœnarũ fecerunt metu, & eorũ interfectione, qui ꝑ idola corruerunt: Dominus autem non ea q̃ offeruntur, ſed voluntatem reſpicit offerentium. Deniq; vbicumq; occaſio fuit, ſemper corde reuerſi ſunt in Ægy- Num.11.b ptum: deſiderantes allia & cepas, & cucumeres & carnes Ægyptias, & manna quod de cœlo datum eſt contemnentes. Quod vt ſic intelligamus, Stephanus primus martyr Euangelij, dignus nomine ſuo, in Apoſtolorum narrat hiſtoria: *Et vitulum fecerunt in illis diebus, & obtulerunt hoſtiam* D *ſimulacro, & lætabuntur in operibus manuum ſuarum. Conuertit* Act. 7.e *aũt Deus, & tradidit eos ſeruire militiæ cœli, ſicut ſcriptũ eſt in libro prophetarum*: *Nunquid victimas aut hoſtias obtuliſtis mihi annis quadraginta in deſerto domus Iſrael? Et ſuſcepiſtis tabernaculũ Moloch & ſidus Dei veſtri Rhempham, figuras feciſtis adorare eas, & transferam vos trans Babylonem.* Nec putandus eſt primus martyr erraſſe: qui pro eo quod in Propheta ſcriptum eſt: trans Damaſcum, dixerit trans Babylonem. Magis enim intelligentiam quã verbum poſuit: quia trans Damaſcum ducti ſunt in Babylonem, ſiue trans Babylonem. In eo autem loco vbi Lucas poſuit μολὸχ, & in Hebraico ſcriptum eſt i מלככם: Aquila vertit μελχόμ: Symmachus & Theodotio, regis veſtri. Pro eo quoque quod in Septuaginta legi- i malcechẽ tur ῥαιφὰν: Aquila & Symmachus ipſum Hebraicum trãsferentes poſuerunt k כיון: Theodotio ἀμαύρωσιν, id eſt, obſ- k ciioun curitatem. Rurſum pro l סכות, Aquila συσκιασμοὺς, id eſt, l ſiccouth vmbracula, Symmachus & Septuaginta, τὴν σκηνὴν, tabernaculum, Theodotio tranſtulit viſionem. Et hoc in omnibus ſcripturis ſanctis obſeruandum eſt, Apoſtolos, & Apoſtolicos viros in ponendis teſtimonijs de veteri teſtamẽto non verba conſiderare, ſed ſenſum: nec eadem ſermonum calcare veſtigia, dũmodo à ſententiis non recedant. Quidquid .a. iuxta literã dicitur contra populũ Iudæorum, hoc omne refer ad eos qui ſub nomine Chriſti venerãtur idola, & praua ſibi dogmata confingentes, portant tabernaculum regis ſui diaboli & imaginem ſtatuarum & idolorũ ſuorum. Non .n. vnum colunt idolum, ſed pro varietate doctrinæ diuerſos adorant deos, & ſidus Dei ſui: Qui cum 2. Cor. 11.c ſit angelus ſatanæ, trãsfiguratur in angelum lucis, & cadit Luc. 10.c de cœlo quaſi fulgur, & imitatur Chriſtum Antichriſtus. Pulchreq; intulit, quæ feciſtis vobis: Non .n. ea à Deo acceperunt, ſed de propria mente finxerunt. Vnde migrare eos faciet dominus trans Damaſcum, vt non bibant ſanguinẽ dñi: ſed tranſeant in Babylonem, & audiant ꝑ Prophetam: *Calix aureus Babylon inebrians omnes gentes.* Dama- Hier 51.a ſcus enim, vt crebro diximus, interpretatur ſanguinem דמשק bibens,

SEPT.

*in conuentionibus veſtris. Et ſi obtuleritis mihi holocauſta & ſacrificia, non ſuſcipiam & ſalutare præſentiæ veſtræ non reſpiciam. Transfer à me ſonitum carminum tuorum, & pſalmum organorum tuorũ non audiam. Et voluetur ſicut aqua iudicium, & iuſtitia ſicut torrens inuius. Numquid hoſtias & victimas obtuliſtis mihi in eremo quadraginta annis, & domus Iſrael? Et aſſumpſiſtis tabernaculum Moloch, & ſidus Dei veſtri Rhemphã figuras eorum, quas feciſtis vobis. Et transferam*



E bibens, ſiue ſanguis cilicij, vt per pœnitentiam ad bibendum domini ſanguinem prouocemur.

a ¶ *Væ qui opulenti eſtis, &c.* Ad Sion, vt ſupra diximus, & ad montem Samariæ, id eſt, ad duas tribus, quæ appellabãtur Iuda, & ad decem, quæ Iſraelis nomine vocabantur, prophetæ ſermo confertur, & maxime ad eos, qui in vtroq; populo optimates ſunt & principes, & vacabant delitiis in exemplũ illius diuitis purpurati: qui lætabatur in conuiuio, & in tantam erigebatur ſuperbiam, Vt Lazarum ante oſtium ſuũ plenum vlcerib. indignaretur aſpicere, & ne hoc quidem ei tribueret ꝙ periturum eſſet ex menſa. Iſti ſunt capita populorum, qui confidunt in diuitiis, & opulenti ſunt in Sion, & habent fiduciam in mõte Samariæ, & ingrediuntur pompatice domum Iſrael: vt tumorem animi corpus oſtẽdat, & pomparum ferculis ſimiles eſſe videantur. Iuxta leges autem tropologiæ & Lxx. interpretes, Sion refertur ad ec- G cleſiam, de qua ſcriptũ legimus: *Qui exaltas me de portis mor-* Pſal. 9.c *tis, vt annunciem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion.* Mons vero Samariæ propter ſuperbiam & iactantiam cuſtodiæ mandatorum Dei intelligitur ſuper hæreticis, qui deſpiciunt eccleſiam: quia infirma mundi elegit Deus, vt cõfun- 1. Cor. 1.d dat fortia, & ſtulta, vt perdat ſapientiam ſapientium, & intelligentiam prudentium reprobet. Iſti vindemiauerunt primitias gentium, vt ſub nomine Chriſtiano introducerent eos in torcularia ſua, vbi nõ calcatur vua, ſed perditur: vbi nõ muſtũ exprimitur, ſed venenum. Et ingreſſi ſunt ſibi. Pulchre dixit ſibi: non .n. ingreſſi ſũt Deo, ſed ſibi ingreſſi ſunt. Alioq̃n Deo magis egreſſi ſũt, dũ recedũt de eccleſia. Quodq; ſeq̃t: Domus Iſrael, iuxta Lxx. in princ. cap. ſequẽtis legendũ eſt, iuxta Hebræos in fine hui⁹, ꝙ expoſuimus.

Sexti cap. initium ſecundum vulgatam editionem. Luc 16 c

HEB.

trans Damaſcũ, dicit dñs, De⁹ exercituum nomen eius. VI. Cap. initium ſecundũ vulgatam editionem. [a] Væ qui opulẽti eſtis in Sion, & cõfiditis in monte Samariæ: optimates, capita populorum, ingredientes pompatice domum Iſrael.

SEPT.

*ram vos trans Damaſcum, dicit dominus Deus, omnipotens nomen eius. Væ qui deſpiciunt Sion, & confidunt in monte Samariæ: vindemiarunt primitias gentiũ, & ingreſſi ſunt ſibi.*

*Commentarij ſecundi in Amos finis.*

# DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN TERTIVM COMMENTARIORVM AMOS, AD PAMMACHIVM,

## PROOEMIVM.

F PRÆPOSTERO *ordine atque confuſo, duodecim prophetarum opus & cœpimus, & Chriſto adiuuante complebimus. Non enim à primo vſque ad nouiſſimum iuxta ordinem quo leguntur: ſed vt potuimus, & vt rogati ſumus, ita eos diſſeruimus. Naum, Micheam, Sophoniam, & Aggæum primo* φιλοπονωτάταις *Paulæ eiuſque filiæ Euſtochio* προσεφώνησα*: ſecundo in Habacuc duos libros Chromatio Aquileienſi epiſcopo delegaui: tertio poſt longi temporis ſilentium, Abdiam & Ionam tibi imperanti diſſerui: præſenti anno, qui ſexti conſulatus Arcadij Auguſti & Anitij Probi factis nomen impoſuit: Exuperio Toloſanæ eccleſiæ pontifici, Zachariam, & eiuſdem vrbis Minerio & Alexandro monachis, Malachiam prophetam interpretatus ſum. Statimque recurrens ad principium voluminis, Oſee & Ioel & Amos tibi negare non potui. Et poſt grauiſſimam corporis ægrotationem, dictandi celeritate oſtendi teneritatem meam: vt quod alij ſtylum ſæpe vertendo non audent ſcribere, ego committerem caſui: qui ſemper dictantes ſequitur, & de ingenio atque doctrina audaciæ periculum facit: quoniam (vt ſæpe teſtatus ſum) laborem propria ſcribendi manu ferre non valeo, & in explanatione ſanctarum ſcripturarum non verba compoſita, & oratoriis floribus adornata, ſed eruditio, & ſimplicitas quæritur veritatis.* H

# COMMENTARIORVM HIERONYMI IN AMOS PROPHETAM.

## LIBER TERTIVS.

T*Ranſite in Chalanem & videte, &c.*] Tranſite omnes in Chalane, quæ nunc appellatur Cteſiphon, & tranſite omnes. Qui ſunt iſti oẽs? Vtiq; illi de quib. ſupra dixerat: Optimates capita populorũ, qui opulenti eſtis in Sion, & cõfiditis in monte Samariæ. Vos igitur tranſite in Perſidis ciuitatem, & diligenter attendite, & inde pergite in Hemath magnam, quæ nunc Antiochia nominatur. Magnam autem vocat ad diſtinctionem minoris Hemath quæ appellatur Epiphania. Vnde vſq; hodie pergentibus Meſopotamiam prima manſio vocatur Emmas, corrupto quidem vocabulo, ſed priſtini nominis veſtigia retinens: cuius regio appellatur Reblata, in qua ꝑſente Nabuchodonoſor, regis Iudææ Sedechiæ interfecti ſunt filij, 4.Reg. 25.b & oculi illius excæcati. *Et deſcendite*, inquit, *in Geth Palæſtinorũ.* Vos qui habitatis in monte Sion, & monte Samariæ, deſcendite ad Paleſtinos, qui morantur in cãpeſtrib. & ad optima quæq; regna horum, quæ diuerſis ciuitatib. ſubiacent, Gazæ & Aſcaloni, Azoto, Accaron, & Geth, *& videte, ſi latior terminus eorum termino veſtro ſit*, vtrum vos an illi maiores obtineatis prouincias: vos inq: vos de populo Iſrael: qui ſeparati eſtis in diẽ malũ: in diem videl. captiuitatis: & appropinquatis ſolio iniquitatis: ad iniquũ iudicem pergentes regem Babyloniũ. Qui cũ hæc paſſuri eſtis: nunc dormitis in lectis eburneis: & laſciuitis in ſtratis mollibus: vt ſomno libidinem copuletis. Qui comeditis non ad repellendam famẽ, & ad ſuſtentandum corpus humanum: ſed ad delitias atq; luxuriã: vt quidquid in gregib. & in armẽtis tenerum atq; pingue eſt: veſtræ gulæ paretis, quibus nõ ſufficit libido penis & gutturis, & æſtuãtis cibis aqualiculi, niſi & tibiarũ, & pſalterij & lyræ cãticis aures veſtras mulceatis, vt ꝙ Dauid fecit in cultum Dei, leuitarum ordines 1 Par. 25. & 26. & orga-

HEB.

TRanſite in Chalanẽ & videte & inde ite in Hemath magnam, & deſcendite in Geth Palæſtinorũ, ad optima queq; regna horũ: ſi latior termin⁹ eorũ termi-

SEPT.

DOMVS *Iſrael tranſite omnes, & videte in Chalanem, & pertranſite inde Emath rabba, & deſcendite in Geth alienigenarum, optimas ex omnibus regnis his: ſi amplio-*

A &c organorum reperiens varietates, vos ad voluptatem &
luxuriam conferatis: *Et bibitis in phialis vinum*, nõ ad ſatiã-
dam ſitim, ſed ad opprimendum animũ. Et vngemini, nõ
ad labores corporis mitigãdos, oleo puriſſimo, ſed vnguẽ-
tis pretioſiſſimis. Cumq; his deliciis affluatis, ſi quos vide-
ritis perire de populo, nulla
miſericordia ſup interfectio-
ne eorum flectemini, ſed cõ-
temnetis quaſi bruta anima-
lia, & in ſuo beſtias cruore per
euntes. Hunc eundem ſenſum
Ezech. 34 a etiam Ezechiel propheta ſub
paſtorum ponit exemplo. *Qui
comedunt lac de omnibus, & veſtiũ-
tur lanis*, & quidquid primum
eſt deuorant: & vulnerata nõ
ſanant, confracta non ſolidãt,
pereuntia nõ requirunt: Cun-
cta, quę iuxta hiſtoriæ dixim⁹
veritatem, ſecundum Lxx. in-
terpretes ad allegoriæ nubilũ
transferamus. Domus Iſrael,
quæ à me receſſiſti, q̃ confidis
in monte Samariæ, quæ vin-
demiaſti primitias nationum,
tranſi & vide & perge ad mu-
ros plurimos: hoc n. interpre-
חמת רבה tatur Hemath Rabba: atq; in-
de clementer deſcende in tor-
cular eorũ, qui cadent biben-
גת tes (Geth n. & Philiſtiim hoc
פלשתים reſonant) Et omnia contem-
plare: præcipueq; omnia re-
gna vel optimas ciuitates de omnibus regnis, & conſidera
ſi plures ſint termini eorum quam veſtri. *Si* enim volueri-
B mus mente tractare, & vniuerſarum gentiũ diſcutere phi-
loſophiam, Ægyptiorum, Indorum atq; Perſarum: repe-
Pſal. 18. a riemus anguſtiores earum terminos ſanctarum terminis
ſcripturarum. *In omnem enim terram exiuit ſonus eorum, & in
fines orbis terræ verba eorum*. Iſti quibus ſupra dixerat: domus
Iſrael tranſite omnes & videte: à qualib. vitiis ad meliora
Rom. 2 c tranſire iubeantur, ſequens ſermo deſcribit: Qui veniunt
in diem malum: parantes ſibi vitio ſuo diem malum: non
quo dies vllus ſit malus, ſed quo vnuſquiſq; paret ſibi ma-
Eccl. 7. b lum, iuxta illud q̃ in Eccleſiaſte legim⁹: *Ne dixeris, dies prio-
res meliores erant mihi quam iſti: quoniam non in ſapientia inter-
rogas ſuper hoc*: ſtultum eſt n. referre ad tempora, cum in no-
ſtra ſit poteſtate, vel bonum diem nobis facere, vel malum.
Iſti ſunt qui appropinquant atque cõtingunt ſabbata men-
dacia. Quomodo n. conciſio carnis & circunciſio cordis
appellatur, & ſunt in manifeſto Iudæi & in occulto (quo-
rum alterum abiicitur, & alterum comprobatur) ita ſunt
ſabbata domini ſancta & veritate ſubnixa, & alia non ſan-
cta atq; mendacia, quæ occidentis literæ ſequuntur otiũ.
Quodque ſequitur: qui dormitis ſuper lectos eburneos: ſic
interpretari poſſumus. Qui athleta eſt domini, & exercetur
ad luctam, & p̃parat ſe contra aduerſarias poteſtates, dor-
Gen. 19. b mit in nuda humo imitans Iacob, & ponit ſibi lapidem ad
Pſal. 117. c caput quam reprobauerunt ædificantes, & factus eſt in ca-
put anguli. Qui vero delitiis vacãt atque luxuriæ, & omnia
cauſa ventris faciunt, dormiunt in lectis eburneis mortui
animalis, & immundis hærent oſſibus: & quia pulchra vi-
dentur vitia, & p̃ſenti nitore delectant, requieſcunt in eo-
rum lectulis, & ſopore grauiſſimo deprimuntur. Iſti non
comedunt ſolidum cibum & athleticum de quo roboran-
tur vires luctantiũ, ſed mollem & tenerum & ſiniſtrarum
partium: quales ſunt hœdi de gregibus & vituli ſaginati &
tenelli, imo adhuc lacte nutriti, hoc n. ſignificat μοσχάρια
γαλαθηνά. Concrepant quoque manib. ad vocem organorũ
& ſonitum: vt omnia opera eorum expectent voluptatem:
nihilq; faciunt niſi q̃ ventri procurent & libidini. Nec ſta-
Pſal. 97. a tim nobis illud prudens lector opponat, & quomodo ſcri-
Ibid. 0 a ptum eſt: *Flumina concrepent manib.* Et *omnes gentes plaudite
Ibid. 46. manib.* Et, *Iubilate Deo adiutori noſtro*. Ibi n. non ad organorũ
ſonitum dicuntur cõcrepare, ſed in laude Dei habere vnũ

HEB.

termino veſtro eſt.
q̃ ſeparati eſtis in diẽ
malum, & appropin-
quatis ſolio iniquita-
tis: Qui dormitis in le-
ctis eburneis, & laſciui
tis in ſtratis veſtris: qui
comeditis agnum de
grege, & vitulos de me
dio armenti: qui cani-
tis ad vocem pſalterij:
ſicut Dauid putauerũt
ſe habere vaſa cãtici:
bibentes in phialis vi-
num, & optimo vn-
guento delibuti, & ni-
hil patiebantur ſuper
contritione Ioſeph.
a Quapropter nũc mi-
grabunt in capite trãſ-
migrantium, & aufe-
retur factio laſciuien-
tium.

SEPT.

*ampliores ſunt termini
eorum terminis veſtris.
Qui venitis in diem ma-
lum, appropinquatis &
tangitis ſabbata menda-
cia: Qui dormitis in le-
ctis eburneis, & afflui-
tis deliciis in ſtratis ve-
ſtris, & comeditis hæ-
dos de gregibus & lacten-
tes vitulos de medio ar-
mentorum: Qui concrepa-
tis ad vocem organorum
quaſi ſtantia putauerũt,
& non quaſi fugiẽtia: qui
bibitis vinum defæcatũ,
& primis vnguentis vn-
gimini, & nihil patieba-
mini ſuper cõtritione Io-
ſeph. Propterea nunc ca-
ptiui erunt ab initio for-
tiũ, & auferetur hinnitus
equo-*

consenſum. Poſt organorum vocem, intulit, quaſi ſtantia C
putauerunt, & non quaſi fugientia. Res n. ſæculi & omnia
corpora ſecundũ Epicurum per momenta fluunt & abeũt,
& nihil in ſuo cõſiſtit ſtatu, ſed vel creſcunt omnia vel de-
creſcunt, & aquarũ more torrentium labuntur in præceps.
Vnde & in ſæculari literatura
legimus: Sed fugit interea, fu-
git irreparabile tẽpus. Et in a-
lio loco: *Heu heu fugaces poſthu-
me poſthume, Labuntur anni*. Ni-
hil n. fugacius ſæculo rebusq;
ſæculi. Quas dũ tenem⁹ amit-
timus, & per infantiã, pueritiã,
iuuentutẽ, ac virilẽ, & ingra-
ueſcentẽ ac maturã ętatem, an
nosq; vltimos ſenectutis (in q
ſeptẽ ſpatia Philo vitã deſcri-
bit humanã) mutamur & cur-
rimus, & neſcientes ad mortis
terminos peruenim⁹. Quodq;
ſequitur: Qui bibit defęcatũ
vinum: p̃prie referri ad hære-
ticos poteſt: qui quaſdã ſcri-
pturas p̃bant, quaſdã repro-
bant, defęcata cupientes vina
potare, cũ in ſanctis ſcripturis
nihil turbidum ſit atque cę-
noſum, ſed totum de ſupe-
riori vnda puriſſimum. Iſti
primis vnguntur vnguentis
qui non habentes artem vn-
guentariam, abſque vlla ſci-
entia ſcripturarum, & tra-
ditionibus, atque doctrina Apoſtolorum, vendicant ſibi
ſacerdotij dignitatem, & vnctos domini dicunt ſe eſſe: o-
leumq; puriſſimum ſenſus ſui fęce contaminant. Cumque D
hæc faciant in interfectionem eorum quos deceperunt,
nullo dolore cruciantur: ſed gaudent in alienis mortibus,
& miſerorum ſanguine delectantur. Senſus iſte pulcherri-
mus, in quo dicitur: quaſi ſtantia putauerunt, & non qua-
ſi fugientia, in Hebraico non habetur, ſed pro eo ſcriptum a cedauid
eſt כדויד חשבו להם כלי שיר, id eſt, *ſicut Dauid putauerunt* haſebon.
*ſe habere vaſa cantici*: Vnde videtur mihi ab interpre- lahem ce-
tibus additum: qui in deſcriptione luxuriæ, contra vitia & leſir
voluptates huiuſmodi ſententiam protulerunt: vt nõ ver-
terent quod ſcriptum erat, ſed de ſuo quod ſibi videretur
adderent, imo mutarent.
a ¶ *Quapropter nunc migrabunt in capite tranſmigrantium, &c.*]
Propter ſuperiores cauſas, quas propheticus ſermo deſcri-
pſit (eorum qui dormiunt in lectis eburneis, & laſciuiunt
in ſtratis, & comedunt agnos de grege & vitulos de me-
dio armenti, & canunt ad vocem pſalterij, & bibunt in
phialis, & optimo vnguento delibuti ſunt, & inſuper ni-
hil patiuntur ſuper contritione populi eius, qui de Ioſeph
ſtirpe generatus eſt) nunc dominus comminatur, & dicit:
Quia iſta & iſta fecerunt, nunc migrabunt in capite tranſ-
migrantium. Et eſt ſenſus: Nequaquam in futurum pœ-
na differtur, nec de longis poſt ſæculis prophetatur: quod
nunc ingruit, nunc venturum eſt, meus ſermo prædicit:
eos ituros eſſe in principio tranſmigrantium: principes vi-
delicet & potentes, quibus ſupra dixerat: *Audite verbũ hoc* Sup. 4 a
*vaccæ pingues, quæ eſtis in monte Samariæ*. Et rurſũ: *Væ qui opu-
lenti eſtis in Sion, & confiditis in monte Samariæ: optimates, capita
populorum: ingredientes pompatice domum Iſrael*. Vos qui primi
eſtis diuitiis, primi captiuitatis ſuſtinebitis iugum, ſecun-
dum illud quod in Ezechiele ſcriptum eſt. A ſanctuario
meo incipite: Non à ſanctis, vt plerique æſtimant, ſed à
ſubuerſione templi, quod ſanctum fuit. *Potentes enim po-* Ezech. 9. c
*tenter tormenta patientur*, & cui plus creditur, plus exige- Sap. 4. a
tur ab eo. *Et auferetur*, inquit, *factio laſciuientium*, qui in Luc. 12. f
capiendis voluptatibus vnũ habuere conſenſum, & com-
eſſationes exercuere ac ſymbola, hi pariter auferentur,
vt quorum vna fuit luxuria, vna ſit pœna. Pro quo Lxx.
interpretati ſunt, καὶ ἐξαρθήσεται χρεμετισμὸς ἵππων ἐξ Ἐ-
φραΐμ, id eſt, *auferetur hinnitus equorum de Ephraim*.
quod



E quod in Hebraico nõ habetur, & ex ſuperfluo diſſeretur à
nobis, cum tropologiam texere cœperimus. Iurauit dñs in
b benaphſo ſemetipſo, ſiue vt in Hebræo legimus ᵇ בנפשו, id eſt, in a-
Eſai. 1. d nima ſua, iuxta illud quod in Eſaia ſcriptum eſt: *Neomenias
& ſabbata veſtra, & dies feſtos odit anima mea*: non quo Deus
animã habeat, ſed quo huma-
nis loquatur affectibus. Nec
mirum ſi animam habere di-
catur, cum etiam membra ce-
tera, q̃ viliora ſunt animã: pe-
des, manus, & ventrẽ, & artus
ceteros ſe habere teſtet. Quod
ſi oppoſuerint nobis hi qui
Chriſtum negãt humanã ha-
buiſſe animã, ſed in humano
corpore Deum fuiſſe pro ani-
ma: audiant in Chriſto ſub-
ſtantiam animę demonſtrari,
quomodo mẽbra corporis e-
ius habuere ſubſtãtiã. In Deo
autem patre caput & pedes &
cetera quæ dicuntur, nõ ſunt
membra, ſed per eorũ voca-
bula efficientiarum diuerſitas
indicatur. ſic & animam non
eſſe ſubſtantialẽ, ſed affectũ
mẽtis internę, & cogitationũ
locum, per quam Deus ſuam
indicet voluntatem. Iurauit
ergo dñs Deus exercituum, id
eſt, ſabaoth: p̃ quo δυνάμεων,
צבאות i. e. virtutũ Lxx. tranſtulerũt:
ſe deteſtari ſuperbiam Iacob
& domos eius odiſſe. Hic Ia-
cob ſecundum ſuperius capi-
tulum, vbi ſcriptum eſt: Et ni-
F hil patiebantur ſuper contri-
tionẽ Ioſeph: aut decem tri-
bus accipe, aut certe vniuer-
ſam domum duodecim tri-
buum. Et traditurum ciuitatẽ
cum habitatorib. ſuis: vel Sa-
mariam, vel certe Hieruſalẽ:
vel in communi vtramque.
Quod ad tempus domini Sal-
uatoris referre poſſumus: poſt cuius aduentum & paſſio-
nem, deteſtatus eſt Deus omnem ſuperbiam vel iniuriam
Matt 13 a Iacob: quia illum fabri filium, & Samaritanum, & haben-
Ioan. 8 f tem dæmonium conclamabant: idcirco Hieruſalem tradi-
ta eſt cum habitatoribus ſuis Romanis exercitibus. Et in-
tantum contra eos Dei ira deſæuit, vt etiam ſi remanſerint
decem viri in domo vna, ipſi quoq; moriantur, & propin-
quus ſiue vicinus comburat cadauera mortuorum, vt effe-
rat oſſa de domo: quia præ morietium turbis, integra cor-
pora efferri non valeant. Cumq; iam laſſus fuerit aſportã-
do, interrogat eum qui de penetralibus domus eſt: vtrum
ſuperſint, quos ſibi tradere debeat: Finis eſt: iam nõ habeo
quem tibi tradam ad ſepeliendum, & anteq̃ non habere
ſe iuret, ille qui interrogauerat & foris erat, & non eſſe co-
gnouerat, imperat ei & dicit: *Tace, & non recorderis nominis
domini*. Hoc aũt idcirco commemorat, vt oſtendat nec ma-
lorum quidem põdere & neceſſitate compulſos velle no-
men domini confiteri, & in tantam apud Iſrael obliuionẽ
Dei veniſſe vocabulum, vt ne in ſimplici quidem iuramẽ-
to nomen eius dignetur audire. Tenues hiſtoriæ lineas du-
ximus, nunc allegoriæ imprimamus manũ. Principes hæ-
reticorum, qui p̃pter delicias ſuas meum populum deuo-
rarunt, & nihil patiebantur ſuper contritione Ioſeph, pri-
mi ducentur ad pœnas, & auferetur hinnitus equi ex E-
phraim. Qui in ſcripturis ſanctis dupliciter accipitur: aut
in ſuperbiã potentiamq; eorum qui hinniũt, aut in libidi-
nis magnitudinem. In ſuperbiam malorumq; conſenſum,
Pſal. 19. b vt ibi. *Hi in curribus, & hi in equis*. Et. *Fallax equus ad ſalutẽ*. Et
Ibid. 32. c regibus Iſrael præcipitur, ne ſibi multiplicent equos. Et in
Deut. 17. d libro Iob, vox equi clãgori tubæ comparatur. In Zacharia
Iob. 39. c

HEB.

tium. Iurauit domin⁹
Deus in anima ſua, di-
cit dominus Deus ex-
ercituum. Deteſtor e-
go ſuperbiã Iacob, &
domos eius odi, & tra-
dam ciuitatẽ cum ha-
bitatorib. ſuis. Quid ſi
reliqui fuerint decem
viri in domo vna, & i-
pſi morientur, & tollet
eũ propinquus ſuus, &
cõburet eũ, vt efferat
oſſa de domo: & dicet
ei qui in penetralibus
domus eſt: Numquid
adhuc eſt penes te? &
reſpõdebit, finis eſt: &
dicet ei, Tace, & non
recorderis nominis
domini. a Quia ecce
dominus mandabit, &
percutiet domũ maio-
rem ruinis, & domum
minorem ſciſſionibus.
Nũquid currere queũt
in petris equi, aut arari
poteſt in bubalis? quo-
niam cõuertiſtis in a-
maritudinem iudiciũ,
& fructum iuſtitiæ in
abſynthium. Qui læ-
tamini

SEPT.

*equorum ex Ephraim:
quia iurauit dominus per
ſemetipſum, dicit domi-
nus* Deus *virtutum:
Quia ego abominabor
omnem contumeliam* Ia-
*cob, & regiones eius
odi, & auferam ciuitatem
cum omnibus habitato-
ribus ſuis. Et erit ſi re-
manſerint decem viri
in domo vna, & mortui
fuerint, & tollent do-
meſtici eius, & cona-
buntur vt auferant oſſa
eorum de domo, & dicent
his qui præſunt domui:
Si adhuc eſt apud te? &
dicet: nequaquam, &
dicet: Tace, nec nomi-
nes nomen domini. Pro-
pterea ecce dominus man-
dabit, & percutiet do-
mum magnam ruinis,
& domum paruam ſciſ-
ſionibus. Si perſequen-
tur in petris equi, ſi re-
ticebunt ad feminas?
quoniam conuertiſtis
in furorem iudicium,
& fructum iuſtitiæ in
amaritudinem. Qui læ-
tamini*

quoq; legimus (quod euangelij teſtimonio comprobatur, G
& refertur ad præſentiam Saluatoris) *Gaude nimis filia Sion,* Zach. 9. c
*prædica filia Hieruſalẽ. Ecce rex tuus venit tibi iuſtus, & Saluator:
ipſe manſuetus, & aſcẽdens ſuper aſinam & pullũ aſinæ: & diſper-
det quadrigas ex Ephraim, & equos de Hieruſalẽ*. In libidinis ve
ro magnitudinem & effrena-
tum coitus deſiderium, vt in
Hieremia: qui luxurioſos ad Hier. 5. c
ulteroſq; deſcribens intulit:
*Vnuſquiſq; ſuper vxorẽ proximi
ſui hinniebat*. Tales equos, Chri
ſti aduẽtus, & Dei ira ſubner-
uat. Et iurat dñs per ſemeti- Hebr. 6. c
pſum (quia maiorem per quẽ
iuret non habet) ſe deteſtari
omnes hęreticorum cõtume-
lias, & vniuerſas regiones eo-
rum odiſſe. Quidquid n. lo-
quũtur iniuria eſt, & dignum
Dei odio. Et ablaturum ciui-
tatem, & conciliabula eorum,
cum his qui habitãt, & popu-
lum videl. & magiſtros: etiam
ſi reliqui fuerint decem viri
(qui ſi fuiſſent in Sodomis &
Gomorris, nequaq̃ ſuper eas Gen. 19. d
deſcendiſſet incendium) oẽs
eſſe morituros ea morte, quæ
ducit ad Tartarum, de qua E-
zechiel ſcribit: *Anima quæ pec* Ezech. 18. a
*cauerit ipſa morietur*. Iſtorũ oſſa
ſepeliunt p̃pinqui & dome-
ſtici eorum, de quib. dicitur: Luc. 9. g
*Sine, mortui ſepeliant mortuos ſuos*:
Et ille qui foris eſt, & domũ
non ingreditur mortuorum,
ſed magis mortuos foris eii- H
cit, imperat ei qui comburit
mortuos, & diſſoluit in cine-
res, & eorũ oſſa comminuit vt
taceat, & puriſſimũ Dei nomẽ
mortuo ore nõ maculet. *Pec-* Pſal. 49. c
*catori enim dixit Deus: quare tu e-
narras iuſtitias meas, & aſſumis
teſtamentum meum per os tuum?*
Vnde & nos prouidere debemus, ne mortui ſepeliamus
mortuos: ſed vt magis viuentes, eos qui ſunt mortui per-
ducamus ad vitã. Quod ſi non fecerimus, imperatur no-
bis & dicitur, Tace, quia indigni Dei nomine iudicamur.
a ¶ *Quia ecce dominus mandabit, & percutiet domũ maiorẽ rui-
nis, &c.*] Quia in tantam rabiem proſiliiſtis, vt etiam mor-
tis tempore & imminentibus malis nolueritis nomen do-
mini nominare: Ideo mandabit dominus, & percutiet do-
mum maiorem ruinis, & domum minorem ſciſſionib. Si
mandat, quomodo percutit? Si percutit, quomodo man-
dat? Sed in eo quod mãdat & iubet miniſtris, videtur per-
cutere. Quomodo in iubente patre & faciente filio facit i- Pſal. 148 a
pſe qui iuſſit: impleto illo verſiculo: *Ipſe dixit & facta ſunt*: Ioan. 1. a
*ipſe mandauit & creata ſunt: Omnia* enim *per ipſum facta ſũt, &* Exod. 12. b
*ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt*: Et in Ægypto, vbi pri-
mogenita, quæ ab exterminatore cæſa referuntur, ſe do-
minus interfeciſſe teſtatur. Sic & in præſenti loco mandat
dñs, & ipſe percutit per miniſtros domum maiorẽ ruinis:
id eſt, decem tribus quæ appellabantur Iſrael, & domum
minorem ſciſſionibus, duas tribus quæ regebantur à ſtirpe
domus Dauid. Et nota ſingulorum p̃prietates. Iſrael, quia
maiora peccauerat feritur ruinis & in æternã traditur ca-
ptiuitatem. Domus aũt Iuda, in qua erat templum, & quæ
ex parte peccauerat, ſeptuaginta annorum captiuitate re-
tinetur, & nõ percutitur ruinis, ſed ſciſſionib. Sciſſa n. do-
mus ſarciri poteſt: ruinæ non tam inſtaurationem quam
ædificationem deſiderant. Cuius vtriuſq; domus, ruinas,
ſciſſiones, equis & bubalis cõparat: quorum priores in pe-
tris currere nequeũt: poſteriores tam indomiti ſunt, vt iu-
gum ceruicib. non recipiant, & cum ſilueſtres boues ſint,

A propter feritatē nolint terram vomere ſcindere. Vos autē, cum equi & bubali naturam ſuam mutare nō poſſint, mutaſtis naturam Dei: vt dulcem amarum faceretis, & fructū iuſtitię eius in abſynthiū verteretis, quæ herba amariſſima. Qui lætamini in nihil: vel idolis vitulisq; aureis (qui nihil ſunt, dicente Heſter ad dñm:

Heſt. 14. c

*Ne tradas ſceptrum tuum his qui non ſunt*) vel in nihili atq; mēdacio. Qui ꝓpria fortitudine putatis aſſumpſiſſe vos cornua, & reges, & potentiā, quib⁹ vētilaretis inimicos. Quia igit͛ iſta feciſtis: ecce ego ſuſcitabo ſuper vos ô dom⁹ magna & domus minor, quæ feriēdę eſtis ruinis & ſciſſionib. (id eſt, ô domus Iſrael, & oēs duodecim tribus) gētem ſæuiſſimam Aſſyriorū & Chaldæorū, quæ vos cōterat atq; ſubuertat à principio vſq; ad finē: à capite vſq; ad caudā: à terminis terræ veſtræ q ſolē reſpiciunt, vſq; ad torrentem deſerti ſiue occidētis, vt Lxx tranſtulerunt, i.e. ab Hemath vſq; ad Rhinocoruram: inter q̃ & Peluſium riuus Nili ſiue torrēs de eremo veniēs mare ingreditur. Hemath ſupra Epiphaniam diximus, quæ ab Antiocho, cui cognomentum ἐπιφανὴς fuit, nomen ſortita eſt. Qui autem putant ꝙ hic domus Iſrael decem tribus ſignificet, explanare non poterunt, quomodo in comminatione dicatur aduerſus decem tribus quod conterendæ ſint ab Epiphania vſq; ad terminos Ægypti: quibus terminis, non vtiq; decem tribus, ſed oēs duodecim cōcluduntur, in quibus fuit etiam Iudas & Beniamin. Quidam iuxta

B anagogen domum magnam & domum minorem, Iudaicum populū ſignificari putant, & de gentib. eccleſiam cōgregatam. Illi n. magni propter patres vocantur, & legem & prophetas: nos minores, qui abſq; teſtamento fuimus & mandatis Dei, de quibus & in Cantico legimus: *Soror mea paruula eſt, & vbera non habet.* Quæ dom⁹ magna & parua, in vnam Dei familiam congregata, ſi non habuerit diſciplinam, & Dei mandata non fecerit, percutietur ruinis & ſciſſionib. Quotieſcunq; ergo vel in perſecutionibus, vel in hæreſib. & ſchiſmatibus dom⁹ Dei, quæ eſt eccleſia, corruit atq; laceratur, Dei percutiētis oſtendit manum: q̃ ſi volumus effugere, comparationis audiamus & faciamus exemplū. In petris equi perſequi non valent. Petra Chriſtus eſt: qui donauit Apoſtolis ſuis, vt ipſi quoq; petræ vocentur: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiā meā.* Qui in iſtis petris fuerit, aduerſariæ poteſtates, quæ appellantur equi, de quibus ſupra diximus, perſequi eum non poterunt, curſibus præpeditis, & per ſingulas petras corruentib. Veniamus & ad aliam ſimilitudinem, iuxta conſuetudinem noſtram, editionem Lxx. interpretū differentes: ne ſi hęreamus omnino Hebraico, illuſiſſe lectoris diligentiæ, & tacendo de editione vulgata, fruſtra eam ꝓpoſuiſſe videamur. Aut reticebunt, inquit, ad fœminas, haud dubium quin equos ſignificet, de quibus ſupra dixerat; Si perſequentur in petris equi, id eſt, contrariæ fortitudines, cui inſaniunt ad fœminas, q̄ñ virilem viderint animum & Dei fortitudine roboratum, nō audent accedere. Quando vero effœminatam mentem & vnguentis & delitiis eneruatam, & in mulicbrem verſam mollitiē, ſtatim inſaniunt, & ſe tenere non poſſunt, & geſtiunt ad libidinem. Sequitur: *Quia conuertiſtis in furorem iudicium.* Conuertit in furorem iudicium, qui iratus iudicat: & dicēte domino: *Non accipies perſonā in iudicio.* Et in alio loco: *Non miſereberis pauperis in iudicio, quia Dei iudicium eſt*: ille irata ad iudicādum mente deſcendit: imo cum cauſam neſciat, nec iudicij nouerit veritatem, ante præiudicat qualem debeat ferre ſententiam, fructum quoque iuſtitiæ qui dulciſſimus eſt, vertit in amaritudinem. Quod de vna virtute diximus

Cant. 8. c
1 Cor. 10. a
Matt. 16. c
Deut. 16. d
Exod. 23. a

HEB.

tamini in nihili: qui dicitis, Numquid non in fortitudine noſtra aſſumpſimus nobis cornua? Ecce enim ſuſcitabo ſuper vos domus Iſrael, dicit dñs exercituum, gentem, & conterent vos ab introitu Hemath, vſq; ad torrentem deſerti.

CAP. VII.

HEB.

HÆc oſtēdit mihi domin⁹ Deus: Et ecce fictor locuſtæ in principio germinantium ſerotini imbris, & ecce

SEPT.

*tamini ſuper nullo verbo bono: qui dicitis, nonne in fortitudine noſtra habuimus cornua? Quia ecce ego ſuſcitabo ſuper vos domus Iſrael, ait dñs Deus exercituum, gentē, & conterent vos: vt non introeatis in Emath, & vſq; ad torrentem occidentis.*

CAPVT VII.

SEPT.

*SIc oſtendit mihi dñs: Et ecce fœtus locuſtarū veniebat matutinus, & ecce bruchus vnus* Gog

C intelligamus & de reliquis, prudentia, fortitudine, temperantia: quarum qui iratus fuerit, fructus capere non poterit, & cum cœperit, amari erunt. Vt dicitur in Eſaia: *Væ qui dicit dulce amarum & amarum dulce.* Hoc aūt illi dicunt, qui non cauſas in iudicando, ſed perſonas cōſiderant, & fructū Chriſti iuſtitiæ, qui eſt dulciſſimus, vertūt in amaritudinē. Quicumq; igitur aut conſanguinitate, aut amicitia, & ecōtrario, vel hoſtili odio, vel inimicitiis in iudicādo ducitur, peruertit iudiciū Chriſti, qui eſt iuſtitia, & fructum illius vertit in amaritudinē. Qui hoc faciunt, lætantur in nullo verbo bono, ſiue fruſtra, vt Symmachus tranſtulit, i.e. ἀλόγως, & erecti in ſuperbiam dicunt: Nonne in fortitudine noſtra habuimus cornua? cū è regione iuſtus in domino glorietur & dicat: *In te inimicos noſtros vētilabimus cornu.* Et in eodem loco: *Non enim in arcu meo ſperabo, & gladius meus non ſaluabit me.* Vnde & in Exodo iuxta Hebraicum, & Aquilæ editionem legimus: *Et Moyſes neſciebat, quia cornuta erat ſpecies vultus eius*: qui vere dicere poterat: *In te inimicos meos cornu vētilo.* Legimus & in alio loco: *Et exaltabit cornu populi ſui: Et exaltabit cornu Chriſti ſui*: Et cornu altaris, & munda animalia atque cornuta, quæ ſola offeruntur Deo: quorum interpretatio non huius eſt temporis. Ob hæc tanta peccata & extremam ſuperbiam, quæ iniquitatem loquitur contra Deum, & ponit in excelſo os ſuum: gentem ſæuiſſimam dominus Deus omnipotens ſe ſuſcitaturum eſſe dicit, quę cōterat & tribulet eos, imo prohibeat ingredi in Hemath,

D & vſque ad torrentem Occidentis Hemath interpretatur murus aut murata. Vetabuntur itaq; ab hac gente ſæuiſſima, cui ſupplicia delegata ſunt, confugere ad ciuitatem munitam, quę eſt cœleſtis Hieruſalem, ne introeant & ſaluentur: in modum illius capituli quod in Geneſi legimus: vbi poſuit Deus Cherubim & flammeam romphæam, quæ vertitur ad cuſtodiendam viam ligni vitæ: vt qui eiectus fuerat de paradiſo, nequaquam illuc ingrederetur indignus. Quodq; ſequitur: Vſq; ad torrentem Occidētis: de ſexageſimo ſeptimo pſalmo interpretabimur, in quo ſcriptum eſt: *Cantate domino, pſalmum dicite nomini eius: iter facite ei qui aſcendit ſuper occaſum: dominus nomen illi.* Niſi enim mala opera in nobis occiderint, Chriſtus non aſcendet ſuper nos: Cumq; illa occiderint, & Chriſtum habuerimus aurigam, tunc nobis proficientibus & ad meliora pergentibus in eodem pſalmo imperabitur: *Cantate Deo, pſallite domino, qui aſcendit ſuper cœlum cœli ad Orientem.* Vnde & in myſteriis, primū renunciamus ei qui in Occidente eſt nobiſq; moritur cum peccatis, & ſic verſi ad Oriētem, pactum inimus cum ſole iuſtitiæ, & ei ſeruituros nos eſſe promittimus. Pro torrente Occidentis, Symmachus interpretatus eſt, vallem campeſtrem: Theodotio, torrētem Arabiæ: Aquila, torrentem qui eſt in planicie. Quibus verbis oſtenditur nequaquam in eis murata ciuitate excluſis, muniri poſſe cōtra peccata: nec peruenire illos ad torrentem campeſtrem, & planum ſiue deſerti: qui torrens dicitur voluptatis, iuxta illud quod legimus: *De torrente voluptatis tuæ potabis eos.*

Eſai. 5. a
לאובר
Pſal. 43. c
Exod. 34. d
קרן עוד פניו
Pſal. 148. b
& 1. Reg. 2. b
חמת
Gen. 3. d
נחל הערבה
Pſal. 35. b

CAPVT VII.

HÆc oſtendit, &c.] Non ſolū ea quę multa poſt ſæcula futura ſūt propheticus ſermo prædicit, ſed & vicina, & quæ ſtatim vaticinium cōſequantur. Solemus n. homines multo plus de nobis q̃ de poſteris cogitare, dicēte Ezechia: *Fiat pax in diebus meis.* Vt qui viderint reb. expleta quæ ante nunciata ſunt, conuertantur ad cultum Dei, in cuius prophetis diuinationis eſt veritas. Oſtendit igitur dominus Sennacherib regem Aſſyriorū cum infinita exercitus multitu-

4. Reg. 20. d



E multitudine, inſtar locuſtę vniuerſa tondētis, eſſe venturū in principio imbris ſerotini, q̄ñ extrema Dei omnipotentis miſericordia indigebat Iſrael: huius autē locuſtæ fictor & creator eſt dñs. Quæ locuſta venit in principio imbris ſerotini: quando cuncta virent, & parturit omnis ager, & diuerſarum arborum flores in ſui generis poma rumpuntur. Et (vt vno ſermone indicem quod volo) cunctarum abundantiam rerū, flores arborum atq; herbæ ſegetum pollicentur. Has autem locuſtas, quæ primo vere volitabāt, bruch⁹ innumerabilis ſequebatur, q veniebat poſt imbrem ſerotinū: & appellabatur tonſor vel tonſura regis: eo ꝙ vniuerſa vaſtauerit, & nihil penitus reliquerit herbæ virētis in terra. Hunc tonſorem ſiue tonſurā, Eſaias acutam nouaculam vocat: q̄ pilos omnes & capillos Iſraelitici corporis raſerit. Cūque ait, dubitarem quæ eſſet iſta nouacula, ſtatim intulit, regem Aſſyriorum. Nouacula igitur & tōſor regis exercitus Chaldæorū eſt: qui in modū bruchi vniuerſa populatus eſt, & nō ſolum fruges, ſed ligna, fœnum, ſtipulamq; conſumpſit. Factum eſt autem cū conſummaſſet bruchus qui venerat poſt locuſtam comedere herbam terræ, & ꝓpheta intelligeret ꝙ videbat, ad preces vertitur & ait: Dominus Deus, ꝓpitius eſto, obſecro. Nolo in ſubuerſione populi mei mea verba cōpleri: nolo me ad hoc electum de paſtorū numero, vt ruinam decem tribuū

F nunciem. Quis n. poterit ſuſcitare Iacob, niſi tu ſolus? quo allidente, nullus eſt qui ſuſcitet. Paruulus eſt Iacob, & crebra hoſtium incurſione deletus. Cumq; ille precaretur, & interioris hominis lacrymas funderet, miſertus eſt dñs ſuper hoc, & reſpondit: nō perdā omne genus Iſrael: reliqꝗæ ſaluę erunt. Aut certe ſic accipiendum: Duo pariter futura conſpexit. Primum locuſtam, deinde bruchū. Pro vtroque dñm deprecatus eſt, & in vno tantū exauditur, vt bruchus vſq; ad internecionem cuncta non vaſtet. Locuſta autem volitans quædam deuoret, quædam integra derelinquat. Videtur mihi Lxx. interpretes, verbum Hebraicum [a] גזי (ꝙ interpretatur tonſor, ſiue tonſura) intellexiſſe [b] גוג, [c] ז literam [d] ג arbitrantes, &, bruchi innumerabilē multitudinem, Gog genti ſæuiſſimæ cōparaſſe, quæ terram Iuda ā vaſtatura deſcribitur. Quid aūt voluerit Aquila dicere: Ecce ſerotinus poſt Gazæ regem (cum Gaza verbo Hebraico [e] עזה appelletur) non ſatis intelligo, niſi forte ipſum ſermonem [f] גזי poſuit, & paulatim in Gazā errore corruptus eſt. Dicamus & ſpiritualiter: Qui poſt opera iuſtitiæ (de quibus in propheta dicitur: Seminate vobis in iuſtitia, & innouate vobis noualia & ne ſemineritis ſuper ſpinas) grauia peccata cōmiſerint, inducitur ſuper eos fœtus, vel generatio locuſtarū veniens matutina: qui tranſeuntibus noctis tenebris, incipiunt ſua peccata cognoſcere, & quia nō egerunt pœnitentiam, adducitur bruchus qui appellatur Gog rex: [g] גג autem in linguam noſtram vertitur δῶμα, i. e. tectum, ſuperba quędam & arrogans fortitudo. Cumque terrę noſtræ fœnum ſtipulamq; conſumpſerit, quicumque ſancti in populo fuerint, veniam precabuntur, & dicent: Domine Deus ꝓpitius eſto. Quis n. alius ſuſcitare poterit Iacob? quis medicorū ſanare αἱμοῤῥοοῦσαν, niſi tu ſolus? ad cuius tactum fimbriæ, ſtatim ſanitas redit. Paruulus eſt n. Iacob, ſiue modici numeri: quia nulla in eis, vel pauca virtutum remanſere veſtigia. Pœniteat te domine ſuper hoc, ꝙ te facturum tuo populo comminatus es. Pœnitentiam aūt Dei in ſcripturis ſic debemus accipere, quomodo ſomniū & iram: non quod Deum pœniteat, aut mutet ſententiam, qui loquitur per prophetam: *Ego Deus, & non mutor.* Et cui nos dicimus: *Tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficiēt*: ſed

יוצר
גוי חמלך
Eſaia 7. d.
a gizze
b Gog
c zain
d gimel
ἰδοὺ βροῦχος εἷς γὼγ ὁ βασιλεύς.
הנה לקש אחר גזי המלך
e Azza
f gizi
Oſee 10. d
Hier. 4. c
g gag
Luc 8. f
Eſaiæ 10. e
קטן הוא
Malac. 3. b
Pſal. 101. d

HEB.

& ecce poſt ſerotinū tōſor (ſiue tonſura) regis. Et factū eſt cū cōſummaſſet comedere herbā terrę, dixi: Domine Deus, propitius eſto obſecro: qs ſuſcitabit Iacob, quia paruulus eſt? Miſert⁹ eſt dñs ſup hoc: nō erit, dixit domin⁹. [a] Hæc oſtēdit mihi dominus De⁹, & ecce vocabit iudiciū ad ignem dñs Deus, & deuorabit abyſsū multam, & comedet ſimul partē. Et dixi: Domine De⁹, quieſce obſecro: quis ſuſcitabit Iacob: quia

SEPT.

*Gog rex. Et erit ſi compleuerit vt deuoret fœnum terræ, & dixi: Domine Deus, propitius eſto: quis ſuſcitabit Iacob, quoniam modicus eſt. Pœniteat te domine ſuper hoc, & hoc non erit, dicit dominus. Sic oſtendit mihi Dominus Deus: & ecce vocauit iudicium in igne dominus Deus, & deuorauit abyſſum multam, & comedit partem, & dixi: Domine Deus, deſine: quis ſuſcitabit* Iacob, *quoniam paruu-*

G quod nobis meliora conuerſis. & ipſum pœniteat ſententię ſuę: vt nec iuſto reddat pręmia, quę promiſit, ſi declinauerit ad iniquitatem: nec peccatori pœnas, quas cōminatus eſt, ſi conuerſus fuerit ad ſalutē. Dicitur ad eum qui acturus eſt pœnitentiam: N*ec dederis ſomnum oculis tuis, neq; dormitationem palpebris tuis*: vt libereris quaſi damula de caſſibus, & ſicut auis ex laqueis. Qui domini primum mādata cōtempſerit, & poſtea in anguſtiis conſtitutus euigilare cœperit, ſuſcitat dñm dormientē ſibi, & dicit: *Exurge, quare obdormis domine?* Econtrario, qui theſaurizauerit ſibi iram in die iræ, Deum iratum ſentiet. Quod ſi egerit pœnitentiam, ira vertetur in miſericordiam, & cum perturbationib. noſtris atque virtutibus, in vtramq; partem pœnarum atque clementię dominus commutabitur.

Prou. 6. a
Pſal. 43. d
Rom. 2. a

a ¶ *Hæc oſtendit mihi dominus Deus, & ecce vocabit iudiciū ad ignem dominus Deus, & deuorabit abyſſum multā, & comedet ſimul partem. Et dixi: Domine Deus, quieſce obſecro: quis ſuſcitabit Iacob, quia paruulus eſt, &c.*] Primū dominus oſtendit prophetæ fictorem locuſtarum in principio germinantium ſerotini imbris, & poſt imbrem ſerotinum, tonſorem regem ſiue regis, & vt verbum exprimamus è verbo, tonſuram regis Sennacherib: qua cuncta decem tribuum totonderit atq; vaſtauerit. Nunc idem dominus oſtēdit Nabuchodonoſor, imo vocat & venire pręcipit contra Iudam & Hieruſalem. Vocat autem vt templum Hieruſalem igne ſuccendat, & faciat in igne iudiciū, de eo qui quōdam fuit populus ſuus. Cumq; veniſſet ignis ad iudicium, & impleret domini iuſſionem, deuorauit abyſſum multam, & comedit ſimul partem: cunctas vrbes Iudęę & partem domini, quę vocabatur templum eius. Cumq; hoc propheta vidiſſet, dixit ad dominū: non vt ſupra, propitius eſto obſecro, ſed quieſce vel deſine: vt quem cœpiſſe iam viderat, ceſſare precib⁹ impetraret: præſertim cum nullus ſit alius qui iacētem & paruulum & humiliatum Iacob valeat ſuſcitare: niſi dominus qui poteſt captos in Chaldæamq; tranſlatos reducere in terram Iuda. Quia vero ſemel iuxta Oſee prophetam & pſalmiſtam dicentem: *Filij Ephraim intendentes & mittentes arcum, conuerſi ſunt in die belli*: decē tribus ad hæreticorū perſonam retulimus, quæ appellabantur Iſrael, & duas quibus Iudas præerat, ad eccleſiam & eccleſiæ peccatores: qui confitentur quidem rectam fidem, ſed propter vitiorum ſordes purgantibus ſe indigent flammis: idcirco nunc dominus ad ignem iudicium vocare ſe mōſtrat: vt vniuſcuiuſq; opus quale ſit ignis probet, & impleatur illud ꝙ ſcriptum eſt: *Ambulate in lumine ignis veſtri, & in flamma quam ſuccendiſtis.* Vnde & ad Babylonem dicitur: Habes carbones ignis, ſedebis ſuper eos, hi erunt tibi in adiutorium. Et in pſalmo. Lingua doloſa & plena mendaciis, igne carbonum dicitur eſſe purganda: Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguā doloſam? *Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus deſolatoriis.* De his altaris carbonibus deſolator carbo duorum teſtamentorum forcipe prenditur, & Eſaiæ labia purgat immunda, vt poſſit verbum domini prophetare. Vocatus autem ignis ad iudicium, deuorat primum abyſſum, id eſt, omnia genera peccatorum, ligna, fœnū, ſtipulam, & poſtea comedit ſimul partem, hoc eſt, ad ſanctos illius peruenit, qui in peculium domini & in eius parte reputantur: tempus enim eſt vt incipiat iudicium à domo domini. Et in Ezechiele præcipitur his qui pœnas allaturi ſūt: *A ſanctis meis incipite.* Et in Apoſtolo legimus: *Si cuius opus arſerit, detrimentum patietur, ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem.* Cumq; omnes fuerimus in peccato, & iacuerimus ad ſen-

H
Pſal. 77. b
1. Cor. 3.
Eſa. 50. d
Ibid. 47. d & ſeq.
Pſal. 119. a
Eſaia 6. b.
1. Pet. 4. d
Ezech. 9. c
1. Cor. 3. c





tentiæ

A tentiæ veritatẽ, miſerebitur dominus noſtri, & quia par uuli ſumus, reſurrectionis nos tempore ſuſcitabit: ſiue ſuſcitabit per virtutes qui in vitiis iacebamus: hoc domino
Pſal 101. b ꝑmittente, atq; dicente: Sed & iſtu l non erit. Pulchre aũt dixit, ſed &: quia iam ſupra dixerat; hoc non erit: *Non enim in finẽ iraſcetur, neque in æternũ comminabitur. Non ſecundũ peccata noſtra fecit nobis, neq; ſecũdũ iniquitates noſtras retribuit nobis. Quantũ diſtat ortus ab occidente, longe fecit à nobis iniquitates noſtras. Quomodo miſeretur pater filiorum, miſertus eſt dominus timentibus ſe.*

a¶ *Hæc oſtẽdit mihi domin⁹ &c*]
f anach Priusq̃ de adamante diſſeramus, quẽ Symmachus & Lxx. pro eo quod in Hebraico אנך ſcriptum eſt, tranſtulerunt. Dicẽdum eſt breuiter ꝙ hoc verbũ Aquila ἀλαίφωσι, Theodotio τηκόμενον interpretati ſunt: quorum alterũ ſtagnaturam, alterum tabeſcentem ſignificat: vt illa ſartago quã
Ezech. 4 a
4 Reg. 14. legimus in Ezechiele, in qua populi obſidione vallati, frixura ſignificatur: etiã in decẽ tribub. & in regno Hieroboam (qui nepos erat Iehu, ſub quo propheta hęc cernit) per ſtagnaturæ vocabulũ de-
על חומת אנך ובידו אנך monſtretur. Dominus itaq; cernitur ſtãs ſupra murũ ſtagnatum ſiue litũ, & in manu
B eius ſtagnatio ſiue trulla cęmentarij, qua ſolẽt ſuperinduci parietes, & non ſolũ pulchritudinẽ accipere, ſed & fortitudinem cõtra iniuriã imbrium & creberrimas tempeſtates. Legimus in Ezechiele, dñm comminantem quod
Ezech. 13. b tẽpeſtate & grandine cõſurgente, nequaquã linat nec veſtiat parietem Iſrael, ſed dimittat eam pluuiis diſſipari. Vn-
Eſai. 58. d de & nunc dicit ille, de quo ſcriptum eſt: Structor maceriæ
Sec. 70. οἰκοδόμος φραγμῶν vocabitur, ipſe angularis lapis, ædificator domus, ꝙ deponat trullam in medio populi ſui Iſrael, & ceſſare faciat atq; torpeat, vt nequaquam vltra ſuperinducat eum, & ſuo veſtiat ac tueatur auxilio. Cumque dominus protectionẽ ſuã, & vt ita dicam parietis veſtimentũ trulla ceſſante ſubtraxerit, tunc demolientur excelſa idolorum, quæ Hebraice
g bamoth appellantur [g] במות & ſanctificationes decem tribuum deſolabuntur: vt deſtruatur Dan & Bethel, in quibus adorabãtur vituli aurei. Diximus vt potuimus quid ab Hebræis nobis iuxta hiſtoriæ ſit traditum veritatem, tranſeamus ad anagogen: de Xenocrate, qui ſcribit ſuper lapidum gemmarumq; naturis pauca verba ponẽtes. Adamas ſui nominis lapis eſt, quem latine indomitum poſſumus appellare: eo ꝙ nulli cedat materiæ, nec ferro quidem. Nam ſi ponatur ſuper incudem, & graui ictu feriatur mallei, antea incus & malleus vulnus accipiunt, quã adamas conteratur. Cumq; ignis omnia domet, & vniuerſa metalla cõſumat, reddit adamantem duriorem: vt ne paruulum quidem in eo angulum vis nimij ardoris obtundat. Vidi & in auro adamantem magnitudine milij: cumq; vicinum conſumatur aurum longo vſu ac nimia vetuſtate, ſolus adamas non atteritur, & nulla lima minui poteſt: ſed econtrario limam terit, & quidquid attigerit, lineis ſulcat. Hic lapis duriſſimus & indomabilis, ſolo hircorũ cruore diſſoluitur, & miſſus in calidum ſanguinẽ, perdit fortitudinẽ ſuam. Eſt aũt paruus & indecorus, ferrugineum habẽs colorem, & ſplẽdorem cryſtalli. Quatuorq; adamantis genera deſcribuntur. Primus eſt Indicus: ſecundus Arabicus: tertius Macedonicus: quartus Cyprius: pro qualitate regionũ plus vel minus duritiam poſſidentes. Dicitur quoq; in electri ſimi-

HEB.

q̃a paruulus eſt? Miſertus eſt dñs ſuper hoc: ſed & iſtud nõ erit, dixit dñs Deus. [a] Hæc oſtendit mihi. Et ecce dominus ſtabat ſuper murũ litum, & in manu eius trulla cęmẽtarij. Et dixit dominus ad me: Quid tu vides, Amos? Et dixit Trullã cęmẽtarij. Et dixit dominus: Ecce ego ponã trullam in medio populi mei Iſrael. Nõ adiiciã vltra ſuperinducere eũ. Et demolientur excelſa idoli, & ſanctificationes Iſrael deſolabũtur, & conſurgã ſuper domum Hieroboã in gladio. [b] Et miſit Amaſias ſacerdos Bethel ad Hieroboã regẽ Iſrael dicẽs: Rebellauit contra te Amos in medio dom⁹ Iſrael: nõ poterit terra ſuſtinere vniuerſos ſermones eius

SEPT.

*paruulus eſt? Pæniteat te domine ſuper hoc, & hoc non fiet, dicit dominus Deus. Sic oſtendit mihi dominus: Et ecce vir ſtabat ſuper murum adamantinum, & in manu eius adamas. Et dixit dominus ad me: Quid tu vides Amos? Et dixi: Adamantem. Et dixit dominus ad me:* Ecce *ego iniiciam adamantem in medio populi mei Iſrael. Nequaquam vltra addam vt pertranſeam eum. Et diſſipabuntur aræ riſus, & ſacrificia Iſrael deſolabuntur: & conſurgam ſuper domum Hieroboam in gladio. Et miſit Amaſias ſacerdos Bethel ad Hieroboam regem Iſrael, dicens: Congregationes facit contra te Amos in medio domus Iſrael, non poterit terra ſuſtinere omnes ſer-*

C litudinem venena deprehendere, & maleficis reſiſtere artibus. Talis eſt dominus & Saluator: *Qui cum in forma Dei* Philip. 2. a
*eſſet, non rapinã arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo: ſed ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiẽs: in ſimilitudinem hominũ factus & habitu inuentus vt homo: humilians ſemetipſum, factus obediẽs vſque ad mortem, mortem autem crucis.* De quo Eſaias ſcribit: *Nõ* Eſaia 53.
*eſt ſpecies illi, neque decor: vidim⁹ eum, & non erat pulchritudo, deſpectũ & nouiſſimum hominũ, virum dolorum & ſcientẽ ferre infirmitatem.* Hic ſtat ſupra murum adamantinum, id eſt, ſuper ſanctos & Apoſtolos ſuos: quibus donauit, vt & ipſi adamantes vocarentur, & à nullo ſuperati dicerẽt: *Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? tribula-* Rom. 8. g
*tio, an anguſtia, an perſecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius?* Et iterũ: *Certus ſum, quia neq; mors, neq; vita, neq; angeli, neq; principatus, neq; inſtantia, neq; futura, neq; fortitudo, neque altitudo, neq; profundum, neq; creatura alia poterit nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu domino noſtro.* Petrus quoq; Matt. 16. c
qui erat fortiſſimus adamas, portæ inferorum non præualuerunt aduerſus eum. Hic vir & dominus qui ſtat ſuper murum adamantinum, habet in
D manu ſua adamãtem, qui niſi Dei teneatur manu, & illius valletur auxilio, omnem perdit fortitudinem, dicente domino in Euangelio: *Nemo po-* Ioan. 10. f
*teſt rapere de manu patris mei.* Et in tantum robuſtus eſt, vt dicatur ad eum: *Si tranſieris per i-* Eſa. 43. a
*gnem, flamma non comburet te:* quantoque magis tentationibus cæditur, tanto fortior fit: & pro nomine Saluatoris inter flagella lætatur. Cumque à nullo ſuperari queat, ſolo mortiferæ libidinis calore diſſoluitur. Hæc enim ſanguinis hircorum & ipſius hirci dicitur eſſe natura, vt ſit ad libidinem calidiſſimus, & quod ignis edomare nequeat, ſolus illius diſſoluat cruor. Ponit ergo dominus huiuſcemodi adamantem in medio populi ſui Iſrael: & vltra non tranſit eum, nec dimittit vt diſſipentur aræ: quæ riſu & ſubſannatione ſunt dignæ, & omnia hæreticorum myſteria, domumque Hieroboam, qui primus Dei populum ſeparauit, percutiat gladio atque ſubuertat.

b¶ *Et miſit Amaſias ſacerdos Bethel ad Hieroboam regẽ Iſrael dicens: Rebellauit contra te Amos in medio domus Iſrael, non poterit* Prou 9 b
*terra ſuſtinere vniuerſos ſermones, &c.*] Salomonis prouerbiũ eſt, imo mandatum. Noli arguere malos, ne oderint te. Et Ibid. 28 d
econtrario de bonis præcepit: *Argue ſapiẽtem, & diliget te.* In alio quoq; loco: *Qui arguit,* inquit, *hominis vias, gratiam habebit magis quam is qui loquitur, quæ delectent.* Itaq; & Amos emendationis affectu loquebatur ad populum, & ex ſermonibus Dei terribilia minabatur: vt agentes pœnitentiã, reuerterentur ad Deum, & idola deſererent. Tunc ſacerdos Bethel, in qua erat vitulus aureus, quem conſtituerat Hieroboam filius Nabath, & alij qui illi in Imperio ſucceſſerant, mittit ad Hieroboam nepotem Iehu, qui ei nunciet dicens: *Rebellauit contra te Amos,* ſiue congregationes fa- קשר
cit: atque conuentus in medio regni tui Iſrael, & tanta loquitur, vt terra regni tui verba eius ſuſtinere non poſſit. Audet autem mittere ad regem Iſrael quaſi pontifex: metuens ne ſi populus conuertatur ad cultum Dei, ille ſacer- ונשמו
dotij perdat gloriã. Cumq; duo audierit, demolientur ex- במות
celſa idoli, ſiue aræ riſus, & ſanctificationes vel ceremoniæ ישחק
Iſrael deſolabuntur, & conſurgã ſuper domũ Hieroboam in gladio



E in gladio (eo ꝙ idola penitus deſtruantur, quibus præerat Amaſias ſacerdos & contra Hieroboam Deus cõſurgat in gladio, niſi egerit pœnitentiam) ille de ſuà non mandat iniuria, vt de regis tãtum cõtumelia dolere videatur. Hæc n. inquit, dicit Amos, Erras calumniator. In omnib. n. ſermonibus ſuis nõ quaſi ex ſe propheta loquitur, ſed ſemper ꝓponit in titulo: Hęc dicit dñs. Igitur quæ loquutus eſt dñs, Amos prophetã dixiſſe commemorat, vt magis regem ꝓuocet ad vindictã. Quæ ſunt quæ dicit Amos? *In gladio morietur Hieroboam.* Et in hoc mẽtiris: Non n. dixit, morietur: ſi n. hoc dixiſſet, videbatur nõ ſuſcipere pœnitentiam: ſed conſurget dominus ſuper domũ Hieroboam in gladio, cõminans pœnam, non inferens. Nec dixit: *In gladio morietur Hieroboã,* ſed *conſurgã in gladio ſuper domũ Hieroboam.* Hieroboam quippe gladio non eſt mortuus, ſed domus eius: i. e. filius Zacharias Deo pcutiente delet⁹ eſt. Et Iſrael, inquit, captiu⁹ migrabit de terra ſua: adde & cætera, ſi non egerit pœnitentiã. Porro Hieroboã vaniſſima Amaſiæ mandata contemnens, nihil ad ea quæ ille mandauerat voluit reſpõdere: vnde ipſe ſibi aſſumit auctoritatẽ ſacerdotalis faſtigij, & loqtur ad Amos: *Qui vides,*
4 Reg. 9 b
F *gradere, fuge in terrã Iuda.* Prophetæ (vt crebo dixim⁹) prius appellabantur Videntes: quia quæ ventura dicebant, cordis oculis intuebantur. Quærat prudẽs lector, quare videntẽ vocet & nomine prophetali, quẽ de terra Iſrael exire cõpellit? Cui reſpõdendũ, aut cum irriſione eum dicere κατὰ ἀντίφρασιν, ꝙ omnia mentiatur: aut quia videbat multos eſſe in populo, qui eum libenter audirent: ꝓpter quod & regi retulit, congregationes facit contra te Amos: Aperte iniuriam non audet facere, ne audientes lædere videatur. Vade, inquit, in terrã Iuda, in qua natus es: vbi libenter audiũtur inſani, & comede ibi panẽ tuum, vel ibi viue: aut certe exerce artẽ tuã, per quam tibi reperias cibos, & ibi vaticinare, qui habes multos quos cõſueuiſti ſeducere: In Bethel aũt, in qua ego ſum ſacerdos, vltra non adiicies prophetare: *quia ſanctificatio regis eſt, & domus regni.* Et hoc quaſi falſus ſacerdos loquitur, adulans regali faſtigio, vt non dicat: ſanctificatio Dei noſtri eſt & domus idoli, ſed ſanctificatio regis & domus regni: hanc habentib. cunctis qui falſos deos colunt cõſuetudinẽ, vt ſuperbiam ſuam regib. imputent, & ꝙ ipſi faciunt, rex feciſſe videatur. Omnia quæ de Amaſia, & Hieroboam, & Iſrael, & Amos interpretati ſumus τροπολογικῶς ad hæreticos referenda ſunt: quorũ ſacerdos Amaſias ſolet interdum mittere ad Hieroboam regem hæreticũ, atq; hæreticorum patronum, & ſanctos viros ac præcones fidei accuſare apud eum, & iubere doctoribus, ne prædicent in Iſrael, ne cõtra regis faciant voluntatem: quia Bethel, h. e. domus Dei, & falſa eccleſia, ſanctificatio regis ſit, & domus regni. Solent n. dicere: Imperator nobis communicat, & ſi quis eis reſtiterit, ſtatim calumniantur: ergo tu cõtra Imperatorem facis? Auguſti mandata cõtemnis? & tñ conſideremus, quod multi reges Chriſtiani qui perſecuti ſunt eccleſiam Dei, & Arianam impietatẽ in toto orbe fundare conati ſunt, vincant in ſcelere Hieroboam regẽ Iſrael. Ille n. falſi ſacerdotis mãdata deſpexit, nec ad ſuggeſtionem eius quidquam

HEB.

eius. Hæc enim dicit Amos: In gladio morietur Hieroboã, Iſrael aũt captiuus migrabit de terra ſua. Et dixit Amaſias ad Amos: Qui vides, egredere, fuge in terram Iuda; & comede ibi panẽ, & ibi prophetabis, & in Bethel non adiicies vltra vt prophetes: quia ſanctificatio regis, & domus regni eſt. [a] Et reſpõdit Amos & dixit ad Amaſiam. Non ſum propheta ego, & non ſum filius prophetæ: ſed armẽtarius ego ſum vellicans ſycomoros. Et tulit me dominus cum ſequerer gregem, & dixit dñs ad me: Vade propheta ad populum meum Iſrael. Et nunc audi verbum domini: tu dicis; Non prophetabis ſuper Iſrael, & nõ ſtillabis ſuper domum idoli. Propterea hæc dicit dominus: Vxor tua in ciuitate fornicabitur,

SEPT.

*ſermones eius. Hæc n. dicit Amos:* In *gladio morietur Hieroboam, Iſrael autem captiuus ducetur de terra ſua. Et dixit Amaſias ad Amos. Qui vides, egredere: recede in terram Iuda, & ibi viue, & ibi prophetabis: in Bethel autem non adiicies vltra prophetare: quia ſanctificatio regis eſt, & domus regni. Et reſpondit Amos, & dixit ad Amaſiam. Non eram propheta ego, neque filius prophetæ; ſed paſtor vellicans ſycamina. Et tulit me dominus ex ouibus, & dixit dominus ad me: Vade & prophetiza ſuper populum meum Iſrael. Et nunc audi ſermonem domini: tu dicis; Noli prophetare ſuper Iſrael, & ne congreges audientes contra domum* Iacob. *Propterea hæc dicit dominus. Vxor tua in ciuitate forni-*

G voluit reſpondere: iſti autem cum multis Amaſiis ſacerdotibus ſuis, fame & penuria, carceribus & exiliis Amos prophetam, & ſacerdotes domini necauerunt.

a¶ *Et reſpondit Amos, & dixit ad Amaſiã: Non ſum propheta ego, & non ſum filius prophetæ: ſed armentarius ego ſum vellicãs ſyco-* Act. 4 d
*moros, &c.*] Hoc quod beatos Apoſtolos feciſſe ſcriptura cõmemorat, quando denunciauerunt eis ſcribæ & phariſæi, ne docerent in nomine Ieſu, & illi reſponderunt dicentes: *Obedire Deo magis oportet, quam hominibus:* etiam Amos ꝓphetam feciſſe cognoſcimus: qui iubente idolorum pontifice, ne prophetaret in Bethel, nõ ſolum prophetat & oſtendit ſe magis Deum timere mittẽtem, quam illum prohibentem: ſed audacter & libere ipſi denunciat ſupplicia qui vetare conatus eſt, & Dei impedire ſermonem; Non ſolum, inquit, non ſum propheta, ſiue non eram: quorũ alterum humilitatis, alterũ veritatis eſt: nec filius prophetæ, nec de ꝓphetali ſtirpe deſcendens: ſed cum eſſem armentarius, & rubo rem mora diſtringerem, tulit dominus ſequẽtem greges. Pro armentario, qui Hebraice dicitur [b] בוקר, Aquila b boket
& Symmachus & Theodotio, & quinta editio βουκόλον tranſtulerunt: qui armenta paſcit,
H non oues. Soli Lxx. αἰπόλον dixerunt: qui proprie paſtor caprarum appellatur ἀπὸ τῶν αἰπόλιον, ꝙ interpretatur quidem grex, qui in altiorib. cõuerſatur: vt oſtendat greges caprarum ſemper rupes & aſperas cautes & altiora cõſcendere. Sed quoniam infert: Et tulit me dñs ἐκ τῶν προβάτων, id eſt, de pecoribus: videtur oues magis ſignificare quam capras: licet in principio Leuitici legerimus, & oues & capras, pecorũ nomine demonſtrari. Ita n. dominus loquitur: Si obtuleris ἀπὸ τῶν προβάτων, id eſt, Leuit. 1. b
de pecoribus, domino agnum vel hœdum, & ouem ſiue capram. Porro hoc ꝙ ait: vellicans ſycamina, i. e. συκάμινα κνίζων: quod Aquila interpretat⁹ eſt ἐρευνῶν συκομόρους, id eſt, בולס שקמים
ſcrutans ſycomoros, & Theodotio χαράσσων συκομίνους, i. e. vellicans ſycamina: & Symmachus ἔχων συκομόρους, i. e. habens ſycomoros: quidam ita ediſſerunt, vt ſycamina velint appellari genus arborum, q̃ Palæſtinæ naſcũtur in campeſtribus, & agreſtes afferunt ficus: quæ ſi non vellicentur, amariſſimas cariculas faciunt, & à culicib. corrumpuntur. Nobis aũt (quia ſolitudo in qua morabatur Amos, nullam huiuſcemodi gignit arborem) magis videtur rubos dicere, qui afferunt mora, ac paſtorum famem & penuriam conſolantur. Vtcumq; voluerit lector accipere, hoc dicendum eſt: ꝙ humilem paſtorem & ruſticum aſſumpſerit dñs, & miſerit ad populum ſuum Iſrael: & ꝓceperit ei, vt egrediẽs de terra ſua, Samariam pergeret, & ibi quæ ventura ſunt ꝓphetaret. Quia igitur domino, inquit, iubente vt loquar, tu Amaſia dicis mihi: Noli prophetare ſuper Iſrael, & non ſtillabis ſuper domũ idoli, audi quæ contra te dñs comminetur. Pro domo idoli in Hebraico ſcriptum eſt, [i] בית ישחק, i heth ishak
id eſt, domus riſus: Iſaac n. riſus interpretatur. ꝙ Lxx. tranſtulerunt, domum Iacob: nomen pro altero nomine, & nõ rem intelligentes. Rurſum vbi nos poſuimus: Et non ſtillabis: Symmachus interpretatus eſt, non increpabis. Stilla- ולא תטיף
re autem prophetas, idioma ſcripturarum eſt: quod non totam Dei ſimul inferant iram, ſed paruas ſtillas commi-

A natione denuncient. Quia ergo dixiſti mihi, non prophetabis: vxor tua in ciuitate fornicabitur: quod melius interpretatus eſt Symmachus, πορνευθήσεται: non ꝙ ipſa fornicetur, ſed quod paſſiuo genere, ab aliis conſtuprata ſuſtineat fornicationem. Grandis autem dolor, incredibilisq; ignominia, quãdo maritus in media ciuitate præſentibus cũctis vxoris iniuriam prohibere nõ poteſt. Filij quoq;, inquit, tui & filiæ tuæ in gladio cadent. Non eſt tantus dolor in filia conſtuprata, quantus in vxore polluta: nec tantus dolor in vxore occiſa, quantus in filiis trucidatis. Maritus n. libentius audit vxorẽ interfici quã pollui. Nec hoc ſufficit ad iniuriã, niſi & terra ipſius funiculo ab hoſtibus diuidatur, & nouos cultores recipiat. Ipſe quoque Amaſias, qui nunc gloriatur in ſacerdotij poteſtate, nequaquã morietur in terra ſua: ſed ductus in captiuitatem, morietur in terra quæ polluta eſt idolis, & non ante morietur, niſi populum quem deceperat ſeruiẽtem videat atq; captiuum. אמציה Secundum tropologiam, Amaſias ſacerdos interpretatur robuſtus, & eo quod rebellis & ferox, eccleſiaſticum virum, & vere prophetam vetet Dei verba proferre & doctrinam, & errantem populum corrigere prohibeat. Huius vxor falſa eccleſia, patebit fornicationi omnium: B & filij eius ac filiæ, quas male in errore generauit, domini mucrone ferientur: humus quoque illius & vniuerſa poſſeſſio erit pars dæmonum: & ipſe morietur in terra polluta: quæ non habeat habitatorem Deum, ſed multis prauæ religionis contaminetur erroribus: & omnis populus qui falſum ſibi nomen aſſumit Iſrael, captiuus migrabit de terra ſua: vt non ſeruiat Deo, ſed hæreticorum ac dæmonum iugo colla ſubmittat.

HEB.

bitur, & filij tui, & filię tuæ in gladio cadent, & hum⁹ tua funiculo metietur, & tu in terra polluta morieris, & Iſrael captiuus migrabit de terra ſua.

CAP. VIII.

HEB.

HÆc oſtẽdit mihi dñs De⁹: Et ecce vncin⁹ pomorũ, & dixit. Quid tu vides Amos? Et dixi: Vncinũ pomorũ. Et dixit dñs ad me: Venit finis ſup populum meũ Iſrael: non adiiciam vltra vt pertranſeã eũ. Et ſtridebunt cardines tẽpli in die illa, dicit dominus Deus multi morientur: in omni loco ꝓiicietur ſilentiũ. [b] Audite hoc qui cõteritis pauperem, & deficere facitis egenos terrę, dicentes; Quando trãſibit menſis & venũdabimus merces; & ſabbatũ, & aperiem⁹ frumẽtũ; vt imminuam⁹ menſuram, & augeamus ſiclũ, & ſupponamus ſtatheras doloſas: vt

SEPT.

*fornicabitur, & filij tui & filiæ tuæ in gladio cadent, & terra tua funiculo diuidetur, & tu in terra immũda morieris, Iſrael autem captiuus ducetur de terra ſua.*

CAP. VIII.

SEPT.

*SIc oſtendit mihi dominus Deus: Et ecce vas aucupis. Et dixit: Quid tu vides Amos? Et dixi: Vas aucupis. Et dixit dominus ad me: Veniet finis ſuper populum meum Iſrael: non addam vltra vt pertranſeam eum. Et vlulabunt laquearia templi in die illa, dicit dominus Deus; multi cadentes erunt: in omni loco iniiciam ſilentium. Audite hæc qui conteritis mane pauperem, & opprimitis egenos de terra, qui dicitis: Quando pertranſibit menſis & negotiabimur: & ſabbata, & aperiemus horreum, vt faciamus minorem menſuram, & maius pondus, & faciamus ſtatheram ini-*

CAPVT VIII.

Hier 1. c מקל שקר

HÆc oſtendit mihi dominus Deus, &c.] Quod Hieremias ſub virga cernit vigiliarum, ſiue nucis: eo quod vigilauerit ſuper peccata populi ſui, ne quaſi clauſis & conniuentibus oculis eorum delicta non viderit: hoc nunc Amos aduerſus Iudam & Iſrael pariter intuetur ſub ſpecie vncini, qui Hebraice dicitur [a] כלוב: & à Lxx in vas aucupis vertitur: cum auceps ꝓprie [b] מוקש nuncupetur: ſicut ſupra in hoc eodẽ propheta legimus: Si cadet auis ſuper terram ſine aucupe. Et eſt ſenſus: Sicut vncino rami arborum retrahuntur ad poma carpenda, ita ego proximum captiuitatis tempus attraxi. Et vt ſciamus hoc eſſe ꝙ dicimus, ipſe interpretatur Deus, quid ſignificet viſio, q̃ prophetę oſtenderat. Venit finis ſuper populũ meum Iſrael. Quodq; ſequitur: *Non adiiciam vltra vt pertranſeam eum*, hoc ſignificat, quod iniquitates populi ſui vltra non tranſeat, nec negligat, neq; impunita ſcelera tranſire permittat. Et ne ſolũ de decẽ tribubus dicere videretur, intulit. *Stridebunt cardines templi*, ſiue *laquearia in die illa, dicit dominus*. Hoc autem ὑπερβολικῶς accipiendum eſt, quod tam graue malorum pondus incumbat, vt ipſi quoq; portarum cardines & excelſa laquearia vlulent, & incredibilem ſentiant vaſtitatem quãdo multi morientur, & captis habitatoribus vel occiſis, in omni loco proiiciatur ſilentium. Sin autem voluerimus

[a] celoub [b] mokes Sup. 3. a שירות

C legere pro vncino pomorum, vas aucupis: hoc dicendum eſt, ꝙ quomodo auceps viſco vel retibus aues volantes per aerem, & ſublimius diſcurrentes ad terram detrahit: ſic Deus per Sennacherib ſiue Nabuchodonoſor, quos nunc aucupes intelligimus, populũ ſuum prius liberum, & legis obſeruatione ſublimem comprehenderit, vinxerit, tranſtulerit, enecarit. Non n. iniuſte tẽduntur retia auibus. Et hoc non ſolum ad Babyloniæ captiuitatis tempus referendum eſt, ſed & in aduentum domini Saluatoris quando dixerunt. *Auſer de terra talem, crucifige eũ, crucifige eum*: Ioan 19. c & perdiderunt alas columbę. Et venit finis ſuper eos, & extrema captiuitas, vltraque non pepercit eis dñs. Et vlulauerunt cardines templi, vel laquearia templi, ſuper occiſum populum corruentia. Et in omni loco proiectum eſt ſilentium, habentibus Iudæis Moyſen & prophetas, & non Pſal. 68. c habentibus verbum Dei: legentibus litteram & perdentibus ſpiritum, quando *facta eſt mens eorum in laqueum, & in retributionem & ruinam*: Eſaiæ 6. c & excæcati ſunt oculi eorum, vt non viderent; & obduratæ ſunt aures eorũ vt non audirent, & incuruatum eſt dorſum eorum ne cœlum ſuſpicerent: ſed cum euangelica illa muliere, q̃ habebat ſpiritum infirmitatis, Marc. 7. c D ſemper terræ incumberent, & effuſa eſt ſuper eos ira Dei, & furor iræ eius comprehẽdit illos; Pſal. 68. f ita vt fieret habitatio eorũ deſerta, & in tabernaculis eorum non eſſet habitator: quãdo completum eſt: *Ecce dies veniũt, dicit dominus, & emittã famẽ ſuper terrã: non famẽ panis, neq; ſitim aquæ, ſed famem audiendi verbum domini*: Infr. 9. d de quo in poſterioribus ſi peruenerimus ad calcem, plenius diſſerendum eſt. Nos ergo cernentes, Rom. 11. c quia Deus *naturalibus ramis non pepercit*, timeamus eadem perpeti, & aucupis laqueos declinemus, dicamusq; ad dominum: Pſal. 27. c *Ne taceas, neque compeſcaris Deus, & ne ſileas à me, & aſsimilabor deſcẽdentibus in lacum*. In toto orbe terrarũ proiectum eſt ſilentium Iudæorum: vbicumq; fuerint, muſſitãt potius quam loquuntur, & cum blaſphemia eorum cõtra dominum Saluatorem ad cœlum vſque perueniat, omnis interpretatio ſcripturarum muta eſt & ſilens, & aures non penetrat audientium.

b¶ *Audite hoc qui conteritis pauperẽ, & deficere facitis egenos terræ, &c.*] Ne fruſtra videatur vncinus pomorum, & vas aucupis eſſe monſtratum, & per hæc vicina imminere captiuitas, cauſæ offenſæ Dei breuiter deſcribuntur. O tu Iuda, & ô tu Iſrael, audite q̃ ſcelera feceritis: de nocte ſurgentes, pro oratione & hymnis in Deum, ſtudiũ habetis opprimẽdi ſiue conterendi pauperes: vt fame & egeſtate cõfecti auferantur de terra. Qui expectatis Kalend. vt negotiemini, & vſuras augeatis de vſuris: & ſabbata, vt aperiatis horrea, detisq; frumẽta, amplius recepturi, & Dei ſolẽnitates turpis lucri gratia in veſtra compendia vertitis: qui minorem in vendendis mercib. menſuram facitis, & maiora pondera in accipiendis, ſtatheramq; iniquam: vt poſſideatis pecunia pauperes, & tam viles habeatis homines, vt impleatis illud quod ſupra de vobis dixeram: Sup. 2. b *Pro eo quod vendidiſtis argento iuſtum, & pauperem pro calciamẽtis*, & in tantam lucri rabiem proſiliiſtis: vt non frumenta (quorum eſu hominum



E num corpora ſuſtẽtantur) ſed quiſquilias & purgamenta frumẽti vendatis pauperib. puluerem & paleas tritico cõmiſcẽtes. Quod quidẽ & peruerſos doctores ac principes, qui abſq; Dei timore dominantur cleris (de quib. Hieremias loquitur: *Cleri eorũ non proderunt eis*) Hier. 12. f Sec. 70. nonnunquã facere cernimus: qui putant quæſtũ eſſe pietatẽ: & ſedentes in Matth. 21. b tẽplo nummularij proponũt columbas, non in caueis, ſed in cathedris quaſi magiſtri, Spiritus ſancti dona vendentes: qui faciunt mẽſurã minorem atq; maiorem: vt pauperib. vel parum vel nihil, diuitibus. a. & his de quib. ſectãtur lucra, in modũ concionatorũ loquãtur ſermone longiſſimo, & propter pauperum pecuniã cõterãt capita pauperũ atq; cõculcent, Pſal. 103. b & nõ frumentũ dñi, quod confirmat cor hoĩs, ſed quiſquilias & viliſſimum puluerẽ auidis faucib. ingerãt: etiã hęc quæ nullius ſunt pretij venditantes, cum dñus Apoſtolis præceperit: Matt 10 a *Gratis accepiſtis, gratis date.*

a¶ *Iurauit dominus in ſuperbiã Iacob, ſi oblitus fuero vſq; in finẽ omnia opera eorũ, &c.*] Iurantẽ Deũ ſæpius ſcriptura deſcribit. Gen. 22. c Sec. 70. Primum in Geneſi, vocauit angelus domini Abraham ſecundo de cœlo, dicens: *Per memetipſum iuraui, dicit dominus: quia feciſti verbũ hoc, & non peperciſti filio tuo chariſſimo: benedicens benedicã tibi, & multiplicans multiplicabo te quaſi ſtellas cœli, & ſicut arenam quæ eſt in littore maris.* F Et in centeſimo nono pſalmo: *Iurauit dominus, & non pœnitebit eum: Tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedec.* Quod, quicunq; eſt ille qui ad Hebræos ſcripſit Epiſtolam, diſſerens ait: Hebr. 6. c Quoniam neminem habuit quem iuraret maiorem, iurauit per ſemetipſum. Et in hoc eodem Propheta ſupra legimus: Sup. 4. a בקדשו *Iurauit Dominus in ſancto ſuo*, ſiue per ſanctos ſuos: quia ecce dies venient ſuper vos, & tollent vos in armis ſiue in contis, & reliqua. Qui ergo prius in ſancto ſuo, ſiue per ſanctos ſuos iurauerat, nunc iurat contra ſuperbiam Iacob: vt ſi non credunt cõminanti, credant iuranti in humanam ſimilitudinem, qui iuramentum tunc aſſumunt qñ ſimplicibus eorum verbis non creditur. Rom. 2. a Nec mirum eſt ſi Deus iurare dicatur, cum dormientibus dormiat, & vigilantibus vigilet: hiſq; qui ſibi Iacobi 4. b theſaurizauerunt irã in die iræ, dicatur iraſci. Iurat. a. quod non obliuiſcatur vſque in finem operum eorum. *Superbis enim Deus reſiſtit, humilibus autem dat gratiam*: ſed omnia memoriter teneat quæcumque peccauerint, & vſque ad Pſal. 78. b finem & iudicij tempus abducat. Vnde pœnitentes rogant: *Ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum*: præſertim cum aduerſus ſuperbos ipſa terra moueatur ſiue turbetur & lugeat: non colonus & aduena, ſed habitator eius, & aſcendat ſicut fluuius conſummatio, & deſcendat ſicut flumen Ægypti: vt qui egerit pœnitentiam, aſcendat cum fluuio ſcandente: qui autem perſeuerauerit in delictis, deſcendat ſicut fluuius Ægypti, & ingreſſus mare abſorbeatur: ac per hoc oſtendit ſuperbiam Iacob, contra quam iurat dominus æternis ſupplicijs deuorandam.

b¶ *Et erit in die illa, dicit dominus: occidet ſol in meridie, &c.*] Dies illa, diem captiuitatis ſignificat, quando vterque populus ducetur in Aſſyrios atq; Chaldæos, quib. præ triſtitiæ magnitudine occidet ſol meridie, & clarã omnib. luce, G tenebræ cuncta complebunt: qñ feſtiuitates eorum & oĩa cantica in luctum planctumq; cõuerſa ſunt. Et ſuper omne dorſum ſiue lumbos accincti ſunt cilicio, מתנים & iuxta conſuetudinẽ veterum lugentiũ, ſuper capita habuêre caluitiũ: quod & Iob in mortib. filiorum feciſſe legimus. Iob 1. d Et tanta erit magnitudo luctus atque triſtitiæ, vt vnici filij morientis matriq; chariſſimi vincat dolorem, & omnia planctu & amaritudine cõpleantur. Poſſumus hunc locum & in domini intelligere paſſione, quãdo ſol hora ſexta retraxit radios ſuos, Luc. 11. f & pendentẽ in cruce dominum ſuum ſpectare non auſus eſt: quando tenebris cuncta complentibus, feſtiuitates eorum & cantica, Veſpaſiano Titoq; ſuperantibus, in planctũ luctumq; mutata ſunt: quando lachrymarũ & pœnitudinis & ciliciorum repleta ſunt omnia, & capita habuêre caluitium, quæ prius Nazaræorũ decorata cæſarie, comam domino nutriebant. Tunc primogenitus filius Dei populus Iſrael: qui in vnigenitum & verè filium Dei miſerat manũ, æterno luctui traditus eſt, & nouiſſima huius, ſiue qui cum eo erãt, amaritudine repleta. Nunc ergo illis H habentib. tenebras, qui repulerunt ſolẽ iuſtitiæ, nos qui ſedebamus in tenebris & in vmbra mortis, Eſaiæ 9. a vidimus lucẽ magnã & illorũ vniuerſa feſtiuitas ad Eccleſiæ trãſlata eſt myſteria: vt illis flẽtibus, nos laudes dño concinamus. Illi pro zona accinguntur funibus & cilicijs: nobis cum Apoſtolis dicitur: Luc. 12. e *Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris.* Nos accincti ſum⁹ Chriſti veritate, implentes illud quod ſcriptum eſt: *State accincti lumbos veſtros in veritate.* Ephes. 6. c Illi autem pro veritate circundati ſunt diaboli mendacio. Noſtrum caput, de quo Saluator loquitur: *Veſtri autem capilli capitis numerati ſunt*, Matt. 10. d habet comam perpetuam, & in capite noſtro, qui Chriſtus eſt, fortitudinem poſſidemus, vt interficiamus leonem. Iud. 14. Illi autem dormierunt in meretricis ſynagogæ genibus, & diabolo tondente deraſi, virtutem capitis perdiderunt, amittentes cum robore oculos: de quibus in Eccleſiaſte ſcriptum eſt: Eccleſ. 2. c *Sapientis oculi in capite eius, qui autem ſtultus eſt, in tenebris ambulat.* Illorum ſocij verſantur in luctu: noſtri comites induuntur lætitiæ veſtimento.

c¶ *Ecce dies veniunt, dicit dominus, &c. Et cõmouebuntur à mari vſq; ad mare, &c.*] Aquæ in Hebraico nõ habẽtur, & propitiatio quã nos in delictum vertimus, & ab Hebræis vocatur [c] אשמת, idolũ ſignificat: [c] aſmath quod principium peccatorum eſt. Vetus narrat hiſtoria, tam Latina quam Græca, & oĩum gentium barbararum, nihil fame durius, quæ ſæpe cõpellit obſeſſos humanis veſci carnibus, & in ſuam ſæuire naturam: ita vt nec parentes paruulis parcant liberis, & maritalis affectus dudum amatæ vxoris membra dilaceret. Si hoc facit fames corporum, quid de fame dicendum eſt animarum? quæ in die reſurrectionis dñi oppreſſit populum Iudæorum: & iuncta fami ardentiſſima ſitis, non habentium panẽ qui de cœlo deſcendit, & eas aquas quæ de Ieſu ventre

HEB.

vt poſſideamus in argento egenos, & pauperes pro calciamentis, & quiſquilias frumenti vendamus. a Iurauit Dominus in ſuperbiam Iacob, ſi oblitus fuero vſque in finẽ omnia opera eorum. Nunquid ſuper iſto non cõmouebitur terra, & lugebit omnis habitator eius, & aſcendet quaſi fluuius vniuerſus, & eijcietur & defluet quaſi riuus Ægypti? b Et erit in die illa, dicit dominus: occidet ſol in meridie, & tenebreſcere faciã terram in die luminis: & cõuertam feſtiuitates veſtras in luctum, & omnia cãtica veſtra in planctum, & inducam ſuper omne dorſũ veſtrum ſaccum, & ſuper omne caput caluitiũ: & ponã eã quaſi luctũ vnigeniti, & nouiſſima eius quaſi diẽ amarũ. Ecce dies veniũt, dicit dominus, & emittã famẽ in terrã: non famẽ panis, neq; ſitim aquæ, ſed audiendi verbum domini. Et commouebun-

SEPT.

*iniquam: vt poſsideamus in pecunia pauperes, & egenum pro calciamentis, & de omni venditione negotiemur. Iurauit dominus contra ſuperbiam Iacob, ſi obliuiſcetur in finem omnia opera veſtra. Et ſuper his non conturbabitur terra, & lugebit omnis habitator eius, & aſcendet quaſi flumen conſummatio ipſius, & deſcendet quaſi fluuius Ægypti? Et erit in die illa, dicit dominus Deus, occidet ſol meridie, & contenebreſcet ſuper terram in die lux: & conuertam ſolemnitates veſtras in luctum, & omnia cantica veſtra in planctum, & inducam ſuper omnem lumbum ſaccum, & ſuper omne caput caluitium: & ponam eam quaſi luctum dilecti, & qui cum eo ſunt: quaſi diem doloris. Ecce dies veniunt dicit dominus Deus, & emittam famem ſuper terram: non famem panis, neque ſitim aquæ, ſed famem audiendi verbum domini. Et commo-*



ventre

A vētre manarunt: Ablata eſt ab eis lex, & Prophetæ æterno cōticuere ſilentio: mouentur à mari ad mare, & ab Oceano Britannico, vſq; ad Oceanū Athlanticum, i.e. ab Occidente ad Meridiem, & ab Aquilone vſq; ad Orientem, toto orbe peregrini, verbum Dei non valent inuenire. In quo loco interrogabimus Iudæos, quā illam diem ſignificari putent in qua ſuſtineant famē audiēdi verbū Dei: præſertim cum legant ſcripturas, & humilitatem ſequantur literæ? Quibus ingerimus, famē eſſe prędictā intelligentiæ ſpiritualis in qua Chriſtus cernitur, paſſio dñi & reſurrectio reperitur: circumeunt orbē, & quęrunt verbum dñi, & non inueniūt: qui verbum dñi negauerūt, quod factū eſt in manib. oīum prophetarū: quod in principio apud patrē erat: quod *caro factum eſt, & habitauit in nobis*. *Ioan. 1. b* In illo tēpore defecerunt virgines pulchrę, & adoleſcētes ſiue electi atque doctores (hoc enim ſignificat d בחורים) defecerunt in ſiti. *d bahurim* Virgines pulchras ſynagogas interpretatur, & electos magiſtros populi: Qui cū defecerint, maledictiones Deuteronomij in populo Iudaico docēt eſſe cōpletas. *Deuter. 27.* Hi electi atq; doctores iurauerunt in idolo Samariæ, in vitulis ſcil. aureis, & dixerunt: *Viuit Deus tuus Dan*: in terminis terrę Iudaicæ, vbi nunc Pameas eſt, & eo tempore vitulus aureus colebatur, *& viuit via Berſabee*: quia longo illuc & raro itinere cōmeabant, propter reges

B Iudæ iuſtos pariter & iniuſtos. Et quia hoc fecerunt, idcirco corruent, & non reſurgent amplius: i.e. non recipient eum ſtatum quem prius habuerant. Mittit.a. dominus famem in terram ſuper eos qui terrena ſapiunt, & famem non panis, ſitimq; non aquæ, ſed audiēdi verbum dñi; quādo propter peccata populi doctrina deficit in Eccleſijs, & à mari vſque ad mare, i.e. à ſalſis & amariſſimis fluctibus vſq; ad mare perueniunt: non occurrentes fluminibus, & non dulciſſimis & varijs fontibus: ſed rurſus ad amara currentes, & ab Aquilone vſque ad Orientem; cupientes Aquilonem deſerere (qui eſt ventus duriſſimus, & ab ignorantib. dexter vocatur) & peruenire ad Orientem; quē ferire non poterunt, quia non recto pergunt itinere, ſed deuijs circumeunt callibus, viamque regiam non tenentes, curuis ducuntur anfractibus. *Prou. 27. c* *Sec. 70.* In illo tempore deficient animæ virginales, quas incorruptas Apoſtolus nominat, & cupit æternam pudicitiam poſſidere, ſcribens ad Corinthios: *Deſpōdi.n. vos vni viro, virginem caſtam exhibere Chriſto, Timeo autem ne ſicut ſerpens Euam ſeduxit aſtutia ſua, ita corrumpantur ſenſus veſtri, & excidant à ſimplicitate quæ eſt in Chriſto*. *2. Cor. 11. a* Et ſi eſſent oēs virgines pulchræ vel bonæ, nunquam dixiſſet, deficient virgines bonæ: ſed ad diſtinctionem malarum virginum bonas poſuit, quæ ſunt ſanctæ corpore & ſpiritu. Malæ virgines quinq; ſunt ſtultæ, quæ lampadib. ſuis oleū non parauerunt. *Matth. 25. a* Bonæ & ſpecioſæ virgines illæ ſunt, quæ lumen habuerunt virtutum, & ſponſi thalamum ingreſſæ ſunt. Deficient.a. virgines, quia verbum domini non inuenient. Ex quo intelligimus, qñ doctrina non fuerit in Eccleſiis, perire pudicitiam, caſtitatem mori, oēs abire virtutes: quia non comederunt verbum domini: quod qui comederit ſaginatus eius cibo, audiet per Salomonem: *Iuſtus comedens ſaturat animam ſuam: animæ autem impiorū eſurient.* *Prou. 13. d* Et Dauid qui ad ſenectutem peruenerat Abraham, liberè decantabat: *Iuuenis fui, & ſenui, & non vidi iuſtum derelictū,* *Pſal. 36 d*

HEB.

buntur à mari vſq; ad mare, & ab Aquilone vſque ad Orientem: circumibunt quærentes verbum Domini, & non inuenient. In die illa deficient virgines pulchræ, & adoleſcentes in ſiti: qui iurant in delicto Samariæ, & dicunt: Viuit Deus tuus Dan, & viuit via Berſabee, & cadent & non reſurgent vltra.

CAP. IX.

HEB.

VIdi Dominum ſtantem ſuper altare, & dixit: Percute cardinem, & commoueantur ſuperliminaria: auaritia enim in capite omnium, & nouiſſimum eorum in gladio interficiam. Non erit fuga eis, fugiet & non ſaluabitur

C *nec ſemen eius quærens panem.* Quāti martyres in perſecutionib. perierunt fame, & indiguerunt frumento, alimentiſq; iſtis corporum. Ergo de eo dicit pane, qui de cœlo deſcendit: quem qui comederit, nec eſurire poterit nec ſitire. Deficientibus autem virginibus, & adoleſcētes deficient, qui prius vicerant mundum, & idcirco deficient, quia iurant in idolo Samariæ, quā in hæreticorum perſona ſemper accipimus: dicente hoc eodem Propheta: *Væ qui deſpiciunt Sion, & confidunt in mōte Samariæ.* *Sup. 6. a* Deſpiciūt enim hæretici Eccleſiam Dei, & confidunt in falſitate dogmatum ſuorum: erigentes ſe contra ſcientiā Dei, & ſciſſo populo eius dicentes: *Non eſt pars nobis in Dauid, neque hæreditas in filio Iſai.* *3 Reg 12. d* Si quis ergo iurat in delicto Samariæ, & dicit: *Viuit Deus tuus Dan, & viuit via Berſabee*: iſte cadet & reſurgere vltra non poterit. Dan trib. in vltimis Iudæorū terminis poſſeſſionē inuenire non potuit, ſicut in libro Iudicū ſcriptū eſt: interpretaturq; iudicium. *Iudic 18.* דן Berſabee.a. pro varietate accentuū vertitur in linguā noſtrā, puteus iuramēti: aut puteus ſatietatis, ac ſeptimi. באר שבע Itaque & hæretici in extremis ſcripturarū ſanctarū finibus ſitient, Dei iudicium cōtemnentes, & deſiderantes viam Berſabee, quæ fuit in tribu Iuda: multaq; Eccleſiæ imitari Sacramēta cupiētes, ſaturatos & repletos eſſe ſedicūt.

D Quib. Apoſtol. exprobrat Paulus: *Iam ſaturati eſtis, iam diuites facti eſtis*, & iurant in nomine dñi: qui ſemel cadētes (quia Deos idolorū, Deū arbitrantur ſuū) amplius non reſurgent. *1. Cor. 4. b* Qui.a. voluerint agere pœnitentiā, & non dixerint: viuit Deus tuus Dan, & viuit via Berſabee, audient per Hieremiam: *Nunquid qui cadet, nō reſurget: aut qui auerſus eſt nō reuertetur?* *Hier. 8. b*

SEPT.

*mouebuntur aquæ de mari vſque ad mare, & ab Aquilone vſque ad Orientem: circuibunt quærentes verbum domini, & non inuenient. In die illa deficient virgines pulchræ, & iuuenes in ſiti qui iurant per propitiationem Samariæ, qui dicunt: Viuit Deus tuus Dan; & viuit Deus tuus Berſabee, & cadent & non reſurgent amplius.*

CAP. IX.

SEPT.

*VIdi Dominum ſtantem ſuper altare, & dixit: Percute & ſuper propitiatorium, & commouebuntur veſtibula, & diſijce in capita omnium, & reliquos eorum gladio interficiam. Non fugiet ex eis, qui fugerit, & non ſaluabitur ex illis,*

CAP. IX.

VIdi dominum ſtantem ſuper altare, &c.] Qui cū Ezechiele & Ioanne Baptiſta apertos viderit cœlos, & velamē quod poſitum erat ante faciē Moyſi, ab oculis eius fuerit ablatū, vt compleatur in eo quod ſcriptū eſt: *Mandatum Dei lucidum illuminans oculos*: *Ezech. 1. a* *Matth. 3. d* *Exod 34. g* *Pſal. 18. b* Iſte videbit ſtantem dñm ſuper altare, præcipientem Prophetæ: ſiue vt multi putant, angelo: qui reddendis peccatorum ſupplicijs mancipatus eſt: vt percutiat cardines templi, ſiue propitiatorium: cōmoueantur ſuperliminaria eius, ſiue veſtibula. כפתור ספים Cūque, ait, templum propter malitiam hominum diſſipatum fuerit & deſtructū, & ira mea à ſanctuario meo cœperit, vnuſquiſq; cognoſcat ſe non poſſe euadere auaritia omnia poſſidēte, & nouiſſima ſua eſſe mortē, nullaq; præſidia ad euadendā ſententiam Dei poſſe ſuccurrere. Quodq; iuxta LXX. legimus: vt diſijceret in capita oīum, pulchrè eorū capita diuidūtur, qui ab eo qui eſt caput oīum, ſua ſpōte diuiſi ſunt atq; dixerunt: *Non habemus regē niſi Cæſarem*: qui voce impia clamauerunt: *Crucifige, crucifige talem.* Et: *Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros.* *Ioan. 19. c* Quæ omnia & ad hæreticos referre poſſumus: quorum altare percutitur, & omnes initiationes & Sacramenta ſacrilega commouentur: qui auaritiam habuerunt in capitibus ſuis, clamante per eos perdice, & congregante quos non peperit, & faciente diuitias abſq; iudicio. *Hier. 17. b* Vnde & nouiſſima eius, ſiue reliquias dñus interficiet, vt cœptum capitulum compleatur, & nouiſſimum eius erit inſipiens. Cum autem dominus percuſſerit cardines, & induxerit ſuper eos gladium, nullus erit qui poſſit euadere, & impendentem domini gladiū declinare. Simulq;



E Simulque & hoc erit notandum, quod ſtante ſuper altare domino, primum percutitur propitiatorium, ſiue cardines templi: deinde commouentur veſtibula: tertio capita oīum diuiduntur: quarto qui reliqui ſunt, interficiuntur gladio. Niſi.n. ſuperbiam hæreticorū ſuo dñus calcauerit pede, & peruerſam ſceleratamque doctrinam ſpirituali mucrone percuſſerit, & magiſtros eos, qui accipiuntur in capitibus, inter ſe diuiſerit, atque in bonam partem occiderit, non poſſunt diſcipuli viuificari ſecundum illud quod ſcriptum eſt: *Ego occidam, & viuificabo: ego percutiam, & ſanabo.* *Deut. 32. f* Occiduntur & percutiuntur magiſtri, vt viuificentur diſcipuli: capita diuidūtur, vt cætera membra ſanentur.

a ¶ *Si deſcenderint vſq; ad infernū inde manus mea educet eos, & ſi aſcenderint vſq; in cœlū, inde detrahā eos. Et ſi abſcōditi fuerint in vertice Carmeli, inde ſcrutans auferā eos, &c.*] Qui ſupra dixerat: nō erit fuga eis: fugiet & nō ſaluabitur qui fugerit: nūc ipſam fugā in partes ſecat, hyperbolicè etiā ſi hoc & hoc fecerint, euadere eos non poſſe teſtatur. Si deſcēderint, ait, vſq; ad infernū, inde manus mea educet eos: nō quod vllus ante reſurrectionis diē ab inferis retrahatur, ſed quod & in inferno poſiti, in illius poteſtate ſint. Quod ſuper Dathan & Abirō impletū eſſe cognoſcimus, quos viuētes terræ hiatus abſorbuit. *Num 16. e*

F Et ſi aſcēderint, inquit, vſq; ad cœlū, inde detrahā eos: quia & Enoch & Elias rapti cū corporib. in cœlū, Dei reguntur arbitrio. *Eccl. 44* *4. Reg. 2. a* Et cerne proprietates, ad infernū deſcenditur, ad cœlū conſcēditur: de inferno educimur, de cœlis detrahimur. In altero extrema deſperatio eſt, in altero ſuperbiæ magnitudo. *Si abſconditi fuerint in vertice Carmeli*, vel iuxta Phœnicis terminos, in ſeptētrionali plaga, vel ad meridiem propter eremi vaſtitatem, vbi habitauit quondam Nabal Carmelus, *inde*, inquit, *ſcrutans auferam eos*, & ſi in profundo maris, atq; vt de Propheta loquar, in Tharſis, Dei oculos vitare conentur: *1. Reg. 25.* *Iona 1. a* ibi mandabo ſerpenti, qui in hoc loco Leuiathan ſiue cetum ſignificat: vt ſeruet metaphoram, & per ſerpentem atq; cetum ad hoſtes veniat. Et mordebit eos, i.e. ſuis faucib. deuorabit. Et ne forſitan per ſuperiora quæ dixit, aliud quid, quam captiuitatē ab hoſtib. ſentiremus: iuxta morem ſuū aperit ſcriptura quod prius ſub ænigmatib. dixerat. *Et ſi abierint in captiuitatem corā inimicis ſuis, ibi mandabo gladio, & occidet eos*: ne ſcil. extrema malorum ſuorum ęſtiment ſeruitutem, ſed etiam captos hoſtilis mucro confodiat, & qui ſupereſſe potuerint & mortem euadere, Dei aſpectum non effugiant: ſed ponat ſuper eos oculos ſuos in malum, & non in bonum: vt ſemper eos viſitet, & ad pœnitentiam per tormenta compellat. Et hæc facturum eſſe ſe dicit omnipotens Deus, ad cuius tactum & nutum terræ fundamenta quatiuntur ſiue tabeſcunt, & omnis eius habitator planctu & luctibus occupatur. Quæ loquitur vt oſtendat magnitudinē diuinæ potētiæ: ne forſitan velit quidem facere quod minatur, ſed vires non impleant voluntatem. Sin.a. terra tabeſcit ſiue concutitur, & creatorē ſuum inſenſibilis quoque natura perſentit: quanto magis homo fragile animal, cuius animæ theſaurus in vaſis fictilib. atq; corporeis clauditur, & quomodo Ægypti fluuius decurrit in mare atq; ſorbetur, ita & terra Iſrael, de qua ſupra dixerat: *Qui tangit terram & tabeſcit*, ibit in captiuitatem, & ab hoſtibus de-

HEB.

tur ex his qui fugerit. a Si deſcenderint vſq; ad infernum, inde manus mea educet eos, & ſi aſcenderint vſque in cœlum, inde detraham eos. Et ſi abſconditi fuerint in vertice Carmeli, inde ſcrutans auferam eos, & ſi cælauerint ſe ab oculis meis in profundo maris, ibi mandabo ſerpenti & mordebit eos. Et ſi abierint in captiuitatem coram inimicis ſuis, ibi mandabo gladio, & occidet eos, & ponam oculos meos ſuper eos in malum, & non in bonum: Et dominus Deus exercituum, qui tangit terram, & tabeſcet, & lugebunt omnes habitantes in ea, & aſcendet ſicut riuus omnis, & defluet ſicut fluuius Ægypti. b Qui ædificat

G uorabitur, μετωνυμικῶς, ab eo quod habet id quod habetur, diuino ſignificante ſermone. Et hæc quidem ſequentes hiſtoriæ ordinem, vt cunq; potuimus, interpretati ſumus: ſi tamen in quibuſdam nos intelligentia non defecit. Cæterum omnem loci iſtius μελῳδὴν Dauid explicat, dicens; *Domine probaſti me, & cognouiſti me.* *Pſal. 138.* Statimq; infert: *Quo ibo à ſpiritu tuo, & à facie tua quo fugiam? Si aſcendero in cœlum, tu illic es: ſi deſcendero ad infernum, ibi es. Si ſumpſero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris: etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua.* In Deuteronomio quoque ſimile quid legimus: *Deut. 30. c* *Mandatum hoc quod ego præcipio tibi hodie, non ſupra te eſt, neque procul poſitum, nec in cælo ſitum, vt poſſis dicere: Quis noſtrum ad cœlum valet conſcedere, vt deferat illud ad nos, & audiamus atque opere compleamus? Neque trans mare poſitum, vt cauſeris & dicas: Quis è nobis transfretare poterit mare, & illud ad nos vſque deferre: vt poſſimus audire, & facere quod præceptum eſt? ſed iuxta te eſt ſermo valde, in ore tuo, & in corde tuo, vt facias illud.* Quando enim anima vinculis laxata corporeis volandi quo velit, ſiue quo ire compellitur propter tenuitatem ſubſtantiæ habuerit libertatem: aut ad inferna ducetur (de quibus ſcriptū eſt: *Conuertantur peccatores in infernum, omnes gentes quæ obliuiſcuntur Deum.* Et; *In inferno quis confitebitur?* Et: *Deſcendit in infernum gloria tua.*)

H *Pſal. 9. c* *ibid. 6. b* Aut certè ad cœleſtia ſubleuabitur, vbi ſunt ſpiritualia nequitię in cœleſtibus, & ſi ſibi veræ circunciſionis ſcientiam voluerit vendicare (hoc enim interpretatur Carmelus) & humilitate contempta habitare in montibus, & ibi ſcrutantem manum Dei euadere non valebit. *Ephes. 6. c* Quod ſi deſperans ſalutem, oculos domini vitare tentauerit, & in vltimos falſorum fluctuum terminos peruenire: etiam ibi mandabit dominus ſerpenti tortuoſo & antiquo, qui eſt inimicus & vltor & mordebit eam. *Eſaiæ 27. a* *Sec. 70.* *Apoc. 20. a* Capta quoque vitijs atque peccatis gladio domini percutietur, & ponet oculos ſuos ſuper eā in malum & non in bonum: vt per cruciatus atque ſupplicia ad dominum reuertatur. Cumque Deus omnipotens tetigerit terram eorum atque concuſſerit, & tabeſcere fecerit cuncta terrena: intelligentes ſcelera ſua vertentur in luctum, & ipſe dominus dupliciter aſcendet atque deſcendet. Aſcendet ſuper ſanctos quaſi fluuius conſummationis eius, i.e. terræ: vt opera eorum terrena conſumat. Deſcendet ſuper peccatores quaſi flumen Ægypti, vt in tormentorum amaritudinem impetu domini detrudantur.

b ¶ *Qui ædificat in cœlo aſcenſionem ſuam, & faſciculum ſuum ſuper terram fundauit: qui vocat aquas maris, & effundit eas ſuper faciem terræ: dominus nomen eius.*] Dominus Deus omnipotens, qui reſpicit ſiue tangit terram & commouet eam, ipſe eſt qui quotidie ædificat in cœlo aſcenſionem ſuam, & dicit in Euāgelio: *Pater meus vſq; modo operatur, & ego operor*: *Ioan. 5 c* & non ſolum de coſta Adam in typum Eccleſiæ ſemel ædificauit Euam, ſed quotidie credentes & membra corporis ſui ædificat, & de terris ad cœlum leuat, vt in illis ipſe conſcendat. *Gen. 2. d* Aſcendit Dominus in cœlum cum Enoch: aſcendit cum Elia: aſcendit cum Moyſe, cuius ſepulturæ locus, quia in cœlum aſcenderat, in terra non potuit inueniri. *Deut. 34. b* Aſcendit cum Paulo, qui vas electionis, in Apoſtolum de perſecutore mutatus eſt, & de humilibus raptus in ſub- *2. Cor. 12. a*

SEPT.

*illis, qui fuerit reſaluatus. Si defoſſi fuerint in inferno, inde manus mea euellet eos, & ſi aſcenderint in cœlum, inde detraham illos: Si abſconditi fuerint in vertice Carmeli, inde ſcrutans auferam eos, & ſi demerſerint ſe ab oculis meis in profundum maris, ibi mandabo draconi & mordebit eos. Et ſi abierint in captiuitatem ante faciem inimicorum ſuorum, ibi præcipiam gladio, & interficiet eos, & obfirmabo oculos meos ſuper illos in mala, & non in bona. Et dominus Deus omnipotens, qui tangit terram, & commouet eam, & lugebunt omnes habitatores eius, & aſcendet ſicut fluuius conſummatio eorum, & deſcendet ſicut flumen Ægypti. Qui ædificat in*

A in ſublimia: ita vt aſcẽderet in cœlum tertiũ, & per ſpiritũ ſanctũ & filium perueniret ad patrẽ, & audiret verba ineffabilia, myſteria Trinitatis, quæ hominib. audire non licitũ eſt. Iſte ergo qui quotidie aſcendit in ſanctis, faſciculum ſuum fundauit ſuper terrã: de quo in Euangelio loquitur:

Luc. 12 d *Ne timeas grex paruule, quia cõplacuit patri meo habitare in te.* Iſte faſciculus vna dñi religione cõſtrictus eſt. Vnde & ipſa religio à religando, & in faſcẽ dñi vinciẽdo nomen accepit. Porro iuxta Lxx. τὴν ἐπαγγελίαν αὐτοῦ ἐπὶ τῆς γῆς θεμελιῶν, i. e. *repromiſsionem ſuam fundat ſuper terrã*: vt oẽs illius repromiſſiones, quas ſancti Prophetæ ſuo ore cecinerunt, non inanem ſonum habeãt, & caſſa ſolius tropologiæ nomina, ſed fundentur in terra. Et cum hiſtoriæ habuerint fundamenta, tunc ſpiritualis intelligentiæ culmen accipiãt: vt verè Chriſtus de virgine natus ſit, verè Lazarum mortuum ſuſcitarit: verè ad tactũ eius αἱμοῤῥοοῦσα ſanata ſit: verè in aduentu dñi cæci viderint, claudi cucurrerint, contractæ manus extenſæ ſint, lepra mũdata ſit: licet ſecundũ tropologiam quotidie de anima virginali naſcatur ſermo diuinus: quotidie peccato mortui, & vitiorũ funib. alligati, de ſepulcro ſcelerum ſuorum iubeantur exire: quotidie ſanguinis opera cõ-
B ſtringantur: cæci infidelitate Chriſti lumen aſpiciant: claudicantes prius fide, currant in via dñi, & aridæ manus auaritia, extẽdantur ad eleemoſynã, & lepra Mariæ, quæ contaminat quidquid attigerit, recipiat priſtinam puritatem.

HEB.

cat in cœlo aſcenſionẽ ſuã, & faſciculum ſuũ ſuper terrã fundauit: qui vocat aquas maris, & effũdit eas ſuper faciẽ terræ: dominus nomen eius. a Nunquid nõ vt filij Æthiopum vos eſtis mihi, filij Iſrael, ait dominus? Nunquid non Iſrael aſcendere feci de terra Ægypti, & Palæſtinos de Cappadocia, & Syros de Cyrene? Ecce oculi domini Dei ſuper regnum peccans, & conteram illud à facie terræ: veruntamen conterens non conteram domum Iacob, dicit dominus: b Ecce enim ego mandabo, & concutiam in omnib. gentibus domum Iſrael, ſicut concutitur in cribro, & nõ cadet lapillus ſuper terram. In gladio morientur omnes peccatores populi mei:

SEPT.

*in cœlo aſcenſionem ſuam, & promiſsionem ſuam ſuper terram fundat: qui vocat aquam maris, & effundit eam ſuper faciem terræ: dominus omnipotens nomen eius. Nonne vt filij Æthiopum, vos eſtis mihi, filij Iſrael, dicit dominus? Nonne Iſrael eduxi de terra Ægypti, & alienigenas de Cappadocia, & Syros de fouea? Ecce oculi domini Dei ſuper regnum peccatorum, & auferam illud à facie terræ: veruntamen non in finem auferam domum Iacob, dicit dominus: Quia ecce ego præcipio, & ventilabo in cunctis gentibus domum Iſrael, ſicut ventilatur in ventilabro, & non cadet contritio ſuper terram. In gladio morientur omnes peccatores populi mei: qui dicunt,*

vt transferrẽ eos c מכפתור, i. e. de Cappadocia, & in Paleſtinæ regionib. collocat: Syros quoque, i. e. d ארם tranſtuli de Cyrene: ex quo qui æquali cõditione ſunt facti, æquali iudicij mei ſententia punientur: & oĩa, abſque diſcretione perſonarum, impia regna ſubuertam: vos. a. ô filij Iſraël de quibus dixi: *Primogenitus filius meus Iſrael.* Et ex Ægypto vocaui filium meũ: percutiã in virga, & viſitabo peccata veſtra: ſed non in perpetuum conteram, & miſericordiã meam nõ auferam à vobis, & quaſi in cribro agitatos atque cõcuſſos, mũdabo & eligam: vt qui lapillus fuerit, & per pœnitentiã roboratus, de cribro meo non excidat: qui autem inſtar pulueris ceciderit in terram, percutiatur gladio: vt moriãtur peccatores populi mei, nõ quia ante peccauerit, ſed quia vſque ad mortẽ perſeuerauerint in peccatis. Omnis. a. qui eſt Iſrael, & prius Deũ mente cõſpiciens, eductus eſt de Ægypto, ſi deſiderãs vitia Ægypti & ſæculi voluptates, nõ ſolum in Ægyptũ, ſed in Æthiopiã reuertatur (in qua qui fuerit, iuxta Hieremiam, pellem ſuã mutare nõ poteſt) Chriſti ſaluatur aduentu, & impletur in eo quod ſcriptũ eſt: *Æthiopia præueniet manus eius Deo.* Cũque eum adorauerit, dicetur de illo: In cõſpectu eius procident Æthiopes. Qui cũ prociderint, & trans flumina Æthiopiæ inde detulerint victimas domino: dicere poterũt. *Nigra ſum & ſpecioſa, quoniã decolorauit me ſol.* Corpora enim vmbris otioq; marcentia, tẽtationes & æſtus ſæculi ferre nõ poſſunt, quæ. a. ad luctam & ad certamina præparantur, ſole ſiccata, ſuperant mundi iniurias, & benedictionem ſancti Spiritus conſequuntur, dicentis ad iuſtum. *Per diem ſol nõ vret te, neq; luna per noctem.* Æthiopes ergo vertuntur in filios Dei, ſi egerint pœnitentiam, & filij Dei tranſeunt in Æthiopes, ſi in profundum venerint peccatorum. Ipſe. n. creator omnium Deus Cappadoces vertit in Palæſtinos, & eos qui verſabantur in frigore fidei, & Aquiloni vento duriſſimo ſubiacebant, fecit bibẽtes cadere, & depoſita ſuperbia, domini ſentire iudicium. Syros quoque, i. e. excelſos atque ſublimes, qui dicuntur e ארם tranſtulit de Cyrene, infirmo pariete, ſiue quæ imminebat amariſſimo mari, & vicina Syrtibus erat, & iuxta Lxx. in fouea tenebatur, mutauit in bonam partem, vt excelſos faceret. Oculi enim domini ſuper omnia ſunt regna peccantia, quæ oſtendit diabolus domino, & de quib. Apoſtolus dicit. *Non regnet peccatum in mortali veſtro corpore, ad obediendum deſiderijs eius.* Veruntamen cum in virga viſitet peccatores, & conterat eos atque percutiat, qui permanſerint in peccato: eas animas quæ appellantur domus Iacob, & ſupplantant peccatum, & in certamine ſuperant, & plantam cruenti fratris inuadunt, in æternum perire non patitur.

C c miccaphtor d Aram Exod. 4. a Oſee 11. f Pſal. 88. e Hier. 13. d Pſal. 67. g Ibid. 71. a D Cant. 1. b Pſal. 120. b e Aram קיר Matth. 4. b Rom. 6. b Eſa. 40 c

Iſte autẽ dominus amariſſimas quoq; aquas maris vocat, & effundit eas ſuper eos, qui faciem ſuam verterunt ad dominum. Ideo autem vocat amaras aquas, vt dulces faciat,
Pſal. 134. b & educat ventos de theſauris ſuis, & graues ſalſugine aquas, ſua in altum iuſſione ſuſpendat: eliquanſq; eas, & æthereo calore decoquens, diſpenſet in pluuias & emittat ſuper fa-
Rom. 5. d ciem terræ: vt arentia quæque rigentur imbribus, & *vbi abundauit peccatum, ſuperabundet gratia.*

a ¶ *Nunquid non vt filij Æthiopum vos eſtis mihi, filij Iſrael, ait dominus? Nunquid non Iſrael aſcendere feci de terra Ægypti, & Palæſtinos de Cappadocia, & Syros de Cyrene, &c.*] Pro Cyrene Aquila & quinta editio ipſum verbum Hebraicum poſue-
a kir runt a קיר, Lxx. foueam, id eſt, βόθρον: Theodotio, parietẽ: Symmachus, Cyrenem: quem & nos in hoc loco ſequuti ſumus. Totam loci huius, quem propoſui, & oĩum quæ hoc capitulo continentur, intelligentiam, breui ſermone concludam, vſque ad eum locum, in quo ſcriptum eſt. Qui dicunt: non appropinquabit, & non veniet ſuper nos malũ, vt poſſimus noſſe quod dicitur: Ego dñus Deus omnipotens, quẽ celari nihil põt: qui tango terrã, & mouebitur: qui ædifico in cœlo aſcenſionem meam, qui voco aquas maris, & effundo eas ſuper faciem terræ: cuius eſt nomen dñs: qui creator ſum oĩum, cunctas gentes de eodem finxi luto, & æquali ſorte generaui. Denique Æthiopes, Palæſtinos, Syros atq; Iudæos, diſtantes locis atque corporibus, mortalitatis lege ſociaui, & pro arbitrio meo ſeruos meos huc illuc commuto, & in vniuerſas prouincias transfero. Ne erigamini in ſuperbiã, quod vos de Ægypto eduxerim, & quaſi peculiarem populum meum Pharaoni ſeruire nõ paſſus ſim: hoc idem feci & Palæſtinis, quos Lxx. alieni-
b Peliſtim genas tranſtulerunt, qui Hebraicè appellantur b פלשתים

b ¶ *Ecce enim ego mandabo, & concutiam in omnib. gentibus domum Iſrael, ſicut concutitur in cribro, & non cadet lapillus ſuper terram, &c.*] Deus qui menſus eſt aquas manu, & cœlum palmo, & omnem terram concludit pugillo: ipſe pro magnitudine ſua, vtraque manu tenens margines terræ, quaſi cribrum huc illucq; concutiet: vt paleis ac ſordib. peccatorum in terram cadentibus, purum frumentum remaneat, quod condatur in horrea: ſiue vt Septuaginta tranſtulerunt, ventilabrum tenebit in manu, & purgabit aream



E aream ſuam, & triticũ condet in horreis, paleas a. combu-
Matt 3. e ret igni inextinguibili, de quibus loquitur per Hieremiã.
Hier. 23. f *Quid paleis ad frumentũ, dicit dominus?* De hoc eodem ſub fi-
Matth. 13. f gura alterius parabolæ, ſagena illa demonſtrat, q̃ mittitur in mare huius ſæculi, & extrahit piſces oĩum generũ, proiectiſq; malis piſcibus, boni tantummodo reſeruãtur, ita & dominus miſerabilem domũ Iſrael toto orbe diſperſit, & cõcuſſit in cribro, & vẽtilauit pala, lapilliſq; & calculis ſuper terrã non cadẽtibus, morientur in gladio, qui pp ſordes & puluerẽ peccatores populi nominantur. Et hoc patientur, quia non credunt vaticinia pphetarum: nec putãt eſſe ventura, quæ p eos dominus cõminatur. Cũq; ſibi proſpera repromittant, mala poſt ea ſuſtinebunt è regione ſanctis timentibus, & non peccãtibus, & idcirco nequaquã morientib. gladio quia dixerunt: Appropinquabunt nobis mala, & veniẽt ſuper nos ſupplicia, quæ peccata noſtra meruerũt, de quo plenius in
Hier. 18. b Hieremia loquitur Deus: *Aſſumam & loquar ſuper gẽtem & regnũ, vt auferã eã & diſperdã: ſi conuerſa fuerit gẽs illa à malis ſuis, & ego agam pœnitentiam de his quæ cogitaueram facere ei.* Non ergo Deus mutatur, qui ſemper eſt immutabilis, ſed nos eum noſtra conuerſione
F mutamus. Sæuit, iraſcitur, cõminatur, & dicit ſe illaturum eſſe ſupplicia: ſi agamus pœnitentiam, ipſum quoq; ſuæ pœnitebit ſententiæ. Ruſum
Hier. 17. iuxta eundem Hieremiam promittit proſpera: ſi negligentia diſſoluamur, & illum pœnitebit ſponſionis ſuæ, promiſſaque mutabit. Cuius rei exemplum Niniuitas & Hieruſalem habere poſſumus: quorum alij de imminentibus ſupplicijs liberati ſunt: alij quæ patribus promiſſa fuerant perdiderunt.

HEB.

mei: qui dicunt, Non appropinquabit: & nõ veniet ſuper nos malum. a In die illa ſuſcitabo tabernaculũ Dauid, quod cecidit, & reædificabo aperturas murorũ eius, & ea quæ corruerãt inſtaurabo, & reædificabo illud, ſicut in dieb. antiquis: vt poſſideant reliquias Idumææ, & oẽs nationes: eo quod inuocatum ſit nomen meum ſuper eos, dicit dominus faciens hæc. b Ecce dies veniunt, dicit dominus, & comprehendet arator meſſorem, & calcator vuæ mittentem ſemẽ. Et ſtillabunt montes dulcedinẽ, & omnes colles culti erunt. Et cõuertã captiuitatem populi mei Iſrael, & ædificabunt ciuitates deſertas, & inhabitabũt, & plantabunt vineas, & bibent vinum earum, & facient hortos, & comedent fructus eorũ. Et plantabo eos ſuper

SEPT.

*dicunt, Non appropinquabit, neque venient ſuper nos mala. In die illa ſuſcitabo tabernaculum Dauid, quod ceciderat, & ædificabo ea quæ corruerant, & quæ ſuffoſſa ſunt ſuſcitabo, & inſtaurabo ea ſicut dies antiquos: vt quærant me reliqui hominum, & omnes gentes ſuper quas inuocatum eſt nomen meũ, dicit dominus faciens hæc omnia: Ecce dies veniunt, dicit dominus, & apprehendet tritura vindemiam, & variabitur vua in ſemente. Et ſtillabunt montes dulcedinem, & omnes colles conſiti erunt. Et conuertam captiuitatem populi mei Iſrael, & ædificabunt ciuitates diſſipatas, & habitabunt, & plantabunt vineas, & bibent vinum earum, & facient hortos, & comedent fructum eorum. Et plantabuntur ſuper terram ſuam,*

dicit: & in reſurrectione domini oĩa reſtituturum: vt q in ſynagogis ceciderat, ſurgat in Eccleſijs, & poſſideant credentes reliquias Idumææ, & omnes nationes: vt quidquid reliquum fuerit de regno ſanguinario atq; terreno, in cœleſtia regna mutetur, & oẽs gentes quæ oblitæ ſunt Dominum, conuertantur & reuertantur ad eum. Sin autem iuxta Lxx. legere voluerimus, *vt quærant me reliqui hominum, & omnes gentes ſuper quas inuocatum eſt nomẽ meum:* reliquos hominum eos debemus accipere, qui de Iudaico populo crediderunt, & quaſi lapillus non ceciderunt de cribro: nec cum puluere paleiſq; & ſordib. ſunt proiecti. Reliquiæ enim in principio fidei ſaluæ fient, & in fine mũdi: vt *cum ſubintrauerit plenitudo gẽtium, tunc omnis Iſrael ſaluus fiat.* Nomen autem Domini quod inuocatur ſuper reliquos, & ſuper omnes gẽtes, illud eſt, de quo Saluator dicit: *Pater reuelaui nomen tuum hominibus.* Et ne longo ſermone regulam differam ſponſionum, & in hoc Propheta, & in cæteris, quæcunq; de ædificatione Hieruſalem & templi, & rerum omnium beatitudine prædicantur, Iudæi in vltimo tempore vana ſibi expectatione promittunt, & carnaliter implenda commemorant: Nos autem, qui non occidentem literam, ſed ſpiritum ſequimur viuificantem: iam in Eccleſia conuincimus expleta, & quotidie impleri in ſingulis, qui ruentes per peccatum, reædificantur per pœnitentiam.

G Rom. 11. e Ioan. 17 a H

b ¶ *Ecce dies veniunt, dicit dominus, & cõprehendet arator meſſorem, & calcator vuæ mittentem ſemen. Et ſtillabunt montes dulcedinem, & omnes colles culti erunt. Et conuertam captiuitatem populi mei Iſrael, & ædificabunt ciuitates deſertas, & inhabitabunt, & plantabunt vineas, & bibent vinum earum, &c.*] Suſcitato tabernaculo Dauid quod ceciderat, & reædificatis his quæ fuerant lapſa atq; ſub-
Pſal. 125. a uerſa, deſcribitur rerum omnium abundantia: quomodo hi qui prius *euntes ibant & flebant portantes ſemina ſua: venientes venient cum exultatione portantes manipulos ſuos:* vt conſequatur manipulorum tritura vindemiam, ſiue arator meſſorem, & vua varietur, ac ducat calorem in tempore ſeminis: ſiue vt verius eſt, calcator vuæ comprehendat ſementem, & ſic ſibi inuicem cuncta ſuccedat: vt nulla dies ſit abſq; frumento, vino, & gaudio. In illo tempore plenis torcularibus vua calcabitur & de Chriſti ac martyrũ ſanguine rubentia muſta fũdentur, & huiuſcemodi calcator vuæ erit ſeminarium ſermonis Dei: vt ſanguis eorũ magis clamet in mundo, quã clamauit ſanguis Abel iuſti. Quicũ-
Gen. 4. b que a merito virtutum ſuarum ad mõtana conſcenderit: melle ſudabit, imo ſtillabit dulcedinem ſermonis Dei, de quo ſcriptum eſt: *Guſtate & videte quam ſuauis eſt dominus:* Et
Pſal. 33. b *quã dulcia faucibus meis eloquia tua ſuper mel & fauum ori meo.* Et
Ibid. 118 n qui infra montes, imo ſecundi à montib. fuerint (quos ſpõſus tranſilit in Cantico canticorum, & appellat colles) cõ-
Cant. 2. b ſiti erunt & imitabuntur paradiſum Dei: vt omnia in illis poma pendant doctrinarum. Tunc ſi quis infidelitate captiuus eſt, & necdum credidit in nomine domini, & eſt de reliquijs populi quondam eius Iſrael, reuertetur ad fidem Chriſti: vt quẽ in Prophetis audierat, in Euangelio teneat. Hi au-

דרך במשך הזרע

a ¶ *In die illa ſuſcitabo tabernaculum Dauid, quod cecidit, & reædificabo aperturas murorũ eius, & ea quæ corruerant inſtaurabo, & reædificabo illud ſicut in diebus antiquis, vt poſſideant reliquias Idumææ, &c.*] Vbi Apoſtolorum præcedit auctoritas, ma-
Gal. 2. b ximè Petri & Iacobi, quos columnas Eccleſiæ vas electionis vocat: ibi omnis variæ explanationis tollenda ſuſpicio eſt, & q à tantis viris exponitur, hoc ſequendum. In Acti-
Act. 15. c bus Apoſtolorum quæſtione inter Apoſtolos ſuſcitata, cur homines ex gentibus, Paulus & Barnabas abſq; circunciſione & obſeruantia Sabbati ſuſcepiſſent: Petrus reſpondit, vt debuit: cuius ſententiã probans Iacobus, hæc locutus eſt: *Viri fratres audite me: Simon enarrauit quemadmodum primu Deus viſitauit ſumere ex gentib. populũ nomini ſuo, & huic concordant verba prophetarum, ſicut ſcriptum eſt: Poſt hæc reuertar, & ædificabo tabernaculum Dauid quod cecidit, & diruta eius reædificabo, & erigam illud: vt requirant cæteri hominum dominũ, & omnes gentes ſuper quas inuocatum eſt nomen meum, dicit dominus faciens hæc, notum à ſæculo eſt domino opus ſuum.* Hoc igitur tabernaculũ Dauid q ceciderat (ceciderat. a. in his qui dicunt, non appropinquabit, & non veniet ſuper nos malum, quos dñus cribro ſuo concuſſerat & probauerat, & quorum aream maieſtatis ſuæ purgauerat ventilabro, & quicunq; peccatores fuerant interfecit gladio.) Nunc iuxta conſuetudinem ſcripturarum, poſt tormenta, poſt pœnas, proſpera & læta promittens, ſuſcitaturum eſſe ſe

A Hi.a.montes,qui ſtillabunt dulcedinem, & colles qui cõſiti fuerint, poſtquam conuerterit dominus captiuitatem populi ſui Iſrael, ædificabunt ciuitates antea deſertas & Eſaiæ 27. a Sec. 70 habitabunt in eis, vt vnaquæq; ciuitas extructa dicat: *Ego ciuitas firma*, ciuitas q̃ oppugnatur:& de qua dominus in E- Matt. 5. b uãgelio loquitur: *Non poteſt ciuitas abſcondi ſuper montẽ poſita.* Pſal. 45. a Et in pſalmis dicitur: *Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei.* Et plantabunt quoq; vineas, cum Noë bibent vinum earũ & inebriabuntur, & audient Cant 5. b à domino Saluatore: *Bibite amici mei, & inebriamini.* Bibẽt Marc. 14 c autem vinum, quod ſe in regno patris cum Apoſtolis ſuis nouum bibiturũ eſſe pollicitus eſt. Hæc eſt vinea Sorech, cuius vinum quotidie in myſteriis bibimus. Nec harum rerum fœlicitate contenti: propter delitias facient hortos, & irrigabunt eos, vt nulla deſint in eis genera virtutum,

**HEB.**

ſuper humum ſuam, & non euellam eos vltra de terra ſua, quam dedi eis: dicit dominus Deus tuus.

**SEPT.**

*ſuam, & non auellentur amplius de terra ſua, quam dedi eis: dicit dominus Deus omnipotens.*

C & comedent fructus eorum: Qui.n.plantauerit & rigauerit, & ipſe comedet. Cumq; hæc oĩa montes & colles fecerint, ſtillantes dulcedinem, ædificantes ciuitates, & habitantes in eis: plantantes vineas, & bibentes vinum earum, facientes hortos, & comedentes fructus eorũ: tunc ipſos plãtatores plãtabit dominus ſuper terram ſuam, de qua dicitur: *Credo videre bona domini in terra viuentium.* Pſal. 26 d Matth. 5. Et in Euãgelio: *Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terrã.* Poſtquam autẽ plantauerit eos, & firma in altum radice ſolidarit: nõ euellet vltra de terra, quã dederat eis. Ex quo intelligimus Eccleſiam vſq; ad finẽ mundi, cõcuti quidem perſecutionibus, ſed nequaquã poſſe ſubuerti: tentari, non ſuperari. Et hoc fiet, quia Dominus Deus omnipotens, ſiue dominus Deus eius, id eſt Eccleſiæ, ſe facturum eſſe pollicitus eſt: cuius promiſſio, lex naturæ eſt.

*Commentariorum in Amos Prophetam finis.*

# DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN ABDIAM PROPHETAM AD PAMMACHIVM.

## PROOEMIVM.

1. Cor. 13. c CVM eſſem paruulus, vt paruulus loquebar, vt paruulus ſapiebam, vt paruulus cogitabam: poſtquam factus ſum vir, quæ paruuli erant, depoſui. Phil. 3. c *Si Apoſtolus proficit, & quotidie præteritorum obliuiſcens, in priora ſe extendit: ac ſecundum præceptum Domini Saluatoris, ſtiuam tenens, poſt tergum non reſpicit:* D *Quanto magis ego, qui necdum ad ætatem perfecti viri, & in* B *menſuram Chriſti veni, mereri debeo veniam, quod in adoleſcentia mea, prouocatus ardore, & ſtu-* Luc 9. g Epheſ. 4. c *dio ſcripturarum, allegoricè interpretatus ſim Abdiam Prophetam, cuius hiſtoriam neſciebam. Ardebat animus cognitione myſtica, & quia legeram omnia poſſibilia credentibus, ignorabam diuerſa eſſe chariſmata: literas ſæculi noueram, & ob id putabam me librum legere poſſe ſignatum.* Mar. 9. d Apoc 5. c *Stultus ego, vigintiquatuor ſeniores habentes in manibus phialas & citharas, & quatuor animalia plena oculis conſurgunt de throno ſuo, imperitiam confitentur, gloriam agno canunt, & virgæ de radice Ieſſe, & putabam poſſe me quod credebam. Cuius in manu non fiebat ſermo Dei, nec dicere poteram:* A mandatis tuis intellexi: *neque illius de Euangelio beatitudinis recordabar:* Beati Pſal. 118. n Matth. 5. a mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. *Necdum de altari carbo ſublatus, labia mea purgauerat. Necdum errore veteris ignorantiæ igne ſpiritus ſancti fuerat circunciſus, & audacter loquebar ad dominum:* Eſai. 6. c Ecce ego, mitte me, *Sperabam in ſcriniolis latere quod ſcripſeram, & ingenioli mei primam temeritatem ignibus voueram, cum ſubito de Italia affertur exemplar à quodam iuuene, tot annis, quot & ego quondam ſcripſeram, laudate opuſculum meum. Fateor miratus ſum, quod quantumuis aliquis male ſcripſerit, inuenit ſimilem lectorem ſui. Ille prædicabat, ego erubeſcebam: ille quaſi myſticos intellectus ferebat ad cœlum, ego demiſſo capite confiteri meum pudorem prohibebar. Quid igitur, condemnamus in quibus pueri luſimus? minimè:* Exod 25. 36 Mar. 12. d *Scimus enim in tabernaculum Dei, & aurum & pilos caprarum ſimiliter oblatos. Legimus in Euangelio viduæ pauperis duo minuta, magis quam diuitum ſubſtantias approbata. Et tunc dedimus quod habuimus, & nunc, ſi tamen aliquid profecimus, domino ſuum reddimus.* Gratia enim eius ſum quod ſum. *Nec diffiteor per hoſce triginta annos in eius opere me ac labore ſudaſſe: Clemens eſt pater, cito reuertentem filium ſuſcipit: nec expectat donec quis aperiat oſtium: ipſe e-* Luc. 15. c *greditur obuiam: annulũ & ſtolam parat: licet germanus inuideat, & ſcortatorem ac nepotẽ vocet: de ſalute illius ſymphonia angelicæ lætitiæ, cunctarũq; virtutum in cœleſtibus perſonat. Hoc eſt illud tẽpus, mi Pammachi, ac luce dulcior: quo egreſſi ſcholam rhetorum, diuerſo ſtudio ferebamur: quando ego & Heliodorus chariſſimus pariter habitare ſolitudinem Syriæ Chalcidis nitebamur: quod putabam latere, vulgatum eſt. Per vetera veſtigia rurſum ingrediar, emẽdans, ſi fieri poteſt, curuos apices literarum. Infans eram, necdum ſcribere noueram: titubabat manus, tremebant articuli. Nunc, vt nihil aliud profecerim, ſaltem Socraticũ illud habeo: Scio quod neſcio. Dicit & Tullius tuus: adoleſcentulo ſibi inchoata quædam, & rudia excidiſſe. Si hoc ille tam de libris ad Herennium, quam de rhetoricis (quos ego vel perfectiſſimos puto) ad comparationem ſenilis peritiæ dicere potuit: quanto magis ego liberè profitebor, & illud fuiſſe puerilis ingenij, & hoc maturæ ſenectutis. In libris quoque contra Marcionem Septimius Tertullianus hoc idem paſſus eſt, & Origenes in cantico canticorum, & Quintilianus in xij. libris inſtitutionis oratoriæ. Ex quibus perſpicuè oſtenditur vnamquamque ætatem in ſuo eſſe perfectam, & ex annorum debere numero iudicari. Sed iam tempus eſt proponere exordium Abdiæ, & orationum tuarum auxilio, cui volumen hoc ſcribitur, confragoſum mare, & ſæculi recuruos gurgites transfretare.*

COM-



E

# COMMENTARIORVM HIERONYMI IN ABDIAM PROPHETAM. CAP. I.

G

3. Reg 18. a VISIO *Abdiæ.* ] Hunc eſſe Hebræi, qui ſub rege Samariæ Achab, & impiiſſima Iezabel, pauit centum Prophetas in ſpecubus: qui non curua- 3. Reg 19. d uerunt genu Baal, & de ſeptem millibus erant, quos Helias arguitur ignoraſſe: ſepulchrumque eius vſque hodie cum Mauſoleo Heliſæi Prophetæ & Baptiſtæ Iohannis in Sebaſte venerationi habetur, quæ olim Samaria dicebatur. Hanc Herodes rex Iudææ Antipatri filius, in honorem Augusti Cæſaris Græco ſermone vocauit Auguſtam. Hic igitur, quia centum Prophetas aluerat, accepit gratiam prophetalem, & de duce exercitus, fit dux Eccleſiæ. Tunc in Samaria paruum gregem paucerat: nunc in toto orbe Chriſti paſcit Ec- Act 7 g cleſias & φερωνύμως, ſicut in Actis Apoſtolorum Stephanus martyrio coronatus, ita & hic ſeruus appellatus eſt domini. Porro quod contra Idumæam cernens, non onus, id eſt, λῆμμα, & pondus Idumææ videt (ſecundum regulam & diſtinctionem, quam in Nahum ſcripſimus) illud in cauſa eſt, quod vel Edom, id eſt, Eſau, non de extraneis gentibus computatur, filius Iſaac & frater Iacob (vnde & terra illius non datur in poſſeſſionem Iſrael: nec dimittitur bellare contra eam, & aduerſus fratrem armari prohibetur.) Vel certè viſio eſt, non Idumææ (quod poterat ſi עבדיה ita ſcriptum eſſet facere quæſtionem) ſed Abdiæ, id eſt, ſerui domini: quam videt gentibus, ad quas legatum miſit dominus. Et quibus dicitur: Surgite, & conſurgamus aduerſus eam in prælium. Deſtructio enim Idumææ, viſio nationum eſt. F Sin autem quæritur quare ponatur in titulo, viſio Abdiæ, & nihil poſtea quod viſum eſt demõſtretur, ſecundum illud Eſaiæ: Eſaiæ 6. a Ezech. 1 a *Vidi dominum Sabaoth ſedentem ſuper thronum excelſum, & eleuatum.* Et Ezechielis: *Aperti ſunt cœli, & vidi viſiones Dei*: ſtatimq; ſubiungitur: *Et vidi, & ecce ſpiritus turbinis veniebat ab Aquilone, & nubes magna, ſplendor in circuitu eius*: Sed poſt viſionem Abdiæ, protinus inferatur: *Hæc dicit dominus ad Edom.* Et iterum: *Ecce paruulum dedi te in gentibus*: Deut. 4. b de Deuteronomio ſumemus exemplum, in quo non res, ſed verba cernuntur: *Attende*, inquit, *tibi & conſerua animam tuam vehementer, ne fortè obliuiſcaris ſermonum, quos viderunt oculi tui.* 1. Ioan. 1 a Exod 10. c Et Iohannes in Epiſtola: *Quod vidimus*, inquit, *oculis noſtris: quod perſpeximus, & manus noſtræ palpauerunt de verbo vitæ*: Et Moyſes vocem domini, quæ ad eum loquebatur, vidiſſe ſe dicit. Si ergo poſt viſionem inferuntur quæ dicta ſunt, & videntur mentis oculis quæ auribus percipi ſolent: recte videns, quia Prophetæ antea vocabantur videntes, titulo prænotat viſionem.

CAP. I.

VISIO abdiæ. [b] Hæc dicit dominus Deus ad Edom.

**HEB.**

[c] Auditum audiuimus à domino, & legatũ ad gentes

**SEPT.**

*Auditum audiui à domino, & munitionem in gen-*

Gen. 27. b Deuter. 2. c שעיר hiſpidus erat, & non habebat læuitatem Iacob. Vnus ergo atq; idem tribus nominibus appellatur, Eſau, Edom, Seir: poſſeditq; eam regionem, quæ nunc Gebalena dicitur, & in finib. eſt ἐλευθεροπόλεως, vbi antea habitauerant Horræi, qui interpretantur liberi, vnde & ipſa vrbs poſtea ſortita vocabulum eſt. Quod ergo Hebraicè: a אדום, & Græcè a Edom dicitur ἰδουμαία, nunc viculus Palæſtinæ eſt, à conditore ſic impoſito nomine: cuius Latina quoque & Græca meminit hiſtoria. Iſte eſt cui dicitur per Amos: Amos 1. d *Super tribus ſceleribus Edom: & ſuper quatuor non conuertam eum: eo quod perſecutus ſit gladio fratrem ſuum,* Eſaiæ 21. c Hier 49. d *& violauerit miſericordiam eius, & tenuerit vltra furorem ſuũ, & indignationem ſuam ſeruauerit vſque in finem.* In Eſaia quoque iuxta Hebraicum legimus: *Onus Duma ad me clamat ex Seir: cuſtos quid de nocte? cuſtos quid de nocte?* Et Hieremias in eandem prophetiam pari voce conſentit, dicens: Nunquid non eſt vltra ſapientia in Theman? & reliqua vſque ad finem eiuſdem prophetiæ, vbi dicitur: *Et erit cor fortium Idumææ in die illa, quaſi cor mulieris parturientis.* Exceptoque ordine commutato, & aliis quæ videntur diſcrepare, magna pars Abdiæ in Hieremiæ volumine continetur. Iſti ſunt montes Seir aduerſum quos Ezechielis Ezech. 35. facies roboratur, & dicitur: *Dabo montem Seir, deſolatum, & deſertum.* Et poſt paululum: *Diſſipatus eris mons Seir & Idumæa omnis.* Longum eſt ſi voluero cunctas ſcripturas euentilare, & proferre in medium ſuper montes Seir: maximeque Malachiæ, vbi ſtatim in principio ſcriptum eſt: Malach 1. b Sec. 70. *Nonne frater erat Eſau Iacob, dicit dominus?* Et: *dilexi Iacob, Eſau autem odio habui. Et poſui montes eius in ſolitudinem, & hereditates eius in dracones deſerti. Quod ſi dixerit Idumæa: deſtructi ſumus, ſed reuertentes ædificabimus quæ deſerta ſunt. Hæc dicit dominus exercituum: Iſti ædificabunt, & ego deſtruam, & vocabuntur termini impietatis, & populus cui iratus eſt dominus vſque in æternum.* H Quia ergo didicimus terram Idumæorum aduerſariam eſſe terræ repromiſſionis, & Eſau inimicum legimus Iacob & populum eſſe, cui iratus eſt dominus in ſempiternum: noſſe debemus ſecundum leges tropologiæ, Aut contra Iudæos factum eſſe ſermonem (qui ſunt æmuli Chriſtianis, & perſequuntur fratrem ſuum Iacob, populum ſupplantatorẽ: qui illis primogenita præripuit.) Aut certè aduerſus omnes hæreſes, & contraria dogmata veritati: quæ videntur quidem nobis eſſe vicina, ſed magis aduerſaria ſunt, & de paterna hæreditate ſimplicem, & habitatorem domus Iacob nituntur expellere. Porro quia Idumæa & terrena interpretatur, & propter colorem rubrum, cruenta quoque intelligi poteſt. Idcirco Saluator reportans ad patrem de mundo victoriam: quando angeli conclamabant: Pſal. 23. b *Aperite portas principes veſtras, & introibit rex gloriæ.* Et in Eſaia ſtupentes interrogabant: Eſaiæ 63. a Sec. 70. *Quis eſt iſte qui aſcendit de Edom fuluida veſte de Boſor: ſic formoſus in ſtola candida?* Et ad ipſum cominus loquebantur. *Quare rubrum eſt indumentum tuum, & veſtimenta tua ſicut calcantum in torculari?* Ipſe loquitur in triumpho exponens palmas crucis ſuæ. *Torcular calcaui ſolus, & de gentibus non eſt vir mecum.* Sunt qui Idumæam ad carnem referant, & aduerſus illius pugnam animam æſtimant prouocari, vt mortificantes Col. 3. a *membra noſtra ſuper terram, & fornicationem, immunditiam*, paſſionem, æternam in Chriſto victoriam conſequamur. Iudæi fruſtra ſomniant contra vrbem Romam, דומה רומה regnumque Romanum hanc fieri prophetiam. Et illud quod in Eſaia ſcriptum eſt. *Onus Duma*, b daleth paulululum literæ apice commutato pro b ד, legi poſſi c ר, & ſonare Ro c res mam, d ו, quippe litera & pro, u, & pro, o, eorum lin- d vau gua accipitur.

b ¶ *Hæc dicit dominus Deus ad Edom.* ] Paruus Propheta, verſuum ſupputatione non ſenſuũ. Alioquin vt in tribus voluminibus Salomonis, Canticum canticorũ quanto breuius eſt, tanto difficilius. Et Epiſtola ad Philemonem, quẽ ſenſum haberet expreſſimus: Euangelicus quoque ſermo breuiatus, laciniofis legis operibus anguſtior eſt. Ita hic quoq; Propheta, quaſi ſeruus domini iuxta Abraham, Iſaac & Iacob & Moyſen famulũ Dei, & Apoſtolũ ſeruũ Chriſti, ea videt, ea audit, quæ prophetali digna ſunt ſeruitute. Multi putant iuxta interpretationẽ nominis, ꝗ ſeruus do- Eſaiæ 49 b Philip. 2. a mini ſit iſte, cui dicitur in Eſaia: *Magnũ tibi eſt vocari te puerũ meũ*: qui *ſe exinaniuit formã ſerui accipiens.* Sed ſi hoc ita intelleximus, alius nobis quærendus erit legatus, qui eſt miſſus ad gentes. Et dum tropologiam ſequimur, perdimus manifeſtiſſimam prophetiam. Quærimus ergo quis ſit iſte Gen 25. d Edom, vel Idumæa, ad q̃ nunc per Abdiã dominus loquitur. In libro Geneſeos Eſau filium Iſaac appellatum fuiſſe Edom, (quia propter rufum lenticulæ cibum primogenita vendiderit) manifeſtiſſimè legimus: אדום Edom enim interpretatur πυῤῥός, id eſt, rufus. In eodem volumine ſcribi- שעיר tur hunc eundem vocatum eſſe Seir, id eſt, piloſum, quia

c ¶ *Auditum audiuimus à domino, & legatum ad gentes miſit, ſurgite, & conſurgamus, &c.* ] Iam vt ſupra diximus, eundem eſſe Edom quam & Idumæam, quia in Hebraico, ipſe qui condidit,

A cōdidit, in Græco vrbs, q̄ ſic ab eo cōdita nominatur: Audiuit ergo vel Abdias, vel oēs Prophetæ pariter audierūt. 1.Tim. 1.b (Omnes .n. ſcribunt contra Edom) quod ad gētes legatus miſſus ſit, *mediator Dei & hominū, homo Chriſtus Ieſu*: de quo Aggei. 2. b & pater loquitur per Aggeum: *Mouebo omnes gentes, & veniet deſideratus cunctis gentibus.* Eſa. 9 b Iſte in Eſaia, *magni cōſilij angelus, & pater futuri ſæculi* ſcribitur. Quod. a. pro legato, i. eſt, ſir c ציר, Lxx. περιοχὴν, id eſt, munitionem interpretati ſunt: poſſumus dicere, ꝙ ipſe legatus noſter ſit & ipſe munitio: dicēs ea quæ prophetalis ſermo contexit: Surgite, & conſurgamus aduerſus eum, vel eam in prælium. Legatus qui ad gentes eſt miſſus, hæc Epheſ. 5 d loquitur: *Surge qui dormis, & eleuare à mortuis, & illuminabit te Chriſtus*: Ac ne forſitan grauis nobis, & inſolita pugna videatur: me inquit, habetis primum in acie. Ego ero ἀρχιστράτηγος præliorū, qui & Ieſu filio Naue gladiū tenēs apperuit: Iof. 5. d Et Amalech in crucis meæ vexillo Moyſe pugnante ſuperaui. Exod. 17. e Hieremias in viſione cōtra Idumæam non multum ab his diſcrepat: Hier. 49. c *Auditum, inquit, audiui à domino, & legatus ad gentes miſſus ſum: congregamini & veniet contra eam, & cōſurgamus in præliū.* Sequitur.

HEB.

gētes miſit: ſurgite, & conſurgamus aduerſus eum in prælium. a Ecce paruulum dedi te in gentibus: cōtemptibilis tu es valde: Superbia cordis tui extulit te, habitantem in ſciſſuris petræ, exaltātem ſolium tuum: qui dicis in corde tuo. Quis detrahet me in terram? Si exaltatus fueris vt aquila, & ſi inter ſidera poſueris nidum tuum: inde te detraham, dicit dominus. b Si fures introiſſent ad te, ſi latrones per noctem: quo modo conticuiſſes; Nonne furati eſſent ſufficientia ſibi? Si videmiatores

SEPT.

*gentibus miſit: ſurgite & conſurgamus aduerſus eum in prælium. Ecce minimum dedi te in gentibus: inhonoratus es tu valde: Superbia cordis tui eleuauit te, habitantem in foraminibus petrarum, exaltantem habitaculum tuum, atque dicentem in corde tuo: Quis me deducet in terram? Si exaltatus fueris vt aquila, & ſi inter media ſidera ponas nidum tuum: inde te detraham, dicit dominus. Si fures introiſſent ad te, vel latrones per noctem: vbi proiectus eſſes? Nonne furati eſſent ſufficientia ſibi? Et ſi vindemia-*

a ¶ *Ecce paruulum dedi te in gentibus, &c.* Hieremias, cuius ſupra fecimus mentionē, prope in eadem verba conſentit, dicens: Ecce paruulū dedi te in gentibus: contemptibilem inter homines: arrogātia tua decepit te, & ſuperbia cordis B tui: qui habitas in cauernis petre, & apprehendere niteris altitudinem collis: cum exaltaueris, quaſi aquila nidum tuū: inde te detraham, dicit dn̄us. In interpretatione Prophetica debemus morem noſtrū ſequi, vt primum hiſtoriæ fundamenta iaciamus: deinde ſi poſſumus, excelſas turres & tectorum culmina ſubrigamus? O, inquit, Edom, qui cum minimus ſis inter oēs in circumitu nationes, & ad cōparationem gentium ceterarū paruus in numero, vltra vires erigeris ſuperbia. Cumq; habites in ſpeluncis, imo in cauernis petrarum, humilis atq; pauperculus, & excelſa ædificiorum tecta non poſſidens: quaſi aliqua in ſublime extolleris, & tātum cogitatione intumeſcis, vt inter ſidera habitare te credas: etiam ſi vltra naturā poſſes cœli alta penetrare, inde te detraherem, & ad terram deducerem, dicit dn̄us Deus. Illud a. quod in Hieremia additum eſt: & apprehendere niteris altitudinem collis: aperuit ænigma: collem ſignificans montem Sion: ac per hoc vel ipſam vrbem Hieruſalem, vt templum quod in ea conditū eſt, vult intelligi. Aquilam a. cunctis auibus altius volitare, etiam hi qui de natura auium diſputant, memoriæ prodiderunt: tantique cōtuitus eſſe dicitur: vt cum ſuper maria immobili penna feratur, nec humanis pateat obtutibus, de tanta ſublimitate piſciculos natare videat, & cū iuxta littus fuerint, tormenti inſtar deſcendere, raptamq; prædā pennis ad littus pertrahere. Si didicimus hiſtoriam, ſequamur intelligētiam ſpiritualem. Licet tibi ô hæretice magnus eſſe videaris, & contemnas Eccleſiæ paucitatem, tn̄ paruus es in gentibus, & cōtemptibilis, & non ſolū contemptibilis, ſed & cum σφόδρα valde contemptibilis. Superbia cordis tui extulit te. Quis n. hæreticorum non in ſuperbiā extollitur, Eccleſiæ ſimplicitatem paruipendens, & fidem imperitiam reputans? Habitantem in ſciſſuris petræ, & exaltantem ſolium ſuum. Petra quamquam frequenter vel in perſona domini, vel in ſoliditate ponatur (vnde & Pro-
Pſal. 39. a pheta dicit: *Statuit ſupra petram pedes meos*, & ad Petrum
Matt. 16. c dicitur: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam*

*meam*) tamen & in contrariā partem frequenter accipitur: C Ezech. 36. f *Auferam*, inquit, *cor lapideum, & dabo vobis cor carneū.* Et, Matth. 3. b *Potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ*: maximeq; hic, vbi non dixit habitantem ſuper petram (in qua prudens ædificator domum ſuam extruit) ſed in ſciſſuris pe- Matth. 7 d træ: vt hæreſeon à petra Chriſto, & ab Eccleſia ſignificet ſciſſiones. Porro ꝙ ſequitur: *Exaltantem ſolium tuum, & qui dicit in corde ſuo: Quis detrahet me in terram*: tumorem hæreticæ mentis oſtendit: confidētiū ſibi in myſterijs, & in ſecretis ſuis, & quantū in ipſis eſt (hyperbolicè autem hoc accipere debemus) repromittentium ſibi regna cœlorum. Vnde ad huiuſcemodi homines ſcribit Apoſtolus: 1. Cor. 4. b *Iam ſine nobis regnatis: atq; vtinā regnaretis, vt & nos vobiſcū regnaremus*: Tale quid & Dauid loquitur: Pſal. 72. b *Poſuerut in cœlū os ſuum, & lingua eorum tranſiuit in terram.* Si Matth. 14. c exaltati ergo fuerint, vt aquila (nam & ipſi aquilarum ſibi ſimilitudinem pollicentur, quę ſolēt ad cadauer dominicum congregari) & intermedia ſidera poſuerint nidum ſuum, inde detraham eos, dicit dominus: Sicut n. dormiente patre familias inter bonā Matth 13. e ſemētem inimicus homo zizania ſuperſeminat: Ita ſolet *aquila* illa *grandis magnarū alarum, longo membrorū ductu, plena plumis* & varietate, quæ ha- Ezech. 17. a bet ductū intrandi in Libanum, & tollit de cacumine cedri, & plantāt ſuper aquas multas (vt in vineam plantaria D pullulent) inter ſidera Eccleſiæ, de quibus & in alio loco Matth. 13. f dicitur: *Iuſti autem ſicut ſtellæ fulgebunt*, ponere nidum ſuum. Dixi ſupra, hoc ipſum & aduerſum carnem poſſe intelligi: quod imminutæ ſint vires eius in aduentu Chriſti, & contemptibilis ſit animæq; ſubiecta imperio, & fruſtra erigatur, cum habitet in cauernis petræ, vel ſenſibus, vel cogitationibus, & velit dominari animæ, exaltans ſoliū ſuū, nec opera ſua credens poſſe ſuperari. Cui dicitur: quod quamuis ſe erigat, & aquilæ imitetur excelſa, multoſq; ſanctorum deceperit, tamen à domino ſuperata ſit, atq; deiecta. Quod in hæreticis & in carne intelleximus, contra Iudæos quoq; intelligi poteſt.

b ¶ *Si fures introiſſent ad te, ſi latrones per noctem, &c.*] Hieremias ſimiliter, licet ordine commutato: Hier. 49 b *Si vindemiatores veniſſent ſuper te, non reliquiſſent racemum: ſi fures in nocte, rapuiſſent vtiq; quod ſufficeret ſibi. Ego vero diſcoperui Eſau, reuelaui abſcōdita eius, & celari non poterit.* Quod dicit, hoc eſt: Si fures & latrones, qui de nocte domos ſuffodere conſueuerunt, & rapere quæ in domibus ſunt, introiſſent ad te, & abſcōditi tenebris circumiſſent domus tuæ angulos: vtiq; hoc tuliſſent, quod ſibi putabant poſſe ſufficere, & aliquid in ædibus tuis, vel per ſatietatem, vel per ignorantiam reliquiſſent: Si vindemiatores introiſſent vineam tuā, & eam vel hoſtiliter vaſtare, vel à te cōducti demetere cuperent, quamuis diligēs eorum fuiſſet vindemia, tamen racemos vitib. folijſq; celatos inter palmites reliquiſſent. Sed oīa hoſtes, qui ad te domino iubente venerunt (ſignificat a. Babylonios, & exercitum Nabuchodonoſor) inueſtigauerūt omnia ſecreta tua & cauernas ac foranima ſpeluncarum, in quibus habitas, luſtrauerunt. Et reuera, vt dicamus aliquid & de natura loci, omnis auſtralis regio Idumæorū de Eleutheropoli vſque Petram, & Hailam (hæc eſt enī poſſeſſio Eſau) in ſpecubus habitatiunculas habet. Et propter nimios calores ſolis, quia meridiana prouincia eſt, ſubterraneis tuguriis vtitur. *Diſcooperui*, inquit, *Eſau*, id eſt, quod terra premebatur, in medium protuli, & aperta ſunt omnia quæ claudebas, ſubſtātiamq; tuam me pariter cum hoſtibus



E hoſtibus perquirente, nulla potuerunt ſecreta celare. Aliter: Fures & latrones, qui ingrediūtur nocte (quia filij ſunt noctis & tenebrarū) hæreticos puto, cōtraria veritati dogmata p̄dicantes; qui furantur ſufficientia ſibi, & quotidie de eccleſię gregibus rapere feſtinant. Iſti ingredietes vineā Pſal. 79. b domini noſtri, q̄ de Ægypto Matt. 26 e huius ſęculi trāſtulit, & de cuius genimine vinū ſe eſſe biturum in regno patris pollicetur: ita cupiūt vniuerſa populari, vt vix racemum relinquāt in ea: Sed ecōtrario dn̄s agit: omnia n. ſecreta eorum, & occulta myſteria, & patriarcharū Eſau (hos quippe intelligo, qui primi hæreſes adinuenerunt) p ſāctos ſuos, & eccleſiaſticos viros, atq; doctores p̄fert in medium, & prima illius victoria eſt, patere q̄ tegebantur occulta. Vnde & cum admiratione dicit: Quomodo p̄ſcrutatus eſt Eſau, deprehenſa ſunt occulta eius? Vide Marcionē, & Valētinum, & omnes hæreticos, quomodo in doctrinis dæmoniorum, cauteriatam habētes conſciētiam, applaudant ſibi, & ſim- 1. Tim 4. a plices animas quaſi quibuſdā diuinis myſterijs initiātes, cōpoſito ſermone decipiant: Sed cū triginta æonas, & quadragas, & octoades, & duodecadas, & duplicē Deū, & portentoſū Abraxas in mediū ſermo F p̄tulerit: tunc prudentia Eſau ſtultitia demonſtrabit, & inueſtigabuntur ſecreta eius.

HEB.

tores introiſſent ad te, numquid non ſaltem racemum reliquiſſent tibi? Quo modo ſcrutati ſunt Eſau, inueſtigauerunt abſcondita eius? a Vſque ad terminum emiſerūt te omnes viri fœderis tui: illuſerunt tibi, inualuerunt aduerſum te viri pacis tuæ: qui comedunt tecū, ponent inſidias ſubter te: non eſt prudentia in eo. b Nūquid nō in die illa, dicit dominus, perdam ſapientes ex Idumæa, & prudentiā de monte Eſau? Et timebunt fortes tui à meridie, vt intereat vir de monte Eſau. c Propter interfectionem & propter iniquitatem in fratrē tuū Iacob, operiet te confuſio, & peribis in æternum. In die cum ſtares aduerſus eum, quando capiebant alieni exercitum eius, &

SEPT.

*miatores introiſſent ad te, nonne reliquiſſent racemum? Quo modo perſcrutatus eſt Eſau, & deprehenſa ſunt abſcondita eius? Vſque ad terminos dimiſerunt te: omnes viri teſtamenti tui reſtiterunt tibi: præualuerunt aduerſum te viri teſtamenti tui: poſuerunt inſidias ſubter te: nō eſt ſapientia in eo. In die illa, dicit dominus, perdam ſapientes ex Idumæa, & intelligentiam de monte Eſau. Et pauebunt pugnatores tui de Theman, vt auferatur homo de monte Eſau. Propter interfectionem & impietatem aduerſum fratrem tuum Iacob, operiet te confuſio, & auferēris in æternum. Ex die qua reſtitiſti contra, in die, vt caperent alienigenæ fortitudinem eius, & alieni ingreſſi*

a ¶ *Vſq; ad terminos emiſerunt te omnes viri fœderis tui, illuſerūt tibi, inualuerunt aduerſum te viri pacis tuæ: qui, &c.*] Quidam id quod ſupra expoſuimus, quo modo perſcrutatus eſt Eſau, & cōprehenſa ſunt abſcondita eius, ad terminos vſq; diſtinguunt, vt ſit ſenſus: abſcondita tua atq; ſecreta vſque ad terminos reuelata ſunt: Nobis autem melius videtur, vt cū poſteriorib. copuletur. Veniente ergo Nabuchodonoſor (de quo in Hieremia cōtra Hier. 49. b Idumeā dicit: *Ecce quaſi leo aſcendet de ſuperbia Iordanis, ad pulchritudinē robuſtā: quia ſubito currere eum faciam ad illā.* Ac deinde: *Ecce quaſi aquila aſcendet, & volabit, & expandet alas ſuas ſuper Bozram, & erit cor fortium Idumææ in die illa, quaſi cor mulieris parturientis.*) Omnes qui ante erāt fœderati Edom, & in præſidio vrbis ſuperbiſſimæ fuerant, reliquerunt eum, & iuncti hoſtibus contra eum inſidias tetenderunt: præualueruntque aduerſus eum, & tunc indicatum eſt, quia nulla in Edom eſſet ſapientia: dum ſperat in his qui aduerſarij demonſtrati ſūt. Aliter: Cū abſcondita Eſau, & quaſi ſacramenta magnifica (quibus prius populi fuerant irretiti) p̄lata fuerint in mediū, ita vt vir eccleſiaſtic⁹ poſ- 1. Cor. 2. c ſit dicere. *Non .n. ignoramus eius aſtutias*: derelinquent terminos Edom, & dimittent eū, & vſq; ad terminos eccleſiæ tranſmigrantes, proferent doctrinas peſſimas: Tunc illudent, & reſiſtent quondam magiſtro ſuo: dicētes falſa eſſe quæ didicerant, & pręualebunt contra eum, & eruditi fide Oſee 7. c eccleſiæ, falſum dogma cōuincent. Illi qui quondā comedebant apud hęreticos (non panē Euchariſtiæ, ſed panem luctus, & panē ſubcinericium qui non reuerſatur) p̄ponēt quęſtiones de ſcripturis: tendent inſidias Idumęo atque terreno, & in omnibus carneo præceptori. Hæreſes enim Gal. 5. a ad Galatas inter carnis opera numeratas legimus, & tunc oſtendetur non eſſe prudentia in Edom.

b ¶ *Numquid non die illa, &c.*] Cum hoſtis fines tuos poſſederit, & oēs viri fœderis tui illuſerint tibi, & pręualuerint



contra te: tunc peribit ſapientia de Idumæa, & calliditas G eius ſtultitia demōſtrabitur. Prudentiā quoq; ipſe dominus auferet de monte Eſau, i. de montibus Seir; vel quia vrbs Idumęa in monte ſita eſt: vel qā omnis illa religio, q̄ ad auſtrum vergens confinis eſt eremo, p̄ruptis montibus ædita ſit. Vnde & dicitur: pa- תימן uebūt pugnatores tui de Themā, ꝙ nos interpretati ſumus, meridie. Quo modo autē ſupra dixerā, Eſau tribus nominibus appellatū: ita & plaga regni eius q̄ ad auſtrū vergit, tribus vocabulis appellatur, נגב f דרום תימן quæ omnia iuxta f darom teman negeb. Ezechielē auſtrum, Aphricū, meridiēque ſignificant. Poſt- Ezech. 20 g quam vero timuerint fortes regni eius qui habitant in meridie: tunc interibit vir de mōte Eſau: & pugnare pro ciuitate, & prudēter dare conſiliū ſolitus erat. Aliter: Poſtquam hi qui prius decepti erant cōuerſi fuerint ad eccleſiam, tūc ipſo domino dimicante peribūt ſapiētes Idumęæ, qui carnalia & terrena ſapiebāt: & auferent de monte Eſau, quę eleuabatur cōtra ſcientiā Dei: Et quę prius pro Eſau & Idumæa dialectica arte pugnabāt, & erāt in pręſidiis Themā (ꝙ interpretat̄ conſumatio: deſinēt pu- H gnare) pro magiſtris priorib⁹. Siue, quæ ante lumē ſibi ſcientiæ promittebant, & putabant ſe eſſe in meridie, timebunt & formidabūt eccleſiaſtico viro obtinēte ſophiſmata eorum: in tantū vt nullus reſideat qui poſſit, vel regis conſilio, vel pugnatoris viribus pro hæreticorum ſuperbia & falſo dogmate dimicare.

c ¶ *Propter interfectionem & propter iniquitatem in fratrē tuū Iacob, &c.*] Idcirco interibit vir de monte Eſau, & peribit ſapientia de Idumæa, & prudētia de monte Eſau: quia interfeciſti germanū, & inique egeſti cōtra fratrē tuū Iacob: qn̄ Chaldæis Babyloniiſq; vaſtantibus Hieruſalē, & obſidentibus ciuitatē, & ingredientibus portas eius, mittentibuſq; ſortem, in diuiſione prædarū tu eorū ſocius eras, & in hoſtiū numero verſabaris. Aliter: Cūcta q̄ ſupra ſcripta ſunt patieris, ô Edom cruente, terrene, crudelis: quia falſa mortiferaq; doctrina, & aduerſum dominū impietatē loquēte, occidiſti fratrē tuum Iacob. Legim⁹ in Salomone: Prou. 25. e *Sunt qui loquūtur, & interficiunt gladio.* Et in alio loco: *Venenū aſpidum ſub labijs eorū, & lingua eorū gladius acutus.* Operiet Pſalm. 13. & 139. ergo te cōfuſio, & dices: Cōfuſio vultus mei operuit me: ac peribis, nō ad breue tēpus, ſed in æternum. Æterno enim, Ibid. 56. a quantū in te fuit, fratrē vulnere percuſſiſti: Sed & hæc erit 43. c cauſa cruciatus: Nam qn̄ alieni deuaſtabant exercitū Iacob, & ingrediebantur per portas eius in pacificam quondā Hieruſalē: mittebātq; ſortes, vt eius ſibi ſpolia diuiderent, tu vnus eras ex hoſtibus. Legimus, vidimus, quotidieque cōprobamus qn̄ perſecutio contra eccleſiam oritur, multo peiores perſecutores Iudæos, & hæreticos in Chriſtianos fieri, q̄ ethnicos. Poſſumus extraneos ingredientes portas Hieruſalē λογισμούς, i. e. cogitationes peſſimas dicere, portaſq; Hieruſalē, i. e. animæ quieſcentis & videntis Deū, quinq; ſenſus interpretari, p quos introeant hoſtes, & ſpolia diuidant Hieruſalem. Si viderimus mu- Matth. 5 d lierem ad concupiſcendum mors ingreſſa eſt per feneſtras Hier. 9 f noſtras: ſi ſuſceperimus p aures mendacium ac iudiciū ſāguinis, per aliā portā hoſtis ingreſſus eſt. Odoratus quoq; guſtus & tactus: ſi vel variis odoribus, vel ducib. cibis, vel

A amplexibus delicatis captus fuerit, ꝑ alias portas ingreſſi ſunt aduerſarij, & ſpolia diuidunt miſeræ Hieruſalem. Eo igitur tempore, quo perſecutionis impetu, & mortiferis voluptatibus de eccleſia quiſpiam corruerit: videas exultare hæreticos, gaudere Iudæum, & vnum eſſe de perſecutoribus, & in ethnicorum eos numero computari.

a ¶ *Et non deſpicies in die fratris tui: in die peregrinationis eius, &c.*] Idem ſenſus qui ſupra: Cum interierit vir de monte Eſau, ꝓpter interfectionem, & impietatẽ fratris eius Iacob, & operuerit eum æterna confuſio: nequaq̃ faciet quæ fecit ante contra germanum: Non enim deſpiciet, & paruipendet, videns fratrem ſuum ire captiuum: nec lætabitur ſuper filios Iuda. Duæ enim tribus, excepta Leuitica, q̃ regnabant in Hieruſalem, & appellabant Iuda, à Chaldæis captæ ſunt. Et nequaq̃ magna loqueris, & quaſi vnum de victoribus eſſe te credens, in fratris ridebis anguſtia: Neq; in die vaſtitatis & ruinæ populi mei; tu per portã Hieruſalem gloriabundus incedes. Et ideo iſta non facies, quia & tu ſimilia patieris. Aliter: qñ captiuum videris diuerſis perſecutionibus fratrem tuum, & abduci vinctũ de eccleſiæ fide: nec ciuitatem ſuam, ſed peregrina quæq; ſectari: nequaq̃ lætaberis, qa & tu ſimilia patieris. B Lætabaris n. qñ capiebatur Iacob, & ſup filios Iuda, quos diſcipulos Chriſti intelligimus, exultabas in die ꝑditionis eorũ. Significatur autem ꝙ anima in meditullio vitiorum atq; virtutũ poſita ſit, & poſſit in vtramq; partem per horarum momenta conuerti. Nequaquam, inquit, *magnificabis os tuum in die anguſtiæ.* Quod ſecũdum duplicem ſenſum accipere debemus: corporalis, in perſecutionibus & in peccatis: ſpiritualis anguſtiæ: cum anima hoſtibus vitiiſq; capta ducta fuerit in Babylonem. Neque ingredieris portam populi mei in die ruinę eorum: quando enim aut negatio nos oppreſſerit, aut voluptas, & rigorem priſtinum infelix conſcientia non ſeruauerit: tunc facile ad contraria dogmata labimur, blandientia errori noſtro, & non curantia vulnus, ſed palpantia. Solatium miſeriæ eſt, quamuis perditum, habere quod ſperet.

b ¶ *Neque deſpicies & tu in malis eius in die vaſtitatis illius, &c.*] Cũ ipſe captus fueris, & Babylonio vaſtãte deletus, inter cætera quæ feciſti, nec hæc facies quæ ſequuntur; Non deſpicies atque contemnes fratrem tuum Iacob in die vaſtitatis illius; neque apponeris ad exercitum Babyloniorũ; ſiue non emitteris aduerſum exercitum Iuda; quando ſuperatus ab aduerſariis terga verterit. Cũque cæperint fugere ꝑ notas ſibi vias & diuerticula, & calles ad ſolitudinẽ perferentes; non ſtabis in biuio, nec venientes expectabis in compitis; vt interficias eos qui fuerint liberati, aliosq; cõprehenſos recludas, & vel ipſe capias, vel captiuitati hoſtium ſerues. Hæc iuxta hiſtoriã diximus; debemus enim breuiter manifeſtiora carpentes, ad ea q̃ obſcura ſunt pergere. Quis hæreticorũ non deſpicit eccleſiaſticos? Quis nõ exultat in malis eorũ; ſi quãdo propter peccata populi perſecutioni traditi fuerint? & multi vel infirma fide, vel ſupra petroſa ſeminati, in negationẽ corruerint, videas illos exultare, gaudere; noſtrã ruinã ſuã putare victoriã; intãtũ, vt iungantur gentibus, & perſecutio ſæuior, vel ex Iudæis, C vel ex his fiat, qui fratres noſtros eſſe ſe ſimulant, & eodem cenſentur nomine. Cumq; aliquis, vel fuga, vel pœnitentia elapſus fuerit, ſtant in diuerticulis, & proponunt ſophiſmata, & teſtimonia, quaſi de ſcripturis proferunt; vt laſſis atq; confectis, conſuta offerant ceruicalia, & ponãt ea ſub omni cubito manus. Ezec. 13. c Atque ita fit, vt qui forſitan ꝑſecutionem, aut virtute ſuperarint, aut timore effugerint: decepti prauis dogmatibus, rurſum in carcere teneantur errorũ: & multo fiat peior tribulatio q̃ fuit ex gẽtibus: Facilius enim ab ethnicis captũ liberes, quam hæreticorum prꝫſtigiis irretitum.

c ¶ *Quoniam iuxta eſt dies domini ſuper omnes gentes: ſicut feciſti, fiet tibi: retributionem tuam conuertet in caput tuum. Quomodo enim bibiſti ſuper, &c.*] Hæc autem, ô Idumæa, ideo facere ceſſabis, quia veniet ſuper te vltio domini. Si enim iuxta Hieremiam, *quibus non erat iudicium vt biberent calicem, bibentes biberunt: tu quaſi innocens relinqueris? non eris innocens, ſed bibẽs bibes.* Hier. 25. d Porro quod ait: *Iuxta eſt dies domini ſuper omnes gẽtes:* Legamus eundem Hieremiam, & videbimus calicem domini cunctis gentibus propinatum. Vnde dicitur in eodem: *Calix aureus Babylon in manu domini inebrians omnes* D *gentes*: Ibid. 51. a vniuerſas quippe nationes vſq; ad Propontidem Scythicumque mare, & Ionium vel Ægæum, Aſſyrij Babyloniique tenuerunt. Legamus Herodotum, & Græcas barbaraſq; hiſtorias, & videbimus, quo modo ſub Babyloniis & Aſſyriis impletum ſit hoc quod dicitur: *Iuxta eſt dies domini ſuper omnes gẽntes.* Quod autem ſequitur; *Sicut feciſti, fiet tibi; retributionem tuam conuertet in caput tuum*; hic eſt ſenſus, quem in pſalmo legimus: *Memento domine filiorum Edom in die Hieruſalem dicentium; exinanite, exinanite vſque ad fundamentum in ea.* Pſal. 136. b Vnde & contra Babylonem imprecatur propheta: *Filia Babylonis miſera: beatus qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuiſti nobis: Beatus qui tenebit, & allidet paruulos ſuos ad petram.* Sicut enim ſuper montem ſanctum meum Sion bibiſti cum Babyloniis atque lætatus es: ſic omnes gentes, quas tecum habebat Babylonius in præſidio, conuerſæ contra tę bibent, & lætabuntur. Et non ſolum bibent, ſed ita te abſorbebunt, vt ſint Idumæi quaſi non ſint: vel certe ipſæ gentes cum te abſorbuerint, abſorbebuntur à Medis, & hoc circulo vindicta procedet: vt tu Iſraelẽ, te Babylonius, Babylonium Medus ac Perſa conſumat. Sequamur interpretationis ordinem. Iuxta eſt, ô hæretice, dies domini ſuper omnes gẽtes: prope eſt tempus iudicij, in quo omnes iudicandæ ſunt nationes: Sicut feciſti cõtra eccleſiaſticos, conuertetur in caput tuũ dolor tuus, & in verticẽ tuũ iniquitas tua deſcendet. Pſal. 7. d Quo modo n. in nece eorũ lætatus es, cõuiuiumq; celebraſti, & in mõte ſancto meo, h. e. eccleſia, bibiſti nõ meũ calicem, ſed diaboli, de quo & in Habacuc dicitur: *Væ qui potat proximum ſuũ ſubuerſione turbida:* Habac 2. c Sec. 70. ita vniuerſæ gẽtes, vel fortitudines contrarię ſuppliciis delegatę, vel aduerſariæ quæque virtutes, bibent, & abſorbebunt ſanguinem tuum, & ad extremũ in cunctos veniente cruciatũ, ipſæ quoq; erũt quaſi non ſint. Qui enim perit ei qui eſt, & qui dicit ad Moyſen: Qui

HEB.

& extranei ingrediebantur portas eius ſuper Hieruſalem mittebant ſortẽ: tu quoq; eras quaſi vnus ex eis. ª Et nõ deſpicies in die fratris tui, in die peregrinationis eius. Et nõ lætaberis ſuper filios iuda, in die perditionis eorũ; & nõ magnificabis os tuũ in die anguſtiæ. Neq; ingredieris portam populi mei in die ruinę eorũ. ᵇ Neq; deſpicies & tu in malis eius in die vaſtitatis illius, & non emitteris aduerſũ exercitiũ eius in die vaſtitatis illius. Neq; ſtabis in exitibus, vt interficias eos qui fugerint, & nõ cõcludes reliquos eius in die tribulationis. ᶜ Quoniã iuxta eſt dies domini ſuper oẽs gentes: ſicut feciſti, fiet tibi, retributionẽ tuã cõuertet in caput tuũ. Quomodo enim bibiſti ſuper montem ſanctum meum, bibent omnes gentes

SEPT.

*ingreſſi ſunt portas eius, & ſuper Hieruſalem miſerunt ſortem, & vos eratis quaſi vnus ex eis. Et non deſpicies diem fratris tui, in die alienorum: Et non lætaberis ſuper filios Iuda in die perditionis eorum: & non magna loqueris in die anguſtiæ. Neque ingredieris portas populorum in die laborum eorum. Et non deſpicies etiam tu congregationem eorum in die perditionis eorum: neque apponeris fortitudini eorum in die perditionis eorum. Neque ſtabis in egreſſibus eorum, vt interficias eos qui ſalui fuerint ex eis: neque concludes fugitiuos eorum in die tribulationis. Quia iuxta eſt dies domini ſuper omnes gentes: ſicut feciſti, fiet tibi: retributio tua reddetur in caput tuũ. Quia quo modo bibiſti ſuper montem ſanctum meum, bibent omnes*



E Exod. 3. d *Qui eſt miſit me ad vos*, ſecundum regulam ſcripturarum nõ eſſe dicitur. Vnde & in Heſter legimus: Heſt. 14. d *Ne tradas domine regnum tuum his qui non ſunt.* Poſſumus hunc locum & aliter interpretari: Quia lætati eſtis in ruina ſeruorum meorum, eadem perſecutio contra vos quoque veniet, & patiemini quæcunq; feciſtis. Et ſicut lętati eſtis aduerſum populum meum cum gentib. reliquis: ita omnes gentes lætabuntur contra vos, & deuorabunt & bibent, & perſecutione ſimili conterentur.

a ¶ *In monte autẽ Sion erit ſaluatio, &c.*] Idumęa ſubuerſa, & ab inimicis gentibus, cum quib. prius contra Iacob fœdus inierat, deuorata, in mõte Sion erũt reliquiæ: eritq; ſaluatio, & erit ſanctus, h.e. vel ipſe dñs reuertetᷣ ad tẽplum, quod propter peccata dimiſerat: vel erit abſolute ſanctũ, i.e. ſanctum ſanctorũ. Et poſſidebit domus Iacob, ſub Zorobabel, vel Ezdra & Nehemia eos qui ſe hęreditate poſſederant. Et erit domꝰ Iacob, i.e. Iuda, ignis, & domus Ioſeph, i.e. decem tribuũ, flamma. De Ioſeph quippe natus eſt Ephraim, ex qua tribu Samariæ imperium fuit: domus a. Eſau, i. e. Idumæorum, qui tã ſæui & crudeles extiterant cõtra fratrem ſuum, vertetur in ſtipulam. Et quomodo ignis & flamma cito ſtipulã deuorat, ſic duo regna in vnius ſibi virgæ, iuxta Ezechielem, F Ezech. 17. d copulã fœderata, vaſtabunt Idumæã & deuorabunt eam, & nõ erit reſiduꝰ ex populo, qui poſſit euerſionẽ aduerſariorũ vicinis gentibus nunciare. Hoc n. quod Lxx. tranſtulerunt πυροφόρον, nos in frumentariũ vertimus iuxta antiqui ſermonis eloquium: eos .n. quos nunc agentes in rebus vel Veredarios appellant, veteres frumentarios nominabant. g ſarid Sed melius eſt vt ipſum ſequamur Hebraicũ, i e. שריד, ꝙ interpretatur, vel reliquis, iuxta Aquilã: vel effugiens, iuxta Symmachum: vel ſecundum Theodotionem & quintã editionem, reſiduus: Hæc a. omnia fient, quia dominus locutus eſt, & illius iuſſiſſe, feciſſe eſt. Aliter: Deſtructis carnis operib. & terreno imperio deſolato, erit in eccleſia ſaluatio eorum qui à matre non exierint. Et ipſa morabitur Eſaia 6. b ſanctus: de quo in Eſaia dicitᷣ: *Sanctus, ſanctus, ſãctus dominus Deus Sabaoth*: quia & *qui ſanctificat, & qui ſãctificantur ex vno omnes.* Heb. 2. c Et poſſidebit domus ſupplantatoris Iacob, eos qui ſe hæreditatę poſſederant: de perſecutoribus faciẽs Chriſtianos, & ipſos Idumæos in eccleſiæ fidem recipiens: Pſal. 17. b יוסף domus a. Eſau vertetur in ſtipulam. Et quo modo in ignis viciniam culmus non valet ſuſtinere, ita diſputationem Iacob, quæ ignita eſt ſermone domini (*Eloquia .n. domini igne examinata*) & flammam Ioſeph (qui interpretatur augmentũ, & qui à fratribus venditus, populum pauit in Ægypto) Geneſ. 27. b Sec. 70. domus Eſau ſuſtinere nõ poterit: ſed ad primã cõgreſſionem Sophiſmata eorum vertentur in nihilũ. Phil. 2. b Et deuorabuntᷣ in ſalutem ſuam, iuxta illud quod in benedictione Iſaac dicitur ad Eſau: *dominum tuum illum feci, & omnes fratres tuos ſubieci ei ſeruos; fratriq; tuo ſeruies*: Et non erũt reliquiæ domus Eſau: quando omnia Chriſto genu flectent cœleſtium & terreſtrium & infernorum, & ſubiiciẽtur ei vniuerſa, vt ſit Deus omnia in omnib. 1. Cor. 15. c 1. Cor. 3. b Deut. 4 d. Quia vero Eſau ſuper fundamẽtũ Chriſti vitio ſuo extruxerat fœnũ, ligna & ſtipulam: Idcirco domus Iacob & Ioſeph in ignẽ vertetᷣ & flammam, imitans dñm ſuum, qui dicit, *Ego ſum Deus ignis conſumens*, vt deuoratis paleis peccatorum frumentũ purum in horrea congregetur. Cuncta quæ diximus, & quæ dicturi ſumus, Iudæi ſibi futuro tempore pollicentur qñ pro Chriſto recipient Antichriſtum, impleta prophetia domini Saluatoris. *Ego veni in nomine patris mei, & non ſuſcepiſtis me, ſi alius venerit in nomine ſuo, illum recipietis.* G Ioan. 5. g Et q̃dquid contra Idumæam interpretati ſumus, illi aduerſus Romanum regnum ſomniant. Quod nos dicimus, aut iuxta hiſtoriam ſub Zorobabel eſſe iam factũ, aut certe iuxta prophetiã & myſticos intellectꝰ quotidie in eccleſia fieri, & in regno animę aduerſus carnẽ, in vnoquoque cõpleri. Frumentarium a. ſecundum tropologiã, deſinere eſſe dicimꝰ in hęreticis, qñ nullus fuerit, Ioan 12. c qui apud eos granum tritici, ꝙ in terra mortuum eſt, & panem de cœlis habere ſe iactet. Sunt qui non πυροφόρον, i.e. frumentarium: ſed πυρφόρον, h. e. qui geſtare poſſit igniculum, à Lxx. tranſlatum putent. Acquieſcẽtes igitur diuerſis interpretationib. dicemus iuxta tropologiã: nõ ſolum frumentariũ ceſſaturum apud hæreticos, ſed & eũ, qui lucem Chriſti habere ſe ſimulat. 2. Cor. 11. c Etenim ipſe Sathanas trãsfiguratur in angelũ lucis.

b ¶ *Et hæreditabunt hi qui ad auſtrũ ſunt mõtem Eſau, & qui in cãpeſtrib. Philiſtim, &c.*] Reuerſo in regnum ſuum Iuda, qui habitauit in meridie, & Ioſ. 15. poſſedit cunctam regionem, iuxta diuiſionẽ Ieſu filij Naue, q̃ vergit ad ſcorpionem, i. e. oẽm Acrabathenam: Hi qui prius terminis arctabantur anguſtis, poſſidebunt montem Eſau, i. e. montes Seir, & H montana quæ Edom ante poſſederat. Qui a. habitabant in Sephela, i. e in campeſtribus (Liddã & Emmaus, Dioſpolim ſcilicet, Nicopolimq; ſignificans) שפלה poſſidebunt Palæſtinos: quinq; vrbes Palæſtinorum, Gazam, Aſcalonem, Azotum, Accaron, Geth: vel oẽm illam plagam, quæ iuxta Actus Apoſtolorum Saronas appellatur. Act. 9 f Alij vero putant eam Sephelam, i.e. campeſtrem regionem, quæ citra Eleutheropolim eſt, repromitti: ꝙ ad Rhinocorurã, & ad mare vſque tendenda ſit, i. e. de tribu Iuda non ſolum Eleutheropolim teneant, ſed vſq; ad maritima perueniant, & Philiſtim ſuo imperio ſubiugent, quos prius nõ habuerãt ſubiugatos. Dilatabitur quoq; terminus filiorũ Iuda vſque ad regionẽ Samariæ, vbi Sebaſta condita eſt. Beniamin a. cuius ſtatim ab Hieruſalem contra ſeptentrionem termini dilatantur, cunctam poſſidebit Arabiam, q̃ prius vocabatur Galaad, & nunc Geraſa nuncupatur. Iuxta Lxx. a. & montem, & Ephraim, & campos Samariæ, & Beniamin, & Galaad, hi qui fuerint in meridie poſſidebunt: hoc vtrum factũ ſit, Deus viderit, poteſt .n. ex parte per annos quingentos vſque ad aduentũ Chriſti eſſe completũ: quod ſicut certiſſime ſcio, quotidie completur in nobis, & in regno eccleſiæ confirmatur. Hi .n. qui habitant in meridie, i. e. in Nageb, & in vero ſunt lumine, qui tenẽt campeſtria & humilia, i. e. diſcipuli eius, qui dicit: *Diſcite à me quia mitis ſum, & humilis corde*: Matt. 11. d poſſidebunt montem Eſau, & Philiſtim: quos poſſumus propter ſuperbiam dogmatum, & eloquẽtiam ſæcularem in ethnicorũ perſona accipere: Vt in mõte ſint magiſtri, in Philiſtim & alienigenis diſcipuli, q magiſtrorum auctoritate ducuntur: Et non ſolum montem Eſau, & alienigenas, ſed regionẽ quoque Ephraim, & Samariæ poſſidebunt: Ephraim & Samariã crebro in Oſee legimus, & in hæreſib. q̃ ſub nomine Chriſtiano eccleſiam diuidunt, interpretati ſumus: Et ibi .n ſeparatur vbertas, & ibi cuſtodiam fidei repromittũt. Porro Beniamin filius dexteræ atq; virtutis, vbi tẽplũ Dei eſt, poſſidebit Galaad: גלעד q̃ interpretatur transmigratio teſtimonij, Iſraelẽ carneum ſignificans: ab illis enim ad nos teſtimonium domini cõmigrauit. Iuxta Lxx. autẽ & ipſum Beniamin, & Galaad, hi qui

HEB.

gentes iugiter, & bibent, & abſorbebunt, & erunt quaſi nõ ſint. ª In monte autem Siõ, erit ſaluatio, & erit ſãctus, & poſſidebit domus Iacob eos qui ſe poſſederant: Et erit domus Iacob ignis, & domus Ioſeph flãma, & domus Eſau ſtipula, & ſuccendẽtur in eis, & deuorabunt eos, & nõ erunt reliquiæ domus Eſau, quia dominus locutus eſt. ᵇ Et hereditabunt hi qui ad auſtrum ſunt montem Eſau, & qui in campeſtribus Philiſtim: & poſſidebunt regionem Ephraim, & regionem Samariæ, & Beniamin poſſidebit Galaad. ª Et

SEPT.

*omnes gentes vinum bibent & abſorbebunt, & erunt quaſi non ſint. In monte autem Sion erit ſaluatio & erit ſanctum, & poſſidebit domus Iacob eos qui ſe poſſederant. Et erit domus Iacob ignis, & domus Ioſeph flamma, domus autem Eſau ſtipula, & ſuccẽdetur in eos, & deuorabunt illos, & non erit frumentarius domui Eſau, quia dominus locutus eſt. Et poſſidebunt qui in Nageb montem Eſau, & qui in Sephela alienigenas: & poſſidebunt montem Ephraim, & campum Samariæ, & Beniamin & Galaad. Et tranſmi- gra-*

A hi qui fuerint in meridie poſſidebunt.

a ¶ *Et tranſmigratio exercitus, &c.* ]Multũ in hoc loco trãſlatio noſtra diſcrepat ab editione Vulgata. Vnde debemus in expoſitione hiſtoriæ Hebraicam veritatẽ ſequi: Qui de Babylone, iuxta volumen Ezdræ & Neemiæ reuerſi fuerant in Iudæam, recte tranſmigratio vocabũt. Totus ille exercitus filiorum Iſrael ad meridiem quidem, & ad occidentem, & ad ſeptentrionem poſſidebũt Idumæos, & Palæſtinos, & montẽ Ephraim, & Samariam. Beniamin quoq;, quia cõfinis eſt ſolitudini, ſpecialiter obtinebit Galaad. Cõtra orientem vero cũctis quæ in terra Chananæorũ ſunt, imperabũt vſque ad Sareptã Sidoniorũ, vbi quondam Heliã 3. Reg. 17. b pauit vidua. Porro hi qui de ipſa Hieruſalẽ metropoli ciuitate tranſlati fuerant in Sapharad (quod nos in Boſphorum vertimus) poſſidebunt ciuitates auſtri, quæ ſunt in tribu Iuda: Reuerſi enim in vrbem ſuam, ea quę vrbi vicina ſunt obtinebunt. Cumque Iud. 3. hæc expleta fuerint, ſicut in Iudicum libro (mittebat dominus Saluatores, qui populum de captiuitate ſaluarent) ſic aſcendent, & venient in montem Sion, vt iudicent atque diſcernant, quaſi ſubiectum, & ſeruientem ſibi montem Eſau, hoc eſt Idumæos: ſubiugatiſque omnibus, erit domino regnum. Vbi nos poſuimus Boſphorum: in Hebraico habet [a] ספרד: quod neſcio cur Lxx. Ephrata transferre voluerint, cum & Aquila, & Symmachus, & Theodotio cum Hebraica veritate concordent. Nos autem ab Hebræo, qui nos in ſcripturis ſanctis erudiuit, didicimus Boſphorum ſic vocari, & quaſi Iudæus: Iſta, inquit, eſt regio, ad quam Hadrianus captiuos tranſtulit. Quando B ergo Chriſtus noſter venerit, tunc reuerſura eſt in Iudæam etiam illa captiuitas. Poſſumus autem locum quemlibet regni Babylonis intelligere, quamquam & aliud arbitrer. Nam conſuetudinis prophetarum eſt, quando loquuntur contra Babylonem, Amonitas, Moabitas, Philiſthim, & cæteras nationes, multis ſermonibus linguæ eorum abuti, & ſeruare idiomata prouinciarum. Quia ergo lingua Aſſyriorum terminus, qui Hebraice vocatur, [b] גבול dicitur Sepharad: hunc ſenſum eſſe coniicio: Traſmigratio Hieruſalem, quæ in cunctis terminis regionibuſque diuiſa eſt, vrbes auſtri, id eſt, tribus ſuæ recipiet. Pro eo autem quod nos interpretati ſumus, aſcendent Saluatores, ac Lxx. tranſtulerunt ἀνασωζόμενοι, i. eſt hi qui ſalui fuerint, in Hebraico ſcriptum eſt, [c] מושעים: Qui non vt Aquila & Lxx. & Theodotio paſſiue σεσωσμένοι, vel ἀνασωζόμενοι: ſed iuxta Symmachum σώζοντες, i. e. actiue Saluatores intelligendi ſunt. Si quidẽ σεσωσμένοι, i. e. ſaluati, [d] פליטים Hebræo ſermone dicuntur. Quia iuxta hiſtoriam vt potuimus interpretati ſumus, & inter cõfragoſos ſcopulos noſtrã nauiculã reximus, ſpiritualis intelligẽtiæ vela pãdamus: vt flãte domino & ſua reſerante myſteria læti perueniamus ad portum: Eo tempore, quo Beniamin poſſederat Galaad trãſmigratio exercitus Iſrael, vel certe principium tranſmigrationis carnei quondam Iſrael, ſtuduit vt ad Chananæorum terram perueniat, & propheticus ſermo, qui fame periclitabatur in Iudæa, exiccato vellere Iſrael ad gẽtium rura tranſeat: Ibique 3. Reg. 17. paſcat, & paſcat dũ & recipit à credentibus: Sarepta vel ex צרפת duobus compoſitum eſt, & interpretatur anguſtia panis: vel vnum verbum eſt, & trãsfertur in incendium: Chanaã כנען vero in σάλον, i. e. motum, vertitur: aut certe negotiator, & humilis appellatur. Igitur tranſmigratio filiorum Iſrael, quoniam occidentem dimiſerint literam, & ad ſpiritum venerint viuificãtem, mouebit Matt. 13. f cuncta quæ legis ſunt. Negotiabitur de multis margaritis vnam pretioſiſſimam margaritã, & depoſita Iudęorũ ſuperbia, humilitatem ſectabitur 3. Reg. 17. Chriſtianam, & illuc vſque perueniet, vbi antea fuit tribulatio panis, & mulier vidua à ſuo conditore deſerta pupillum filium vix alebat, & vniuerſa illius peccata & vitia concrementur. Captiuitas autem ſiue tranſmigratio Hieruſalem (vbi quondã erat viſio pacis, & quæ nunc in toto orbe diſperſa eſt) poſſidebit ciuitates auſtri, i. e. eccleſias veri & perfecti luminis, dicetque cum ſponſa pœnitens: *Vbi paſcis, vbi cubas in meridie?* Cant. 1. b Et cum Ioſeph in antiquam germanitatem recepta, inebriabitur ſanguine paſtoris & principis. Quod ſi iuxta Lxx. Ephrata legimus, nulli dubium eſt quin אפרתה Chriſti intelligatur fides. Ephrata .n. interpretatur καρποφορία, i. e. vbertas: & διώνυμος eſt, appellaturque Bethleem in qua D ortus eſt cœleſtis panis. His autem ita geſtis, aſcendent Saluatores, vel qui ſaluati fuerint de reliquiis populi Iudaici, in montem Sion, vt iudicent & vlciſcantur montem Eſau. Quo modo lumen dominus lucem appellat Apoſtolos ſuos, & dicit: *Vos eſtis lux mundi?* Matt. 5. d & 16. & ipſa petra, Petro donauit vt petra ſit: paſtor quoque bonus illis paſtorũ largitus eſt nomina, & quodcumque dicitur de eo ſeruis tribuit vt dicãtur: ſic ipſe Saluator Apoſtolos ſuos mũdi eſſe voluit Saluatores: qui aſcendere ſpeculam montis eccleſiæ, & deponentes ſuperbiam Iudaicam, vniuerſorumque montium, qui aduerſum ſcientiam Dei erigebantur, regnum domino parauerũt. Hæc ad duas lucubratiunculas, veterum auctoritatem ſecutus, & maxime expoſitionem Hebraicam, propero ſermone dictaui, aperuique os meum, ſed neſcio an illud Chriſtus impleuerit. Vnde ſapiens lector ſenſuum magis debet conſequentiam quærere, quam eloquij venuſtatem. Neque enim ea leuitate & compoſitione verborum dictamus, vt ſcribimus. Aliud eſt, mi Pammachi, ſæpe ſtilum vertere, & quæ memoria digna ſunt ſcribere. Aliud notariorum articulis præparatis pudore reticendi dictare quodcumque in buccam venerit. In hoc propheta & adoleſcentuli luſimus, & ſenes præſumpſimus. Qui veriora & meliora dixerit, in illius ſententiam tranſgredere.

HEB.

a Et tranſmigratio exercitus eius filiorum Iſrael, omnia Chananæorum vſque ad Sareptam. Et tranſmigratio Hieruſalem, quæ in Boſphoro eſt, poſſidebit ciuitates auſtri. Et aſcendent Saluatores in montem Sion, iudicare montẽ Eſau, & erit domino regnum.

SEPT.

*grationis principium iſtud filiis Iſrael, terra Chananæorum vſque Sareptam: & tranſmigratio Hieruſalem vſque Ephraten, poſſidebunt ciuitates Nageb, & aſcendent qui ſalui fuerant de monte Sion, vt puniant montem Eſau, & erit domino regnum.*

a Sepharad

b geboul

c moſiim

d peletim

*Commentariorum in Abdiam prophetam finis.*

DIVI



# DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN IONAM PROPHETAM AD CHROMATIVM AQVILEIENSEM EPISCOPVM

## PROOEMIVM.

TRIENNIVM circiter fluxit, poſtquam quinque prophetas interpretatus ſum, Michæã, Nahũ, Habacuc, Sophoniam, Aggeum, & alio opere detentus, non potui implere quod cœperam: Scripſi enim librum de illuſtribus viris, & aduerſum Iouinianum duo volumina: Apologeticum quoque, & de optimo genere interpretandi ad Pammachium, & ad Nepotianum, vel de Nepotiano duos libros, & alia quæ enumerare longum eſt. Igitur tanto poſt tempore, quaſi quondam poſtliminio à Iona interpretandi ſumens prin- Matt. 12. d cipium: obſecro vt qui typus eſt Saluatoris, & tribus diebus ac noctibus in ventre ceti moratus præfigurauit domini reſurrectionem: nobis quoque feruorem priſtinum tribuat, vt ſancti ad nos Spiritus mereamur aduentum. Si enim Ionas interpreta- יונה tur, columba, columba autem refertur ad Spiritum ſanctum, nos quoque columbam & aduentum ad nos interpretemur columbæ. Scio veteres eccleſiaſticos tam Græcos quam Latinos ſuper hoc libro multa dixiſſe, & tantis quæſtionibus, non tam aperuiſſe quam obſcuraſſe ſententias: vt ipſa interpretatio eorum, opus habeat interpretatione, & mul- F to incertior lector recedat, quam fuerat antequam legeret. Nec hoc dico, quo magnis ingeniis detraham, & alios mea laude ſugillem: ſed quod commentatoris officium ſit: vt quæ obſcura ſunt, breuiter aperteque dilucidet, & non tam diſertitudinem oſtentet ſuam, quã ſenſum eius quem exponit ediſſerat. Quærimus igitur, Ionas propheta, excepto volumine ſuo & euangelii, hoc eſt domini de eo teſtimonio, vbi alibi in ſcripturis ſanctis lectus ſit? Et ni fallor in Regum volumine de eo ita ſcriptum eſt: 4. Reg. 14. e *Anno quintodecimo Amaſiæ filij Ioas regis Iuda, regnauit Hieroboam filius Ioas regis Iſraël in Samaria, quadraginta annis & vno. Fecitque malum coram domino, & non receßit ab vniuerſis peccatis Hieroboam filij Nabath, qui peccare fecit Iſraël: ipſe conuertit fines Iſraëlis in Samaria ab introitu Hemath, vſque ad mare ſolitudinis: iuxta verbum domini Dei Iſraël, quod locutus eſt in manu ſerui ſui Ionæ, filij Ionæ, filij Amathi prophetæ: qui* 3. Reg. 17 *fuit de Geth, quæ eſt in Opher.* Tradunt autem Hebræi hunc eſſe filium viduæ Sareptanæ, quem Helias propheta mortuum ſuſcitauit: matre poſtea dicen- אמתי te ad eum: *Nunc cognoui quia vir Dei es tu, & verbum Dei in ore tuo eſt veritas*, & ob hanc cauſam etiam ipſum puerum ſic vocatum. Amathi enim in noſtra lingua veritatem ſonat, & ex eo quod verum Helias locutus eſt, ille qui ſuſcitatus eſt, filius eſſe dicitur veritatis. Porro Geth in ſecundo Sephorim milliario, quæ hodie appellatur Diocæſarea euntibus Tyberiadem, haud grandis eſt viculus, vbi & ſepulchrum eius oſtenditur. Quamquam alii iuxta Dioſpolim, id eſt Liddam, eum & natum & conditum velint: non intelligentes hoc quod additur, Opher, ad diſtinctionem aliarum Geth vrbium pertinere: quæ iuxta Eleutheropolim, ſiue Dioſpolim hodie quoque monſtrantur. Liber quoque Tobiæ, licet non habeatur in canone, tamen quia vſurpatur ab eccleſiaſticis viris, tale quid memorat: dicente Tobia ad filium ſuum: *Fili ecce ſenui, & in eo ſum, vt re-* Tob. 14. *uertar de vita mea: Tolle filios tuos, & vade in Mediam fili: ſcio enim quæ locutus eſt Ionas propheta de Niniue, quoniam ſubuertetur.* Et reuera quantum ad hiſtorias tam Hebræas quam Græcas pertinet, & maximè Herodotum: legimus Niniuen, regnante apud Hebræos Ioſia & Aſtyage rege Medorum, fuiſſe ſubuerſam. Ex quo intelligimus primo tempore ad Ionæ prædicationem acta pœnitentia, Niniuitas veniam conſecutos: poſtea vero in priſtinis vitiis perſeuerantes, Dei in ſe prouocaſſe ſententiam. Traduntque Hebræi, Oſee, & Amos, & Eſaiam ac Ionam iiſdem prophetaſſe temporibus. Hoc quan- H tum ad hiſtoriæ pertinet fundamenta: Cæterum non ignoramus Chromati Papa venerabilis, ſudoris eſſe vel maximi totam Prophetam referre ad intelligentiã Saluatoris: quod fugerit, quod dormierit, quod præcipitatus in mare ſit, quod ſuſceptus à ceto, quod ejectus in littus pœnitentiam prædicarit: quod contriſtatus ob ſalutem vrbis innumeræ, cucurbitæ ſit delectatus vmbraculo: quod reprehenſus à Deo, cur majorem curam habuerit herbæ virentis, & extemplo aridæ, quam tantæ hominum multitudinis, & cætera quæ in ipſo volumine explanare nitemur. Et tamen vt totum prophetæ ſenſum breui præfatione comprehendam: nullus melior typi ſui interpres erit, quam ipſe qui inſpirauit prophetas, & futuræ veritatis in ſeruis ſuis lineas ante ſignauit. Loquitur ergo ad Iudæos ſui ſermonis in- Matt. 12. d credulos, & Chriſtum Dei filium neſcientes: *Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cum generatione iſta, & condemnabunt eam: quia pœnitentiam egerũt in prædicatione Ionæ, & ecce plus quam Ionas hic.* Condemnatur er- 1. Cor. 3. b go generatio Iudæorum, credente mundo, & Niniue agente pœnitentiam, Iſrael incredulus perit. Illi habent libros, nos librorum dominum: illi tenent prophetas, nos intelligentiam prophetarum: Luc. 24. e illos occidit littera, nos viuificat ſpiritus: Apud illos Barrabas latro dimittitur, nobis Chriſtus Dei filius ſoluitur.

A

# DIVI HIERONYMI COMMENTARIORVM IN IONAM PROPHETAM.

## Caput I.

Et factum eſt verbum domini ad Ionam filium Amathi, dicens: Surge, & vade in Niniuen ciuitatē magnam, & prædica in ea: quia aſcendit malitia eius coram me. [b] Et ſurrexit Ionas, vt fugeret in Tharſis à facie domini.

| Heb. | Sept. |
|---|---|
| c Et deſcendit in Ioppē, & inuenit nauem euntem in Tharſis, & dedit naulum eius, & deſcendit in eam, vt iret | *Et aſcendit in Ioppen, & inuenit nauem euntem in Tharſis: deditque naulum ſuum, & aſcendit in eam, vt nauigaret* |

## Capvt I.

*Et factum eſt verbum domini, &c.* ] Lxx. excepto eo quod dixerunt, ἀνέβη ἡ κραυγὴ τῆς κακίας αὐτῆς πρός με: id eſt, aſcendit clamor malitiæ eius ad me: cætera ſimiliter tranſtulerunt. In condemnationem Iſraelis Ionas ad gentes mittitur: quod Niniue agente pœnitentiam, illi in malitia perſeuerēt. Porro quod ait, aſcendit malitia eius coram me, ſiue clamor malitiæ eius ad me: hoc ipſū eſt quod in Geneſi dicitur: *clamor Sodomorum & Gomorræ multiplicatus eſt.* Et ad Cain, *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Iuxta tropologiam vero dominus noſter, Ionas: hoc eſt colūba, ſiue dolens (vtrumq; enim interpretatur:) vel quia Spiritus ſanctus in ſpecie colūbæ deſcendit & manſit in eo: vel quia noſtris doluit ipſe vulneribus, & fleuit ſuper Hieruſalem: *Et liuore eius ſanati ſum⁹*: Vere filius veritatis: Deus quippe veritas eſt) mittitur ad Niniuen pulchrā, id eſt mūdum, quo nihil pulchrius oculis carneis aſpicimus. Vnde & apud Græcos κόσμος ab ornatu nomen accepit conſummatiſque operibus ſingulis, de eo dicitur: *Vidit Deus quia bonū eſt*: Ad Niniuen, inquā, ciuitatē magnā: vt quia Iſrael audire contēpſit, totus gentiū mundus exaudiat. Et hoc propterea, quia aſcenderit malitia eius coram Deo. Cum enim Deus quaſi quandam pulcherrimā domum ſeruituro ſibi homini extruxerit: deprauatus eſt homo propria voluntate: & à pueritia diligenter appoſitum eſt ad malum cor eius: poſuitque in cœlo os ſuum, & extructa turre ſuperbiæ, meretur ad ſe deſcendentem filium Dei: vt per pœnitentiæ ruinam conſcendat ad cœlum, qui per tumorem ſuperbiæ non potuit.

b ¶ *Et ſurrexit Ionas, vt fugeret in Tharſis à facie domini.* ] Scit propheta ſancto ſibi Spiritu ſuggerente, quod pœnitentia gentium, ruina ſit Iudæorum. Idcirco amator patriæ ſuæ, non tam ſaluti inuidet Niniue, quam non vult perire populum ſuum: Alioquin legerat Moyſen rogantem dixiſſe pro eo: *Si dimittis eis peccatum, dimitte: ſin autem non dimittis, & me dele de libro tuo, quem ſcripſiſti*: & ad preces illius ſaluatum Iſrael, & Moyſen de libro non fuiſſe deletum: quin potius dominum occaſionem accepiſſe per ſeruum, vt cæteris conſeruis illius parceret: Dum enim dicit: dimitte me, oſtendit ſe poſſe retineri. Tale quid & Apoſtolus loquitur: *Optabam anathema eſſe pro fratribus meis, qui ſunt Iſraelitæ ſecūdum carnem*: Non quod ipſe perire deſideret: cui viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum: ſed magis meretur vitā, dum ſaluare vult cæteros. Præterea videns Ionas comprophetas ſuos mitti ad oues perditas domus Iſrael, vt ad pœnitentiā populum prouocarent; Balaam quoq; diuinum de ſalute Iſraelitici populi prophetaſſe: docet ſe ſolum electum, qui mitteretur ad Aſſyrios inimicos Iſrael, & ad ciuitatem hoſtium maximā; vbi idololatria, vbi ignoratio Dei, & quod his maius eſt, timebat ne per occaſionē prædicationis ſuæ, illis conuerſis ad pœnitentiam, Iſrael penitus relinqueretur. Nouerat enim eodem ſpiritu quo illi gentium preconium credebatur; quod quando nationes credidiſſent, tūc periret domus Iſrael, & quod aliquando futurum erat, hoc ne in ſuo fieret tempore, verebatur. Vnde imitatus Cain, & recedens à facie domini, fugere voluit in Tharſis; quam Ioſephus interpretatur Tharſum Ciliciæ ciuitatem; prima tamen littera commutata; quantum vero in Paralipomenon libris intelligi datur, quidam locus Indiæ ſic vocatur. Porro Hebræi [a] תרשיש mare dici generaliter autumant; ſecūdum illud; In ſpiritu vehementi confringes naues Tharſis, i. e. maris; Et in Eſaia; *Vlulate naues Tharſis*. Super quo ante annos plurimos in epiſtola quadam ad Marcellam dixiſſe me memini. Non igitur propheta ad certum fugere cupiebat locum: ſed mare ingrediens; quocunq; pergere feſtinabat, & magis hoc conuenit fugitiuo & timido: non locum fugę otioſe eligere, ſed primam occaſionem arripere nauigandi. Hoc quoq; poſſumus dicere: qui notū tamē putabat in Iudæa Deum, *& in Iſrael magnum nomen eius*: poſtquam illum ſenſit in fluctibus: cōfitetur & dicit: Hebræus ego ſum, & dominum cœli ego timeo qui fecit mare & aridam: ſi autem ipſe fecit mare, & aridam, cur aridā relinquens arbitraris te conditorem maris in mari poſſe vitare? Simulque inſtruitur per ſalutem conuerſionemq; naturam, etiam tantam multitudinem, Niniue ſimili poſſe conuerſione ſaluari. De domino autem & Saluatore noſtro poſſumus dicere: quod dimiſerit domum, & patriam ſuā, & aſſumpta carne quodammodo de cœleſtibus fugerit, veneritque in Tharſis, hoc eſt in mare iſtius ſæculi: ſecundum illud quod alibi dicitur: *Hoc mare magnum, & ſpacioſum, ibi reptilia, quorum non eſt numerus: Animalia puſilla cum magnis: illic naues pertranſibunt: Draco iſte quem formaſti ad illudendum ei*: Idcirco enim & in paſſione dicebat: *Pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat calix iſte à me*: ne populo conclamante, crucifige, crucifige talem, & nos non habemus regem niſi Cæſarem: plenitudo gentium ſubintraret, & frangerentur rami oliuæ, pro quibus oleaſtri virgulta ſuccreſcerent: Tantæque pietatis & amoris fuit in populum pro electione patrum, & repromiſſione ad Abraham: vt in cruce poſitus diceret, *Pater ignoſce eis, quod enim faciunt, neſciunt.* Vel certe quoniam Tharſis interpretatur contemplatio gaudij: veniens ad Ioppen propheta, quæ & ipſa ſpecioſam ſonat, ire feſtinat ad gaudium, & quietis beatitudine perfruens, totum ſe tradere theoriæ: melius eſſe arbitrans, pulchritudine, & varietate ſcientiæ perfrui, quam per occaſionem ſalutis gentium cæterarum perire populum, de quo Chriſtus in carne generandus ſit.

c ¶ *Et deſcendit in Ioppen, & inuenit nauem euntem in Tharſis, & dedit naulum eius, & deſcendit in eam, vt iret cum eis in Tharſis à facie domini* ] Ioppen portum eſſe Iudææ, & in Regnorum, & Paralipomenon libris legimus: Ad quem Hiram quoq; rex Tyri ligna de Libano ratibus transferebat quæ Hieruſalem terreno itinere perueherentur. Hic locus eſt, in quo vſque hodie ſaxa monſtrantur in littore: in quibus Andromeda religata, Perſei quondam ſit liberata pſidio. Scit eruditus lector hiſtoriam: ſed & iuxta regionis naturam de montanis & arduis ad Ioppen, & campeſtria veniens pphεta, recte dicitur deſcendiſſe, & inueniſſe nauem funem ſoluentem è littore, & ingredientem mare: deditq; naulum eius, ſiue mercedē nauis: id eſt ſubuectionis eius, iuxta Hebraicum, ſiue τὸ ναῦλον αὐτοῦ, id eſt, naulum ſuum, vt Sept. tranſtulerunt. Et deſcendit in eam, vt pprie continetur in Hebraico, [b] וירד enim deſcendit dicitur, vt fugitiuus ſollicite latebras quæreret. Vel aſcendit, vt ſcriptum eſt in editione Vulgata, vt quocumq; nauis pgeret, perueniret, euaſiſſe ſe putans, ſi Iudęam relinqueret. Sed & domin⁹ noſter in extremo Iudææ littore (quod quia in Iudæa erat, appellabatur pulcherrimum) non vult tollere panem filiorum, & dare eum canibus. Sed quia venerat ad oues perditas domus Iſrael, dat vectoribus pretium, vt qui primum ſuum ſaluare vult populum, ſaluet accolas maris, & inter turbines ac tempeſtates, id eſt paſſionem ſuam, crucisq; conuicia ſubmerſus in inferno, ſaluet eos quos quaſi in naui dormiens, negligebat. Prudens rogandus eſt lector, ne eundem velit ordinem tropologiæ quem & hiſtoriæ quærere. Nam & Apoſtolus, Agar & Saram ad duo teſtamenta refert, & tamen non omnia q̃ in hiſtoria illa narrātur, tropologice interpretari poſſumus.

Margin notes (p. 134): רעתם ἡ κραυγὴ τῆς κακίας; Gen. 18, c; Ibid. 4. b; Eſai. 13.; ככרה; Gen. 1.; B; Tom. I. Epiſt. 133.; Pſalm. 75.; Exod. 32 g; Rom. 9 a; Phil. 1 c; Num. 22.; Gen. 4. c; 2. Par 9. c 20 g; a tarſis; Pſal 47. b; Eſaia 23 a; C; Pſal. 103. c; Luc. 22. 23.; Ioan. 19. c; Rom. 11. c.; Luc 23 c.; D; יפו; 3. Reg. 5.; 2. Para. 2. d; b iered; Matth. 15. b; Gal. 4. d



E

| Heb. | Sept. |
|---|---|
| iret cū eis in Tharſis à facie domini. [a] Dominus a. miſit ventū magnū in mare, & facta eſt tempeſtas magna in mari, & nauis periclitabatur cōteri. b Et timuerūt nautæ, & clamarunt viri ad Deū ſuū, & miſerunt vaſa quæ erāt in naui in mare, vt alleuaretur ab eis. c Et Ionas deſcēdit ad interiora nauis, & dormiebat ſopore graui. d Et acceſſit ad eū gubernator, & dixit ei: quid tu ſopore deprimeris? Surge, inuoca Deum tuū, ſi forte recogitet Deus de nobis, & non peream⁹. e Et dixit vir ad collegā ſuū: Venite, & mittamus ſortes, & ſciamus, quare hoc malū ſit nobis: & miſerunt ſortes, & cecidit ſors ſuper Ionam. | *garet cum eis in Tharſis à facie domini. Et dominus ſuſcitauit ſpiritum magnum in mare, & facta eſt tempeſtas magna in mari, & nauis periclitabatur conteri. Et timuerunt qui nauigabant, & clamauerunt vnuſquiſque ad Deum ſuum, & iactum fecerunt vaſorum nauis in mare, vt alleuiaretur nauis. Ionas autem deſcendit in ventrem nauis, & dormiebat & ſtertebat. Et acceſſit ad eum proreta, & dixit ei: quid tu ſtertis? Surge, inuoca Deum tuum, ſi quomodo ſaluos faciat nos Deus, & non pereamus. Et dixit vnuſquiſque ad proximum ſuum: Venite mittamus ſortes, & cognoſcamus cuius gratia malitia hæc eſt ſuper nos: & miſerunt ſortes: & ceci-* |

poſſumus: Et ad Epheſios de Adam & Eua diſputans, ait: *Propter hoc relinquet homo patrem & matrem ſuam, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna*: Sacramentū hoc magnū eſt: *Ego a. dico in Chriſto & in Eccleſia.* Nunquid totū principium Geneſeos, & fabricam mundi, & hominum conditionem, ad Chriſtum, & ad Eccleſiam referre poſſumus, quia hoc teſtimonio ſic abuſus eſt Apoſtolus? Fac .n. hoc quod ſcriptum eſt: Ideo relinquet homo patrem ſuum, referamus ad Chriſtum: vt dicamus eum patrem in cœlis reliquiſſe Deum, vt gentium populus iungeretur Eccleſiæ, hoc quod ſequitur, matrem ſuam: quomodo poſſumus interpretari: niſi forte dicamus reliquiſſe eū cœleſtem Hieruſalem, quæ eſt mater ſanctorū, & cætera multo his difficiliora? Illud ēt quod ab eodem Apoſtolo ſcribitur: *Bibebant a. de ſpirituali conſequente eos petra: petra a. erat Chriſtus*: nequaquam nos artat, vt omnē Exodi librum referamus ad Chriſtum: Quid enim poſſumus dicere, quod hæc petra à Moyſe percuſſa ſit, non ſemel, ſed bis: quod aquæ fluxerint, & torrentes repleti ſint? Num vniuerſam loci huius hiſtoriam per hanc occaſionem cogemus ſub leges Allegoriæ? & non potius vnuſquiſque locus ſecundum hiſtoriæ diuerſitatem, diuerſam recipiet intelligentiam ſpiritualem? Igitur ſicut hæc teſtimonia ſuas interpretationes habent, & nec præcedentia, nec conſequentia eandem deſiderant allegoriam: Sic & Ionas propheta, non abſque periculo interpretantis, totus referri ad dominum poterit. Nec ex eo quod in Euangelio dicitur: *Generatio peſſima & adultera, ſignum quærit, & ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ prophetæ: Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus: ſic erit filius hominis in corde terræ, tribus diebus & tribus noctibus*: reliqua etiam quæ in propheta digeſta ſunt, eodem ordine referuntur ad Chriſtum. Certe vbicunque abſque diſcrimine hoc fieri poteſt, nos quoque facere nitemur.

a ¶ *Dominus a. miſit ventum magnum, &c.* ] Poteſt fuga prophetæ & ad hominis referri in communi perſonam: qui Dei præcepta contemnens, receſſit à facie eius, & ſe mundo tradidit: vbi poſtea malorum tempeſtate, & totius mundi contra ſe ſæuiente naufragio, compulſus eſt ſentire Deū, & reuerti ad eum quem fugerat. Vnde intelligimus etiam ea quæ ſibi homines æſtimant ſalutaria, Deo nolente verti in perniciem, & non ſolum non prodeſſe auxilium, his quibus præbetur, ſed & ipſos qui præbent, pariter conteri. Sicut legimus victam ab Aſſyriis Ægyptum, quia opitulabatur Iſraeli contra domini voluntatem. Periclitatur nauis, quæ periclitantem ſuſceperat, vento maria concitantur, in tranquillitate tempeſtas oritur: nihil Deo aduerſante ſecurum eſt.

b ] *Et timuerunt nautæ, & clamauerunt viri ad Deum ſuum, & miſerunt, &c.* ] Arbitrantur nauem ſolito onere prægrauari, & non intelligunt totum pondus eſſe fugitiui prophetæ. Timent nautæ: clamat vnuſquiſque ad Deum ſuum: ignorantes veritatem, non ignorant prouidentiam, & ſub errore religionis ſciunt aliquid eſſe venerandum: proiiciunt onera in mare, vt magnitudinem fluctuum claſſis leuior tranſiliret. At cōtra Iſrael nec bonis nec malis intelligit Deum, & plangente Chriſto populum, ſiccos oculos habet.

c ¶ *Et Ionas deſcendit ad interiora nauis, & dormiebat ſopore graui.* ] Quantum ad hiſtoriam pertinet prophetæ mens ſecura deſcribitur: non tempeſtate, non periculis conturbatur; eundem & in tranquillo & imminente naufragio animum gerens. Denique alij clamant ad deos ſuos, vaſa proiiciunt, nititur vnuſquiſque quod poteſt: Iſte tam quietus eſt & ſecurus, animique tranquilli, vt ad nauis interiora deſcendens, ſomno placido perfruatur. Sed & hoc dici poteſt: Conſcius erat fugæ, & peccati quo domini præcepta neglexerat, & tempeſtatē ignorantibus cæteris, contra ſe ſæuire cernebat: ideo deſcendit ad interiora nauis, & triſtis abſconditur: ne quaſi Dei vindices fluctus aduerſum ſe ſe videret intumeſcere. Quod a. dormit, non ſecuritatis eſt, ſed mœroris: Nam & Apoſtolos legimus in domini paſſione prę triſtitiæ magnitudine ſomno fuiſſe depreſſos. Sin autem interpretamur in typo: ſomnus prophetæ & grauiſſimus ſopor, hominem ſignificat terroris ſopore torpentem: cui non ſuffecerat fugiſſe à facie Dei, niſi quadam vecordia mens illius obruta ignoraret iracundiam Dei, & quaſi ſecurus dormiret, & profundiſſimum ſomnum rauca nare ſonaret.

d ¶ *Et acceſſit ad eum gubernator, & dixit ei: quid tu ſopore deprimeris, &c.* ] Naturale eſt vnumquemque in ſuo periculo de alio plus ſperare: Vnde gubernator, ſiue proreta, qui vectores timidos debuerat conſolari, cernens diſcriminis magnitudinem, excitat dormientem, & arguit improuidæ ſecuritatis: commonetque, vt ipſe quoque pro virili portione deprecetur Deum ſuum: vt cuius erat commune periculum, communis eſſet oratio. Porro iuxta tropologiam, plures ſunt, qui cum Iona nauigantes, & habentes proprios Deos, ad contemplationem gaudij ire feſtinant: Sed poſtquam Ionas fuerit ſorte deprehenſus, & morte illius mundi ſedata tempeſtas, marīque tranquillitas reddita: tunc vnus adorabitur Deus, & immolabuntur victimæ ſpirituales: quas vtique iuxta litteram in mediis fluctibus non habebant.

e ¶ *Et dixit vir ad collegam ſuum, Venite, & mittamus ſortes, & ſciamus, quare hoc malum ſit nobis, & miſerunt ſortes, & cecidit ſors ſuper Ionam.* ] Nouerant naturam maris, & tanto tēpore nauigantes, ſciebant tempeſtatum ventorumque rationes, & vtique ſi ſolitos, & quos aliquando experti fuerant, fluctus vidiſſent conſurgere, nunquam ſorte auctorem naufragij quærerent, & per rem incertam, certum cuperent euitare diſcrimen. Nec ſtatim debemus ſub hoc exemplo ſortibus credere, vel illud de actibus Apoſtolorum huic teſtimonio copulare, vbi ſorte in Apoſtolatum Matthias eligitur: cum priuilegia ſingulorum non poſſint legem facere communem. Sicut enim in condemnationē Balaam aſina loquitur, & Pharao, & Nabuchodonoſor in iudicium ſui, ſomniis futura cognoſcunt, & tamen Deum non intelligunt reuelantem. Caiphas quoque prophetat ignorans, quod expediret vnum perire pro cunctis. Ita & hic fugitiuus ſorte deprehenditur, non viribus ſortium, & maxime ſortibus ethnicorum, ſed voluntate eius, qui ſortes regebat incertas. Quod a. dicitur. *Et cognoſcamus propter quem malitia hæc eſt ſuper nos*, hic malitiam pro afflictione, & calamitate accipere debemus, ſecundum illud. *Sufficit diei malitia ſua.* Et in Amos propheta. *Si eſt malitia in ciuitate, quam dominus non fecerit.* Et in Eſaia. *Ego dominus qui facio pacem & creo mala.* In alio vero loco, malitia contraria virtuti intelligitur, iuxta quod in hoc codē propheta ſupra legimus. *Aſcendit clamor malitiæ eius ad me.*

Margin notes (p. 135): Ephe. 5 d; Gal. 4. d; 1. Cor. 10. a; Exod. 17. b; F; Matt. 12 c; G; Matt. 26. d; H; Act. 1. d; Num. 22.; Gen. 41.; Dan. 2.; Ioan. 11.; Matt. 6. d; Amos 3. b; Eſaie 45 b; Sup eod a Sec. 70.

A a ¶ *Et dixerunt ad eum, &c.* ] Quem ſors indicauerat cogunt voce propria confiteri, cur tanta tempeſtas ſit, vel quare cõtra eos Dei ira deſæuiat: Indica, inquiunt, nobis, cuius cauſa malum iſtud ſit ſuper nos: quid operis agas, de qua terra, de quo populo proficiſcaris: quo abire feſtines. Et notanda breuitas quã admirari in Virgilio ſolebamus. *Iuuenes, quæ cauſa ſubegit: Ignotas tentare vias, quo tenditis, inquit: Qui genus, vnde domo, pacem ne huc fertis an arma?* Interrogatur perſona, regio, iter, ciuitas: vt ex his cognoſcatur & cauſa diſcriminis.

HEB.

a Et dixerunt ad eũ: indica nobis cuiꝰ cauſa malum iſtud ſit nobis; quod eſt opus tuum? quæ terra tua? & quo vadis, vel ex quo populo es tu? b Et dixit ad eos: Hebręus ego ſum, & dominum Deum cœli ego timeo, qui fecit mare & aridam. c Et timuerũt viri timore magno, & dixerũt ad eum: quid hoc feciſti? Cognouerunt enim viri quod à facie domini fugeret, quia indicauerat eis. d Et dixerunt ad eum: quid faciemus tibi, & ceſſabit mare à nobis? quia mare ibat, & intumeſcebat. e Et dixit ad eos: tollite me, & mittite me in mare, & ceſſabit mare à vobis: ſcio .n. ego quia propter me tẽpeſtas hæc grandis eſt ſuper vos. f Et remigabant viri, vt reuerterentur ad aridam, & non valebant, quia mare ibat, & intumeſcebat ſuper eos.

SEPT.

*cecidit ſors ſuper Ionam Et dixerunt ad eum: annuncia nobis, propter quem hæc malitia eſt in nobis: quod eſt opus tuum? & vnde venis, & quo vadis? & ex qua regione es tu? Et dixit ad eos: ſeruus domini ego ſum, & Deum cœli ego colo, qui fecit mare & aridam. Et timuerunt viri timore magno, & dixerunt ad eum: quid hoc feciſti? Cognouerunt enim viri quod à facie domini fugeret, eo quod indicaſſet eis. Et dixerunt ad eum: quid tibi faciemus, & quieſcet mare à nobis quia mare ibat, & ſuſcitabat magis fluctus. Et dixit Ionas ad eos: tollite me, & mittite me in mare, & quieſcet mare à vobis: ego enim noui quod propter me fluctus magni contra vos ſunt. Et conabantur viri, vt reuerterentur ad terram, & non poterant, quia mare ibat, & inſurgebat magis contra eos.*

b ¶ *Et dixit ad eos: Hebræus ego ſum, &c.* Non dixit Iudæus ego ſum: quod ſciſſura decem tribuum à duabus, populo nomen impoſuit: ſed Hebræus ſum: hoc eſt, περάτης tranſitor: ſicut & עברי Abraham, qui dicere poterat: Pſalm. 38 e *Aduena ſum ego, & peregrinus, ſicut omnes patres mei*: de quo in Ibid 104. b alio pſalmo ſcribitur: Exod. 3. a *Tranſierunt de gente in gentem, & de regno ad populum alterum.* Moyſes, tranſeam, inquit, & videbo viſionem hanc magnam. *Et dominum Deum cœli ego timeo*: Non deos, quos inuocatis, & qui ſaluare non poſſunt: ſed Deum cœli, qui mare fecit & aridam. Mare in quo fugio: aridam de qua fugio. Et eleganter ad diſtinctionem maris: non terra, ſed aridã nuncupat. Et in breui vniuerſitatis factor oſtenditur, B qui & cœli dominus eſt, & terræ, & maris. Quæritur a. quo modo vere dicere comprobetur: Dominum Deum cœli ego timeo, cum eius præcepta non faciat. Niſi fortè reſpondeamus, quod & peccatores timeant Deum ſeruorumque ſit non diligere, ſed timere: quamquam in hoc loco timor pro cultu poſſit intelligi: iuxta ſenſum eorum qui audiebant, & adhuc ignorabant Deum.

c ¶ *Et timuerunt viri timore magno, &c.* ] Hiſtoriæ ordo præpoſterus eſt: quia enim poterat dici, nulla cauſa timoris fuit, ex eo quod eis confeſſus eſt, dicens: *Hebræus ego ſum, & dominum Deum cœli ego timeo, qui fecit mare & aridam*: Statim ſubnectitur, quod idcirco timuerunt, quia eis indicauerat ſe domini fugere conſpectum, & eius non feciſſe pręcepta. Denique cauſantur, & dicunt: quid hoc feciſti? id eſt, ſi times Deum, cur fugis? Si tantæ potentiæ prædicas quem colis, quomodo te putas eum poſſe euadere? Timent a. timore magno, quod intelligunt ſanctum & ſanctæ gentis virum: de Ioppe quippe ſoluentes funem, Hebrææ gentis nouerant priuilegium, & tamen fugitiuum celare non poſſunt. Magnus eſt qui fugit, ſed maior ille qui quærit: non audent tradere, celare non poſſunt. Reprehendunt culpam: timorem confitentur, rogant vt ipſe remedio ſit, qui auctor peccati fuerat. Vel certe quod dicunt, quid hoc feciſti? non increpant, ſed interrogant, volentes cauſam fugæ noſſe: ſerui à domino, filij à patre, hominis à Deo. Quod eſt, inquiunt, tantum myſterium, vt terra deſeratur: expetantur maria, relinquatur patria, loca appetantur aliena.

d ¶ *Et dixerunt ad eum, quid faciemus, &c.* ] Propter te dicit ventos, fluctus, mare, gurgites concitatos, expoſuiſti cauſam morbi, indica ſanitatis. Ex eo quod contra nos ſurgit mare, intelligimus iram eſſe ſuſceptionis tuæ. Si culpa eſt quod ſuſcepimus, quid facere poſſumus, ne dominus iraſcatur, quid faciemus tibi? hoc eſt, interficiemus te? ſed cultorem domini ſeruabimus? ſed Deum fugis, noſtrum eſt præbere manus, quid fieri iubeas tuum eſt imperare; quo facto, quieſcat mare, quod nũc creatoris iram ſuo tumore teſtatur. Statimque hiſtoricus cauſam iungit iſtiuſmodi quæſtionis: mare, dicens ibat & intumeſcebat: ibat vt iuſſum fuerat, ibat in vindictam domini ſui, ibat perſequens fugitiuum prophetam. Intumeſcebat a. per ſingula momenta temporum & quaſi nautis morantibus, in fluctus maiores ſuſcitabatur: vt oſtenderet vltionem creatoris ſe differre non poſſe. C

e ¶ *Et dixit ad eos: tollite me, &c.* ] Contra me tempeſtas detonat: me quærit, naufragium vobis minatur, vt me præhendat: me præhendit, vt mea morte viuatis: Scio, inquit, quapropter me tempeſtas hæc grandis eſt. Non ignoro in meam pœnam elementa turbari, mundi eſſe cõfuſionem, mihi iraſci, in vos ſæuire naufragium: fluctus ipſi imperant vobis, vt me mittatis in mare. Si ego ſenſero tẽpeſtatem, vos recupabitis tranquillitatem. Et animaduertenda pariter fugitiui noſtri magnanimitas: non tergiuerſatur, non diſſimulat, non negat: ſed qui confeſſus fuerat de fuga, pœnam libenter aſſumit: ſe cupiens perire, ne pp ſe & cæteri pereant: & ad peccatum fugæ, alienæ quoque delictum addatur necis. Hoc quantum ad hi- D ſtoriam: cæterum nõ ignoramus flantes ventos, quibus in Euangelio, vt quieſcerent, dominus imperauit, & periclitantem nauiculam, in qua dormiebat Ionas, & intumeſcens mare, quod Matt. 8. c increpatur: tace & obtumeſce, referri ad dominum Saluatorem, & periclitantem Eccleſiam, vel Apoſtolos ſuſcitantem: qui eum deſerentes in paſſione quodammodo in fluctus præcipitabant. Iſte Ionas dicit: ſcio quia pp me tempeſtas grandis eſt ſuper vos: quia me vident venti vobiſcum ire in Tharſis: hoc eſt ad contemplationem lętitiæ nauigare: vt vos mecum perducam ad gaudium. Vt vbi ego ſum & pater, ibi & vos ſitis. Idcirco ſæuiunt: idcirco mundus, qui Ioan. 14. d in maligno poſitus eſt, fremit: ideo elementa turbantur: me cupit deuorare mors, vt vos pariter occidat: & non intelligit, quia velut in hamo eſcã capit, vt mea morte moriatur. *Tollite me, & mittite in marę.* Non eſt enim noſtrum mortem arripere: ſed illatam ab aliis libenter excipere; Vnde & in perſecutionibus nõ licet propria perire manu, abſq; eo vbi caſtitas periclitatur: ſed percutienti colla ſubmittere. Sic, inquit, placate ventos: ſic in maria libamina fundite, tempeſtas, quę propter me ſæuit contra vos, me moriente ſedabitur.

f ¶ *Et remigabant, &c.* ] Protulerat propheta contra ſe ſummium, ſed illi cultorẽ audientes Dei, manus iniicere nõ audebant. ppea nitebantur reuerti ad aridam, & effugere diſcrimẽ ne ſanguinẽ funderent, magis volentes perire quam perdere. O rerum quanta mutatio, populus, qui ſeruierat Deo, dicit, crucifige, crucifige talem. Iſtis imperatur vt occidant, mare furit, tẽpeſtas iubet, & proprium periculum negligentes, de aliena ſalute ſolliciti ſunt. Quamobrem & Lxx. παρεβιάζοντο, Luc. 23. c inquiunt, id eſt, vim cupiebant facere, & naturam rerum vincere, ne violarent prophetam Dei. Quod a. dicit, remigabant viri, vt reuerterentur ad aridam, putabant abſque ſacramento eius qui paſſurus erat, poſſe nauem de periculo liberari, cum Ionę ſubmerſio, nauis fuerat reuelatio.

à ¶ Et



E a ¶ *Et clamauerunt ad dominum, & dixerunt; quæſumus, &c.* ] Grandis vectorum fides, periclitantur ipſi & pro alterius anima deprecantur: ſciunt enim peiorem mortem peccati eſſe, quam vitæ: *Et ne des*, inquiunt, *ſuper nos ſanguinem innocentem.* Conteſtantur dominum, vt quodcunque facturi ſunt, non ſibi reputetur, & quodammodo dicunt: nolumus interficere prophetam tuum: ſed iram tuam & ipſe confeſſus eſt, & tempeſtas loquitur: quia tu domine ſicut voluiſti, feciſti: voluntas tua expletur per noſtras manus. Nonne nobis videtur nautarum vox, Pilati eſſe confeſſio? qui lauat manus ſuas, & Matt. 27. c dicit: *Mundus ſum ego à ſanguine viri huius.* Nolunt Chriſtum perire gentes, innocentem ſanguinem proteſtantur. Et Iudæi dicunt: Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros: Et ideo ſi leuauerint manus, non exaudientur: quia plenæ ſunt ſanguine. Quia tu domine ſicut voluiſti, feciſti: Quod nos ſuſcepimus, quod turbo cõſurgit, quod venti ſæuiunt, quod mare ſuſcitatur in fluctus, quod proditur ſorte fugitiuus, quod indicat quid fieri debeat: tuæ eſt domine voluntatis: tu enim ſicut voluiſti, feciſti: Vnde & Saluator dicit in pſalmo: *Domine vt facerem voluntatem tuam volui.* Pſalm. 35. b

HEB.

a Et clamauerunt ad dominũ, & dixerunt: quæſumus domine, ne pereamꝰ in anima viri iſtius, & ne des ſuper nos ſanguinẽ innocentẽ: quia tu domine ſicut voluiſti, feciſti. b Et tulerunt Ionam, & miſerunt in mare, & ſtetit mare à feruore ſuo.

SEPT.

*Et clamauerunt ad dominum, & dixerunt: nequaquam domine, ne pereamus propter animam viri huius, & non des ſuper nos ſanguinem iuſtum: tu enim domine ſicut voluiſti, feciſti. Et tulerunt Ionam, & miſerunt in mare, & ſtetit mare à commotione ſua.*

c Et timuerunt viri timore magno dominum, & immolauerunt hoſtias domino, & vouerũt vota.

CAPVT II.

HEB.

ET præparauit dominus piſcẽ grandem, vt deglutiret Ionam. e Et erat Ionas in ventre piſcis tribus diebus & tribus noctibus.

CAPVT. II.

SEPT.

*ET præcepit dominus ceto magno, & deuorauit Ionam. Et erat Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus.*

f Et orauit Ionas ad dominum Deum ſuum de ventre

F b ¶ *Et tulerunt Ionam, & miſerunt in mare, & ſtetit mare à feruore ſuo.* Non dixit arripuerunt, non ait inuaſerunt, ſed tulerunt, quaſi cum obſequio & honore portantes: miſerunt in mare, non repugnantem, ſed prębentem manus ipſorum voluntati. *Et ſtetit mare*, quia inuenerat quem quærebat: Velut ſi quis perſequatur fugitiuum, & concito pergat gradu, poſtquam fuerit conſecutus, deſiſtit currere, & ſtat ac tenet quẽ apprehenderit: Ita & mare quod abſente Iona iraſcebatur, in viſceribus ſuis deſideratum tenens, gaudet & confouet, & ex gaudio tranquillitas redit. Si conſideremus ante paſſionem Chriſti, errores mundi, & diuerſorum dogmatum flatus contrarios, & nauiculam totumque humanum genus: id eſt, creaturam domini periclitantem, & poſt paſſionem eius tranquillitatem fidei, & orbis pacem, & ſecura omnia, & conuerſionem ad Deum, videbimus quo modo poſt præcipitationem Ionæ ſteterit mare à feruore ſuo.

c ¶ *Et timuerunt viri timore magno, &c.* ] Ante domini paſſionem timentes clamauerunt ad deos ſuos, poſt paſſionem eius dominum timent, id eſt, e. venerantur & colunt, & non timent ſimpliciter, vt in principio legimus, ſed timore magno, iuxta illud quod dicitur. Deut. 6. a *Ex tota anima, & ex toto corde, & ex tota mente tua. Et immolauerunt hoſtias*, quas certe iuxta litteram in mediis fluctibus non habebant, ſed quia *ſacrificium Deo ſpiritus contribulatus eſt.* Et in alio loco dicitur: Pſalm. 50. d *Immola Deo ſacrificium laudis, & redde Altiſsimo vota tua.* Et rurſum: *Reddemus tibi vitulos labiorum noſtrorum.* Idcirco in Ibid 49 d Oſee 14. b mari immolant hoſtias, & alias ſponte pmittunt, vota faciẽtes, ſe nunquã ab eo quẽ colere cœperãt receſſuros, timuerũt n. timore magno. Qua ex tranquillitate maris & tempeſtatis fuga, vera prophetæ verba cernebant. Ionas in mari fugitiuus, naufragus, mortuus, ſaluat nauiculam fluctuantem, ſaluat ethnicos in diuerſas prius ſententias mundi errore iactatos. Et Oſee, Amos, Eſaias, Ioel, qui eodem tempore prophetabant, populum in Iudæa nequeunt emendare. Ex quo oſtenditur ſedari non poſſe naufragium, niſi morte fugitiui.

CAPVT II.

ET *præparauit Dominus piſcem grandem*, &c. ] Morti & inferno præcepit Dominus vt prophetam ſuſcipiat. Quæ auidis faucibus prędam putans, quantum in deuoratione lætata eſt, tantũ luxit in vomitu. Tunc que cõpletum eſt illud quod legimus in Oſee: G Oſee 13. d *Ero mors tua o mors, ero morſus tuus inferne.* In Hebraico a. piſcem grandem legimus, pro quo Septuaginta interpretes, & Dominus in Euãgelio cetum vocant, rem ipſam breuius explicantes. In He- Matt. 12. b braico .n. dicitur: דג גדול quod interpretatur, piſcis grandis: a dag gadol haud dubium quin cetum ſignificet. Et animaduertendum, quod vbi putabatur interitus, ibi cuſtodia ſit Porro quod ait: præparauerit: Vel ab initio cum conderet: de quo & in pſalmo ſcribitur: *Draco iſte quem formaſti ad illudendum ei*: Pſalm 103. d Vel certe iuxta nauem fecit venire: vt pręcipitem Ionam in ſuos reciperet ſinus, & pro morte præberet habitaculum: vt qui in naui iratum ſenſerat Deum, propitium in morte ſentiret.

e ¶ *Et erat Ionas in ventre piſcis tribus diebus & tribus noctibus.* ] Matt. 12. b Huius loci myſterium in Euangelio Dominus exponit, & ſuperfluum eſt, vel id ipſum vel aliud dicere. Hoc ſolum quærimus, quo modo tres dies & tres noctes fuerit in corde terræ. Quidam παρασκευήν, quando ſole fugiente, ab hora ſexta vſque ad horam nonam nox ſucceſſit diei, in duas dies & noctes diuidunt, & apponentes ſabbatum, tres dies & tres noctes æſtimant ſupputandas: nos vero συνεκδοχικῶς totum intelligamus à parte: vt ex eo quod ἐν παρασκευῇ mortuus eſt, vnam diẽ ſupputemus & noctem, & ſabbati alteram, tertiam vero noctem, quæ diei dominicæ mancipatur, referamus ad exordium diei alterius: nam & in Geneſi Gen. 1. H nox non præcedentis diei eſt, ſed ſequentis: id eſt, principium futuri, non finis præteriti. Hoc vt intelligi poſſit, dicam ſimplicius. Finge aliquem hora nona egreſſum eſſe de manſione, & alterius diei hora tertia ad manſionem alteram perueniſſe: ſi dixero bidui eum feciſſe iter, non ſtatim reprehendar mendacij: quia ille qui ambulauit, non omnes horas vtriuſque diei, ſed quandam partem in itinere conſumpſerit. Certe mihi hæc videtur interpretatio: Si quis a. iſtam non recipit, & meliori ſenſu poteſt loci huius exponere ſacramentum, illius magis ſequenda eſt ſententia.

f ¶ *Et orauit Ionas ad dominum Deum ſuum de ventre piſcis, & dixit.* ] Si Ionas refertur ad dominum, & ex eo quod tribus diebus ac noctibus in vtero ceti fuit, paſſionem indicat Saluatoris, debet & oratio illius typus eſſe orationis dominicæ. Nec ignoro quoſdam fore quibus incredibile videatur, tribus diebus ac noctibus, in vtero ceti, in quo naufragia digerebantur, hominem potuiſſe ſeruari. Qui vtique aut fideles erunt, aut infideles: ſi fideles, multo credere maiora cogentur. Quo modo tres pueri miſſi in caminum æſtuantis incendij in tantum illæſi fuerint, vt ne veſtimenta quidem eorum odor ignis attigerit. Dan. 3. c Quo modo receſſerit mare, & ad inſtar murorum hinc inde rigidum ſteterit: vt præberet viam populo tranſeunti. Exod 14. b Quo modo humana ratione, aucta fame leonum rabies prædam ſuam timens aſpexerit, nec tetigerit, & multa huiuſcemodi. Dan. 14. Sin autem infideles erunt, legant quindecim libros Naſonis metamorphoſeos, & omnem Græcam, Latinamque hiſtoriam: ibique cernent vel Daphnen in laurum, vel Phaetontis ſorores in populos arbores fuiſſe conuerſas: quo modo Iupiter eorum ſublimiſſimus Deus, ſit mutatus in cygnum, in auro fluxerit: in tauro rapuerit, & cętera, in quibus ipſa turpitudo fabularum diuinitatis denegat ſanctitatem: Illis credunt, & dicunt Deo cuncta poſſibilia. Et cum turpibus credant, potentiaque Dei vniuerſa defendant, eandem virtutem non tribuunt & honeſtis.

A

ventre piſcis, & dixit: a Clamaui de tribulatione mea ad dominum, & exaudiuit me: de ventre inferi clamaui, & exaudiſti vocem meam.

HEB.

b Et proieciſti me in profundum in corde maris & flumen circumdedit me. c Omnes gurgites tui, & fluctus tui ſuper me trãſierunt. d Et ego dixi, abiectus ſum à cõſpectu oculorum tuorũ. e Veruntamẽ rurſum videbo templum ſanctum tuum. f Circumdederunt me aquæ vſque ad animam meã: abyſſus vallauit me.

a Pela-

SEPT.

*Proieciſti me in profundum cordis maris, & flumina me circumdederunt. Omnes eleuationes tuæ, & fluctus tui ſuper me tranſierunt. Ego dixi, abiectus ſum ex oculis tuis Putas ne addam, vt videam templum ſanctum tuum? Circumfuſa eſt mihi aqua vſque ad animam meam: abyſſus vallauit me nouiſſimum.*

*Intra-*

Quod a. ſcriptum eſt, *Et orauit Ionas ad dominum Deum ſuum de vtero piſcis*, & dixit, intelligimus eum poſtquam in vtero ceti ſoſpitem eſſe ſe ſenſerit, nõ deſperaſſe de domini miſericordia, & totum ad obſecrationem eſſe conuerſum. (Pſal. 90. a) Deus .n. qui dixerat de iuſto. *Cum ipſo ſum in tribulatione.* Et: *Cum inuocauerit me, dicam, adſum*, affuit ei, & dicere (Ibi 4. a) poteſt qui exauditus eſt. *In tribulatione dilataſti mihi*.

a ¶ *Clamaui in tribulatione mea ad dominum, &c.*] Septuaginta ſimiliter: hoc tantummodo commutato: de ventre inferi clamoris mei audiſti vocem meã. Nõ dixit clamo, ſed clamaui: nec de futuro precatur, ſed de p̃terito gratias agit: indicans nobis, quod ex eo tẽpore quo pręcipitatus in mare vidiſſet cetum, & tantam corporis molẽ, & immanes rictus aperto ſe ore ſorbere, domini recordatus ſit & clamauerit: vel aquis cedentib. & clamore in ueniente locum: vel toto cordis affectu: ſecundũ illud quod (Rom. 8. c) Apoſtolus dicit: *Clamantes in cordibus veſtris, abba pater*: & clamauerit (Exod. 14. d) ei qui ſolus nouit corda (Pſal. 119.) hominũ, & loquitur ad Moyſen: *Quid clamas ad me?* cũ vtique nihil ante hanc vocem clamaſſe Moyſen ſcriptura commemoret: Hoc eſt illud quod & in primo graduum pſalmo legimus: *Ad dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me.* Ventrem autem inferi, aluum ceti intelligamus, quæ tantæ fuit magnitudinis, vt inſtar obtineret inferni. B Sed melius ad perſonam Chriſti referri poteſt, qui ſub nomine (Ibi 15. e) Dauid cantat in pſalmo: *Non derelinques animam meam in inferno: nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem.* Qui fuit (Act. 2. c) in inferno viuens, *inter mortuos liber.*

b ¶ *Et proieciſti me in profundum in corde maris, & flumen circũdedit me*] Quantum ad perſonam Ionæ non eſt difficilis interpretatio: quod ceti clauſus aluo in profundiſſimo & in medio maris fuerit, fluminibuſque vallatus ſit. Quantum ad dominum Saluatorem ſexageſimi octaui pſalmi ſumamus exemplum, in quo loquitur: Infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia. (Pſal. 88. f) *Veni in profundum maris, & tempeſtas demerſit me*, de quo & in alio pſalmo dicitur: *Tu a. abieciſti, & deſpexiſti: diſtuliſti Chriſtum tuum, ſubuertiſti teſtamentum ſerui tui, contaminaſti in terra ſanctuarium eius, deſtruxiſti* (Pſal. 57. a) *omnes macerias eius*, & reliqua. Ad comparationem enim (Matth. 12. c) cœleſtis beatitudinis, & eius loci, de quo ſcriptum eſt. In pace ſancta locus eius, omnis terrena habitatio plena eſt fluctibus, plena tempeſtatibus. Porro per cor maris ſignificatur infernus, pro quo in euangelio legimus. *In corde terræ.* Quo modo a. cor animalis in medio eſt, ita & infernus in medio terræ eſſe perhibetur. Vel certe iuxta ἀπαγωγὴν, (Heb. 4. d κατὰ πάντα.) *in corde maris*, id eſt, in mediis tentationibus eſſe ſe memorat. Et tamen cum inter amaras aquas fuerit, & tentatus ſit iuxta omnia abſque peccato: non ſenſit amaras aquas, ſed flumine circundatus eſt, de quo & in alio loco legimus. *Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei*, aliis bibentibus (Pſal 45. c) ſalſos fluctus, ego in mediis tentationibus dulciſſima fluẽta ſorbebam. Nec impium tibi eſſe videatur, ſi nunc dominus dicat. *Proieciſti me in profundum*, qui loquitur in pſalmo. (Ibi 68. f; Zach. 13. c) *Quoniam quem tu percuſſiſti, ipſi perſecuti ſunt.* Secundum illud quod ex perſona patris in Zacharia ponitur. *Percutiam paſtorem, & oues diſpergentur.*

c ¶ *Omnes gurgites tui, & fluctus tui ſuper me tranſierunt.*] Quod ſuper Ionam tumentes maris fluctus tranſierint, & detonuerit ſæua tempeſtas, nulli dubium eſt. Quærimus a. quo modo omnes eleuationes, & gurgites & fluctus Dei ſuper (Iob. 7. a צבא) Saluatorem tranſierint. *Tentatio eſt vita hominum ſuper terram*, ſiue vt in Hebraico habetur, militia, quia hic militamus, vt alibi coronemur. Nulluſque eſt hominum qui cũctas ſuſtinere queat tentationes, abſque eo qui tentatus

C

eſt in omnibus iuxta noſtram ſimilitudinem, ſine peccato. Vnde & ad Corinthios dicitur. *Tentatio vos non apprehendat, niſi humana. Fidelis a. Deus, qui non dimittet vos tentari ſupra id quod poteſtis, ſed faciet cum tentatione & exitum, vt poſſitis ſuſtinere.* (Hebr. 4. d; 1. Cor. 10. c) Et quoniam omnes perſecutiones & vniuerſa quæ accidunt, abſq; Dei non ingruunt voluntate. Idcirco Dei gurgites dicũt̃ & fluct⁹: qui non oppreſſerunt Ieſũ, ſed tranſierũt per eum, minantes tãtum naufragium, nõ inferẽtes. Vniuerſæ ergo perſecutiones, & turbines quib⁹ genus vexabatur humanũ, & cũctæ nauiculæ frangebantur, ſuper meum detonuere caput. Ego ſuſtinui tẽpeſtates, & fregi turbines ſæuientes: vt cæteri ſecurius nauigarent.

d ¶ *Et ego dixi, abiectus ſum à cõſpectu oculorũ tuorũ.* Anteq̃ clamarem de tribulatione mea & exaudires me; qui formã ſerui acceperã, fragilitatẽ quoq; illius imitatus, dixi. Abiectus ſũ à conſpectu oculorũ tuorũ. Quando eram tecum, & tuo lumine perfruebar, & in te lumine ego eram lumen, non dicebã, abiectus ſum. Poſtquã veni in profundum maris, & hominis carne circundatus ſum: humanos imitor affectus & dico: abiectus ſum à conſpectu oculorũ tuorum: Hoc quaſi homo locutus ſum: cæterũ quaſi Deus, & is qui cum eſſem in forma tua, non ſum rapinam arbitratus æqualem me eſſe (Philip. 2. a) tui; volens ad te euehere humanum genus: vt vbi ego ſum & tu, ibi ſint & omnes qui in me, & te crediderunt, dico.

D

e ¶ *Verumtamen rurſum, &c.*] Hoc quod in Græco dicitur ἄρα, & habet Vulgata editio, putas, interpretari põt, igitur: vt ſit quaſi propoſitionis & aſſumptionis, confirmationiſq; ac ſyllogiſmi extrema cõcluſio: nõ ex ambigentis incerto, ſed ex fiducia cõprobantis: p̱ quo nos interpretati ſumus: verumtñ rurſum videbo templum ſanctum tuum: ſecundũ illud ꝙ ex perſona eius in alio pſalmo dicitur: *Domine dilexi decorẽ domus tuæ, & locum tabernaculi gloriæ tuæ.* (Pſal. 25. b; Ioan. 17. a) Et euãgelicam lectionem in qua ſcriptum eſt: *Pater glorifica me apud te, ea gloria quam habui priuſquam mundus fieret.* Et reſpõdit de cœlo pater: *Et glorificaui & glorificabo.* (Ibid. 12. e) Vel certe quia legitur: *Pater in me, & ego in patre*: (Ibid. 17. c) Sicut templum patris filius eſt: ita templum filij pater. Ipſe enim dicit: *Ego de patre exiui, & veni*: Et *verbum erat apud Deũ, & Deus erat verbũ*: (Ibid. 16. f) Aut vnus idemque Saluator, quaſi homo poſtulat, quaſi Deus pollicetur, & de ſua quam ſemper habuit poſſeſſione ſecurus eſt. Ex Ionæ vero perſona vel optantis, vel confidentis affectu, liquido intelligi poteſt, quod deſiderauerit in profundo maris poſitus videre templum domini, & ſpiritu prophetali alibi ſit, & alibi contempletur.

f ¶ *Circumdederunt me aquæ vſque ad animã meã, abyſſus vallauit me.*] Aquæ iſtæ, quæ vicinæ ſunt abyſſis, quæ in terris voluuntur, & defluunt, quæ multum ſecum limi trahunt, non corpus, ſed animam nituntur occidere, amicæ quippe ſunt corporum, & eius voluptatibus cõfouentur: Vnde ſecundum illud quod ſupra diximus loquitur dominus in pſalmo: *Saluum me fac domine, quoniam intrauerunt aquæ vſque ad animam meam.* (Pſal. 68. a. 68. d; Ibi 123. a) Et in alio loco: *Torrentem pertranſiit anima noſtra.* Et: *Ne vrgeat ſuper me puteus os ſuum*: neque concludat infernus, non mihi deneget exitum: qui ſponte deſcendi, ſponte conſcendam, qui voluntarius captiuus veni, debeo liberare captiuos: vt impleatur illud: *Aſcendens in altum captiuam duxit captiuitatem*: (Ibid. 67. d) eos enim qui ante captiui fuerant in morte, iſte cæpit ad vitam. Abyſſos autem pernicioſas quaſdam & peſſimas fortitudines accipere debemus: vel tormentis ſuppliciiſque deditas poteſtates: ad quas & in euangelio dæmones rogant ne ire cogantur: Vnde & tenebræ erant ſuper abyſſum. (Luc. 8. e) Interdum abyſſus accipi-



HEB.

a Pelagus operuit caput meum: ad extrema montiũ deſcendi, terræ vectes cõcluſerunt me in æternum. b Et ſubleuabis de corruptione vitã meam, domine Deus meus. c Cum anguſtiaretur in me anima mea domini recordatus ſum. d Vt veniat ad te oratio mea ad templum ſanctum tuum.

SEPT.

*Intrauit caput meum ad ſciſſuras montium: deſcendi in terram, cuius vectes ſunt retinacula ſempiterna. Et aſcendet de corruptione vita mea ad te domine Deus meus. Cum deficeret ex me anima mea, domini recordatus ſum.*

HEB.

e Qui cuſtodiunt vanitates fruſtra, miſericordiam ſuam derelinquunt. f Ego autem in voce laudis, immolabo tibi: quæcumque noui reddam pro ſalute

SEPT.

*Qui cuſtodiunt vana & mendacia, miſericordiam ſuam reliquerunt. Ego autem cum voce laudis, & confeſſionis immolabo tibi: quæcumq; noui reddam*

*tibi*

E

accipitur & pro ſacramentis ac profundiſſimis ſenſibus, & iudicijs Dei: *Iudicia domini abyſſus multa*: Et *abyſſus abyſſũ inuocat, in voce cataractarum tuarum.* (Geneſ. 1. a; Pſal 35. b & 41. b.)

a ¶ *Pelagus operuit caput meum, ad extrema montiũ deſcendi, terræ vectes concluſerunt me in æternum.*) Quod Ionæ caput pelagus operuerit, & ad montium extrema deſcenderit, & venerit vſq; ad profunda terrarum, quibus quaſi vectibus & columnis Dei voluntate globus terræ ſuſtentatur, nulli dubium eſt: de qua & alibi (Pſal. 74. a) dicitur: *Ego cõfirmaui columnas eius.* De domino autẽ Saluatore iuxta vtramq; editionem videtur mihi ſic poſſe intelligi: quod principale & caput eius, id eſt, anima, quam cum corpore pro ſalute noſtra dignanter aſſumpſit, deſcenderit in ſciſſuras montiũ, qui fluctibus operiebantur, qui ſe à cœli ſubtraxerant libertate, quos abyſſus ambiebat: qui ſe à Dei ſciderant maieſtate, & poſtea etiam ad inferna penetraret: ad quę loca quaſi in extremo limo peccatorum animæ trahebantur, dicente pſalmographo: (Pſal. 62. c.) *Intrabunt in inferiora terræ, partes vulpium erũt*: Iſti ſunt vectes terræ & quaſi quędã ſerræ extremi carceris ac ſuppliciorũ, nolentes ab inferis animas exire captiuas: Vnde ſignificãter οὕτως LXX. κάτοχοι αἰώνιοι: tranſtulerunt, h. e. ſemper tenere cupientes, quos F ſemel inuaſerant: Sed dominus noſter, de quo ſub perſona (Eſa. 45. a) Cyri in Eſaia legimus: *Fores æneas conterã, & vectes ferreas cõfringam*. ad montium extrema deſcendit, & ęternis concluſus eſt vectibus: vt omnes qui clauſi fuerant liberaret.

b ¶ *Et ſubleuabis de corruptione vitã mea, domine Deus meus.*] Proprie dixit, ſubleuabis, vel aſcendet de corruptione vita mea: quia ad corruptionem, & ad inferna deſcenderat: (Act. 2. f) hoc eſt, quod Apoſtoli interpretantur in quintodecimo pſalmo ex perſona domini prophetarum: *Quoniam non derelinques animam meam in inferno: nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem*: Quod Dauid ſcilicet & mortuus ſit & ſepultus, Saluatoris autem caro non viderit corruptionem. Alij vero interpretantur quod ad comparationem cœleſtis beatitudinis & verbi Dei, humanum corpus corruptio ſit: quod ſeminatur in corruptione, & in centeſimo ſecundo pſalmo ex perſona iuſti ſignificetur; Qui ſanat omnes infirmitates tuas; qui redimit de interitu vitam tuam. (Rom. 7. d) Vnde & Apoſtolus dicit, *Miſer ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* Et appellatur corpus mortis, vel corpus humilitatis. Hoc illi ad occaſionem ſuæ ducunt hereſæos; vt ſub perſona Chriſti mentiantur antichriſtum, eccleſias teneant, vt ventrem pinguiſſimum nutriant, & carnaliter viuentes, contra carnem diſputent. Nos autem ſcimus de incorrupta Virgine corpus aſſumptum, non corruptionem Chriſti fuiſſe, ſed templum. (1. Cor. 15. a) Quod ſi in Apoſtoli ad Corinthios ſententiam trahimur; in qua corpus dicitur ſpirituale, ne contentioſi videamur, dicemus idipſum quidem corpus, & eandem carnem reſurgere, quæ ſepulta eſt, quæ in humo condita, ſed mutare eam gloriam, non mutare naturam. (Ibidem g) *Oportet* enim *corruptiuum hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem.* Quando dicitur, hoc, quodammodo duobus digitulis comprehenſum corpus, oſtenditur, hoc in quo naſcimur, hoc in quo morimur, hoc quod timent recipere qui puniendi ſunt, hoc quod virginitas expectat ad præmium, adulterium formidat ad pœnam. Super Iona autem ita intelligi poteſt, quod qui in ventre ceti iuxta naturam corporum corrũpi debuerat, & in cibos beſtiæ proficere, ac per venas artuſque diffundi, ſoſpes & integer manſerit. Porro quod ait;

G

Domine Deus meus, blandientis affectus eſt: quod communem Deum omnium, beneficij magnitudine, ſuum & quaſi proprium ſenſerit Deum.

c ¶ *Cũ anguſtiaretur in me anima mea, domini recordatus ſum.*] Cum, inquit, nullum aliud ſperarem auxilium, recordatio domini mihi ſaluti fuit: Iuxta illud: *Recordatus ſum domini, & lætatus ſum.* (Pſal. 76. a) Et in alio loco: *Recordatus ſum dierum antiquorũ, & annos æternos in mente habui*: (Ibid. 142. b; Ibid. 76. b) Ego cum deſperarem ſalutem, & carnis fragilitas in medio ventre ceti nihil me de vita ſperare permitteret: quidquid impoſſibile videbatur, domini recordatione ſuperatum eſt: Videbam me clauſum in vtero ceti, & tota ſpes mea dñs erat. Ex quibus diſcimus iuxta LXX. eo tempore quo deficit anima noſtra, & à corporis compage diuellitur, non debere alio cogitationẽ vertere, niſi ad eum qui in corpore & extra corp⁹ noſter eſt dominus. Super Saluatoris vero perſona non eſt difficilis interpretatio, qui dixit: *Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortem.* (Matt. 26.) Et: *Pater ſi poſſibile eſt tranſeat à me calix iſte.* Et: *In manus tuas commendo ſpiritum meum*, (Pſal. 30. b) & cætera his ſimilia.

d ¶ *Vt veniat ad te oratio mea, &c.*] Idcirco in tribulatione domini recordatus ſum: vt oratio mea de extremo mari, & ſciſſuris montium cõſcendat ad cœlos, & veniat ad templum ſanctum tuũ, in quo tu æterna frueris beatitudine. H Et cõſiderandũ quod nouo genere, oratio fiat pro oratione, & precetur vt oratio illius cõſcendat ad templum Dei. Petit autem quaſi pontifex, vt in corpore ſuo populus liberetur.

e ¶ *Qui cuſtodiunt vanitates fruſtra, miſericordiam ſuam derelinquunt.*] Deus natura miſericors eſt, & paratus vt ſaluet clementia, quos non poteſt ſaluare iuſtitia: nos autẽ vitio noſtro paratã miſericordiam, & vltro ſe offerentem perdimus & relinquimus. Et non dixit, qui faciunt vanitates: *Vanitas* quippe *vanitatum & omnia vanitas*: (Eccl. 1. a) ne damnare videretur vniuerſos, & cunctos generi humano miſericordiam denegare: ſed qui cuſtodiunt vanitates ſiue mendacium, qui tranſierunt in affectum cordis, qui non ſolum faciunt, ſed ita cuſtodiunt vanitates, quaſi diligant, & theſaurũ inueniſſe ſe putent. Simulq; cerne magnanimitatem prophetæ: in profundo maris, in ventre tantæ beſtiæ æterna nocte coopertus, non cogitat de periculo ſuo, ſed de natura rerum, generali ſententia philoſophatur. Miſericordiam, inquit, ſuam derelinquũt. Licet offenſa ſit miſericordia, quã nos poſſumus ipſum intelligere Deum (*Miſericors enim & miſerator dominus, patiens & multæ miſerationis*) (Pſal 144. b) tamẽ eos qui cuſtodiunt vanitates non relinquit, non deteſtatur, ſed expectat vt redeant: illi vero ſtantem miſericordiam & vltro ſe offerentem ſponte propria derelinquunt. Poteſt hoc & ex perſona domini de Iudæorum perfidia prophetari; qui dum ſe æſtimant præcepta hominum, & phariſæorum mãdata ſeruare (quæ vanitas atq; medacium ſunt) Deum, qui ſemper eorum miſertus fuerat, reliquerunt.

f ¶ *Ego autem in voce, &c.*] Qui cuſtodiunt vanitates ſuam miſericordiam reliquerunt: Ego autem qui pro multorũ ſalute deuoratus ſum, in voce laudis & cõfeſſionis immolabo tibi, me ipſum offerens: quia paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. (1. Cor. 5. c) Et quaſi põtifex & ouis ſe ipſum pro nobis obtulit. Et cõfitebor, inquit, tibi vt ante confeſſus ſum, dicens: *Confiteor tibi pater domine cæli & terræ*, & reddã vota quæ feci pro ſalute omnium domino: *vt omne quod dediſti mihi non pereat in æternum.* (Matt. 11. d; Ioan. 6. d & 18. b) Cernimus quid in ſua paſſione Saluator pro noſtra ſalute p̱miſerit: nõ faciamus mẽdacem Ieſum, mũdi ſimus & ab vniuerſis peccatorũ ſordibus ſeparati: vt nos Deo Patri offerat victimas quas vouerat.

g ¶ *Et dixit*

A a ¶ *Et dixit Dominus piſci, &c.*] Hæc quæ ſupra legimus ſub perſona Ionæ dominus deprecatus eſt in ventre ceti: de
Iob 31. b quo & Iob myſtice loquitur: *Maledicat ei, qui maledixit diei*: ille qui magnum cetum capturus eſt. Præcipitur ergo huic magno ceto, & abyſſis & inferno, vt terris reſtituát Saluatorem, & qui mortuus fuerat, vt liberet eos, q. mortaris vinculis tenebantur, ſecum plurimos educat ad vitam. Quod a. ſcribitur, euomuit ἐμφαντικώτερον debemus accipere: quod ex imis vitalibus mortis, victrix vita proceſſerit.

HEB.

ſalute domino. a Et dixit dominꝰ piſci, & euomuit Ionã in aridã.

SEPT.

*tibi ſalutare domino. Et præcepit ceto, & eiecit Ionam ſuper ſiccum,*

CAPVT III.

HEB.

ET factum eſt verbum domini ad Ionã ſecundo, dicens: Surge & vade in Niniuẽ ciuitatem magnã. & prædica in ea prædicationem, quã ego loquor ad te. c Et ſurrexit Ionas, & abiit in Niniuen iuxta verbũ domini, & Niniue erat ciuitas magna Dei, itinere trium dierum. Et cœpit Ionas introire in ciuitatem itinere diei vnius. d Et clamauit, & dixit: adhuc quadraginta dies & Niniue ſubuertetur.

CAPVT III.

SEPT.

*ET factus eſt ſermo domini ad Ionam ſecundo, dicens: Surge & vade in Niniuen ciuitatem magnam, & prædica in ea iuxta prædicationem priorem quam ego locutus ſum ad te. Et ſurrexit Ionas, & abijt in Niniuen, ſicut ei locutus fuerat dominus. Erat a. Niniue ciuitas magna Deo, quaſi itinere viæ dierum trium. Et cœpit Ionas ingredi ciuitatem quaſi itinere vnius diei. Et prædicauit, & dixit: adhuc tres dies, & Niniue ſubuertetur.*

e Et crediderunt viri Niniuitæ in Deum, & prædicauerunt ieiunium, & veſtiti ſunt ſaccis à maiore vſque ad minorem.

HEB.

f Et peruenit verbũ ad regem Niniue, & ſurrexit de ſolio ſuo, & abiecit veſtimentum ſuũ à ſe, & indutus eſt ſacco.

SEPT.

*Et appropinquauit ſermo ad regem Niniue, & ſurrexit de throno ſuo, & abſtulit ſtolam ſuam à ſe, & coopertus eſt ſacco,*

CAPVT III.

ET *factum eſt verbum domini, &c.*] Non dicitur prophetæ: quare non feciſti quod tibi fuerat imperatum: ſed ſufficit ei naufragij & deuorationis ſola correptio: vt qui imperantem non ſenſerat, dominum intelligeret liberantem. Alioquin ſuperfluũ eſt delinquenti ſeruo poſt plagas velle imputare ꝙ fecit: cũ huiuſcemodi correptio nõ tã emendatio ſit, quam exprobatio. Dñs autem noſter poſt reſurrectio-
Matth. 26. d nem ſecundo mittitur ad Ni-
15 c niuen: vt qui prius quodamo-
Luc. 13. c do fugerat, dicens: *Pater, ſi poſ-*
Ioan. 19 c *ſibile eſt, tranſeat à me calix iſte*: Et noluerat dare panẽ filiorũ canibus: nũc quia illi dixerant, crucifige, crucifige talem: nos
B non habemus regem niſi Cęſarem, ſponte pergit ad Niniuẽ: vt hoc prædicet poſt reſurrectionẽ, quod vt prędicaret & ante paſſionem ie fuerat imperatum. Totum autem quod iubetur, quod obedit, quod non vult: quod iterũ velle cogitur, quod patris ſecundo exequitur voluntatem, refer ad hominem, & ad formam ſerui, cui talia verba conueniunt.

c ¶ *Et ſurrexit Ionas, &c.*] Statim Ionas, ꝙ fuerat ſibi imperatũ, opere pficit. Niniue autẽ erat, ad quã pergebat propheta, ciuitas magna, & tanti ambitus, vt vix triũ dierũ poſſet itinere circũiri. At ille pcepit & ſuperioris naufragij memor, viã triũ dierum vnius diei feſtinatione cõpleuit: quãquam ſint q. ita ſimpliciter intelligãt: ꝙ in tertia tm̃ parte vbis prędicauerit, & ad reliquos cõfeſtim prædicationis ſermo per-
εἰς τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου uenerit. Dominus a. noſter proprie poſt inferos cõſurgere dicitur, & verbũ domini prędicare: quando mittit apoſto-
Matt. 28. d los vt baptizent eos qui erant in Niniue, *in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti.* h. e. itinere trium dierũ. Et hoc ipſum ſacramentũ ſalutis humanæ vnius diei via i. e. vnius Dei confeſſione pficitur: non tã apoſtolis quã in apoſtolis præ-
Ioan. 1. a dicãte Iona: Ipſe enim dicit: *Ecce ego vobiſcum ſum vſq; ad cõſummationem ſæculi.* Nulliq; dubium quare Niniue magna ſit ciuitas Dei: cum mundus & vniuerſa per ipſum facta ſint, & ſine ipſo factum eſt nihil. Notandum quoq; quod non dixerit, tribus diebus & noctibus: vel vno die & nocte: ſed abſolute diebus & die: vt oſtẽderet in myſterio Trinitatis, & vnius Dei confeſſione, nihil eſſe tenebroſum.

d ¶ *Et clamauit, &c.*] Trinus numerus qui ponitur à Lxx. nõ conuenit pœnitentiæ, & ſatis miror cur ita tranſlatum ſit: cum in Hebræo nec litterarum, nec ſyllabarũ, nec accen-
a ſalos tuum, nec verbi ſit vlla communitas. Tres n. dicitur a שלש
b arbaim & quadraginta b ארבעים. Alioquin & de Iudæa tanto itinere miſſus ꝓpheta in Aſſyrios dignã ſuæ pdicationis pœnitentiã flagitabat: vt antiqua & putrida vulnera, diu appoſito curaretur emplaſtro. Porro quadragenarius numerus

C conuenit peccatoribus, & ieiunio, & orationi, & ſacco, & lacrymis, & perſeuerantiæ deprecandi: ob quod & Moyſes quadraginta diebus ieiunauit in monte Sina, & Helias fu- Exod. 34. d
giens Iezabel indicta fame & Dei deſuper ira pendente, 3 Reg. 34 b
quadraginta dies ieiunaſſe deſcribitur. Ipſe quoq; dominus verus Iona miſſus ad prędicationẽ mundi, ieiunat quadraginta dies: & hereditatem nobis ieiunij derelinquens, ad eſum corporis ſui ſub hoc numero noſtras animas pręparat. Quod a. clamauit, euangelicũ illud expletur: Stans clamabat in templo, dicens, *Qui ſitit,* Ioan. 7. f
*veniat ad me & bibat.* Omnis n. ſermo ſaluatoris, qui de magnis prædicabat, clamor appellatur.

e ¶ *Et crediderunt viri Niniuitæ in Deum, &c.*] Credidit Niniue, & Iſrael incredulꝰ perſeuerat. Credidit præputium, & circunciſio permanet infidelis. Et primũ credunt viri de Niniue, qui ad ætatẽ Chriſti peruenerant prædicantq; ieiunium, & veſtiuntur ſaccis à maiore vſque ad minorẽ: Dignus & victus & habitus pœnitentiæ: vt qui offenderant Deum luxu & ambitione, eorũ damnatione placẽt, per quæ prius offen-
D derant. Saccus & ieiunium, arma ſunt pœnitentiæ, auxilia peccatorum: ante, ieiunium, & ſic ſaccus: ante, quod occultum eſt, & poſtea, quod palam: hoc ſemper Deo, illud interdum exhibet hominibus. Et ſi è duobus neceſſarijs vnũ eſt ſubtrahẽdum: magis ieiunium abſq; ſacco, quã ſaccũ eligam abſq; ieiunio. Maior ætas incipit, & vſq; ad minorẽ peruenit: nullꝰ enim abſq; peccato, *& ſi vnius quidem diei fuerit vita eius*, & Iob. 14. b
numerabiles anni vitæ illius. Si n. *ſtellæ nõ ſunt mundæ in cõ-* Sec. 70.
*ſpectu Dei*, quãto magis vermis & putredo, & hi q. peccato Iob. 25. b
offendentis Adam tenentur obnoxij? Sed & ordo pulcherrimus: Præcipit Deus prophetæ, propheta pdicat ciuitati: prius viri credunt, & illis ieiuniũ prædicãtibus, omnis ætas ſacco induitur: viri non prędicant ſaccum, ſed tm̃ ieiuniũ: At vero hi, quibus pœnitentia præcipitur, conſequenter ad ieiunium ſaccum copulant: vt inanis venter, & habitus luctuoſus ambitioſius dominum deprecentur.

f ¶ *Et peruenit verbum ad regem Niniue: & ſurrexit de ſolio ſuo, &c.*] Scio pleroſq; regem Niniue (qui extremus audiat prædicationem: deſcendat de ſolio ſuo, & priſtinum abijciat ornatum, veſtituſq; ſacco, ſedeat in cinere: nec ſua cõuerſione contentus, cæteris quoque conducibus ſuis prædicet pœnitentiam, dicens: Homines, & iumenta, & boues, & pecora crucientur fame, operiantur ſaccis, & damnatis priſtinis vitijs, totos ſe conferant ad pœnitentiam) ſuper diabolo interpretari: qui in fine mundi, quia nulla rationabilis, & quæ à Deo facta ſit creatura pereat, deſcendẽs de ſua ſuperbia, acturus ſit pœnitentiam, & in locum priſtinum reſtituendus. Ad cuius ſenſus comprobationem, etiam illud de Daniele exemplũ proferunt: vbi Nabucho- Dan. 4. c
donoſor acta per ſeptem annos pœnitentia, in regnum priſtinum reſtituitur. Sed hoc quia ſcriptura ſancta nõ dicit, & euertit penitus timorem Dei: dum facile homines labuntur ad vitia, putantes etiam diabolum, qui auctor malorum eſt, & omnium peccatorum fons, acta pœnitentia, poſſe ſaluari, de noſtris mentibus abijciamus. Et Matt. 25. d
ſciamus peccatores in euangelio mitti in ignem ęternum, qui præ-



Eſai. 66. g qui præparatus ſit diabolo & angelis eius, & de his dici: *Vermis eorum non morietur, & ignis eorũ non extinguetur.* Sci-
Pſal. 114. a mus quidem clementem eſſe Deum: nec qui peccatores ſumus, crudelitate illius delectamur: Sed legimus: *Miſericors & iuſtus dominus, & Deus noſter miſeretur.* Iuſtitia Dei vallatur miſericordia, & tali ad iudiciũ ambitione procedit:
Pſalm 84. b ſic parcit, vt iudicet: ſic iudicat, vt miſereatur. *Miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi: Iuſtitia & pax oſculatæ ſunt ſe:* Alioquin ſi oẽs rationabiles creaturæ æquales ſunt, & vel ex virtutib. vel ex vitiis ſpõte propria, aut ſurſũ erigũtur aut in ima mergũtur, & lõgo poſt circumitu atq; infinitis ſæculis, omnium rerũ reſtitutio fiet, & vna dignitas militantiũ: quæ diſtantia erit inter virginẽ & proſtibulũ? Quæ differentia erit inter matrem domini, & (quod dictu quoq; ſcelus eſt) victimas libidinũ publicarũ? Idẽ ne erit Gabriel & diabolus? Idem Apoſtoli & dæmones? Idem prophetæ & pſeudoprophetę? Idẽ martyres & perſecutores? Finge ꝙ libet: annos & tẽpora duplica, & infinitas ætates congere cruciatibus: ſi finis omniũ ſimilis eſt præteritũ omne pro nihilo eſt: quia non
F q̃rimus quid aliquando fuerimus, ſed quid ſemper futuri ſimus. Nec ignoro quæ ad uerſum hæc ſoleãt dicere, & ſpẽ ſibi ac ſalutẽ cum diabolo pparare. Verũ nõ eſt iſtius tẽporis cõtra dogma peruerſũ & σύμφυρμα, diabolicum regnum docentium, & angelis publice denegantiũ priuilegium, latius ſcribere. Sufficit nobis indicaſſe quid de hoc teſtimonio ſenſerimus, & quaſi in cõmentariis breuiter intimare, quis ſit rex Niniue, ad quem extremum Dei ſermo perueniat. Quid valeat apud homines ſæculi eloquẽtia, & ſapientia ſæcularis, teſtes ſunt Demoſthenes, Tullius, Plato, Xenophon, Theophraſtus, Ariſtoteles, & cęteri oratores ac philoſophi: qui velut reges habentur hominum, & præcepta eorum non vt præcepta mortalium, ſed quaſi oracula accipiuntur deorum. Vnde & Plato dicit: Felices fore respublicas, ſi aut philoſophi regnent, aut reges philoſophentur. Quam aũt difficile iſtiuſmodi homines credant in Deum, vt quotidiana exempla prætercam, & ſileã de veteribus hiſtoriis ethnicorũ, ſufficit nobis Apoſtoli teſtimonium, qui ad Corinthios
1. Cor. 1. d ſcribens, ait: *Videte fratres vocationẽ veſtrã: quia non ſunt multi ſapientes ſecundum carnem, non multi potentes, non multi nobi-*
1. Cor. 1. c *les: ſed ſtulta mũdi elegit Deus, vt confundat ſapientes, & infirma mundi elegit Deus, vt confũdat fortia, & ignobilia mundi, & ea*
Col. 2. b *quæ erant contemptibilia elegit Deus*, & cætera. Vnde rurſum dicit: *Perdam ſapientiam ſapientium, & intelligentiam prudentiũ reprobabo.* Et: *Videte ne quis vos ſpoliet per philoſophiã, & inanẽ ſeductionẽ.* Ex quo perſpicuũ eſt pdicationem Chriſti reges mundi audire nouiſſimos, & depoſito fulgore eloquẽtiæ, & ornamẽtis ac decore verborũ, totos ſe ſimplicitati & ruſticitati tradere, & in plebeiũ cultũ redactos ſedere in ſordibus, & deſtruere quod ante prædicarant. Proponamus nobis beatũ Cyprianũ: qui prius idololatriæ aſſertor fuit, & in tantam gloriam venit eloquentiæ, vt oratoriã quoq; doceret Carthagini, audiſſe tandem ſermonẽ Ionæ, & ad pœnitentiã conuerſum, in tantã veniſſe virtutem, vt Chri-

HEB.

ſacco, & ſedit in cinere. Et clamauit, & dixit in Niniue, ex ore regis & principũ eius, dicens: Homines & iumenta, & boues, & pecora non guſtẽt quicquam, nec paſcantur, & aquam non bibant. Et operiãtur ſaccis homines & iumenta, & clament ad dominum in fortitudine, & conuertatur vir à via ſua mala, & ab iniquitate quæ eſt in manibus eorum. Quis ſcit ſi conuertatur, & ignoſcat Deus, & reuertatur à furore iræ ſuæ, & non peribimus? a Et vidit Deus opera eorũ, quia cõuerſi ſunt de via ſua mala, & miſertus eſt Deus ſuper malitia quam locutus fuerat vt faceret eis, & non fecit.

SEPT.

*ſacco, & ſedit in cinere. Et prædicatum eſt in Niniue à rege & ab omnibus maioribus eius, dicentibus: Homines & iumenta, & boues, & oues non guſtent quicquam, nec paſcantur, & aquam non bibant. Et cooperti ſunt ſaccis homines & iumenta, & clamauerunt ad dominum vehementer, & reuerſus eſt vnuſquiſque de via ſua mala, & ab iniquitate quæ erat in manibus eorum dicentium. Quis ſcit ſi conuertatur Deus & exhortetur, & auertatur ab ira furoris ſui & non pereamus? Et vidit Deus opera eorum, quoniam reuerſi ſunt de viis ſuis malis, & egit pœnitentiam Deus ſuper malitia quam locutus fuerat vt faceret eis, & non fecit*

CAPVT IV.

HEB.

ET afflictus eſt Ionas afflictione magna, & iratus eſt, & orauit, ad dominum, & dixit: a Obſe-

CAP. IV.

SEPT.

*ET cõtriſtatus eſt Ionas triſtitia grandi, & cõfuſus eſt: orauitque ad dominum & ait:*

*O do-*

G ſtũ publice prædicaret, & pro illo ceruicẽ gladio flecteret. Profecto intelligimus regem Niniue deſcendiſſe de ſolio ſuo, & purpuram ſacco, vnguenta luto, munditias ſordib. commutaſſe: nõ ſordib. ſenſuũ, ſed verborum. Vnde & de Babylone in Hieremia dicitur: *Calix aureus Babylon inebriãs omnem terram.* Quem non in- Hier. 51 a
ebriauit eloquẽtia ſæcularis? Cuius non animos cõpoſitio ne verborum, & diſertitudinis ſuæ fulgore perſtrinxit? Difficile homines potẽtes, & nobiles & diuites, & multo his difficilius, eloquentes credunt Deo: obcæcatur n. mens eorũ diuitiis, & opib. atq; luxuria: & circũdati vitiis, nõ poſſunt videre virtutes: ſimplicitatem que ſcripturæ ſanctæ non ex maieſtate ſenſuũ, ſed ex verborũ iudicant vilitate. Cum aut ipſi qui prius mala docuerant, verſi ad pœnitẽtiam docere cœperint bona: tũc videbimus Niniuiticos populos vna prædicatione cõuerti: & fieri illud ꝙ in Eſaia legimus: *Si nata eſt gens ſimul.* Homines Eſai 66. e
quoq; & iumenta operta ſac- Sec 70.
cis & clamantia ad dominum, eodem ſenſu intellige: Quod & rationabiles, & irrationabiles, & prudentes ac ſimplices ad prædicationẽ Ionę agant pœnitentiã: iuxta illud ꝙ & alibi dicit. *Homines & iumẽta* Pſalm. 35. b
H *ſaluabis domine.* Poſſumꝰ autẽ iumẽta operta ſaccis & aliter interpretari: de his maxime teſtimoniis in quib. legimus: Sol & luna induentur ſacco. Ezech 32. b
Et in alio loco: *Induam cœlum* Eſai. 50. b
*ſacco*: pro lugubri ſcilicet habitu, & mœrore atq; mœſtitia quæ καταφθελκῶς ſaccus nominatur. Illud quoq; ꝙ dicitur: Quis ſcit ſi cõuertat, & ignoſcat Deus? ideo ambiguũ ponit & incertũ: vt dũ homines dubij ſunt de ſalute, fortius agãt pœnitentiã, & magis ad miſericordiã prouocẽt Deũ.

a ¶ *Et vidit Deus opera eorum, &c*] Secundum vtramque intelligentiã, ſiue tunc vrbis Aſſyriæ, ſiue quotidie mundi, Deus populis comminatur, vt agant pœnitentiã: qui ſi conuerſi fuerint, ipſe quoque vertit ſententiam ſuam, & populi cõuerſione mutatur: Quod Hieremias & Ezechiel mani- Hier 18 b
feſtius explicant: nec bona videlicet implere dominũ quæ Ezech. 33.
pmiſerit, ſi boni vertantur ad vitia: nec mala quæ peſſimis cõminatur, ſi illi reuerſi fuerint ad ſalutẽ. Ita igitur & nũc vidit Deus opera: quia conuerſi ſunt à via ſua peſſima, non verba audiuit, quæ ſolebat Iſrael ſæpe promittere. *Omnia* Exod 24 b
*quæcunq; dixerit dominus, faciemus*, ſed opera conſpexit, quia mauult pœnitentiam pecatoris, quam mortem, libenter mutauit ſententiam, quia vidit opera cõmutata. Quin potius Deꝰ perſeuerauit in ꝓpoſito ſuo miſereri volẽs ab initio, nemo. n punire deſiderãs, quod facturus eſt, cõminatr. Malitiã autẽ (vt ſupra diximus) pro ſuppliciis & tormẽtis accipe, non quod Deus mali facere quicquam cogitaret.

CAPVT IV.

ET *afflictus eſt, &c.*] Videns ſubintrare gentium plenitudinem, & illud impleri quod in Deuteronomio dicitur. *Ipſi me irritauerunt in his qui non ſunt dij, & ego eos irritabo* Deut. 32. c
*ſuper gente, quæ non eſt, ſuper natione ſtulta eos ad iracundiam* Sec 70.
*concitabo*, deſperat de ſalute Iſraelis, magno dolore concutitur, qui erupit in vocẽ, & cauſas mœroris exponit, & quodãmodo loquitur. Ego ſolus electus ſum de tanto numero ꝓphetarũ, qui p aliorũ ſalutẽ ruinã meo populo nũciarem. Non igi-

A
Luc. 19.f
Marc. 7.c
Act. 13.g
Rom. 9.a

Non igitur contriſtatur, vt quidã putãt, quod gentiũ multitudo ſaluetur, ſed quod pereat Iſrael. Vnde & dominus noſter fleuit ſuper Hieruſalẽ, & noluit tollere panem filiorum, & dare eum canibus. Et Apoſtoli primum prædicant Iſraeli. Et Paulus cupit eſſe anathema ꝑ fratribus ſuis, qui ſunt Iſraelitæ: *& quorũ adoptio, & gloria, & teſtamẽtũ, & repromiſsiones, & legislatio: ex quib⁹ patres, ex quib. Chriſtus eſt ſecundũ carnem.* Pulchre a. dolens (quod interpretatur Ionas) affligitur dolore, & triſtis eſt

Matt. 26. d

anima eius vſque ad mortẽ: quia ne periret populus Iudæorum, quantum in ſe fuit, multa perpeſſus eſt. Hiſtoriæ quoq; magis dolentis cõuenit nomẽ, ſignificãs laborioſum prophetã, & peregrinationis atq; naufragij miſeriis prægrauatum.

a ¶ *Obſecro domine nõne iſti sũt ſermones mei, &c.*] Hoc quod nos interpretati ſumus, obſecro, & LXX. tranſtulerũt ὦ δὴ,

a annia

in Hebraico legitur [a] אנה quæ mihi videtur interiect o deprecantis ſignificare blandientis affectũ. Quia igitur oratio eius, dũ ſe dicit iuſte fugere voluiſſe, quodammodo iniuſtitiæ arguit dominũ, que relas ſuas obſecrationis exordio tẽperat. Nũquid, ait, non

B

h.e. verbũ meũ, cum adhuc eſsẽ in terra mea? ſciui te hoc eſſe facturũ: non ignorabam miſericordẽ: propterea ſeuerũ & truculentũ nunciare nolebam: ideo fugere volui in Tharſis, vacare contẽplationi rerũ, & in mari iſtius ſæculi quiete potius & otio perfrui: Dimiſi domũ meam, re-

Hier. 12. b

liqui hereditatẽ meã: egreſſus ſum de ſinu tuo, & veni. Si miſericordẽ dicerẽ atq; clementẽ & ignoſcentẽ malitiæ, nullus ageret pœnitentiam; ſi crudelem, & tantum iudicẽ nunciarem, ſciebam hoc tuæ non eſſe naturæ. In hoc ergo ambiguo poſitus, malui fugere potius, quam aut pœnitentes lenitate decipere, aut de te prædicare quod non eras. Tolle igitur domine animam meam. *In manus* enim *tuas commendo ſpiritum meum*: melior quippe mihi eſt mors quã

Luc 23, f

vita. Viuens vnam Iſrael gentem ſaluare nõ potui: moriar & mundus ſaluabitur. Hiſtoria manifeſta eſt, & ſuper perſona prophetæ ſic poteſt intelligi, vt crebro iam diximus: quod propterea contriſtetur, & mori velit, ne conuerſa multitudine gentium, in æternum pereat Iſrael.

b hara lach

b ¶ *Et dixit dominus: putas ne bene iraſceris tu? &c.*] verbum Hebraicũ [b] חרה לך, & iratus es tu, & contriſtatus es tu, tráſferri poteſt: quod vtrumque & prophetæ & domini perſonæ conuenit: quod vel iratus ſit, ne videretur apud Niniuitas fuiſſe mentitus: vel contriſtatus, intelligens Iſrael eſſe periturum. Et rationabiliter non ei dicit, malè iratus es, vel contriſtatus es: ne videretur reprehendere contriſtatum. Nec rurſum, bene iratus es aut contriſtatus: vt vel cauſis iræ reſpondeat vel mœroris: aut ſi ille tacuerit, verum Dei iudicium ex eius ſilentio comprobetur.

Gen. 4. c

c ¶ *Et egreſſus eſt Ionas de ciuitate, &c.*] Primus Cain fratricida, & homicida cruentũ mundum germani ſanguine dedicans, ædificauit ciuitatem, & vocauit eam ex nomine filij

Oſee. 11. c
Pſal. 67 e

ſui Enoch. Vnde & Oſee propheta dicit: *Deus ego, & non homo, in medio tui ſanctus, & non ingrediar in ciuitatem*: *Domini enim* (Pſalmiſta dicente) *ſunt exitus mortis.* Quamobrem

Deut 4.g
ראמות

& vna fugitiuorum ciuitas appellatur Ramoth, quod interpretatur viſio mortis. Et recte quicumque fugitiuus eſt,

HEB.

[a] Obſecro domine, nunquid non h. e. verbum meum, cum adhuc eſsẽ in terra mea? propter hoc præoccupaui vt fugerem in Tharſis: Scio enim quia tu Deus clemens & miſericors es, patiens & multæ miſerationis, & ignoſcens ſuper malitia. Et nunc domine tolle quæſo animam meam, à me, quia melior eſt mihi mors quam vita, [b] Et dixit dominus: putas ne bene iraſceris tu?

SEPT.

*O domine nonne iſti ſunt ſermones mei, cum adhuc eſſem in terra mea? propterea præoccupaui fugere in Tharſis: Scio enim quod tu miſericors, & miſerator, patiens & multæ miſerationis, & agens pænitentiam ſuper malitiis. Et nunc dominator domine tolle animam meam à me, quia melius eſt mihi mori quam viuere. Et dixit dominus ad Ionam: vehementer contriſtatus es tu?*

[c] Et egreſſus eſt Ionas de ciuitate, & ſedit contra orientem ciuitatis: & fecit ſibimet vmbraculum ibi, & ſedebat ſubter illud in vmbra, donec videret quid accideret ciuitati.

HEB.

[d] Et præparauit dominus Deus hæderam, & aſcendit ſuper caput Ionæ, vt eſſet vmbra ſuper caput eius, & protegeret eum, laborauerat enim & lætatus eſt Ionas ſuper hædera, lætitia magna. Et

SEPT.

*Et præcepit dominus Deus cucurbitæ, & aſcendit ſuper caput* Ionæ, *vt eſſet vmbraculum ſuper caput eius, & protegeret eum à ſuis malis: lætatuſque eſt* Ionas *ſuper cucurbita gaudio magno.* *Et*

C
יורדן
יונה

& propter peccata non meretur habitare Hieruſalẽ, habitat in vrbe mortis, & eſt trans fluenta Iordanis, qui deſcenſus exprimitur. Egreditur ergo colũba, vel dolẽs de iſtiuſmodi ciuitate, & habitat contra orientẽ, vnde ſol oritur, & eſt ibi in tabernaculo ſuo: vbi labẽtia quæq; tẽpora contẽplatus, expectat quid ſupradictæ eueniat ciuitati: antequã Niniue ſaluaretur, & areſceret cucurbita, anteq̃ Chriſti euangeliũ coruſcaret, & cõpleretur Zachariæ ꝓphetia:

Zach. 6. c

*Ecce vir oriens nomẽ eius*: Ionas ſub vmbraculo erat: Nec dũ quippe veritas venerat, de qua idẽ euãgeliſta & Apoſtolus loquit: *Deus veritas eſt.* Et

1. Ioan. 4. c

eleganter additur *Et fecit ſibimet vmbraculũ ibi iuxta Niniuẽ.* Sibimet fecit: nullus. n. de Niniuitis tunc tẽporis habitare poterat cum propheta: & ſedebat ſub vmbra, vel iudicis habitu, vel de ſua maieſtate contract⁹, & accinctus lũbos in fortitudine: vt non tota ad pedes, & ad nos qui deorſum ſumus, veſtimenta defluerẽt, ſed in ſe artiori baltheo contraherẽtur. Porro ꝙ dicit: vt videret quid accideret ciuitati, ſolita conſuetudine vtitur ſcripturarum, vt humanos Deo iungat affectus.

d ¶ *Et præparauit dominus Deus hæderã, &c.*] In hoc loco quidam Canthelius de antiquiſſimo genere Corneliorũ, ſiue, vt ipſe iactat, de ſtirpe Aſinij Pollionis, dudum Romæ

D

dicitur me accuſaſſe ſacrilegij, ꝙ pro cucurbita hæderã tranſtulerim: timuit videlicet ne ſi ꝓ cucurbitis hederæ naſcerẽtur, vnde occulte & tenebroſe biberet, nõ haberet. Et reuera in ipſis cucurbitis vaſculorum (quas vulgo Saucomarias vocant) ſolent Apoſtolorum imagines adumbrari: è quib. & ille non ſuũ ſibi nomẽ aſſumpſit. Quod ſi tam facile vocabula cõmutantur: vt pro Corneliis ſeditioſis tribunis, Æmilii conſules appellentur: miror cur mihi non liceat hederam transferre pro cucurbita. Sed veniamus ad ſeria. Pro cucurbita, ſiue hædera, in Hebræo legimus [c] קיקיון: quæ etiam lingua Syra & pu-

c kikaion

nica Elkeroa dicitur: Eſt a. genus virgulti, vel arbuſculæ, lata habens folia in modum pampini, & vmbrã denſiſſimã, ſuo trunco ſe ſuſtinens: quæ in Palæſtina creberrime naſcitur, & maxime in arenoſis locis: mirumq; in modum ſi ſementem in terram ieceris, cito confota cõſurgit in arborẽ, & intra paucos dies quam herbam videras, arbuſculã ſuſpicis. Vnde & nos eodẽ tempore, quo interpretabamur Prophetas, voluimus idipſum Hebrææ linguæ nomen exprimere, quia ſermo Latinus hanc ſpeciẽ arboris non habebat: ſed timuimus grammaticos, ne inuenirent licentiã cõmentandi, & vel beſtias Indiæ, vel montes Bæotiæ, aut iſtiuſmodi quædam portenta confingerent: ſecutique ſumus veteres tranſlatores, qui & ipſi hæderã interpretati ſunt: quæ Græcè appellatur κιττὸς, aliud enim quid dicerẽt, non habebãt. Diſcutiamus ergo hiſtoriam, & ante myſticos intellectus, ſolam litterã ventilemus. Cucurbita & hædera huius naturæ ſunt vt per terram reptent, & abſque furcis vel adminiculis, quibus innituntur, altiora non appetãt: Quo modo igitur ignorante propheta, cucurbita in vna nocte conſurgens vmbraculum præbuit, quæ naturã non habet ſine pergulis, & calamis, vel haſtilib. in ſublime cõſurgere? Kikaion a. cũ in ortu ſubito miraculum prębuerit, & potentiam oſtenderit Dei in protectione virentis vmbraculi, naturam ſuam

ſecuta



E
Eſai. 1. b
Sec. 70.

Ad perſonam vero domini Saluatoris, ne penitus propter φιλοκολόκυνθον, cucurbitam relinquam⁹: ſic referri poteſt, vt illud cõmemoremus Eſaiæ: *Relinquetur filia Sion ſicut tabernaculum in vinea, & velut caſula in cucumerario: quaſi ciuitas quæ expugnatur.* Et dicamus, quia in alio ſcripturæ loco cucurbitam non inuenimus, ꝙ vbi cucumis naſcit, ibi naſci ſoleat & cucurbita. Et Iſrael huic generi cõparatur: quod quondam protexerit Ionam ſub vmbra ſua, conuerſionem gentium præſtolantem, & non paruam lætitiam tribuerit ei, faciens vmbraculum, & tabernaculum potius quam domũ: habens tectorum imaginẽ, domorũ non habens fundamenta. Porro Kikaion noſtra, arbuſcula modica, cito conſurgens, & cito areſcẽs, ordine & vita cõparabitur Iſraeli: radices paruas mittẽti in terrã, & conãti quidem in excelſa ſuſtolli, ſed altitudinẽ cedrorũ Dei, & abietum non ęquanti.

Matt. 3. a
Ioan. 3. d

Quod mihi vidẽtur & locuſtę ſignificare, quibus veſcebatur Ioannes: qui dicit ſub typo Iſraelis: *Illum oportet creſcere, me autẽ minui*: animal paruum, infirmas habens alas, de terra q̃dẽ cõſurgẽs, ſed alti⁹ nõ valẽs auolare, vt plus ſit quã reptile, & tamen auibus nõ æquetur.

F

a ¶ *Et parauit Deus vermem aſcenſione diluculi in craſtinum, &c.*] Antequam oriretur ſol iuſtitiæ, virens erat vmbraculum, & nõ arebat Iſrael poſtquam ille ſurrexit, & tenebræ Niniuiticæ eius luce diſcuſſæ ſunt: paratus vermis in craſtinum aſcenſione diluculi (de quo viceſimus primus pſalmus inſcribitur pro aſſumptione matutina: & qui abſq; vllo ſemine de terra oritur, & di-

Pſal. 21. b

cit: *Ego ſum vermis & non homo*) percuſſit vmbraculũ: quod deſertum auxilio Dei omnem virorem perdidit. *Præcepitq; ne*

Oſee 13. d

*dominus vento calido & vrenti*: de quo prophetatur in Oſee: *Adducet vrentem ventum dominus de deſerto aſcendentem, & ſiccabit venas eius, & deſolabit fontem eius.* Et æſtuare cœpit Ionas, & iterum velle mori in baptiſmate cum Iſraele: vt in lauacro recipiat humorem, quem in negatione perdiderat.

Act. 2. f

Vnde & Petrus arentibus loquitur Iudæis: *Pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum in nomine Ieſu Chriſti, in remiſsionem peccatorum veſtrorum, & accipietis donum Spiritusſancti.* Sunt qui vermem & vrentem ventum, Romanos intelligant duces, qui poſt reſurrectionem Chriſti Iſrael penitus deleuerunt.

b ¶ *Et dixit dominus ad Ionam: putas ne bene iraſceris tu ſuper hæderam? Et dixit: bene iraſcor ego vſque ad mortem.*] Supra Niniuitis agentibus pœnitentiam, & gentium vrbe ſaluata, interrogans idipſum propheta: Putas ne bene iraſceris tu? Nihil reſpondit, ſed interrogationem Dei ſilentio cõprobauit: ſciens enim clementem eſſe Deum, & miſericordem, & patientem, & multę miſerationis, & ignoſcentem malitiis, ſuper ſalutem gentium non dolebat: hic autem, poſtquam in ſiccata cucurbita aruit Iſrael, & cum diſtinctione

היטב
חרה לי

interrogatus; bene iraſceris tu ſuper hædera? Confidenter reſpõdit & dicit. *Bene iraſcor ego* vel *contriſtor vſque ad mortẽ*, non enim ſic volui ſaluare alios, vt perirent alij, non ſic alienos lucrifacere, vt meos perderẽ. Et reuera vſque ad præſentem diem Chriſtus plangit Iſrael, & Hieruſalem plãgit, vſque ad mortem, non ſuam, ſed Iudęorum, vt moriantur negantes, & reſurgant Dei filium confitentes.

HEB.

[a] Et parauit Deus vermẽ aſcẽſione diluculi in craſtinũ, & percuſſit hæderã & exaruit. Et cũ ortus fuiſſet ſol, pręcepit domin⁹ vento calido & vrenti, & percuſſit ſol ſuper caput Ionę, & æſtuabat, & petiit animæ ſuæ vt moreretur, & dixit; Melius eſt mihi mori quã viuere. [b] Et dixit domin⁹ ad Ionã; putas ne bene iraſceris tu ſuper hęderã? Et dixit; bene iraſcor ego vſque ad mortẽ. [c] Et dixit dñs; tu doles ſuper hædera, in qua nõ laboraſti, neq; feciſti vt creſceret; quę ſub vna nocte nata eſt, & ſub vna nocte periit, Et ego non parcã Niniue ciuitati magnę, in qua ſunt pluſquã centũ viginti millia hominũ, qui neſciũt quid ſit inter dexterã & ſiniſtrã ſuã, & iumenta multa.

SEPT.

*Et præcepit Deus vermi mane in craſtinum, & percuſsit cucurbitam, & arefacta eſt. Statimque vt ortus eſt ſol, præcepit dominus ſpiritui ardoris vrenti, & percuſsit ſol ſuper caput* Ionæ, *& anguſtiatus eſt, & tæduit eum animæ ſuæ, & dixit: Melius eſt mihi mori quam viuere. Et dixit dominus Deus ad Ionam: valde contriſtaris tu ſuper cucurbita? Et ait; valde contriſtor ego vſque ad mortem. Et dixit dominus; tu pepercisti ſuper cucurbita, pro qua non laboraſti, neque nutriſti eam; quæ nata eſt in nocte, & in nocte periit; Ego autem non parcam Niniue ciuitati magnæ, in qua habitant pluſquam duodecim myriades virorum, qui ignorant dexteram & ſiniſtram ſuam, & pecora multa.*

G

c ¶ *Et dixit dominus: tu doles ſuper hædera, &c.* Nimię difficultatis eſt exponere, quo modo iuxta tropologiam dicatur ad filiũ: *Tu doles ſuper hædera in qua non laboraſti, neque feciſti vt creſceret*: cum *omnia per ipſum facta ſint, & ſine ipſo factũ eſt nihil.* Vnde quidam locum iſtum interpretans, vt immi-

Ioan. 1. a

nentem ſolueret quęſtionem, incurrit blaſphemiam. Aſſumẽs enim illud de euãgelio: *Quid me dicis bonũ? nemo bonus*

Mar. 10. b

*eſt niſi vnus Deus*: patrẽ interpretatus eſt bonũ: filium vero ad comparationem eiuſq; perfecte & vere bonus ſit, in minori gradu poſitum: & nõ cõſiderauit, hęc dicens, quod in Marcionis potius incurrerit hæreſim: q alterum Deum tm̃ bonum, alterum infert iudicem & conditorem: quam Arij, qui cum maiorẽ patrẽ, & minorem filium prædicet, tñ filium non negat conditorem. Ergo cũ venia audienda ſunt, q̃ dicturi ſumus, & conatus noſtri fauore potius, & orationibus fouendi & adiuuãdi, quã ſpernẽdi aure maleuola: qa carpere & detrahere vel imperiti poſſunt: doctorum autẽ eſt, & qui laborantiũ nouere ſudorẽ, vel laſſis manũ porrigere, vel errãtibus iter oſtẽdere. Dominus noſter atq; Saluator nõ ita laborauit in Iſrael, quo modo

H

laborauit in gẽtium populo. Deniq; Iſrael loquitur confidenter: *Ecce tot annis ſeruio tibi, & nunquam mandatũ tuũ præterini, & nũquã dediſti mihi hædum, vt cũ amicis meis epularer:*

Luc. 15. g

*ſed poſtquam filius tuus hic, qui deuorauit ſubſtantiam ſuam cum meretricibus, venit, occidiſti illi vitulum ſaginatum*: Nec tamẽ confutatur à patre, ſed clementer ei dicitur: *Fili, tu ſemper mecum es & omnia mea tua ſunt: epulari & gaudere te oportebat, quia hic frater tuus mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus eſt.* Pro gentium populo immolatus eſt vitulus ſaginatus,

Heb. 10.
Pſal. 48. b

& pretioſus ſanguis effuſus eſt, de quo Paulus ad Hebræos pleniſſime diſputat; Et Dauid in pſalmo: *Frater*, inquit, *non redimit, redimet homo.* Decreuit Chriſtus, vt ille creſceret: Iſte mortuus eſt, vt ille viueret: hic deſcẽdit ad inferos, vt ille cœlos aſcenderet. In Iſrael vero nullus tantus labor fuit. Vnde & inuidet iuniori fratri, quod poſt ſubſtantiam cum meretricibus lenonibuſque prodactã, recipiat anulũ & ſtolam, & polleat priſtina dignitate. Quod autem ait: quæ ſub vna nocte nata eſt: ſignificat tempus ante aduentum Chriſti qui mundi lumen fuit, de quo dicitur *Nox præ-*

Rom. 13. d.

*ceſsit, dies autem appropinquauit.* Et vna nocte periit: quando occubuit eis ſol iuſtitiæ, & Dei perdidere ſermonem. Ciuitas vero Niniue magna atq; pulcherrima, ꝓfigurat eccleſiam: in qua maior eſt numerus quam decem tribuũ Iſrael: ꝙ & fragmẽta in ſolitudine ſignificant duodecim cophinorum. Ignorant autem quid ſit inter dextram & ſiniſtrã,

Luc. 9. b

vel propter innocentiã & ſimplicitatẽ, vt lactentem monſtret ætatem, & relinquat intellectui, quantus ſit numerus ætatis alterius, cum tantus ſit paruulorum. Vel certe (quia

2. Tim 2. 6

magna erat vrbs: *& in domo magna non ſolum vaſa ſunt aurea & argentea, ſed & lignea & fictilia*) erat in ea plurima multitudo, quæ ignorabat ante actam pœnitentiam, quid eſſet inter bonum & malum, inter dextram & ſiniſtram: Sed & iumenta multa. Multus eſt enim in Niniue numerus iumentorum & irrationabilium hominum: qui comparnatur

Pſal. 48. c.

iumentis inſipientibus, & aſſimilantur eis.

*Commentarij Hieronymi in Ionam prophetam ad Chromatium Epiſcopum finis.*

DIVI

A
# DIVI HIERONYMI PRESBYTERI
## IN MICHEAM PROPHETAM AD PAVLAM ET EVSTOCHIVM.

### PROLOGVS.

*MICHEAS, in quem nunc commentarios dictare cupio, in ordine duodecim prophetarum, ſecundum LXX. interpretes tertius eſt, ſecundum Hebraicam veritatem, ſextus, & ſequitur Ionam prophetam, qui ſuccedit Abdiæ: atque ita fit vt tertius ſit Amos, & Ioel ſecundus poſt Oſee, qui apud omnes primus eſt. Ergo quaſi in corde voluminis poſitus, debet profunda continere myſteria, & ſermo Dei, qui ſemper deſcendit ad prophetas, deſcendit ad Micheam quoque, qui*
מיכה מרשתי *interpretatur humilitas; ad Micheam de Moraſthi: qui vſque hodie iuxta Eleutheropolim vrbem Palæſtinæ haud grandis eſt viculus. Moraſthi autem in lingua noſtra hæredem ſonat. Pulchre igitur humilitas, quæ inter virtutes vel præcipua eſt, ſpe hereditatis dominicæ naſcitur. Humilitas autem, non*
1. Pet. 5 b — *illa quæ venit de conſcientia peccatorum, ſed quæ inter virtutes ponitur: iuxta quam dicitur*: Humiliamini ſub
Luc 18. c. Pau. 18. b — potenti manu Dei, vt nos exaltet in tempore viſitationis: *Et*: qui ſe humiliat, exaltabitur. *Et* ante
Matt. 11. d — contritionem eleuatur cor viri, & ante gloriam humiliatur. *Vnde & dominus*: Diſcite (*inquit*) à me: quia mitis ſum, & humilis corde. *Quo modo ergo apud nos votiua, & quaſi ob virtutis auſpicium ponuntur vocabula: verbi gratia:* Victoris, *Caſti, Pij, Probi, & apud Græcos* Σώφρων *vocatur, &* εὐσεβὴς, *& appellatiua nomina vertuntur in propria: Sic apud Hebræos, & Micheas, & Abdias, & Zacharias, cæteraque his ſimilia, ex virtutum vocabulo liberis à parentibus imponuntur.*

## COMMENTARIORVM HIERONYMI IN MICHEAM PROPHETAM.

### LIBER PRIMVS.

B
VERBVM *domini, &c. quod vidit ſuper Samariam, &c.*] Siue iuxta LXX. περὶ ὧν εἶδεν περὶ σαμαρείας, id eſt, de quibus vidit Samariam, & Hieruſalem: factum eſt ad Michæam, poſt Oſee, Amos, & Eſaiam, qui ſub Ozia vaticinati ſunt. Ex quo intelligimus Micheam Oziæ temporibus non propheta ſſe: ſed filij eius Ioatham, poſt quem regnauit Achaz, Ezechia in pa-
4. Reg. 17. — tris Achaz imperiũ ſuccedente: ſub quo decẽ tribus ab Aſſyriis in captiuitatem ductæ ſunt. Quantũ ergo ad hiſtoriam ptinet: ſecundum ordinẽ captiuitatis (quia primum eſt capta Samaria, metropolis Iſrael: poſtea Hieruſalem vrbs Iudæ) prophetiæ titulus ponitur. Primum de Samaria: ſecundo de Hieruſalẽ. Quantum vero ad myſticos intellectus: quia Samaria ſemper in hæreſibus accipitur, Hieruſalem in eccleſia, dicimus verbum domini fieri ad humilem, & ad cohæredem Chriſti, de peruerſis dogmatibus & de eccleſia, ſi qua forte peccata cõmiſerit, & totius
3. Reg. 12. — voluminis ordinem contexi. Quod autem Samaria & decem tribus, quæ ſciſſæ ſunt ſub rege Hieroboam à ſtirpe Dauid accipiantur in perſona hæreticorũ, & omnis quidẽ ſcriptura teſtatur, ſed maximè propheta Oſee, & hic ipſe liber, q̃ hæreticos impios, & eccleſiaſticos peccatores vocat. Statim enim ſequitur: Quæ eſt impietas Iacob, nonne Samaria? & q̃ eſt peccatum domus Iuda, nonne Hieruſalem? Hoc duntaxat iuxta Septuaginta tranſlatores. Cæterum in Hebraico quo modo legatur, poſt paululum ſubiiciemus. Sed & illud q̃ hæretici ſemp in dogmatũ ſuorum ſibi quaſi ſublimitate confidant, & eccleſiæ ſimplicitatem
Amos. 6 a. Eſai. 2. a — deſpiciant, in alio loco dicitur: *Væ qui deſpiciunt Sion, & cõfidunt in monte Samariæ; de Sion* enim *egredietur lex, & verbũ domini de Hieruſalẽ.* Porro Samaria fabricata eſt ſibi de ꝓprio cenſu vitulos aureos: habentes quidem in ſuperficie pulchritudinẽ, ſed vitalẽ ſpiritum non habentes; & fabri-
בית אל — cata eſt in domo Dei, quod interpretatur Bethel. Nec enim recipere poterat populus Iſrael Deos, niſi qui de ſcripturis, & in domo Dei fabricati ſunt. Quamuis autem conciliabula ſua vocent Bethel, tamen poſt fabricationem idolorum deſiit eſſe Bethel, & vocatur Bethauen, quod dicitur domus idoli, pro quo Septuaginta tranſtulerunt domum ὤν. Hoc de titulo: nunc veniamus ad exordium prophetiæ, & Lernæa beſtia ſæuiente, ſancti Spiritus inuocemus aduentum. Vos ô Paula & Euſtochium, ad dominum Saluatorem fũdite preces, ne mihi noceat inuidia: ſed vt mens libera id tamen cogitet, quod nititur explanare: nec ſentiat cõuiciorum alapas, quas dominus in paſſione contempſit. Mar. 14 g
בית און D

### HEB.

VERBVM domini, quod factum eſt ad Micheã Moraſthiten, in diebus Ioatham, Achaz, & Ezechiæ regum Iuda: quod vidit ſuper Samariã & Hieruſalẽ. [b] Audite populi omnes, & attendat terra & plenitudo eius, & ſit dominus Deus vobis in te-

### SEPT.

*VERBVM domini, quod factum eſt ad Micheã Moraſthiten, in diebus Ioathan, Achaz, & Ezechiæ regum Iuda quibus vidit de Samaria & Hieruſalem. Audite populi omnes, & auſcultate terra, & omnes qui ſunt in ea, & ſit domin⁹ Deus vobis*

b ¶ *Audite populi omnes, & attendat terra & plenitudo eius, & ſit dominus Deus vobis in teſtem, dominus de templo ſancto ſuo.*] Quia iuxta hiſtoriam manifeſtus eſt ſenſus, lectoris prudentiæ intelligentiam derelinquo. Iuxta tropologiam autem conuocat ad auditum populos, id eſt, totius orbis eccleſias, & ad auſcultandum terram: quia terrena in ea hæreticorum extructa ſunt dogmata. Quod autem hæreſes inter carnis opera numerentur, quæ ſemper refertur ad terram, & Apoſtolus ad Galatas non tacet, & dominus in euangelio prudenti indicat auditori: *Qui de terra eſt, de terra loquitur.* Et ad diſtinctionem eorum rurſus
Gal 5. d. — de eccleſiaſticis dicit. *Qui autem de cœlo venit, ſuper omnes eſt.* Et quod vidit & audiuit, hoc teſtatur. Si autem
Ioan. 3. d — hoc quod ait: *Audite populi*, propter illud dominicum: *Qui habet aures audiendi, audiat*: plus aliquid ſonat, quam quod poſtea infertur: *Attendat terra.* Aptabimus eccleſię,
Luc. 8. a — audite populi omnês. Hæreticis vero qui terrenam ſuſcepere doctrinam: *Attendat terra, & omnes qui in ea ſunt*: vt & iſti ſi audierint, & illi ſi attenderint, non patiantur ea, quæ poſtea ſermo domini comminatur. *Et ſit eis dominus in teſtimonium*: ſiue vt in Hebraico legitur, *in teſtem*: vel vt
לעד — apertius interpretatus eſt Symmachus, *teſtificans*, & teſtificans non aliunde, niſi de domo ſua, quæ eſt eccleſia: aut certe in filio, id eſt, in domino noſtro Ieſu Chriſto, qui vere templum eſt patris: & de cuius ore loquitur pater, viſcera penetrans & medullas eorum, qui attendere voluerint & audire.

a ¶ Quia



E
a ¶ *Quia ecce dominus egredietur de loco ſuo, & deſcendet, & calcabit ſuper excelſa terræ, & conſumentur montes ſubtus, &c.*] O Samaria & Hieruſalem audite, & diligenter attendite dominum vobis de templo ſuo teſtificantem, & prædicentem quæcunq; facturus eſt. Ecce egredietur de loco ſuo. Qui enim mitis eſt & benignus, & cuius natura clementia eſt, veſtri cauſa cogitur perſonam, q̃ non habet crudelitatis aſſumere. *Et deſcendet & calcabit ſuper excelſa terræ.* Deſcenſio Dei eſt, & maieſtatis eius ad inferiora decurſus: Calcare terram, & potentes quoſque conterere. Et conſumentur (inquit) ſiue tabeſcent montes, & valles ſub eo, quos principes intelligamus & populos. Et quo modo viciniam ignis cera non ſuſtinet, & prono curſu aquæ feruntur in præceps: ita omnis impiorum ſuperbia domino veniente ſoluetur & defluet. Hoc autem totum fiet propter ſcelera decem tribuum, quas vocat Iacob & Iſrael: & propter præuaricationem Iuda: quia in decem tribubus Samaria metropolis fuit, & in regno Iudæ, Hieruſalem excelſorum idola fabricata eſt. Hoc iuxta litteram. Tropologicè autem egredietur Dominus de loco ſuo, quem vel filium vel omnes ſanctos intelligere poſſumus. Ipſe enim filius ait: *Ego in patre*
Ioan. 14. b — *& pater in me.* Et de ſanctis: *Ha-*
Leuit. 6. b — *bitabo, & inambulabo in eis, & ero*
F — *eorum Deus, & ipſi erunt mihi populus.* De his ergo egreditur, non q̃ derelinquat eos: nam & de Apoſtolis egrediebatur ſermo domini ad audientes, & tamen non relinquebat eos, & huiuſcemodi loca, id eſt, ea quæ Deum hoſpitem habere
Matt. 8. a — mereãtur, quaſi cum Chriſto reſurgentia. & cum eo in cęleſtibus ſedentia, ſurſum poſita ſunt: Vnde & deſcendere dicitur ad eos qui doctrinam eius in monte audire nõ poſſunt. Cumque deſcenderit, non aſcendit in humilibus, & in his qui deorſum poſiti ſunt: ſed qui terræ vocantur excelſa, & qui intelligentes ad venientis domini maieſtatem commouebuntur. Et quamuis montes ſint, tamen ad talis aurigæ, & aſcenſoris pauebunt præſentiam. Valles autem, id eſt, animæ χοϊκοῖς inſertæ corporibus, nec cum cœleſti homine reſurgentes, præſentiam eius ferre non poterunt, ſed quidquid in eis durum fuerit, reſoluetur, & ita fluent, quomodo ſi quæ plana non habeant, feranturque præcipites in profundum. Veniet ergo dominus terribilis ad docendum, id eſt, ad mouendos montes, & vallium humilia reſoluenda, quia impietatem fecit Iacob, & peccatum Iſrael Impietas enim Iacob, conciliabula hęreticorum ſunt, quæ vocantur Samaria. Et peccatum Iuda, id eſt, eius qui Dominum confitetur, non eſt aliud niſi Hieruſalem, in qua multa crimina reperiuntur. Quod autem domus Iuda referatur ad Chriſtum, cuius eccleſia eſt, & ſæpè diximus, & illud ponamus ad præſens. Iuda te laudabunt
Gen. 49. b — fratres tui, manus tuæ ſuper dorſum inimicorum tuorum. Poteſt quoque & ſic intelligi, quod propter impietates Samariæ & ſcelera Iuda, egreſſus ſit dominus de loco
Matt 23 d — quondam ſuo, & dixerit ad Iudæos: *Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta.* Et deſcenderit de cœlis, & aſcenderit ſuper excelſa terræ, id eſt ſuper eos, qui ex gentium humilitate credentes, excelſi eſſe meruerunt. Et cõmmoti ſunt montes, philoſophorum dogmata, & regna ſublimia, & hi qui humiles permanſerunt, cõſumpti ſunt & contriti Saluatoris aduentu, & creſcente eccleſia, montibusque in ſublime ſurgentibus, idola corruerunt in ꝓfundum. Egreſſus eſt ergo dñs de loco ſuo, & de gentibus conſtructa eccleſia eſt: vt mouerentur montes ſub pedibus eius, & ꝓfunda vallium ſoluerentur: quia impiè egit Iacob, & peccauit Iſrael, & omnes tribus dominum negauerunt. G

### HEB.

in teſtem, dominus de templo ſancto ſuo. [a] Quia ecce dominus egredietur de loco ſuo, & deſcendet, & calcabit ſuper excelſa terræ. Et cõſumentur mõtes ſubtus eum, & valles ſcindẽtur ſicut cera à facie ignis, ſicut aquæ quæ decurrunt in præceps. In ſcelere Iacob omne iſtud, & in peccatis domus Iſrael. Quod ſcel⁹ Iacob, nonne Samaria? Et quæ excelſa Iudæ, nonne Hieruſalem? [b] Et ponã Samariam quaſi aceruum lapidum in agro cũ plantatur vinea, & detraham in vallem lapides eius, & fundamenta eius reuelabo. Et omnia ſculptilia eius cõcidentur, & omnes mercedes eius comburentur igni, & omnia idola eius ponam in

### SEPT.

*bis in teſtimonium, dominus ex domo ſancta ſua. Ecce enim dominus egredietur de loco ſuo, & deſcendet, & aſcendet ſuper excelſa terræ. Et commouebuntur montes ſubter eum, & valles tabeſcent ſicut cera à facie ignis, & ſicut aqua profluens in deſcenſum.* Propter *impietatem Iacob omnia hæc, & propter peccatum domus* Iſ*rael. Quæ eſt impietas domus Iacob, nonne Samariæ? Et quod eſt peccatum domus* Iuda, *nonne Hieruſalem? Et ponam Samariam in pomorum cuſtodiam in agro, & in plantationem vineæ, & detraham in voraginem, lapides eius & fundamenta eius reuelabo. Et cuncta ſculptilia eius concident, & vniuerſæ mercedes eius comburentur igni, & cuncta*

b ¶ *Et ponam Samariam quaſi aceruum lapidum in agro cũ plantatur vinea, & detraham in vallẽ lapides eius, & fundamẽta eius reuelabo, & omnia ſculptilia eius cõcidentur, &c.*] Secundum ordinem peccatorum, fit ordo pœnarum. Primum peccauit Samaria, & fabricata eſt idola, & pro domino vitulos adorauit: prima ergo & pereat. Deſtruã eam venientibus Aſſyriis & ponam quaſi aceruum lapidũ, cum plantatur vinea vt redigatur in tumulos: *Et detraham in vallẽ lapides eius.* Erat quippe in montibus ſita, vbi nunc Sebaſte eſt: in qua & ſancti Ioannis Baptiſtæ oſſa ſunt condita. *Et fundamenta eius reuelabo.* Tanta quippe ruina erit, & tanta vrbis ſubuerſio: vt non ſolum parietes & ædificia corruant, ſed fundamenta quoq; vſq; ad extremum lapidem reuelentur. *Et omnia ſculptilia eius*, cunctæque diuitiæ (quas diuerſi reges in eam comportauerant) *concidentur & comburentur igni*, & ad nihilum redigentur. Siquidem opes, & multiplex ſupellex, quæ ex fornicatione (vt putabantur) idolorum fuerãt congregata, ducentur ad aliam meretricem, id eſt ad Niniuen: vt quo modo in terra ſua fornicati ſunt cum idolis quæ fecerunt, ſic vadant ad aliam terram idolorum & fornicationis, id eſt, ad Aſſyrios. Hucuſq; de Samaria. Et quia eadem plaga peruentura ſit ad Hieruſalem, (& ipſa enim ſimili errore peccauit, derelinquens Deum ſuũ & idola fabricans) propterea propheta facit quaſi προσωποποιΐαν Dei, & ſub perſona ſua inducit plangẽtis affectum, & dicit: Super hoc plangam, & vlulabo: vadam ſpoliatus & nudus (decem enim tribus perdidi) & faciam planctum velut draconum, & luctum quaſi ſtruthionũ. Quomodo enim dracones terribili ſibilo perſonant, iuxta hiſtorias eorum qui de phyſicis conſcripſerunt, eo tẽpore quo vincuntur ab elephantis: Et ſicut ſtruthiones imẽmores ſunt ouorum ſuorum, & quaſi nõ pepererint, in arena calcandos pedibus beſtiarũ fœtus relinquũt, de quo in Iob plenius ſcribitur: Ita & ego ſine fi- Iob. 36. b
liis ſpoliatus, & nudus incedam. Et hoc faciã quia deſperata eſt plaga ei⁹, id eſt, Samariæ. Et idem peccatũ, imo eadẽ pœna peccati, quæ euertit Samariam, veniet vſq; ad Iudam, & vſque ad portam vrbis meæ Hieruſalem. Vt enim Samaria ſubuerſa eſt ab Aſſyriis, ita Iuda & Hieruſalem ſubuertentur à Chaldæis. Quia verò Samariam, hæreticorum ſemel intelleximus eccleſiam (quæ ſeparata à Deo, populi facta eſt conciliabulum) ipſe dominus cõminatur poſiturũ ſe eam in pomorum cuſtodiam: in agrum & in plantationẽ vineę. Multo enim melius eſt ſubuerti inutilem ciuitatem, & lapides eius quib⁹ extructa fuerat, in præceps detrahi, & præparari eam in pomarium plantationemque vinearum, quam in ædificatione peſſima permanere. Cũ enim deſtructa fuerit, & reuelata fuerint fundamẽta eius (quibus ſua videbatur celare myſteria, & firma habere dogmata in quibus ſtabat, & omnia idola, quæ ſpeciem videbantur habere, & pulchritudinem artifici ſermone compoſitã, & à miniſtris Dei fuerint conciſa, id eſt, à viris eccleſiaſticis;) Tunc in loco ædificationis peſſimæ, variæ eccleſiæ poma naſcent, &



K non

A non ſolum naſcentur, verumetiam cuſtodientur, & plantabitur vinea Sorech, de qua fiat vinum, quod ſe dominus in Matt. 26. c regno patris bibiturum eſſe promiſit. Nõ ſolum autem fũdamenta eius, quæ prius terra premebantur, aperientur, & proferentur in medium, & idola quæ ſibi finxerat, cocidẽtur: ſed gloria quoq; & diuitiæ, quas de fornicatione videbatur habere, & errore ſuo, igne Luc 12. f. meo conſumẽtur: de quo dixi in euangelio: *Ignem veni mittere ſuper terram, & quam volo vt ardeat*: atq; comburentur & redigentur ad nihilum, quia nõ de veritate cõtracta ſunt dogmatũ, ſed de fornicatione animæ, & errore hinc inde collecta ſunt. Hæretici quippe non habent diuitias de paterna hæreditate venientes, ſed quotidie ꝙ colant reperiunt, & idola ſibi artifici manu & curioſa mẽte confingunt. Propter hoc cũ cõuerſus fuerit ager eorum in pomorum cuſtodiã, & præparatus ad vineas, & lapides quib⁹ ędificata erat ciuitas, detracti in profundum, & reuelata fuerint fundamenta eorum, & omnia ſculptilia conciſa & incẽſa, & mercedes quas ſibi vana ſpe pollicebãtur, & quid qd velut Deum colere videbãtur, redactum ad nihilum: quia de fornicatione animæ, omne ſibi pretium cõpararant: Tunc in- B telligentes errorem priſtinum, in ſemet reuerſi plangent, in quibus ante ridebant, & lugebunt, in quibus prius fornicãtes quodammodo lætabantur. Deponentque de pedibus ſuis quidquid mortiferum habuerant, & erunt diſcalciati quia terra in qua ſtatuti ſunt, locus eſt ſanctus: & veſtimẽta fornicationis ſuæ vniuerſa proiicient: eruntque nudi, vt poſſint Chriſti indui veſtimento, & facient planctum quaſi draconum. Plancturi quippe ſunt aliquando & dracones, quando viderint draconem maximum captum, & in hamo pendere piſcantis, & merè deſolatum. Et lugebunt quaſi filiæ Sirenarum: dulcia enim ſunt hæreticorum carmina, & ſuaui voce populos decipientia. Nec poteſt eorum cantica præterire, niſi qui obturauerit aurem ſuam, & quaſi ſurdus euaſerit. Propterea autem hæc iſtiuſmodi Samaria planget atq; lugebit: quoniam ſagitta domini vlnerata, & plagam ſermonis accipiens, ſuum cognoſcet errorem. Non ſolum autem ipſa peccauit, ſed iniquitatem & errorem ſuum in Iudæ quoque portas voluit introducere. Vnde dicitur de ea: Venit vſque ad Iudam, & tetigit vſque ad portas populi mei, vſque ad Hieruſalem. Portas inquit, tetigit, quas aures intelligimus. Cæterum vrbem mediam intrare non potuit: quod ſi intraſſet, feciſſet de Hieruſalem Samariam. Quoties viderimus de eccleſia aliquos ad hæreticorum ſermones ſcandalizari, & quærere quo modo eorum reſpondeant quæſtionibus, nec tamen recedere de eccleſia, dicamus: venit Samaria, ſiue plaga Samariæ, vſque ad populũ confitentem: vſque ad aures populi Dei, vſque ad aures Hieruſalem. Hoc enim quod dicitur, tetigit vſq; ad portas populi mei, ἀπὸ κοινοῦ intelligendum eſt, vt ſubaudiatur, tetigit etiam vſque ad portas Hieruſalem. Hucuſque contra Samariam & contra Hieruſalem: videamus & cætera quæ ſequuntur.

HEB.

in perditionẽ: quia de mercedibus meretricis congregata ſũt, & vſq; ad mercedẽ meretricis reuertentur. Super hoc plangã, & vlulabo: vadã ſpoliatus & nudus: faciam plãctum velut draconum, & luctum quaſi ſtruthionum. Quia deſperata eſt plaga eius, quia venit vſq; ad Iudã, tetigit portam populi mei vſq; ad Hieruſalem. [a] In Geth nolite annũciare, lacrymis ne ploretis: in domo pulueris, puluere vos cõſpergite. Trãſite vobis habitatio Saphir confuſa ignominia non eſt egreſſa quæ habitat Sennan. Planctum domus Aſel accipiet ex vobis, quæ ſtetit ſibimet.

Quia

SEPT.

*cta idola eius ponam in perditionem: quia ex mercedibus fornicationis congregauit, & ex mercebibus fornicationis deſtruxit. Propter hoc planget atque lugebit: ibit diſcalciata & nuda: faciet planctum quaſi draconum, & luctum quaſi filiæ Sirenarum. Quia obtinuit plaga eius, quia venit vſque ad Iudam, & tetigit vſque ad portam populi mei vſque Hieruſalem, Qui in Geth nolite magnificari, qui in Bachem nolite reædificare ex domo deriſum. Terra aſpergite deriſum veſtrum, quæ habitas bene ciuitates eius, non eſt egreſſa habitatrix Sennã. Plangite domum iuxta eã accipiet ex vobis plagam doloris.*

*Quis*

a ¶ *In Geth nolite annunciare, lacrymis ne ploretis: in domo pulueris, puluere vos conſpergite. Tranſite vobis habitatio Saphir confuſa ignominia: non eſt egreſſa quæ habitat Sennan. Planctum domus Aſel accipiet ex vobis, quæ ſtetit ſibimet, &c.*] Multum Hebraicum à Lxx. interpretatione diſcordat, & tantis tam mea quam illorum tranſlatio difficultatibus inuoluta eſt: vt ſi quando indiguim⁹ ſpiritu Dei C (ſemper autem in exponendis ſcripturis ſanctis illius indigemus aduẽtu) nunc vel maximè eum adeſſe cupiamus, & quæ in prophetis locutus eſt, pandere: vt de nobis quoque poſſit intelligi, quod ipſe alibi polliceri dignatur: *Aperi os* Pſal. 80 b *tuum, & implebo illud.* Geth, vt 1. Reg. 6. f. Regnorum quoque teſtatur hiſtoria, vna eſt de quinq; vrbibus Palæſtinæ: vicina Iudææ confinio, & de Eleutheropoli 1. Reg. 17. f euntibus Gazam: nunc vſq; vicus vel maximus, vnde fuit & Goliath ille Gethæus, quem Dauid occidit in prælio. Quia igitur propheta, imo per prophetam dominus dixerat: Plãgam & vlulabo: vadam ſpoliatus & nudus: faciam planctum velut draconum, & luctum quaſi ſtruthionũ: quia deſperata eſt & inſanabilis plaga Samariæ, & venit vſq; ad Iudam: tetigitque portem populi mei Hieruſalem: propterea flentis adhuc voce præcipio: Nolite annunciare in Geth, ne audiãt & lætentur inimici, lacrymis ne ploretis, id eſt, ne dolor quidem in ſingultus erumpat: diſſimulate fletum, ne aduerſarij gratulentur: lacrymas ora non habeant, cum dolorem pectus habeat: nolite exire foras: ſed in domo pulueris, & ruente cinere vos conſpergite rui- D narum. Tranſite vobis habitatio [a] שפיר, ꝙ Syro Hebræoq; ſermone dicitur pulchra: Sa- a ſaphir maria quippe in pulcherrimo עברי לכם Iudææ & vberrimo ſita loco, nunc quoque oſtenditur. Dicitur ergo ad eam: ô tu quę habitas in regione vberrima: quę confuſa es ignominia, ſic tranſi, ſic ad captiuitatem deducere, vt præ malorum magnitudine, ne vicinus quidem Allophylus audiat vocem tuam. Porro quod ſequitur: Non eſt egreſſa quæ habitat in Sennã, quæ interpretatur exitus צאנן ſiue vt Symmachus vertit: non eſt egreſſa habitatio abundans: de eadem Samaria dicitur: quæ in ipſis Aſſyriæ captiuitatis eſt foribus, & ſtatim vt mota fuerit de finibus ſuis, hoſtilem terram ingreditur. Nam habitatio abundans, iuxta illud accipiendum quod & ſupra iam diximus, habitatio pulchra. Non eſt igitur egreſſa, quæ habitat in exitu vel in abundantia, propria voluntate, ſed vi ducta eſt in Aſſyrios. Vnde domus vicina & ex latere, quod interpretatur [b] אצל, regnum videlicet Iuda, planctum ac- b eſel cipiet ex vobis, quæ nunc interim Samaria capta ſubſtitit, & Deum habuit defenſorem. Accepit autem planctum, & percuſſa formidine eſt, & infirmata bono ſuo, quæ habitat in Maroth, id eſt, in amaritudinibus: ſiue, vt Symmachus vertit, habitatio ad amaritudinem prouocans, hoc eſt, ἡ κατοικία ἡ παραπικραίνουσα, quod Hebraicè c ioſebeth maroth dicitur [c] יושבת מרות: propter captiuitatem vicinarum tribuum, quia deſcendit malum à domino in portam Hieruſalem. Aſſyrius quippe vaſtata Samaria, venit etiam ad Hieruſalem: eo tempore quo Rabſaces eſt miſſus inſultãs, de quo & Regnorum quartus liber, & Eſaias plenius ſcri- 4. Reg. 18. d bunt: Vbi dicitur quod rex Aſſyrius de Lachis miſerit Hie- Eſaiæ 36. a ruſalem, & poſtea capta Lachis ad oppugnandum tranſierit Lobnam. Veniet igitur ô Lachis vrbs idolis dedita, & ad te quadriga & equites Aſſyriorum: quia & in te inuenta ſunt ſcelera Iſrael, & tu fuiſti principium idololatriæ in Iuda, per te enim quaſi per portam impietas decem tribuum migrauit in Hieruſalem. Non ſolum autem ſuper Lachis tumultus veniet, & quadrigæ, ſed & ſuper Geth metropolim Palæſtinæ, de qua ſupra dixeram. In Geth nolite annunciare: mittet enim Aſſyrius latrunculos ſuos

quos



E quos vocat emiſſarios, & poſſidebit domum idololatriæ vrbẽque mendacij: quæ in ſupplãtatione fuit regibus Iſrael. Quod autem ſequitur: Adhuc hæredem adducam tibi quæ d marẽſa habitas in Mareſa: pulchrè alluſit ad nomen: quia enim [d] מרשה hæreditas dicitur, aduẽtum in eam hoſtium ꝓ hæredibus appellauit: & vſque Odollam vrbem Iudæ veniet Mareſa, id eſt hæreditas: quæ Odolla glorioſa eſt in vrbibus ſuis Iſrael. Deniq; & Symachus ita tranſtulit: ἔτι κληρονόμοι ἄξω σοὶ κατοικία μαρέσα ἕως ὀδολλὰμ ἥξει τῆς δόξης ἰσραήλ: hoc eſt, *adhuc hæredem adducam & tibi habitatio Mareſa, vſque Odollam veniet gloria Iſrael*: hoc eſt, quæ glorioſa es in vrbibus Iſrael. Et vbi dicitur gloriæ, genitiuus caſus ſit numeri ſingularis, huius gloriæ, & non nominatiu⁹ pluralis, hæ gloriæ. Vel certè ita intelligamus: Captiuitas Iſrael quæ venit Lachis & Geth & Mareſa, vſque Odollã quoq; veniet. Et preſſius legendum glorię Iſrael, vt κατὰ ἀντίφρασιν ignominia vel vaſtitas ſentia- e Moraſti tur. Porrò quod ſupra vrbem prophetæ [e] מורשת hæreditatem interpretati ſumus; ſciat lector in eodem verſiculo quẽ poſuimus: Propterea dabit emiſſarios ſuper hæreditatem f moreſeth Gath Geth: in Hebræo pro hæreditatem Geth: [f] מורשת גת poſitum. Hucuſq; ſecundum Hebraicum vt potuimus, & vt nobis viſum eſt (certè vt ab Hebræis audiuimus) quaſi inter ſaxa & acutiſſimos ſcopulos nauiculam noſtram reximus: quæ vtrum intrauerit portum, an adhuc in ſalo fluctuet, le- F ctoris erit prudentiæ iudicare. Nunc orationibus veſtris ꝓgamus ad alios fluctus, & im̃inente expoſitionis hinc inde naufragio, ſi poſſumus euadamus. [g] גת interpretatur torcu- g Gath lar: qui ergo in Geth, id eſt in torculari ſunt, putãtes ſe vindemiaſſe fructum vitæ, & calcaſſe botrũ de vinea Sorech, extolluntur in ſuperbiam, ignorãtes quod botrus terræ Iudææ in Allophilorum finib⁹ nõ reperiatur. Nolite, inquit, Deut. 32. c extolli qui eſtis in torcularibus: Quia de vinea Sodomorũ vinea veſtra eſt, & ꝓpago veſtra de Gomorrhis, & vua veſtra amaritudinis, & botr⁹ fellis vobis, & furor draconũ vinũ veſtrum, furor aſpidum inſanabilis. Nam ſi etiam feceritis fructum (quoniam vindemia veſtra non ſolum de Sodoma Pſal. 77. e & Gomorrha, ſed de Ægypto quoq; eſt, & cæteris inimicis gentibus) dabit dominus ęrugini fructum veſtrum, & labores veſtros locuſtæ, & occidet in grandine vineas veſtras, & moros veſtros in pruina. Non vos decipiat ſimilitudo vini, nec dicatis amarum dulce: guſtate diligenter vinum veſtrum, & inuenietis pro vino Sorech, furorem draconum & venenum aſpidum. Vnde nolite ſuperbire, ſed magis humiliamini ſub potenti manu domini, & ad illud tranſite Eſaia 63 a torcular, de quo aſcendens ex Edom, & rubicundus ex Bozra, loquitur in Eſaia propheta: *Torcular calcaui ſolus, & de gentibus non eſt vir mecum.* Rurſum quia ſunt de alienigenis & alii (multas enim habet regiones & vrbes Allophylorum prouincia) qui per mala opera, & ſenſus contrarios Deo loquuntur, deſtructi ſumus: ſed reuertentes ædificemus quæ deſtructa ſunt. Vnde & vocantur termini impietatis, & populus cui iratus eſt dominus. Dicitur ad eos: *Qui in Bachim, nolite ædificare de domo deriſum.* Bachim in lingua noſtra planctum & fletum ſonat. Deniq; exceptis Lxx. o- בכים mnes κλαυθμόν, id eſt, fletum tranſtulerunt. Qui eſtis igitur in huiuſcemodi operibus atque ſententiis, quæ fletu digna ſunt, nolite ædificationem peſſimam inſtaurare: nec ſenſum veſtrum extructionem Dei arbitremini: neq; ædificetis ſuper arenam: ne cum tempeſtas venerit, domuſq; veſtra conciderit, caſſus labor riſum videntibus præbeat, Quin potius intelligentes ædificationem veſtram dignam eſſe deriſu ruinis eius & puluere cõſpergite capita veſtra, &

HEB.

Quia infirmata eſt in bonũ quæ habitat in Maroth: quia deſcẽdit malum à domino in portam Hieruſalẽ. Tumultus quadrigæ ſtuporis habitãtis Lachis, principium peccati eſt filiæ Siõ: quia in te inuenta ſũt ſcelera Iſrael: propterea dabit emiſſarios ſup hæreditatẽ Geth: domos mendacii in deceptionem regib⁹ Iſrael. Adhuc hæredẽ adducã tibi quæ habitas in Mareſa: vſq; ad Odollam veniet gloria Iſrael.

[a] De-

SEPT.

*Quis cæpit in bonum quæ habitat in doloribus? quia deſcenderunt mala à domino ſuper portas Hieruſalem. Sonitus curruum & equitum habitatio Lachis, princeps peccati eſt filiæ Sion: quia in te inuentæ ſunt iniquitates Iſrael. Ideo dabit emiſſarios vſque ad hæreditatem Geth: domos vanas, fruſtra fuerunt regibus Iſrael: donec hæredes adducam tibi, quæ habitas Lachis: hæreditas vſque Odollam veniet. Gloria filiæ Iſrael decaluare & deton-*

agite pœnitentiam, quod abſq; conſilio caſuram domũ æ- G dificare voluiſtis. Sequitur: *Quæ habitat bene in ciuitatib⁹ ſuis, non eſt egreſſa habitans in Sennan.* Quod mihi videtur hãc habere ſententiam: Vos qui ſuperbitis in Geth, & in Bachim, fruſtra domum riſu dignam ædificare conamini: aſpergite vos puluere, agite pœnitentiã: quia vinum deteſtabile premere, & ædificationem Deo contrariam conſtruere voluiſtis. Eccleſia autem Chriſti, quæ habitat bene, & in toto orbe eccleſias poſſidens, ſpiritus vnitate coniuncta eſt, & habet vrbes, legis prophetarum, euangelij, & Apoſtolorum: non eſt egreſſa de finibus ſuis, id eſt de ſcripturis ſanctis: ſed cœptam retinet poſſeſſionẽ: quia habitat in Sennan, ꝙ interpretatus eſt (vt ſupra diximus) Symmachus, abundantiam: habet n. patrem & filium & ſpiritum ſanctum: cum quibus omnes ſpirituales gratiæ, copięq; virtutũ ſunt. Vnde dicitur ad eã: *Fiat pax in virtute tua, & abundãtia in turribus tuis.* Vos verò qui habitatis iuxta Sennan, id eſt, iuxta abundantem eccleſiam, Pſal. 123. b o hæretici, ô cõtraria dogmata, plangite vos: quia ędificaſtis vobis domum in deriſum, & preſſiſtis torcular in ſuperbiã, nec in ſcripturis, ſed in vicinia ſcripturarum domum veſtrã iam non riſu ſed planctu dignam, & lacrymis conſtruxiſtis. Vnde ſubiungitur: plangite domum, quæ eſt iuxta eam, id H eſt, iuxta Sennan. Sed & hoc quod additur: accipiet ex vobis plagam doloris: ad eoſdem hæreticos dicitur, quibus imperatur, vt plangãt domum vicinam eccleſiæ: quod inimicus & vltor diabolus, cui tradendi ſunt in ſuppliciũ, ipſe eis inferat plagas, & extorqueat pro ædificatione peſſima, plagarum dolorem. Quæ propterea inferũtur, vt ſentiẽtes peccata quæ fecerant, agant pœnitentiam, & dolorum habitatio ſit eis bonorum occaſio: Siue eccleſiæ indicatur dolor, quod plãgat quondã filios ſuos, & ipſa ſit cauſa ſalutis hæreticorum, ſi ad lugentem matrẽ reuerti voluerint. Porró quod infertur, quia deſcenderunt mala à domino ſuper portas Hieruſalẽ, & Marcionitæ ac Manichæi vtuntur hoc ſcripto: eo quod legis Deus malorum ſit cõditor. Sic dicamus mala à dño deſcendiſſe, quod modo & Saluator loqui- Luc. 19 e tur in euangeliõ: *Videbam ſatanã, quaſi fulgur de cœlo cadentẽ.* Eſaia 14. b Sec. 70. Quo modo enim ibi cecidit de cœlo lucifer, qui mane oriebatur, & contritus eſt ſuper terram, qui mittebat ad gẽtes: ſic & hæc mala quæ à domino ceciderunt, & venerunt ad portas Hieruſalem, ante quam caderẽt, non erant mala, ſed quia à domino corruerũt, idcirco facta ſunt mala. Et vt ſciamus malorum inſidias: venerunt, inquit, ad portas Hieruſalem, quæ quia firmæ ſunt, & adamantinæ, & clauduntur ab Apoſtolis (quibus Hieruſalem claues commiſſæ) ante eas verſantur inimici, & quos exire cõſpexerint, interficiunt. Si quis igitur eſt de Hieruſalẽ, quæ habitat bene in ciuitatib⁹ ſuis, non egreditur, cum habitet in abundantia, ſed ſemper intrinſecus manet: nec ingreditur portas eius, quas ꝗ egreſſus fuerit, occiditur: occiditur autẽ ab his qui ſe eleuant in Geth, & habitãt in Bachim, & ædificãt domum in deriſum. Deniq; mala quæ deſcenderunt à domino ad portas Hieruſalem, ſtrepitum tantum habent curruum, & equorum: tumultum, confuſumq; ſonitum, pro foribus Hieruſalem vt oris ſui lancea quoſcumque vagari viderint, interficiant. Poſt hæc ſcriptũ eſt: Quæ habitas Lachis, princeps peccati eſt filię Sion. Lachis interpretatur πορεία ἐστί, id eſt, eſt am- לכיש bulatio. Et hi igitur qui aſcenderunt de curribus ſuis, & habuerunt equites, & ſtrepitum tantum, inanemq; ſonitum, quibus locuta eſt, quæ habitat bene in ciuitatibus ſuis: *Iſti in curribus, & iſti in equis: nos autem in nomine Domini* Pſal. 19. b *Dei noſtri inuocabimus*: quia mouerunt pedes ſuos, &

A circũlari ſunt omni vento doctrinæ falſæ,&de eccleſia exi- revoluerunt;quæ interpretatur ſpecula,id eſt,Sion:princi- pes peccati fuere filiæ Sion.Et in ipſa,hoc eſt,in Lachis,in- ציון uentæ ſunt impietates Iſrael, quæ à regno priſtino Dei po- pulum ſeparauerunt. Princeps ergo peccati eſt filiæ Sion, q̄ habitat in Lachis,id eſt,ambulatio peſſima,gradu iugiter fluctuãte,&impietas Iſrael in his eſt qui ſemper mouent pedes ſuos,& habitare dicuntur in Lachis. Dabuntur quoque emiſſarij vſq; ad hæreditatem Geth: Geth peſſimam & torcular venenorum, quod ędificatur contra domum Dei:vbi ſunt vanæ domus, quæ ædificatæ ſunt in deriſum. Et iſtæ vanæ domus, in vanum factæ ſunt regibus Iſrael Quãtum ad hiſtoriã pertinet: his regibus quorũ peccata in Regnorum,& in Paralipomenon libris ſcripta ſunt:quantum autem ad Anagogẽ, principibus hæreticorum, ducibuſq; peruerſorum dogmatum: his.n. domus vanæ sũt,& fruſtra extructę.Et tamdiu perſeuerantes,donec teneãt eas hęredes, qui à domino adducẽdi ſunt. עדלם Poſt hęc ſequitur: *Quæ habitas Lachis hæreditas vſq; Odollã veniet.* Odolla interpretatur teſtimonium hauſtus vel hauritionis eorum, quod in Græco
B ſignificantius dicitur μαρτυρία ἀντλήσεως αὐτῶν. Legimus in
Prou. 9 c. לכיש Prouerbiis: *Si malus fueris, ſolus hauries mala.* Quæ igitur habitat in Lachis,id eſt, in itinere peſſimo,veniet vſque ad teſtimonium exhauſtionis ſuæ: quod exhauriet atque ebibet iuxta operum ſuorum menſuram. Vel certè ita diſtinguendum, vt hoc quod dicitur: quæ habitas Lachis, ad ſuperiora referatur, & ſit ordo ac ſenſus. Adducam hæredes tibi de eccleſia quæ habitas Lachis, quia de hæreditate domini, & tu eris cum hauſeris & receperis quæ mereris. Obſecro in capituli fine lectorem, ne neceſſitatem voluntatem putet,& expoſitionem prolixam verboſitatem exiſtimet: magiſque miretur in locis tam aſperis me aliquid inuenire, quam quidquam eorum quæ dicenda ſunt,non prætermittere.

H E B.

Decaluare & detondere ſuper filios deliciarum tuarum : dilata caluitium tuum ſicut aquila, quoniam captiui ducti ſunt ex te.

S E P T.

*detondere ſuper filios delicatos tuos: dilata caluitium tuum ſicut aquila: quoniam captiui ducti ſunt.*

C A P. II.

H E B.

VÆ qui cogitatis inutile, & operamini malum in cubilibus veſtris, in luce matutina faciunt illud, quoniam contra Deum eſt manus eorum. Et concupierunt agros & violenter tulerunt, & rapuerunt domos, & calumniabantur virum, & domum eius, virum& hęreditatem eius. Idcirco hæc dicit dominus: Ecce ego cogito ſuper familiam iſtam, malum,

C A P. II.

S E P T.

*FActi ſunt cogitantes labores, & operantes mala in cubilibus ſuis, & ſimul in die conſummabunt ea, quia non leuauerunt ad Deum manus ſuas. Et deſiderabant agros, & diripiebant pupillos, & domos opprimebant, & rapiebant virum & domum eius, virum & hæreditatem eius. Propterea hæc dicit dominus: Ecce ego cogito ſuper tribum iſtam mala, de quibus*

a ¶ *Decaluare & detondere ſuper filios deliciarum tuarum, dilata caluitium tuum ſicut aquila: quoniam captiui ducti ſunt ex te.*] Hoc quod dictum eſt à Lxx. gloria filiæ Iſrael, addentibus, filiæ, Hebræi in fine ſuperioris capituli legunt. Nolite autẽ quia ſic voluiſtis, & ſemel ſuſcepimus,incumbit neceſſitas ita interpretari ſcripturas quo modo legũtur in eccleſia, & nihilominus Hebraicam non omittere veritatem. Dicitur ergo ad Iſrael, ſecundum litteram : vt vel decem tribus accipiamus in Samaria:vel in commune,omnem Iſrael. Quia captiuus ductus eſt populus,&omnis Iudæa ab Aſſyriis Babyloniiſq; vaſtata eſt,aſſumant planctum, & plorent filios ſuos.Et quo modo aquila,quæ regina eſt auium,certo tempore amittit pilos,& remanet implumis:ſic etiam Iſrael deponat omnem gloriam ſuam,qua ante fuerat circũdatus,& plãgat filios,hoſtium poteſtati ſubditos. Quod autẽ aquila certo tẽpore ſoleat amittere plumas, & in pſalterio ſcriptũ
Pſal. 102. eſt: *Innouabitur vt aquilæ ſenectus tua.* Et comicus ἐν ἑαυτοῖ ἠμορφωμένοι: viſa eſt,inquit,verè quod dici ſolet, aquilæ ſene-
Eſai. 33 c. 1.Cor.1. 6. ctus. Si autem voluerimus hoc ipſum & de præſenti tẽpore Iudaicæ euerſionis accipere, videbimus omnẽ gratiam, qua quondã apud Deũ floruit, ab eis penitus receſſiſſe. Vbi eſt enim ꝓpheta?vbi doctor legis? vbi angelorum præſidia? vbi contra plures à paucis inſperata victoria? Decaluata eſt Hieruſalem,quæ omnem comã priſtinæ gloriæ perdidit, & filij eius qui clamauerunt contra dominum, *crucifige, cruci-*

*fige eum*, in captiuitatem ducti ſunt. Legi in cuiuſdã cõmen- C
Luc. 23. c. tariis,hoc quod dicitur, *decaluare & detondere ſuper filios deliciarum tuarum*: de conditione humana poſſe accipi, vt Dei ad Adam, ſiue ad Hieruſalem cœleſtẽ dirigatur eloquiũ O anima humana: O vrbs quondã ſanctorum mater, q̄ prius eras in paradiſo&fruebaris deliciis arborum diuerſarum,& habebas ſpecioſiſſimã comã: nunc quia ꝓiecta es de ſublimibus,& deducta in Babylonem, & veniſti in locũ captiuitatis, & perdidiſti comam tuam: radere, & aſſume habitum pœnitentis,& quæ prius quaſi aquila volebas in excelſis,plange filios,plange ſobolem tuam, quæ ex te ducta eſt captiua.

C A P. II.

infr. eod. b. *VÆ qui cogitatis inutile, & operamini malum in cubilibus veſtris, in luce matutina faciunt illud, quoniam contra Deum eſt manus eorum. Et concupierunt agros & violẽter tulerunt, &c.*] Quod in fine capituli iuxta Hebraicum poſuimus. In cœtu domini: pro quo Lxx. tranſtulerunt,in eccleſia domini: iuxta editionem vulgatã ſequẽtis capituli principium eſt. Et ideo in illo, ſi dominus iuſſerit,diſſeremus. Væ igitur vobis Iudæorũ cœtus: qui & cogitatis malũ, & opere conſummatis. Et cubilia ad quieſcẽdum data,ſtupris pol- D luitis, & quidquid iniquitatis nocte tractatis, quaſi differre non liceat, ſtatim, vt dies claruerit, feſtinatis implere, non conſiderantes ꝙ aduerſum dominum fortis eſt manus veſtra. Et vt doceret ſcriptura quid eſſet quod in nocte cogitarent, & in die facerent, exponit in partibus. *Concupierunt agros*, inquit, *& violenter tulerunt*: & domos,ſubauditur,concupierunt: & quas concupierant, diripuerunt: & non ſolum calumniabantur homines, & domos eorum, ſed poſteros quoque qui miſericordiam propter ætatem paruulam merebantur, rabido ore vaſtabant. Quia igitur iſta feciſtis, & cogitaſtis inutile, & ego dominus cogitabo ſuper familiam iſtam malum, non quod malum ſit quod ego cogito, ſed quod patientibus malum videatur quod irrogo: quod ita vos premet, vt colla veſtra non poſſitis leuare: ne ambuletis ſuperbi, ſcilicet quos tempus captiuitatis oppreſſerit. Tunc dicetur ſuper vos parabola, vt miſeriæ veſtræ vertentur in canticum: De populatione vaſtati ſumus, pars populi mei: templum, inquit, meum, quod ſolum inter gentes cæteras plus habebam, mutabitur in ruinam. Quo modo à me recedet Aſſyrius, cum reuertatur, vt agros meos ſibi ſorte diſtribuat? Propterea ô familia Iſrael, ſuper quam malum ego cogito, non habebis partem in hęreditate iuſtorum. Sed & de extrema captiuitate hoc ipſum accipi poteſt, quod omnia eis euenerint, quia dominũ crucifixerunt, ita tamen vt Lxx. interpretum editio differatur. Gloria namq; filię Iſrael decaluata eſt, & attonſa ſuper filiis quondam delicatiſſimis, & ſi quid deinceps renatum pilorum fuit, alia deinceps raſura & attenſione truncatum eſt. Tunc omnia conſilia eorum verſa ſunt in laborem, & quę cogitauerunt mente & anima dormiente, attulerunt eis labores: quæq; operati ſunt, ſtatim vt lux Chriſti & vltio ap-
Exod. 17. paruit, conturbata ſunt. Cum enim legiſſent viciſſe Iſrael, quando Moyſes manus leuauit ad dominum, ſuperatũ eſſe ab Amalech, quãdo Moyſes laſſa brachia deponebat, nõ leuauerunt ad dominũ manus ſuas, ſed omnia in pauperes & plebẽ domini ſcelera perpetrantes, deſiderauerũt agros, & pupillorum domos diripiebant, ac virum pariter & vxorem liberoſque eius, & ſubſtantiam depopulabantur.

Propterea



E Propterea cogitauit dñs mala ſuper tribum illam; nequaq̃ duodecim tribus, ſed tribum malitia & ſcelere fœdatam, de quibus non potuerunt eleuare ceruicem, nec rectè incedere. Denique vſq; ad præſentem diem ſubditi ſunt Romano imperio, & premuntur captiuitatis iugo, & colla nõ eleuãt. Quod autem ſequitur: ἐξαίφνης, id eſt, ſubito: in Hebraicis voluminibus non habetur, & tamen poteſt cum præſenti loco ita congruere vt dicamus: Propterea hæc dicit dominus: Ecce ego cogito ſuper tribũ iſtam mala ſubito, de quibus non poſſint eleuare ceruices ſuas, & ob id eleuare non poterunt, quia tempus malum eſt. Sicut enim mala operati ſunt contra dñm Ieſum, ſic mala captiuitatis perpetuæ ſuſtinebunt, & in tantam venient anguſtiam, vt omnia eorum cantica & pſalmi vertantur in luctum: nihilque aliud nouerit populus loqui, niſi hoc: Miſeria miſeri facti ſumus. Terra quippe repromiſſionis, quæ prius duabus & ſemis tribubꝰ, ſorte diuiſa fuerat trans Iordanẽ (Moyſe mittente funiculum, & poſtea ab Ieſu Naue tribubus reliquis diſpertita) hæc gentibus Romano menſore diuiſa eſt, & nemo fuit qui prohiberet: quin potius cum vniuerſas obtineãt
F nationes, nullus eſt ex Iudæis, qui antiquum priſtina libertate poſſideat ſolum. Quod ſi tertiã expoſitionẽ ſequi voluerimus, de qua ſupra dixerã, ad animam humanam ſermonem dirigi, q̃ de paradiſo corruens in captiuitatem huius mundi venerit: videbimus quod omnis cogitatio noſtra labor & dolor ſit, & cubilia noſtra plena ſint malis, & lux ipſa quæ videtur, mixta ſit tenebris: quæq; nocte tractemus, in caligine compleamus. Quis enim noſtrum ad Deum ſanctas eleuat manus ſine ira & cogitatione? Quis non deſiderat villas iſtius ſæculi, oblitus paſſionem paradiſi? Videas alios agros agris, & terminos iũgere terminis, & paruo hominis corpuſculo rura vrbium nõ ſufficere. Propterea cogitat dominus ſuper nos mala, de quibus noſtras eleuare nequeamus ceruices: nec ambulare recti, quia tempus peſſimum eſt, iuxta Ioan-
1.Ioan 5.b nis verba dicentis: *Mundus in maligno poſitus eſt.* Idipſum ſignificat & illa in euangelio filia Abraham nobilis anima: quam ſatanas vinxerat & incuruauerat, & niſi ad aduentum domini in ſublime erigi ante nõ potuit, nec ſuum ſuſcipere
Luc. 13. d creatorem. Vnde Saluator ait: *Hanc*, inquit, *filiam Abrahæ, quam alligauerat ſatanas, non oportuit ſolui de vinculo iſto die ſab-*
Sup. 1. in fine. *bathi?* Quia ergo gloria noſtra omnis attonſa eſt, & dilatauimus raſuram vel nuditatem noſtram (ſic enim in quibuſ-
ξύρησιν. ψίλωσιν. קרחה dam codicibus inuenitur) miſſi ſunt qui nos plangerent cũ Hieremia, & ſumerent ſuper nos parabolam, & dicerent
2.Cor. 12. g cum Apoſtolo: *Lugebo multos, qui peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam.* Quis enim non plangat videns humanas animas, quaſi variam ſupellectilem à dæmonibus & diuerſis vitiis eſſe poſſeſſas? Alius dæmonum mittit fornicationis funiculum, alius auaritiæ: ille homicidij, hic periurij lineas tendit: pars populi Dei diuiſa eſt in funiculo, & agri quondam ſanctitatis & paradiſi (quorum odore delectabatur
Geneſ. 27. d Iſaac in Iacob filio ſuo) traditi ſunt Aſſyriis, regique Baby-
Matth. 8. c lonio: Et habentibus vulpibus foueas, & volucribus cœli nidos, *filius hominis non habet vbi caput ſuum reclinet.* Expoſui iuxta quod mei ingenioli patiebãtur anguſtiæ, & primam ab Aſſyriis Babyloniiſque populi captiuitatem, & ſecundam à Romanis, quia dominum crucifixerunt, & tertiam ſpiritualem, qua vnuſquiſque noſtrum cum Adam

H E B.

malum, vnde non auferetis colla veſtra, & non ambulabitis ſuperbi, quoniã tempus peſſimum eſt. In die illa ſumetur ſuper vos parabola, & cãtabitur canticũ cum ſuauitate dicentiũ: Depopulatione vaſtati ſumus, pars populi mei commutata eſt, quomodo recedet à me, cũ reuertatur, qui regiones noſtras diuidat. Propter hoc non erit tibi mittens funiculũ ſortis in cœtu domini. a Ne loquamini loquẽtes, nõ ſtillabit ſuper iſtos, nõ cõprehendet cõfuſio. Dicit domus Iacob, Nũquid abbreuiatus eſt ſpiritus domini, aut tales ſunt cogitationes eius? Nonne verba mea bona ſunt cũ eo qui recte graditur?

S E P T.

*quibus non auferatis colla veſtra, & non ambuletis recti ſubito, quia tempus peſſimum eſt. In die illa ſumetur ſuper vos parabola, & plangetur planctus in cantico dicentium. Miſeria miſeri facti ſumus, pars populi mei dimenſa eſt in funiculo, & non erat qui prohiberet eum; vt auerteretur: Agri noſtri diuiſi ſunt, propter hoc non erit tibi mittens funiculum in hæreditate. In eccleſia domini nolite flere lacrymis, neque plorent ſuper his, non enim abijciet opprobria, quæ dicit: Domus Iacob prouocauit ſpiritum domini, ſi hæ ſunt adinuentiones eius: Nonne ſermones eius boni ſunt cum eo, & recti ambu-*

de paradiſo cecidit, & in huius mundi captiuitate verſatur, G de qua cum venerit dominus, eriget eliſos, & ſoluet compeditos, & captiuos quondã diaboli, reducet in poſſeſſionem
Pſal 145 b Pſalm 67 d ſuam, & complebitur ſermo pſalmiſtæ dicentis: *Aſcendens in altum, captiuam duxit captiuitatẽ.* Iuxta quam expoſitionem poteſt & de eccleſia quarta captiuitas accipi, de qua vnuſquiſq; egreditur per peccatum
1. Ezdr. 7 a עזרא & poſtea ab Ezdra, qui interpretatur adiutor, id eſt, ſermone Dei, reducitur in Hieruſalẽ. Si quis autem in lege domini die ac nocte meditatus, maius habuit ſtudiũ, maius ingenium otium, gratiamque & poteſt de præſenti capitulo probabilius aliquid dicere: non inuideo, non aſpernor: quin potius cupio ab eo dicere, ꝙ ignoro, & libenter me diſcipulum ꝓfitebor, dummodo doceat, & non detrahat. Nihil enim tam facile, quam otioſum & dormientem, de aliorum labore & vigiliis diſputare.

אל תטפו יטיפון a ¶ *Ne loquamini loquentes, non ſtillabit ſuper iſtos, non comprehendet confuſio. Dicit domus Iacob. Nunquid abbreuiatus eſt ſpiritus domini, aut tales ſunt cogitationes eius: nonne verba mea bona ſunt cũ eo qui rectè graditur, &c.*] Ne loquamini, inquit, loquentes: ꝓ quo interpretatus eſt Aquila: ne ſtilletis ſtillantes: quodam idiomate Hebraico, eloquium ab eo quod fluat, & ad aures perueniat audientium, in ſimilitudinem pluuiæ deſcendentis, ſtillationem vocans. Nolite
H vos decipere, ô domus Iacob, in conſolationem mutuam dicere: Deus bonus eſt, non veniet captiuitas, quam timemus. Nam larga eius miſericordia, & clementiſſimus ſpiritus, qui latè & abũdanter ortus eſt omnibus, tantum in nobis abbreuiabitur & ſeuerus erit, aut huiuſcemodi ſunt cogitationes eius, quales in hominibus cernimus vt antiquã teneat iracundiam, & ad vindictam furore ſubito concitetur? Ad quæ reſpondit dominus: Bonus quidẽ ſum, & verba mea ſonant clementiam, ſed ad eos qui recto itinere gradiuntur. Qui autem, non dico olim, ſed heſterno die in cõtumeliam meã veneratus eſt idola, & quantum in ipſo fuit, tyrannica aduerſum me arma corripuit: qui infœlicem populum expoliauit auxilio Dei, & quaſi deſuper tunicã pallium tulit: qui ſimplices quoſq; credentium, & acquieſcentes auctoritati maiorum contra me vertit in bellum: numquid non ſtillabit ſuper eum dominus, & apprehẽdet eum confuſio? Hoc autem quod nos vertimus, *& econtrariò populus meus in aduerſarium conſurrexit*: quia verbum a מתמול & con- a moul. trarium & diem heſternum ſonat: Symmachus apertius tranſtulit, vt diceret: *ante vnam diem populus meus quaſi inimicus reſtitit*: vt ſolueret quæſtionem, quod Deus non præterita vitia imputaret populo, ſed recentia, & quæ quaſi die commiſſa viderentur heſterno. Hæc iuxta Hebraicam intelligentiam: cęterum Lxx. interpretes in hoc loco penitus ſibi non cohærent. Ad id enim ꝙ præmiſſum eſt, in eccleſia domini nolite flere, quæ conſequentia eſt vt inferatur: non enim abiiciet opprobria q̃ dicit, domus Iacob prouocauit ſpiritum dñi. Sed & illud quod ſequitur: Si hæ adinuentiones eius ſunt, non ſermones eius ſunt boni cum eo, & recti ambulauerunt: ad poſteriora quid pertinent quæ dicuntur? Et prius populus meus in aduerſarium reſtitit, contra pacẽ ſuam: pellẽ eius excoriauerunt, vt auferrent contritionem belli? Videtur autem mihi in loco vel difficillimo ſic poſſe ſenſus reddi vel exprimi, ſi tamen prudens lector noſtræ rationi acquieuerit. Præcipitur itaque eccleſiæ, vt non



habeat

A habeat tristitiam & ſolicitudinē ſup rebus ſæculi& damnis quæ in hoc mundo euenire conſueuerunt& dicitur habitatoribus eius:ô vos qui eſtis in eccleſia domini, ſemper gaudete, & quidquid vobis de Dei iudiciis acciderit, gratulamini: nec hoc dico quod flere non debeatis: *Luc. 6. d.* *Beati* quippe *flentes, quoniam ipſi ridebunt*: Sed illud admoneo, ne in his quæ ſunt ſæculi lugeatis. Si qs mortuus fuerit propinquorum: ſi ſubſtantiam fiſcus inuaſerit, ſi corpus vel podagra, vel alius qlibet morb⁹ oppreſſerit, nolite flere, nolite lacrymas fundere: nec cōſideretis præſentia ſed futura, & aggrauamini magis ꝙ diutius in hoc tabernaculo mortis habitetis. Quin potius illud cauete, ne inſultetis cadētibus, & alienā ruinam veſtrā ædificationē putetis: vnuſquiſq; ſe ex ſuis viribus, nō *Rom. 11. d* ex imbecillitate alterius metiatur. Alioquin quæ eſt iſta iuſtitia, ramos oleaſtri inſultare ramis oliuæ, qui propter infidelitatem ſuam fracti fuerunt, & dicere: domus Iacob ad iracundiam ſpiritum domini prouocauit, interficiens prophetas, idola colens, Dei filium crucifigens? Qui hoc facit, non erit ab opprobrio alienus, & ea menſura, qua iudicauit iudicabitur de eo, & quo modo ipſe de peccatis loquitur corruentis, ita alius ruinæ illius inſultabit. Sequitur: *Ibidem.* Si hæ adinuentiones eius ſunt: nonne verba eius bona ſunt cum eo, & recti ambulauerunt? Quod offendit, ait, Iudaicus populus, vt plenitudo gentiū ſubintraret, diſpēnſationis Dei eſt: vt poſtea credente Iſrael, omnes ſalui fierent, & vniuerſi B Dei miſericordia indigerēt. Vnde & Apoſtolus ad huius loci veniens quæſtionem, *Ibidem. d* profundum ſapientiæ & ſcientiæ & iudiciorum Dei, & abyſſum inueſtigabilem eſſe proclamat. Si ergo adinuentiones, & cogitationes Dei ſunt, frāgi priores ramos oliuæ, & inſeri alios de oleaſtro, nō debes inſultare, ſed timere ne corruas, nec ęſtimes in eo te placere Deo ſi ſermones, id eſt, ſcripturas illius legas. Tunc ſcripturæ ꝓſunt legenti, ſi quod legitur opere cōpleatur. Si loquens de *2 Cor. 13 a* *Pſalm. 67. c* ſcripturis poſſis dicere: *An experimentū quæritis eius qui in me loquitur Chriſtus?* *Dominus* quippe *dabit verbum euangelizantibus* *Eſaia 40. b* *virtute multa*: & *ſuper montem excelſum aſcende qui euangelizas Sion, & leua vocem in fortitudine qui euangelizas Hieruſalē.* Atq; hoc modo ſermones Dei boni ſunt, ſi ſecum ſint: hoc eſt, ſi Deus non deſerat prædicātem cuius cor labiaq; conſentiunt. *Pſal. 49 c.* Cæterum qui confitetur labiis, & cor eius longè eſt à Deo, & narrat iuſtitias eius, & aſſumit teſtamentū per os ſuum, & peccatorum ſordibus inquinatur, cum hoc non ſunt boni ſermones Dei. Nec ſolum de peccatore, ſed de eo quoq; qui gratiam nō habet ſpiritualem, id eſt, prophetiæ ac doctrinæ, & interpretationis, maiorumq; chariſmatum, hoc dicendum eſt quod huiuſcemodi homo ſi voluerit elemētorum cauſis, fideiq; ſuæ reddere rationē, & quare Deus qui bonus & creator eſt omnium, ad ſolos tantum Iudæos venerit, & in vltimo iā ſæculo vocauerit nationes: non habeat ſecum bonos Dei ſermones, ſed de propria imperitia etiam ea quæ bona ſunt Dei verba contaminet: quæ verba rectè ambulant, & rectas aures requirūt. Et hæc quidem dominus præcipit populo ſucceſſori, & eccleſiæ de gentibus congregatæ, ne inſultet generationi priſtinæ, & aliena ſit ab opprobriis inſultando. Refert autem ipſe, qui verus eſt iudex, & ſine perturbatione loquitur, quo modo in paſſione ſua Iſrael ei cōtrarius fuerit, & hoc fecerit, non quod ſuo nocere potuerit creatori, ſed quod contra pacem ſuam omnia perpetrarit. Vnde & ad Hieruſalem ſermo eſt: *Luc. 19 f* *Si ſcires ea quæ ad pacem ſunt tibi.* Pace autem perdita, pellem ſuam excoriauerunt, id eſt, tulerunt à ſe Dei, quo protegebantur auxilium, & quaſi nudas carnes abſq; cute, & tegmine reliquerunt: vt quidquid videbatur eſſe pulchrum, operiente deſuper miſericordia Dei, hoc illa recedēte præberet videntibus turpitudinem. Recedente autem pace, & *Iudic. 16. a* auxilio Dei, quia reſtiterant domino, de quo dicitur: *Dominus conterens bella, dominus nomen ei*: aduerſariis ſuis reſiſtere non potuerunt, ſed in omni certamine victi ſunt, nec fuit qui contereret aduerſum eos bella naſcentia, iuxta vtramque perſonam hoſtium, vel hominum qui eos duxere captiuos, vel aduerſariarum fortitudinum, quæ animas eorum quotidie iugulabant blaſphemando. C

HEB.

tur? Et ecōtrario populus me⁹ in aduerſariū conſurrexit: deſuper tunicam palliū ſuſtuliſtis, & eos qui tranſibant ſimpliciter, cōuertiſtis in bellū. a Mulieres populi mei eieciſtis de domo deliciarū ſuarū: à paruulis earum tuliſtis laudem meam

SEPT.

*ambulauerunt? Et prius populus meus inimicitiis reſtitit contra pacem ſuam, pellem eius excoriauerunt, vt auferrent ſpem contritionum belli.* b *Duces populi mei proiicientur de domibus deliciarum ſuarum: propter malas adinuentiones ſuas eiecti*

a ¶ *Mulieres populi mei eieciſtis de domo deliciarum ſuarum: à paruulis earum tuliſtis laudem meam, &c.*] Interpretatio Septuaginta (ſi tamen Lxx. eſt, Ioſephus enim ſcribit, & Hebræi tradūt quinque tantum libros legis Moyſi ab eis trāſlatos, & Ptolemęo regi contraditos) tantum diſcordat in præſenti loco ab Hebraica veritate: vt nec capita poſſimus ex æquo ponere, nec eorum ſimul ſentētias explicare. Quamobrem noſtra primum tranſlatio diſſeratur & poſtea ad eoſdem veniemus. Adhuc contra populum Dei ſermo eſt, cui ſupra iam dixerat: Econtrario populus meus in aduerſarium conſurrexit: de ſuper tunicam pallium ſuſtuliſtis, quod non ſolum hoc egerint, ſed mulieres quoq;, id eſt, matronas quondam delicatas fecerint captiuas ire: ſiue ſub metaphora vrbes Iudææ quas & in Eſaia filias Sion vocat, eo quod Sion metropolis fuerit. *Eſaia 26. a* *A paruulis* quoq; *earum tuliſtis*, inquit, *laudem meam in perpetuum*: nullus remanſit in populo, cunctis vel interfectis vel captis, qui meos pſalmos caneret: ſed & pauci qui in Babylone ſupererant, canere ſe non poſſe teſtantur: *Quo modo*, *Pſal. 136. a* inquiunt, *cantabimus canticum domini in terra aliena?* Surgite itaque & ite in captiuitatem, quia in hac terra requiem non habetis, quæ propter ſcelera veſtra polluta eſt, & mundari D non poterit, niſi longum ſabbathum antea celebrarit. Propterea autem dico vobis, non habetis hic requiem: quia polluta eſt terra veſtra, & corrumpetur putredine peſſima: captiuitate videlicet vel Babylonica vel Romana, eo quod domini ſanguinem hauſerit, iuxta vtramque enim hiſtoriæ veritatem intelligi poteſt.

b ¶ *Duces populi mei proiicientur de domibus deliciarum ſuarum: propter malas adinuētiones ſuas eiecti ſunt.*] Poteſt hoc & generaliter de Iudaici populi principibus, ſacerdotibus, ac phariſæis accipi, qui poſt paſſionē domini proiecti ſunt de vrbe deliciarum ſuarum, in qua prius laſciuierāt, propter malas adinuētiones ſuas, & ſpecialiter de ſtirpe Dauid: qua ſtatim vt natus eſt dominus, *Gene. 49 b* *defecit princeps ex Iuda, & dux de fæmoribus eius*: veniente cui repoſitum erat, & expectatione gentium apparente. *c Eccleſiæ. diſt. 35.* Sed & eccleſiæ quoque principes, qui deliciis affluunt, & inter epulas atque laſciuias pudicitiam ſeruare ſe credunt, ꝓpheticus ſermo deſcribit, quod eiiciēdi ſint de ſpacioſis domibus, lautiſq; conuiuiis, & multo labore epulis cōquiſitis, & eiiciendi propter malas cogitationes & opera ſua. *Matt. 22.* Et ſi vis ſcire quo eiiciendi ſint, euangeliū lege: *In tenebras* ſcilicet *exteriores, vbi erit fletus, & ſtridor dentium.* An non confuſio & ignominia eſt, Ieſum crucifixum magiſtrū, pauperem atq; eſurientem fartis prædicare corporibus? ieiuniorumq; doctrinam, rubentes buccas, tumētiaq; ora ꝓferre? Si in Apoſtolorum loco ſumus, non ſolum ſermonem eorum imitemur, ſed conuerſationem quoq; & abſtinentiam amplectamur. Sanctum vtiq; eſt & apoſtolicū miniſterium, viduis & pauperib⁹ miniſtrare. Non oportet, inquiūt, dimiſſo verbo Dei miniſtrare nō menſis. *Act. 6. a* At nūc non dico pauperes, non dico fratres, & qui rurſum inuitare nō poſſint (ex quibus excepta gratia nihil aliud epiſcopalis ſperet manus) ſed militantes & accinctos gladio, & iudices, excubantibus ante foras ſuas centurionibus & turmis militum Chriſti ſacerdos inuitat ad prandium. Tota clerici vrbe diſcurſant, quęrunt exhibere iudicibus, quę illi in prętoriis ſuis aut inuenire nō poſsūt, aut certè inuenta non coemūt. Nec vero arbitrandum ꝙ generaliter ad omnes hęc dirigatur inuectio, ſed quod eos qui tales ſunt pulſet ſermo propheticus, & cōminetur eis ſupplicia, & tenebras ſempiternas: vt qui pudore & verecundia non tenentur, agant pœnitentiam ſaltem comminationem pœnarum.

a ¶ Propin-



a ¶ *Propinquate montibus æternis.*] E Æternos mōtes vel angelos intelligere poſſumus, vel ꝓphetas, de quibus & in pſalmo ſcriptum eſt: *Pſalm 86 a* *Fundamenta eius in montibus ſanctis.* Et in alio loco: *Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxiliū mihi.* Appropinquat autem æternis mōtibus, qui non in peccatis ſuis à beatorum contubernio ſeparatur: quo modo Moyſes *Ibid. 120. a* appropinquabat Deo, non loco, ſed merito. *Exod. 24. a* Et ad eos qui appropinquabant ęternis mōtibus, ipſe dominus loquebatur: *Hier. 24 c* *Deus appropinquās ego, & nō de longe.* Montes autem æterni ad diſtinctionem eorum vocantur, qui non ſunt æterni: principum ſcilicet huius ſęculi, montium tenebroſorum: qui cum erecti fuerint velut cedrus Libani, tranſeuntes *Pſalm. 36 g* cum mundo locus eorum non poterit inueniri.

HEB.

meam in perpetuum. Surgite, & ite, quia nō habetis hic requiem: propter immūditiam eius corrumpetur putredine peſſima. c Vtinam nō eſſem vir habens ſpiritum, & mendacium potius loquerer. Stillabo tibi in vinum, & in ebrietatem, & erit ſuper quem ſtillatur populus iſte. Cōgregatione cōgregabo Ia-

SEPT.

*eiecti ſunt.* a *Propinquate montibus æternis.* b *Surge, & ambula, quia non eſt tibi hic requies.* c *Propter immūditiam conſumpti eſtis corruptione.* d *Fugiſtis nemine perſequente. Spiritus ſtatuit mendacium. Stillauit tibi in vinum & ebrietatem: & erit de ſtilla populi huius congregandus congregabitur Iacob.*

b ¶ *Surge, & ambula, quia non eſt tibi hic requies.*] Iubemur in nullis mundi rebus putare nobis requiem, ſed quaſi à mortuis reſurgentes ad ſublime tendere, & ambulare poſt dominum Deum noſtrum, & dicere: *Adhæſit anima mea poſt te.* Quod ſi neglexerimus, & noluerimus audire dicentem: *Pſalm 62. c* *Epheſ. 5.* *Exurge qui dormis & euigila, & illuminabit te Chriſtus*: dormitabimus quidem, ſed decipiemus, & non inueniemus requiem: quia vbi Chriſtus non illuminat reſurgentem, quæ videtur eſſe requies, tribulatio eſt.

c ¶ *Propter immunditiam conſumpti eſtis corruptione.*] Pro eo *διεφθάρητε.* quod nos diximus, conſumpti eſtis, poteſt iuxta Græcam intelligentiam in Latino ſonare ſermone, corrupti eſtis: vt ſit ordo, propter immunditiam corrupti eſtis corruptione. Hoc autē ad eos dicitur, qui voluptati corporis & libidini ſeruiētes, non ſolum animam, ſed corpus quoq; ſuum corrumpunt, F voluptatū amatores magis quam amatores Dei. Poterat quoq; dicere: propter immunditiam corrupti eſtis, & ſenſus etiam abſque corruptione fuiſſet expletus. Nunc autē quia ait: corrupti eſtis corruptione: ad diſtinctionem mihi videtur corruptionis ſalutaris dixiſſe: iuxta quam & *2 Corin. 4. d* Apoſtolus loquitur: *Et ſi is qui foris homo noſter eſt, corrumpitur, ſed qui intus eſt, renouatur de die in diem.* Qui ſemper mortificationem Ieſu portat in corpore ſuo, & exteriorem corrumpit hominem, & carnem imperio animæ ſubiicit, iſte corrumpitur quidem, ſed non corruptione, quia corruptio illius ſalutaris eſt.

*Deuter. 20 b.* d ¶ *Fugiſtis nemine perſequente.*] Ad eos dicitur, qui propter immunditiam corruptione corrupti ſunt, quod cōſcientia peccatorum etiam abſq; ſuppliciis reſiſtere hoſtibus, & dimicare non audeant. Vnde & formidoloſi in ſanctorū prælio, ne terreant mentes fratrum ſuorum, eiiciūtur è caſtris, *Leuit. 26. f* & ex acie repelluntur, & in maledictis Leuitici ad huiuſcemodi homines ſermo dirigitur: *Perſequetur vos ſonitus vox volantis, & fugietis nullo perſequente.* Scio me in cuiuſdam commentariis legiſſe, exponentis Ioannis euangeliſtæ principium: *Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil*: hoc quod dicitur, nihil, ad malitiam retuliſſe: rurſumque ipſam malitiam interpretatum eſſe diabolum, & iſto quaſi gradu, ipſum quod factum eſt ſine Chriſto, nihil, diabolum intellexiſſe. Si igitur malitia, vel diabolus nihil eſt, & fugerunt qui corruptione corrupti ſunt: nullo, id eſt, nihil perſequente, diabolus eos eſt perſequutus in nihil. Quod ſi cui videtur nimis coactum, & contra ſcripturæ ſimplicitatem artificio potius eloquij quam vera interpretatione diſſertum: vel priorem, vel quam ipſe reperit expoſitionem ſequatur.

e ¶ *Vtinam non eſſem vir habens ſpiritum, & mendacium potius loquerer, &c.*] Et in hoc capite multum Lxx. interpretes ab *Rom. in. 9. a* Hebraico diſcrepant. Vnde primum iuxta id quod nobis ab Hebræis eſt traditum exponamus, & poſtea, ſi dominus voluerit, de eorum tranſlatione tractabimus. O popule Iudaice, ad quos repromiſſiones, quorum teſtamēta & lex, & ex quibus Chriſtus ſecundum carnem: cui imminentibus G Babyloniis vel Romanis dixi: Surgite & ite in captiuitatem quoniam nō eſt vobis in terra iſta requies: quæ propter immūditiam ſuam corrumpetur populatione nouiſſima: non me putetis volentem loqui, & prędicare gaudentem, quod venturum video: *Ibid.* *optarem & ipſe anathema eſſe pro fratribus meis, qui ſunt Iſraelitæ.* Vtinam de meo ſenſu loquerer, & ſanctum Spiritum non haberem, & inter pſeudoprophetas potius computatus, ſolus perirem, & non eſſent vera quæ dico, & tanta multitudo crederet in filiū Dei, & non traderetur æternę captiuitati. Verū quia propheta ſum, & Dei ſpiritu loquor & à diuinitate miſſus, prædico veritatē: Propterea ſtillabo tibi ſermonē meum in meracū vinum, quod te inebriet, & corruere faciat. Me autē ſtillante & futurę captiuitatis malum canente, populus iſte meas ſuſcipiet pluuias: hoc eſt, vult, non vult, ſuſtinere habet quæ dico. Et ne me vatem tantorū malorum arbitremini eſſe: nūc quidem veniet prædicta captiuitas, vt agnoſcatis quia in me ſermo Dei loquitur, qui ad omnes prophetas fit: quo reticente propheta nō loquitur, & dicit. Veniam & humanum corpus aſſumam, naſcar de virgine. Siue ita: Quia in carnis humilitate veni, & non crediſtis mihi: veniam in conſummatione mundi in maieſtate mea cum angelis cæteriſq; virtutibus, & tunc te totum congregabo Iacob, tunc in vnū conducam reliquias Iſrael, & cū gentium populo in ouili meo pariter copulabo: tūc te muro firmiſſimo ſepiam, H & tanta erit credētium multitudo, & inter caulas poſiti gregis tumultuatio, vt vincatur numerus pecorū largitate. Ac ne forſitan putes quia dixi: Ponam illū, quaſi gregem in ouili, & quaſi pecus in medio caularū, de ouibus me loqui, intellige quod oues iſtæ homines ſint. Sequitur enim: Tumultuabuntur à multitudine hominum. Tumultus vox plurimorū eſt, & nimiæ multitudinis clamor pariter emiſſus, ne æſtimemus vnius vocem eſſe, ſed omnium communem, laudantiū bonum paſtorem, qui ardua quæq; complanauerit, & ſuo æquauerit pede, dux itineris eorum ipſe ſit paradiſi ianua, & dicat: ego ſum porta: quo ita diuidente & præcedente, via & porta, tranſibit per eum credulum pecus. Paſtor autem iſte, & rex eſt & dominus. Vnde ſequitur: *Et tranſibit rex eorum coram eis, & dominus in capite eorum.* Quod ſi voluerimus hæc omnia de primo aduentu eius accipere, & totum Iacob & reliquias Iſrael ad Apoſtolos, & eam referre multitudinem, quæ in actibus Apoſtolorum ſaluata eſt ex Iudæis, non abhorrebit à veritate ex- *Act. 2 f. & 4 a* poſitio tractatoris. Hos enim verè congregauit dominus in ouile ſuum, & poſuit in medio caularum, & fecit iter ante eos, & induxit eos in eccleſiam, & fuit rex eorum corā eis, & eſt dominus in capite eorum in perpetuum.

f ¶ *Spiritus ſtatuit mendacium. Stillauit tibi in vinum, & ebrietatem: & erit de ſtilla populi huius, congregandus congregabitur Iacob.*] Non vt pleriq; æſtimant, ſpiritus ſteterit mendax, ſed ſpiritus ſtatuit mendacium, legendum eſt, quod Græcè dicitur πνεῦμα ἔστησε ψεῦδος, hoc eſt, τὸ ψεῦδος. Quo modo enim in vulneribus putridis, ne cancer ſerpat & emortuum corpus viuas carnes depaſcatur, medici ſtatuunt vulnus, & vrunt cauterio, vel puluere καυστικῷ: ita ſpiritus Dei finem poſuit mendacio, ne vltra populus Dei pſeudoprophetarū vocibus ſubuertatur. Quod autem ſpiritus tam in nouo quam in veteri teſtamento, vbicumque ſine additamento ponitur, in bonam partem intelligatur, & ſæpe diximus, & nunc ex parte videmus, ne cui dubium ſit: *Fruſtra autem ſpiritus, charitas, gaudium, pax.* Et: *Si ſpiritu viuimus, ſpiritu & ambulemus.* *Galat. 5. d* *Ibid. 6. a.* Et alibi: *Si autem ſpiritu opera carnis mortificaueritis, viuetis.* *Rom. 8. c* Et in veteri teſtamento: *Dans flatum populo qui eſt in ea, & ſpiritum his, qui calcant eam*: *Eſaia 42 a* haud dubium ex præcedentibus quin terram ſignificet. Qui enim





calcat

A
Matt. 12. d
Luc. 9 d
1. Reg. 16. c

calcat terrena opera, & pedibus ſuis ſubiiciunt ea, vtiq; non malum, ſed bonū ſpiritum merentur accipere. Econtrario malus ſpiritus ſemper cum additamento legitur, vt ibi: *Cū autem ſpiritus immundus exierit ab homine.* Et in alio loco: Increpauit ſpiritum immundū. Et ſpiritus malus inuaſit Saul, & cetera his ſimilia. Spiritus ergo Dei, qui finem mendacio

Pſal 103 b
Gen. 9 c
Cant. 5. A

poſuit in pſeudoprophetis, ipſe tibi ſtillabit in vinum & ebrietatem, *Vinū* quod *lætificat cor hominis*, & ebrietatem qua inebriatus eſt Noe, & de qua dicitur: *Comedite amici mei, & inebriamini.* Hæc autem omnis lætitia & ebrietas ad comparationem ſapientiæ Dei, quæ velut fluuius cœleſtem irrigat

Dan. 2. g
1 Cor. 1 d.
Ibid. 23. c

Hieruſalem, ſtilla eſt, & gutta permodica. Nec dubitabūt ſapientiæ Dei ſtillam in hominibus dicere, qui lapidem abſciſſum de mōte ſine manibus legerint, & fatuum Dei ſapientius hominibus, & Apoſtolos quoque ipſos ex parte cognouiſſe, & ex parte prophetaſſe.

Matt. 15. c

De hac igitur ſapientia, id eſt, de ſtilla Iudaici populi (non enim venit niſi ad oues perditas domus Iſrael) congregatus eſt Iacob: omnis qui ſupplantat Eſau, & eripit primitiua eius ac benedictionem, & antequam naſcatur adhuc in vtero poſitus, plantam piloſi fratris inuadit.

HEB.

Iacob, totum te, in vnum conducam reliquias Iſrael. Pariter ponā illum quaſi gregē in ouili, quaſi pecus in medio caularū: tumultuabuntur à multitudine hominum. Aſcendit .n. pandens iter ante eos: diuident & tranſibunt portam, & egredientur per eā. Et trāſibit rex eorum coram eis, & dominus in capite eorum.

SEPT.

*cob.* a *Cum omnibus ſuſcipiens ſuſcipiam reliquias Iſrael.* b *Ponam auerſionem eorum ſicut oues in tribulatione.* c *Quaſi gregem in medio cubilis eorum exilient ex hominibus.* d *Aſcende per diuiſionem.* e *Ante faciem eorum diuiſerūt, & tranſierūt portam, & egreſſi ſunt per eam. Et exiuit rex eorum ante faciē eorum: dominus autem princeps erit.*

CAP. III.

HEB.

ET dixi: Audite principes Iacob, & duces domus Iſrael,

CAP. III.

SEPT.

ET *dicet: Audite hæc principes domus Iacob, & reliqui*

Gen. 25. c

a ❡ *Cum omnibus, &c.* ] Dum, inquit, crediderit gentium populus, & omnis orbis ad meam fuerit fidem adductus, &

Rom. 11 c
B
3. Reg 19. d
Rom. 11.

intrauerit gentium plenitudo, tunc etiā reliquiæ Iſrael ſaluabuntur: non illæ reliquiæ, de quibus eſt ſcriptum in Regnorum libro: *Dereliqui mihi ſeptē millia virorum, qui non curuauerunt genua Baal.* Et de quibus Paulus: *Ergo & in iſto tempore reliquiæ ſecundum electionem gratiæ ſaluæ factæ ſunt:* de quibus ſupra hic propheta teſtatur: Et erit de ſtilla populi huius, congregandus congregabitur Iacob. Sed illæ reliquiæ, quæ, poſtquam omnes ſuſcepti fuerint, in fine ſuſcipientur à Deo. Et de quibus nunc dicitur: *Cum omnibus ſuſcipiens ſuſcipiam reliquias Iſrael:* vt iuxta id quod ſupra diximus: *Concludens Deus omnes ſub peccato, omnibus miſereatur.*

Ibid. d.

b ❡ *Ponam auerſionem eorum, &c.* ] Reliquias de Iſrael, quas poſtquam omnes ſuſcepero ſuſcepturus ſum: nunc interim quia verſi ſunt à me, ponam in tribulatione, & coanguſtabo & faciam ſedere, ſine ſacerdote, ſine altari, & ſine propheta: vt quem per beneficia non ſenſerunt, intelligant per ſupplicia.

c ❡ *Quaſi gregem in medio cubilis eorum* ] Subauditur, ponam. Non ſolum, inquit, auerſio eorum, qua à me auerſi ſunt, ponetur quaſi grex in tribulatione: ſed poſtquā tribulati fuerint, & anguſtiæ tēpus expleuerint, ponentur in requie, hoc eſt, in cubili ſuo. Et tunc de hominibus commigrabunt, & tranſcendent humanę conditionis ſtatum, & implebunt ꝙ ſequitur: Exiliēt ex hominibus. Non ſolum autē illi exilient

Pſal. 18. d

& abibunt, ſed omnes ad quos fit Dei ſermo, & q̄ humana vitia relinquentes, conuerſationem diuinitatis imitantur & audiūt: *Ego dixi, dij eſtis, & filij Excelſi omnes:* exilient ex hominibus, & quaſi ferentur ad cœlum.

d ❡ *Aſcende per diuiſionem.* ] Præſens locus quaſi proprium habet exordium, & apoſtrophen eloquij prophetalis, ad eum qui ſaluari cupit: cui imperatur vt aſcendat per diui-

Gen 38. g

ſionem. Quod quidem manifeſtius fiet, ſi de Geneſi ſumpſerimus exemplum, vbi naſcuntur gemini de Thamar, cum qua Iudas patriarcha concubuit. Factum eſt, inquit, cum pareret & haberet geminos in vtero: *in ipſo partu vnus protulit manū, & tulit obſtetrix, & ligauit in manu eius coccinum, dicens: Hic egredietur prior. Cum aūt contraxiſſet manum, ſtatim egreſſus eſt frater eius, & illa ait: Quare diuiſa eſt, propter te maceria? & vocauit nomen eius Phares,* quod interpretatur diuiſio. *Et poſt hæc egreſſus eſt frater eius, in cuius manu erat coccinum, & vocauit nomen eius Zara:* qui in lingua noſtra dicitur, ſemen

C
פרץ זרח

vel oriens. Oſtendit ergo ſenior populus, in quo erat & ſemen, antequā de gentibus eccleſia naſceretur, manū ſuam in operibus, & poſtea contraxit eam, audiens per Eſaiam: *Manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt.* Cumque ille contraxiſſet manum, & à iuſtitiæ ceſſaret operibus, frater eius egreſſus eſt gentiū populus. Et propter ipsā diuiſa eſt ſepes, & deſtruxit dn̄s atque Saluator vt ille poſſet incedere, parietem, qui erat in medio, & maceriā duos populos ſeparantem, & fecit vnum gregem, & duos creauit in ſemetipſo, in vno nouo homine faciens pacem. Vnde & obſtetrix propheticè loquens dicit ad Phares populū iuniorem, vt quid diuiſa eſt propter te maceria? Si intellexiſtis exemplum de Geneſi, aſcende qui ſaluari cupis: nequaquam per veterem populum qui manum cōtractam habet, ſed per nouum, in quo via Chriſtus eſt, in quo porta Ieſus: per quē ad patrem incedimus. Ipſe enim ſoluit medium parietem & maceriam, id eſt, obſcuritatem veterum prophetarum, & omnia antiquæ legis aperuit ſacramenta, & diſſipata incedendi difficultate, viam oculis omnium reuelauit, vt qui vult pergere, nullo irretiatur obice obſcuritatis caligine.

Eſaia 1.
Ephe. 2. c

D

e ❡ *Ante faciem eorū diuiſerunt, & tranſierunt portam, & egreſſi ſunt per eam, & exiuit, &c.* ] Propterea dixi tibi: Aſcende per diuiſionē, qui ſurrexiſti cum Chriſto, & ea quæris quæ ſurſum ſunt: quia angeli ſiue pater & filius & ſpiritus ſanctus, diuiſerunt quod videbatur obſtare, & fecerunt viam volentibus ingredi, & quia aperto itinere inuaſerunt iter, non ſolum ingreſſi ſunt portam, ſed & tranſierunt per eā. Ingreſſi ſunt autē, quia & rex eorum eandem ingreſſus eſt portam, & aperuit eis iter, vt abſq; vlla difficultate graderentur. Ipſe enim dominus, & rex & paſtor, & via eſt, & porta, dicitque: *Ego ſum porta: per me qui fuerit ingreſſus, ſaluabitur: ingredietur & egredietur, & paſcua inueniet.* De qua porta & alibi prophetatur: *Hæc eſt porta domini, iuſti intrabunt per eam.* Quicumque autem ingreſſus fuerit, non debet in eo ſtatu in quo intrauerat permanere, ſed egrediatur ad paſcua: vt in intrando exordium ſit, in exeūdo & in paſcua reperiendo, virtutum perfectio. Qui ingreditur, adhuc in ſeculo eſt, & ex creaturis intelligit creatorē. Qui autem egreditur, tranſcēdit vniuerſam creaturam, & omnibus quæ videri poſſunt, pro nihilo computatis, inueniet paſcua ſuper cœlos, & ſermone Dei veſcetur, & dicet: *Dominus paſcit me, & nihil mihi deerit.* Hoc ideo vt intelligeremus euāgelicum teſtimonium: Ingredietur & egredietur, & paſcua inueniet: & quod nunc dicitur per prophetam: *Et tranſierūt portam, & egreſſi ſunt per eam:* qui tamen tranſitus & egreſſio abſq; Chriſto rege noſtro tribui non poteſt, qui rex & dominus eſt. Statim quippe connectitur: Dominus autem princeps erit.

Ioan 10. b
Pſal. 117. c
Ioan. 10. b
Pſal. 22. a
Ioan. 10. b

CAP. III.

ET *dixi: Audite principes Iacob, &c.* ] Manifeſtè aduerſum principes Iſrael ſermo eſt, & ſub metaphora leonum ſiue latronum crudelitas eorum deſcribitur: quod ſpoliauerunt pauperes, & interfecerint eos, & carnes eorū oſſaq; contriuerint, & quaſi in medio ollæ, ſic in vrbe Hieruſalem miſerabilē plebem afflixerint, & propter hæc inferatur eis poſtea ſupplicium in die captiuitatis, vel à Nabuchodonoſor vel à Veſpaſiano & Tito. Et clament ad dominum, & non exaudiat eos, & abſcondat faciem ſuam ab eis: quia nequiter egerint in ſceleribus ſuis.

g ❡ *Et dicet: Audite hæc principes, &c.* ] Cum ſuperioribus hæret



E
קצין

hæret ſentētia. Supra enim dixerat: Dominus autem princeps erit, & dicet: audite principes domꝰ Iacob, & reliqui domꝰ Iſraēl. Pro reliquis domꝰ Iſrael, exceptis Lxx. omnes duces domus Iſrael, tranſtulerunt. Dominus ergo qui viam fecit populo ſuo, & egreſſus eſt ante faciem eorū, & ipſe eſt princeps itineris ſimplicioris populi, quē gregem vocat, his qui nolunt ſe præuium ſequi, ſed ſuperbiūt, & quaſi iudices populi veſtigia illiꝰ nō ſequūtur, cōminatur & dicit; Audite principes domꝰ Iacob, & duces domus Iſrael. Quid eſt autē quod eos cogit audire?

a ❡ *Nō veſtrū eſt*, inquit, *ſcire iudiciū*, id eſt, nō meremini Dei ſcire iudiciū, ꝙ eſt abyſſꝰ multa, & profundum iuſtitiæ eius mens parua non inuenit. Aut quomodo poteſtis ſcire iudiciū Dei, qui odiſtis bonum, & quæritis malū? qui deteſtamini ſāctos pauperes, & honoratis diuites peccatores. Simulq; cōſideremus verborū ſignificantiā: bona nō amare peccati eſt, quāti ſceleris etiā odiſſe? & econtrariò mala nō fugere vitii eſt, quantæ impietatis eſt etiā diligēter inquirere? Poſt hæc deſcribitur ſæuitia iudicū & in ſubiectos crudelitas.

F

b ❡ *Diripiētes pellē, &c.* ] Non ſuffecerat ſpoliaſſe ſubiectum gregē, ſed corpora quoq; eorum afflixerūt duro imperio, & oſſa eorum contriuerūt: vt quidquid in eis forte fuerat, frangerēt atque contererent. Quo modo ergo illi ſpoliauerunt populum meum, & nudauerūt omni pulchritudine & decore cutis: & carnes & oſ-

Hier. 25 c

ſa miſerunt in ollam feruētē, q̃ rex accēdit Aſſyrius, tradētes gregem meum diabolo, & angelis eius, ſic & ipſi cū venerit dies vltionis, clamabūt ad dominū, & nō exaudiētur, quia nec ipſi rogantes audierant, & extendent manus ſuas ad dominum, & Deus auertet faciem ſuam ab eis: quia & illi auerterāt à precantibus vultū. Et hæc vniuerſa patientur, quia peſſimè egerūt in ſtudiis & voluptatibꝰ ſuis, & non reges fuere, ſed tyrāni: nec præpoſiti, ſed leones: neq; magiſtri diſcipulorū, ſed lupi ouiū: & ſatiauerūt ſe carnibꝰ, & incraſſati ſūt, & ſicut pinguiſſima hoſtia interfectionis ſunt ſuppliciis domini præparati.

HEB.

Iſrael: Numquid non veſtrum eſt ſcire iudicium, qui odio habetis bonum, & diligitis malum? qui violenter tollitis pelles eorū de ſuper eis, & carnem eorū de ſuper oſſibus eorū? Qui comederunt carnē populi mei, & pellē eorum deſuper excoriauerunt, & oſſa eorū confregerunt, & cōciderunt ſicut in lebete, & quaſi carnem in medio ollę: Tunc clamabunt ad dominum, & nō exaudiet eos, & abſcondet faciē ſuam ab eis in tēpore illo, ſicut nequiter egerūt in adiuentionibus ſuis.

c Hæc dicit dominus ſuper prophetas qui ſeducūt populū meum: qui mordent dentibus ſuis, & prædicāt pacē, & ſi quis non dederit in ore eorum quippiā, ſanctificāt ſuper eum præliū. Propterea nox vobis pro viſione erit, & tenebræ vobis pro diuinatione, & occumbet ſol ſuper prophetas, & obtenebrabitur ſuper eos dies. Et confundentur qui vident viſiones, & confundētur diuini, & operient vultus ſuos omnes: quia non eſt reſpōſum Dei. Veruntamen ego repletus ſum fortitudine ſpiritus domini, iudicio & virtute: vt annunciem Iacob ſcelus ſuum, & Iſrael peccatum ſuum.

d Audite hoc principes

SEPT.

*reliqui domus Iſrael.* a *Non veſtrum eſt cognoſcere iudicium, qui odio habetis bonum, & quæritis mala.* b *Diripientes pelles eorum ab eis, & carnes eorum ab oſſibus eorum. Sicut deuorauerunt carnes populi mei, & pelles ab eis excoriauerunt, & oſſa eorum confregerunt & conciderunt ſicut carnes in lebete, & ſicut carnes in olla. Sic clamabunt ad dominum, & non exaudiet eos, & auertet faciem ſuam ab eis in tempore illo, eo quod peſſimè egerunt in aduentionibus ſuis.*

*Hæc dicit dominus ſuper prophetas, qui ſeducunt populum meum & mordent dentibus ſuis, & prædicant ſuper eum pacem, & non eſt data in ore eorum: ſanctificauerunt ſuper eum prælium. Propterea nox vobis erit pro viſione, & tenebræ erunt vobis ex diuinatione, & occumbet ſol ſuper prophetas, & contenebreſcet ſuper eos dies. Et confundentur qui vident ſomnia, & irridebuntur arioli, & loquentur aduerſum eos omnes iſti. Quia non eſt qui exaudiat eos, niſi ego impleuero fortitudinem in ſpiritu domini, & iudicium & potentiam, vt annunciem Iacob impietates eius, & Iſrael peccata ſua. Audite hæc duces domus*

Hucuſq; cōtra principes malos: ſequēs verò ſermo aduerſus pſeudoprophetas eſt, & doctores peſſimos: qui populū Dei adulatione ſupplantāt, pollicētes ſcientiā ſcripturarū.

c ❡ *Hæc dicit dominus, &c.* ] Legimꝰ fuiſſe pſeudo prophetas in Iſrael, qui propter dona, pacē, q̄ eis data nō erat, prædicabant, & ſi quis munera non dediſſet, quāuis ſanctus eſſet iram Dei nunciarent illi eſſe venturam. Vnde nunc dicitur ad eos, ꝙ loquantur mendacia, & ſermo eorum non prophetia, ſed diuinatio ſit falſa, neq; habeant lumen, ſed tenebras & errorē. Cūq; in cōtrariū verſa fuerint quæ promiſerāt, tunc operiētur cōfuſione, quia nō erat, inquit reſpōſum Dei: Iam nec dæmones accipiēt poteſtatē, vt eos ſua fraude decipiant, muta erūt oracula, tacebit immūdus ſpiritus, & illudere nō audebit. Hoc de pſeudo ꝓphetis: rurſū oratio prophetę loquētis inducitur: Illis falſa vaticinātibus & opertis cōfuſione, & ignominia, ego quæ loquor, à ſācto ſpiritu inſtitutꝰ loquor & loquor iudiciū domini virtutē.

G

Cūq; pſeudo ꝓphetę mordeāt dētibus, & prædicēt pacē, ego abſque vlla formidine annūcio Iacob ſcelus ſuū, & Iſrael peccatum ſuū, quia ꝓ Deo vel idola venerati ſūt vel Dei filiū crucifixerūt. Si aūt iuxta Lxx. ꝙ dicitur, de hæreticis voluerimꝰ accipere, q̄ verè pſeudoprophetæ ſunt, & dicūt, hæc dicit dn̄s, nō errabimꝰ. Illi .n. populū quondam Dei errore decipiūt, & hoc faciūt, vt comedāt eos, vel ſīpliciter in accipiēdis muneribꝰ vel myſticè in occiſione animarū eorū, & permittūt eis pacē & regna cæleſtia, & dicunt, nō neceſſe eſt vt viuas cōtinēter & ſāctè: habeto fidē q̃ docemus, & oīa promiſſa dn̄i cōſequeris: quæ loquentes, magis aduerſū eos irā dn̄i concitant, & præliū in illos ſanctificant. Quāobrem ô hæretici, qui putatis habere vos ꝓphetiā, & imitamini eccleſiā Dei, vbi ęſtimatis eſſe viſionē, vbi nox erit, & vbi iactatis vaticiniū ꝓphetale, ibi ſpiritꝰ loquetur immūdꝰ. Occidet .n. ſol iuſtitię ſup huiuſcemodi ꝓphetas, & videbūt tenebras ſuas, & cōfūdētur. Cūq; diuini magis quam prophetæ fuerint cōꝓbari, ridebūtur ſuper ſomniis ſuis, & populi qui ab eis prius decepti fuerāt, cōtra eos loquētur. Tūc etiā ipſi magiſtri pœnitētiā agēt, & nemo nos exaudiet, niſi ego quē offenderāt. Et q̄a clemēs ſum & *nolo mortē peccatoris, ſed cupio vt reuertatur & viuat*, cum exaudiero eos dabo eis virtutē ſpiritꝰ mei, & implebo eos iudicio meo & fortitudine: Vt q̄ prius populū blādimētis decipiebāt, poſtea vero annūciādo deterreāt, & ad rectā reuocēt viā, & q̄ cauſa erroris fuerāt, incipiāt mederi vulneribꝰ quæ intulerūt, & eſſe occaſio ſanitatis. Animaduerte in præſenti loco poſſe aliquem docere poſt peccatū, ſi tamen vitia priſtina digna pœnitētia eluerit. Vnde & Dauid poſt adulterium & homicidium loquitur in pſalmo: *Aſperges me hyſſopo, & mūdabor: lauabis me, & ſuper niuē dealbabor.* Nec ſua tantū puritate contentus eſt, ſed infert: Redde mihi lætitiā ſalutaris tui, & ſpiritu principali cōfirma me. Cūq; hoc feceris: *Docebo*, ait, *iniquos vias tuas, & impii ad te conuertentur.*

H
Eze. 18. g
Pſal. 50.

d ❡ *Audite, &c.* ] Nemo ambigit Hieruſalē ꝓpter ſcelera, quę in hoc capitulo deſcribūtur, fuiſſe ſubuerſā, & q̄a ſupra vel ad iudices, vel ad pſeudo ꝓphetas præceſſerat cōminatio: *Audite principes domus Iacob, & duces domꝰ Iſrael:* Et poſt paucos verſiculos: *Hæc dicit dominus ſuper prophetas, qui ſeducunt populū meū*, & reliqua. Nūc generaliter & aduerſum iudices

קצינ



& aduer-

A

&aduerſũ pſeudo prophetas, & cõtra ſacerdotes, & cõtra eos, qui ſibi Dei pollicebãtur notitiam, prophetalis ſermo texitur, &arguit eos quod propter ſcelera eorum Siõ quaſi ager aranda ſit, & Hieruſalẽ velut aceruus lapidum corruitura, &mons templi futurus in excelſa ſyluarum. Videmus completa quæ dicta ſunt: oris eloquium oculi probant: prophetiæ teſtis aſpectus eſt: hoc ipſum teſtimonium &in Hieremię volumine ſcribitur, vbi &Micheæ fit mẽtio, &Hieruſalẽ vaſtitas prædicatur. Iudices & principes dom⁹ Iacob, & dom⁹ Iſrael, id eſt&duarũ & decem tribuum, nõ ſolum iudiciũ nõ faciebant, ſed abominabãtur illud: Et omnia recta peruertebãt, ne ſaltẽ parua iuſtitia remaneret in ciuitate. *Qui ædificauerũt Siõ in sãguinibus, & Hieruſalẽ in iniquitate*, rapinis pauperum, cæde inſontium, occiſione ſanctorũ. Quod ſi quis de principibus videbatur iudicare quod erat rectum, vendebat magis ſententiã, &in muneribus iudicabat. Sacerdotes quoq; nõ docebãt populum, niſi accepto pretio, &cũ dicatur ad sãctos: *Gratis accepiſtis, gratis date*: illi Dei reſpõſum accepta pecunia proferentes, gratiã domini auara mercede vendebãt. Et poſt hæc mala non intelligentes peccatum ſuum, quaſi ſceleribus redimerẽt charitatem Dei, iudices ac ſacerdotes & prophetas Dei eſſe ſe memorabant, &ſecundum impœnitens cor ſuum dicebant: Dominus in medio noſtrum eſt, & non veniẽt ſuper nos mala. Quia igitur nõ egerant pœnitẽtiam, & omnis populus ſequutus eſt principium & ſacerdotum prophetarũque vitia, Siõ quaſi ager arabitur, & Hieruſalem ſicut aceruus lapidum erit, & templum, quod prius auro argẽtoq; fulgebat, in ruinas vltimas collabetur. Hæc contra populum Iudæorum, cuius vera captiuitas, & extremæ ruinæ, & propter ſuperiora quidẽ ſcelera, ſed maximè propter effuſionem dominici sãguinis, irrogata ſunt. Vnde & Siõ quaſi ager arata eſt, & Hieruſalem in tumulos verſa ſaxorum, & tẽplum illud quondã nobile atque ſublime, in extremos cineres comminutum eſt. Si quis autem hæc quæ de Hieruſalem dicuntur, & de Sion, ad eccleſiam transferat (ipſa eſt.n. domus Iacob, & domus Iſrael: ſecundum illud quod in Eſaia ſcribitur: *Iacob puer meus, ſuſcipiam eum*: Et illud ad Timotheum: *Vt ſcias quomodo te oporteat in domo Dei conuerſari, quæ eſt eccleſia*) iſte liquido peruidebit, quod principes domus Iacob, &reliqui de domo Iſrael (ſiue vt melius in Hebræo ſcriptum eſt, Iudices dom⁹ Iſrael) non ſint alii niſi epiſcopi, presbyteri & diaconi. Qui niſi omni cuſtodia ſeruauerint cor ſuum, abominãtur iudicium & vniuerſa recta peruertunt: quãdo enim iuxta perſonam iudicant, &in diſceptatione negotii non valet cauſæ meritum, ſed reorum potentia: nonne abominantur iudicium, & omnia recta peruertunt? Poteſt autem & aliter accipi, ꝙ principes domus Iacob, & iudices domus Iſrael abominẽtur deteſtenturque iudiciũ, Dei iudicis ſententiam declinantes, & omnem regulam ſcripturarum malis interpretationibus deprauantes. Iſti *ædificãt Sion in ſanguinibus, & Hieruſalem in iniquitate*: Cum enim ſcriptura iubeat: *Ne inducas impium in tabernaculum iuſtorum: & virum sãguinum & doloſum abominetur dominus*: hi quoſcũque de aſſeclis ſuis ordinant clericos, & vitam eorum in ſcandalum populis exponentes, rei ſunt infidelitatis eorum qui ſcãdalizantur. Vnde dicitur expedire homini, vt mola aſinaria ligetur in collo eius, & præcipitetur in profundum, quam vt ſcandalizet vnum de minimis eccleſiæ. Cumque ſacerdotes Malachias propheta Angelos vocet, & os eorum oraculũ domini ſit, ſine munerum acceptione nõ iudicant, legentes: *Munera excæcãt oculos etiam ſapientium*, & quaſi frenũ in ore auertũt increpationes & cum dicatur ad Apoſtolos: *Nolite poßidere aurum & argentũ, neque æs in zonis veſtris* ſit, & excutiatur de ſancti viri manibus etiam labore parta pecunia: voces domini venditant, & de columbis mercãtur in templo. Sed & prophetæ Hieruſalem in pecunia diuinabãt neſcientes aliud eſſe propheriã, aliud diuinationẽ: nũquã.n. diuinatio in ſcripturis in bonã partẽ accipitur. Nõ *eſt*, ait, *auguriũ in Iacob, neque diuinatio in Iſrael*. Videbãtur ſibi quidẽ eſſe prophetæ: ſed quia pecuniam accipiebant, prophetia ipſorũ facta eſt diuinatio. Petrus Apoſtolus: *Argentum*, inquit, *& aurum nõ habeo*: poterat vtiq; Simoni mago vẽdere quod petebat, imo poterat ſimulare vẽdentem: Spiritus enim ſanctus nec venundari, nec emi poteſt: ſed oblatã pecuniã cum offerẽte dãnauit. Nunc videas prophetas Hieruſalẽ non habere in ore propheriã, &in dño requieſcere, & dicere: Non venient ſuper nos mala: quorũ cauſa, ſpeculatoriũ Dei hoſtili aratro diuiditur, & loc⁹ quondã pacis, ruinis plen⁹ fit, templum domini in vepres ſpinaſq; cõuertitur, & eſt habitaculum beſtiarum. Nec quemquã moueat illud quod in primo Regũ libro legimus: Saul volentẽ ire ad Samuelem dixiſſe puero ſuo, ad eũ ſe ire nõ poſſe, quia pretiũ quod offerret pro vaticinio non haberet, & puerum reſpondiſſe: *Ecce inuenta eſt in manu mea quarta pars ſicli pecuniæ, & dabo viro Dei, & annũciabit nobis viam noſtram*: non enim ſcriptum eſt, quod Samuel acceperit, aut quod illi obtulerint: quin potius à propheta paſcuntur, & inuitãtur ad prãdium. Sed fac eum accepiſſe, ſtipes magis æſtimandæ ſunt tabernaculi, quã munera ꝓpheriæ. *Siclus* enim *viginti obolos habet*: & quarta pars ſicli quinq; ſunt oboli. Et noſtri igitur ſacerdotes, ſi volunt vendere prophetiam, & columbas in cathedris ſuis proponere, quas dominus flagello ſubuertit: vtinam non pretia villarum, ſed quinque obolos acciperẽt. Hoc ipſum ſonat & in tertio Regnorum libro, quod vxor Hieroboam infirmante filio pergit ad Achiam hominẽ Dei, & defert ei panes, & vuas paſſas, & vaſculũ mellis. Dicitur enim quid ſecũ illa portauerit, & tamẽ propheta nõ ſcribitur accepiſſe: quippe cum corripuerit eam, & venturum luctum prædixerit: licet potuerint hi, qui ad ariolos ire conſueuerãt (quia multi diuini & arioli erãt in Iſrael) mala cõſuetudine æſtimaſſe idipſum etiã de prophetis, & voluiſſe ſanctis viris offerre, quod diuinis offerre cõſueuerãt, & tantũmodo ſcripturã narraſſe quid illi voluerint: nec tamen intuliſſe quod ipſi aut offerre auſi fuerint, aut prophetæ acceperint. Apoſtolus Paulus: *Qui altari*, inquit, *ſeruiũt, de altari participãt*, & viuunt. Permittitur tibi, ô ſacerdos, vt viuas de altari, nõ vt luxuries. Boui triturãti os nõ clauditur. Scimus iſta & tamẽ licentia hac Apoſtolus non abutitur, & habẽs victum veſtimentumque, contẽtus eſt: nocte & die laborat manibus ſuis ne cui grauis ſit. Et iurat in epiſtolis, ſe sãcte, & ſine auaritia in Chriſti euangelio conuerſatum, & nõ ſolum de ſe, ſed de diſcipulis quoque ſuis hoc ipſum aſſerit: quod nullũ miſerit, qui ab eccleſiis aut poſceret aliquid, aut vellet accipere. Si autẽ gratulatur in quibuſdam epiſtolis, & mittentium munera beneuolentiã Dei appellat: nõ tam ſibi congregat quã pauperibus ſanctorum, qui erant in Hieruſalẽ. Sãcti autem pauperes, hi erãt in Hieruſalem, qui primum in Chriſto crediderant de Iudæis, & proiecti à parẽtibus, & cognatis, atque affinibus ſuis, tã poſſeſſiones, quam vniuerſam ſupellectilem ſacerdotibus templi ac populo vaſtante perdiderant. Si tales pauperes ſunt, accipiant. Si autem ſub occaſione

Hier. 26. c — Matt. 10. a — B — Eſaia 41. b — 1 Tim. 3. d — Pro. 1. 24. b — Sec. o — Pſal. 5. b — 1 q. Hi quoſcunque — Matt. 18. a — Malac. 2. b — C — Eccl. 20. d — Sec. Græc. — Matt. 10. a — Matt. 21. b — Num. 23. d — Act. 3. a — 1. Reg. 9. a — D — Ioan. 2. c — 3 Reg. 14. a — 1. Cor. 9. b — Deut. 25. a — 1. Tim. 6. — 1. Cor. 4. 6. — 2. Theſ. 3. d — Rom. 15. f — Gal. 2. b

HEB.

domus Iacob, & iudices domus Iſrael: qui abominamini iudiciũ, & omnia recta peruertitis: qui ædificatis Sion in ſanguinibus, & Hieruſalem in iniquitate. Principes eius in muneribus iudicabãt, & ſacerdotes eius in mercede docebant, & prophetæ eius in pecunia diuinabant, & ſuper dominum requieſcebant dicentes: Numquid non dominus in medio noſtrum? non venient ſuper nos mala. Propter hoc cauſa veſtri Siõ vt ager arabitur, & Hie-

SEPT.

*domus Iacob, & reliqui domus Iſrael, qui abominationi iudicium & omnia recta peruertitis: qui ædificatis Sion in ſanguinibus, & Hieruſalem in iniquitatibus. Duces eius in muneribus iudicabant, & ſacerdotes eius in mercede reſpondebant, & prophetæ eius in pecunia diuinabant, & ſuper dominum requieſcebant, dicentes. Nonne dominus in nobis eſt? non venient ſuper nos mala. Idcirco propter vos Sion quaſi ager arabitur, & Hieruſalem vt cuſtodia pomo-*



E

occaſione pauperũ paucæ ditãtur dom⁹, & in vitro ac vaſe fictili aurum comedimus, aut cum theſauris mutemus & veſtes, aut pauper habitus nõn quærat diuitias ſenatorum. Quid ꝓdeſt circa collum ab aſtergendos ſudores linteolũ non habere? Quid iuuat eſſe μονοχίτωνας & præferre habitu paupertatem, cum marſupiũ noſtrum vniuerſa pauperum turba ſuſpiret? Propter hoc cauſa noſtri, qui tales ſumus, qui Siõ ædificamus in ſanguine, & Hieruſalem in iniquitate: qui iudicamus in muneribus: qui mercedibus reſpõdemus: qui in pecunia diuinam⁹ & ſuper hoc fictam nobis sãctimoniam vendicantes dicimus: nõ venient ſup nos mala. Audiamus ſententiam dñi quæ ſequatur: Sion & Hieruſalem & mõs templi ſpeculatoriũ, & viſio pacis & templũ Chriſti in conſũmatione &in fine (quando refrixerit charitas & rara fides fuerit) quaſi ager arabitur, & redigetur in tumulos, &erit in excelſa ſyluarum, ſiue in cuſtodiam pomorum: vt ibi amplæ quondã domus erant, & abſq; numero acerui frugum, ibi vix parua ſit caſula, ſeruans ſpeciem ciborum, refectionem animæ non habentium.

לבמות יער — ὀπωροφυλάκιον.

CAP. IV.

F

*ET erit in nouiſsimo dierum mons domus domini præparatus in vertice montium, & ſublimis ſuper colles, & fluent ad eum populi, & properabunt gẽtes multæ, & dicẽt: Venite, aſcendamus ad montẽ domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos de viis ſuis, & ibimus in ſemitis eius, &c.*] Quia principes Iudæorum abominati ſũt iudicium, & omnia recta peruerterãt, & ædificauerant Sion in ſanguinibus, & Hieruſalem in iniquitate, & nõ ſolum hæc fecerant, verum in muneribus quoque iudicauerant, & ſacerdotes Hieruſalem in mercede reſponderant, & prophetæ eius in pecunia diuinauerant: & propter eos Sion, quaſi ager aratus erat, & Hieruſalem in tumulos lapidum corruerat, & mons templi Dei deſolatus in excelſa ſyluarum. Idcirco nunc derelicta domo eorum atque deſerta, quando filius Dei egrediens de templo, ait: *Surgite, eamus hinc, & relinquetur vobis domus veſtra deſerta*. Angeli quoque, Ioſepho referente, dixerunt: Tranſeamus ex his ſedibus: pro monte Sion mons domini eleuatus eſt, de quo ad principem Tyri dicitur: *Et vulneratus es in monte domini*. Iſte autem mons domini nouiſſimo dierum oſtenſus eſt, quando appropinquauit regnum cœlorum. Siquidem in conſummatione ſæculorũ in reprobationem peccati, per hoſtiam ſuam Saluator noſter apparuit, & vndecima hora ad conducendos operarios venit. Et completa illius paſſione Ioannes loquitur: *Nouißima hora eſt*: in ſex millibus enim annis, ſi quingenti anni per horas diei ſingulas diuidãtur, nouiſſima hora conſequenter dicetur tẽpus fidei gentium, *Et manifeſtus*, inquit, *erit mons domini, præparatus ſuper vertices montium*. Manifeſtus erit, qui ante fuerat occultus, & præparatus non ſolum in montibus, ſed ſuper vertices montium, Moyſen & prophetas, qui de eo vaticinati ſunt. Licet enim omnia ſancta conſcripſerint, tamen ad comparationem prophetæ, in qua Saluatoris aduentum prophetauerunt, humilia ſunt cætera, & nequaquã vſque ad verticem montium pertingentia. *Et exaltabitur*, inquit, *ſuper colles*. Homo quidem apparuit, & formam ſerui accepit: humiliauit ſe vſq; ad mortem, mortem autem crucis: ſed exaltauit eum pater, & dedit ei nomen quod eſt ſuper omne nomen, & ad conuerſationem illius vniuerſa vita hominum comparata, campi dicũtur & valles. Ad hunc ergo mõtem qui præparat⁹ eſt ſuper verticem mõtium, & exaltatus ſuper colles, feſtinabunt: ſiue vt in Hebræo habetur, fluent omnes populi: id eſt, in morem fluuiorum turbæ innumerabiles congregabuntur. Feſtinabunt autem populi, quando in eũ pariter crediderint: *Parthi & Medi & Elamitæ, & habitãtes Meſopotamiam, Iudæam, & Cappadociã, Põtum & Aſiã, Phrygiam, & Pamphiliã, Aegyptũ & partes Lybiæ, quæ eſt iuxta Cyrenẽ, & aduenæ Romani, Iudæi, & Proſelyti, Cretes, & Arabes*. Nõne vobis feſtinaſſe vidẽtur ad montẽ, quibus dictũ eſt: *Sequimini me, & faciam vos piſcatores hominũ*, & protinus ſequuti ſunt Saluatorẽ: Rurſumq; de Iacobo & Ioãne ſcriptura refert, quod relicta naui, & patre, & fluctibus ſæculi, feſtinauerint ad montẽ. Et Matthæus publicanus audiẽs, *Sequere me*, ſtatim cucurrerit. Sed & illud in Euãgelio, quãdo ſequutæ ſunt eũ turbæ multæ de Galilæa, & Decapoli, & Hieroſolymis, & Iudæa, & trãs Iordanẽ, & curauit eas, feſtinantes populos probat. Populis autẽ feſtinãtibus, gẽtes quoq; plurimæ ibunt ad montẽ: totus ſcilicet orbis in eũ credẽs, & dicent ad vexillũ ſe patibuli mutuo prouocantes: *Venite aſcendamus in montem domini*. Aſcenſione opus eſt, vt quis ad Chriſtum valeat peruenire, & ad domum Dei Iacob, Eccleſiã, quæ eſt domus Dei, *columna & firmamẽtum veritatis*. Porro quod Iacob Saluatorem ſignificet, & ſupra diximus: *Iacob puer meus ſuſcipiam eum*. Sed & hoc dicent ad eos quibus loquuti fuerant: *Venite aſcendamus in montem domini, & in domum Dei Iacob*. & addent: vt oſtendat nobis viam ſuam, quam vel in Angelis, intellige eccleſiis præſidentibus, vel in ſcripturis ſanctis, quæ viam domini præoſtendunt, & eum qui dicit: *Ego ſum via. Et ambulemus in ſemitis eius*: in Apoſtolis ſcilicet, per quos in Chriſtum credidimus. De Sion enim lex egreſſa eſt ſpiritualis, & ad gentes Dei ſermo trãſibit de Hieruſalem: qui iudicabit inter populos multos: pater enim *omne iudicium dedit filio*. Et corripiet gentes fortes vſque in longinquum: dominus enim apprehendit ſapientes in aſtutia eorum, & *cognouit cogitationes ſapientium, quoniam vanæ ſunt*. Diiudicat autem inter populos, qui ſalute digni ſint, & qui indigni: & in eius aduentu omne bellandi ſtudium conferetur ad pacem. In aratra gladii mutabuntur: haſtæ cudentur in falces: gens bellare deſinet contra gentem. Nemo pugnare diſcet, pugnandi neceſſitate depoſita. Tantaque erit requies, vt non ſolum in vrbibus, ſed viculis quoque, & agris, vt vnuſquiſque ſecurus: & hoc fiet, quia os domini loquutum eſt. Ac primum quidem iuxta litteram: antequam naſceretur nobis puer, cuius principatus in humero eius, tot⁹ orbis plenus erat ſanguine: populi contra populos, reges contra reges, gentes dimicabant aduerſum gentes. Denique etiam ipſa Romana Reſpublica bellis lacerabatur ciuilibus: Cinna

Mar. 14. c — Luc. 13. g — Ezech. 28. — Matt. 10. a — 1. Ioan. 2. c — G — Phil. 2. c — בהרו — Act. 2. b — Matth. 4. c — Matth. 9. a — H — Ibid. 4. d. — 1. Tim. 3. d — Eſaie 42. — Sec. 70. — Eſaia 2. a — Ioan. 14. a — Ioan. 5. d — 1 Cor. 3. d — Pſal. 93. b — Eſaia 2. b — Eſaia 9. b

HEB.

Hieruſalẽ quaſi aceruus lapidũ erit, & mõs tẽpli in excelſa ſiluarũ.

SEPT.

*pomorum erit, & mons domini in lucum ſaltus.*

CAP. IV.

HEB.

ET erit in nouiſſimo dierum mõs domus domini præparatus in vertice montium, & ſublimis ſuper colles, & fluent ad eum populi, & properabunt gentes multæ, & dicent: Venite, aſcendamus ad montem domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos de viis ſuis, & ibimus in ſemitis eius, quia de Siõ egredietur lex, & verbum domini de Hieruſalem. Et iudicabit inter populos multos, & corripiet gẽtes fortes, vſque in lõginquum: & concidẽt gladios ſuos in vomeres, & haſtas ſuas in ligones: non ſumet gens aduerſum gẽtem gladium, & non diſcẽt vltra belligerare. Et ſedebit vir ſubtus vineam ſuam, & ſubtus ficum ſuam, & non

CAP. IV.

SEPT.

*ET erit in nouiſsimis dierum manifeſtus mons domini, præparatus ſuper verticem montium, & eleuabitur ſuper colles, & feſtinabunt ad eum populi, & ibunt gentes multæ, & dicent: Venite, aſcendamus ad montem domini, & in domum Dei Iacob, & oſtendet nobis viam ſuam & ambulabimus in ſemitis eius: quia de Sion exiet lex, & verbum domini de Hieruſalem. Et iudicabit inter populos multos, & arguet gentes fortes vſque in longinquum: & concident gladios ſuos in aratra, & haſtas ſuas in falces, & vltra non tollet gens contra gentem gladium, & nequaquam diſcent belligerare. Et requieſcet vnuſquiſque ſub vite ſua, & vnuſquiſque ſub ficu ſua*

A Cinna & Octauio & Carbone pugnantibus: Sylla & Mario, Antonio & Catilina, Cæſare & Cneo Põpeio, Auguſto & Bruto, & eodẽ Auguſto & Antonio: in quorũ prælijs vniuerſa ſanguinem regna fuderunt. Poſtquã autẽ ad imperiũ Chriſti, ſingulare imperium Roma ſortita eſt Apoſtolorum itineri perui⁹ factus eſt orbis, & apertæ ſunt eis portæ vrbiũ, & ad prædicationẽ vnius Dei ſingulare imperiũ cõſtitutũ eſt. Poteſt quoq; hoc ꝙ *[Ioel. 3. b]* dicitur: *Cõcident gladios ſuos in aratra, & haſtas ſuas in falces*, & tropologicè accipi vt dicam⁹ ad fidem Chriſti irã & effrenata conuitia eſſe depoſita, vt mittat vnuſquiſq; manum ſu- *[Luc. 9 g]* per aratrum, & non reſpiciat poſt tergum: & cõtumeliarũ iacula haſtaſque confringẽs, fruct⁹ metere cupiat ſpirituales: vt laborantibus alijs nos *[Ioan 4. e]* intrem⁹ in labores eorum, & dicatur de nobis: *Venĩetes autem venient in exultatione, portãtes manipulos ſuos.* *[Pſal 125 a]* Nunc nemo pugnat aduerſus alium, quia legimus: *Beati pacifici.* *[Matt. 5. a]* Nemo dicit comedere in ſubuerſionem audientium, ſed ponit ſilentium ori ſuo & tacet: quia tempus malũ eſt. Et requieſcet vnuſquiſq; ſub vite ſua, vt premat vinũ, ꝙ exhilarat cor hominis, ſub vite illa, cuius a- *[Ioan. 15. a]* gricola pater eſt, & ſub ficu ſua dulcia ſpiritus ſancti poma decerpens, charitatem, gaudium, pacem & reliqua. Hęc autẽ omnia accident ſecundũ vtramque expoſitionem: quia domini verba ſunt vera, & ei⁹ dixiſſe, feciſſe eſt. Omnes po- B puli ibunt, vnuſquiſq; in via ſua: nos vero ambulabimus in nomine domini Dei noſtri, in ſæcula & vltra. Cunctis, inquiũt, nationibus euntibus iuxta errorẽ ſuum, nos ad mõ- *[Eſaia 2. a]* tem domini feſtinauimus, & diximus: *Venite, aſcendamus in mõtem domini, & in domum Dei Iacob*, & ambulabimus in nomine Chriſti domini noſtri: quia ipſe eſt mons qui Deus eſt. In die illa, in qua lucebit ſol iuſtitiæ, congregabitur illa quæ fuerat ante contrita, & quæ expulſa erat, ſuſcipietur, & ad hoc congregabitur cõtrita, vt ponatur in reliquias & *[Rom. 9 f]* derelicta in gentem fortẽ. *Niſi enim dominus ſabaoth reliquiſ- [Eſaia 1. c] ſet nobis ſemẽ, quaſi Sodoma eſſem⁹, & quaſi Gomorra ſimiles fuiſſemus.* Sed iuxta Hebraicum pulchrè. Congregabo, inquit, claudicantem, id eſt, eam quæ malè ambulauerat, & ad quã *[הצלעה]* Helias dixerat: *Vſque quo claudicatis?* cuius pes ſcandalizatus *[3 Reg. 18 d]* fuerat abſciſſus. Quam eieceram, & cui dederam libellum *[Marc 9. g]* repudii, colligam, & quam afflixeram captiuitatib⁹ variis, vel tradideram diabolo & angelis eius. Ac ne ſtatim nobis diligens lector opponat, quo modo congregatam aſſeris claudicantem, & collectam eam quæ fuerat eiecta, cum Iudæi in infidelitate permaneant? Audiat de prima *[Act. 2. g]* Chriſti dici eccleſia quæ credidit ex Iudæis: de qua fue- *[Ibid. 4. a]* rũt & Apoſtoli: ſuper qua in Actibus Apoſtolorum Lucas

**HEB.**

erit qui exterreat quia os domini exercituum loquutum eſt. Quia omnes populi ambulabunt, vnuſquiſque in nomine Dei ſui: nos autem ambulauimus in nomine domini Dei noſtri, in ęternum, & vltra. In illa die dicit dominus, congregabo claudicantem, & eam quam eieceram colligam, & quam afflixeram. Et ponam claudicantem in reliquias & eam quæ laborauerat in gentem robuſtam: & regnabit dominus ſuper eos in monte Sion, ex hoc nunc & vſque in æternum.

C deſcribit, quod in vna die crediderint tria millia, etiã alibi quinq; millia, & de quibus Iacobus loquitur ad Paulum: Vides frater Paule quanta millia ſunt de Iudæis credentiũ, & omnes hi æmulatores legis ſunt. Sed & ſignificantiã cõſidera ꝓphetalem: non dixit, ponam claudicantem totam ſaluam, ſed ponã claudicantẽ in reliquias: vt reliquiæ & electio ſaluæ fiat, & eam quæ laborauerat in gẽtem robuſtã, in nomen videlicet Chriſtianum, quod non gladius, non ignes, nõ tormẽta ſuperabũt: Vide fidem & paſſionẽ mar- *[Ibid. 21 d]* tyrum, & de robuſta gẽte nõ ambiges. Et regnabit domin⁹ ſuper eos, id eſt, ſuper gentes multas, & ſup reliquias clau- *[Rom. 11. a]* dicantis in monte Sion: in eccleſia, in ſpecula, in contẽplatione virtutũ, à præſẽti ſæculo, & vſq; in futurum. Si quis autẽ voluerit hoc quod dicitur, cõgregabo eam quę contrita fuit, & eiectam ſuſcipiã, & cætera, de anima humana intelligere quod ante aduẽtũ Chriſti variis paſſionib⁹ vitiiſque ſeruierit, & quaſi erronea, & morbida ouis luporũ fuerit laniata morſib⁹, nõ errabit: dũ tamẽ nouerit eã, quę contrita fuerat, & afflicta, ſub domini poſtea regno futurã, & victuram in Sion, & ad priſtinum montem boni paſtoris humeris reportandã. Sciendum quoq; quod hoc capitulum, quod nunc expoſuimus, D & huic ſimile de Eſaia, Iudæos & eorũ erroris hæredes ad mille annorum referre imperium Chriſti atque ſanctorum. Et illud quod dicitur: Omnes populi ambulabunt, vnuſquiſque in nomine domini Dei ſui: ita interpretari, vnamquãque gentem cum idolo ſuo torqueri, & mitti in ignem æterni ſupplicii. Sed ex conſequentibus arguuntur, non de fine ſæculorum hoc dici, ſed de primo aduentu Chriſti, in quo colliguntur reliquiæ claudicantis, & gẽtes ante ſaluãtur. Igitur Eſaias huiuſcemodi poſuit teſtimonium: *Sermo qui factus eſt ad Eſaiam filium Amos de Iuda & Hieruſalẽ*: *[Eſaia 2. a] [Sec. 70.]* quia *erit in nouiſſimis diebus manifeſtus mons domini*, & domus Dei, ſuper ſummitatẽ montium, & exaltabitur ſuper colles, & venient ad eum omnes gentes, & ibunt nationes multæ, & dicent: *Venite aſcendamus in montem domini, & in domum Dei Iacob, & annunciabit nobis viam ſuam, & ambulabimus in ea: de Siõ enim exiet lex, & verbum domini de Hieruſalẽ.* Et iudicabit inter gentes multas, & arguet populum plurimum: & concident gladios ſuos in aratra, & zibynas ſuas in falces, & nõ ſumet gens contra gentem gladiũ, & non diſcẽt vltra belligerare. Significãter hic dicitur, quod ſermo Dei egrediẽs de Hieruſalem, iudicet inter gentes multas, & arguat propriè populum Iudęorum. Nos enim quaſi peccatores iuxta operum noſtrorum menſurã iudicabit: illos verò vt impios & negatores non iudicabit, ſed arguet condemnatos.

**SEPT.**

*ſua, & non erit qui exterreat, quia os domini omnipotentis loquutum eſt hæc. Quia omnes populi ibunt vnuſquiſque viam ſuam: nos autem ibimus in nomine domini Dei noſtri, in æternum & vltra. In die illa, dicit dominus, congregabo eam quæ contrita eſt, & quæ eiecta fuerat ſuſcipiam, & quos repuleram. Et ponam contritam in reliquias, & repulſam in gentem fortem, & regnabit dominus ſuper eos in monte Sion, ex hoc nunc & vſque in ſæculum.*

*Commentarij primi in Micheam prophetam finis.*

DIVI



E G

# DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN SECVNDVM SVPER MICHEAM PROPHETAM AD PAVLAM ET EVSTOCHIVM.

## PROLOGVS.

*SEmper inuidis reſpondemus (quia non ceſſat inuidia) & librorum noſtrorum exordia, æmulorum maledicta confutant: qui vulgo iactant me ſterilis, ieiunique ſermonis quaſdam ineptias ſcribere & cum loqui neſciam, tacere non poſſe.* Itaque obſecro vos, ô *Paula & Euſtochium, vt ad huiuſcemodi latratus claudatis aures, & infantiam (vt dicunt) meam orationibus adiuuantes, impetretis mihi, iuxta Apoſtolum, adapertionem oris mei: vt de ſcripturis loquenti adaptari poſſit:* *[Col 4. a.]* Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa. *Moneo autem tauros pingues, qui circundederunt me, vt quieſcant & deſinant maledicere, maleſacta ne noſcant ſua, quæ proferentur poſt, ſi pergant lædere.* *[Pſal. 67. c.] [Ibid. 22. c.]* *Nam quod dicunt, Origenis me volumina compilare, & contaminari non decere veterum ſcripta, quod illi maledictum vehemens eſſe exiſtimant, eandem laudem ego maximam duco, cum illum imitari volo, quem cunctis prudentibus & vobis placere non dubito. Si enim criminis eſt Græcorum benedicta transferre, accuſetur Ennius & Maro, Plautus, Cæcilius, & Terentius, Tullius quoque & ceteri eloquentes viri, qui non ſolum verſus, ſed multa capita & longiſſimos libros ac fabulas integras tranſtulerunt. Sed & Hilarius noſter furti reus ſit, quod in pſalmos quadraginta ferme millia verſuum ſupradicti Origenis ad ſenſum verterit. Quorum omnium æmulari exopto negligentiam potius, quam iſtorum obſcuram diligentiam. Verum iam tempus eſt alterum in Micheam librum cudere, & renaſcentia hydræ capita* ῥοπάλῳ *contundere prophetali.*

## COMMENTARIORVM HIERONYMI IN MICHEAM PROPHETAM. LIB. II.

ET *tu turris gregis, &c.*] Turrem gregis nebuloſam, ſiue ſqualentem: quod Hebraicè dicit [a] עפל: nullam aliam debemus *[a ophel]* F accipere niſi illam: de qua Eſaias ait: *Et ædificaui turrem in medio eius*, id eſt, vineæ. *[Eſaia 5. a]* *Vinea autem Domini domus eſt Iſrael.* Hæc turris quamdiu habet torcular, id eſt altare, & in circuitu maceriam, auxilia videlicet angelorum, & non ingreditur diabolus aper in vineam: non eſt ſqualida, non eſt tenebroſa: ſed à domino *[Matt 5. b] [21. d]* lucẽte ſortita vocabulum: appellatur ciuitas quæ in monte ſita latere non poteſt. Turris igitur quondam gregis & *[Eſaia 26.]* populi Dei (quia peſſimi coloni interfecerunt patris familię filium) nunc ſqualida eſt & deſtituta, & ſub nomine Iſrael clamat in Eſaia de terra: *Et hæc turris filiæ Sion*: ſiue vt Symmachus vertit in Græcum: *Ipſa eſt filia Sion*, & vſque ad hanc veniet Deus, vel poteſtas prima, quæ poteſtas regnum eſt filiæ Hieruſalem. Venit autem ad hanc turrim prima poteſtas, ſiue principatus primus, ille qui dixerat: *Ego ſum alpha & ω, principium & finis, primus & nouiſſimus.* *[Apoc. 22. c] [Prou. 8. c]* Et qui ex perſona aſſumpti hominis ait in Prouerbiis: *Dominus creauit me in principio viarum ſuarum in opera ſua*: ſiue vt in Hebræo ſcribitur: *Dominus poſſedit me*: [b] קנני enim non creauit me, *[b Kanani]* ſed poſſedit me, habuitque ſignificat. Et venit poteſtas prima, & regnum filiæ Hieruſalem, vt poſt primam fieret & ſecunda, ſicut enim ipſe loquitur confidenter: *Ego ſum lux mundi*: *[Ioan. 8. b]* ita & diſcipulis ſuis donat vt ipſi quoque lumen vocentur mundi, dicitque ad eos: *Vos eſtis lux mundi.* *[Matt. 5. b]* Sed & vineam veram ſe in Euangelio vocans, de credentibus per Hieremiam loquitur: *Ego autem plantaui te vineam frugiferam totam veram.* *[Hier. d] [Ioan. 6. c.]* Et cum ſit panis viuus de cœlo deſcendens, diſcipulis dedit, vt appellentur panis. Vnde & Apoſtolus Paulus loquitur confidẽter. *Omnes enim vnus panis ſumus.* *[1 Cor. 10. d]* In hunc igitur modum ingreditur poteſtas prima, & regnũ in Hieruſalem, vt & credentes in ea, poteſtatem faciat & regnũ. Hoc quod in quibuſdam libris legitur. Et ingredietur principatus, primũ regnum filiæ Sion, de Babylone ſciamus additũ eſſe: quia nec in Hebræo, nec apud alios habetur interpretes. Et videtur mihi quidẽ de captiuitate ſenſiſſe Babylonia, quod popul⁹ inde egrediens venerit Hieruſalẽ. Sequitur: *Et nunc quare mœrore cõtraheris*: ſiue vt in LXX. ſcriptum eſt: *Et nunc quare cognouiſti mala*: ad quam venturus eſt, inquit dominus, & poteſtas prima & regnũ? *Quare nũc mœrore contraheris*, aut *quare cognouiſti mala?* H Statim reſpondetur & dicitur: Quia rex nõ eſt tibi, & conſiliarius tuus periit: quia comprehẽdit te dolor ſicut parturientẽ. Aut certè cũ hæc omnia habeas, vitio tuo nec regis, nec conſiliarij mereris auxilium. Quod autẽ ait: *Quare cognouiſti mala*: illo ſenſu accipiendũ eſt ꝙ omnis qui meretur & patitur mala, dicitur noſſe mala & ignorare bona. Iuxta illud ꝙ in primo quoq; Regnorũ libro ſcriptũ eſt: *Filij Heli, filij peſtilentiæ: non cognouerunt Deum.* *[1 Reg. 2. 6]* Et alibi: *Qui cuſtodit mandatum, neſciet verbũ malum.* *[Eccl. 8. a]* Et ad peccatores: *Recedite à me*, inquit dominus, *qui operamini iniquitatem, quia neſcio vos.* *[Pſal. 6. c] [Luc. 13 f]* E contrario de domino: *Qui cum non cognouiſſet peccatum, pro nobis peccatum fecit*: *[2. Cor 5 d.]* ſubauditur Deus pater: rex autem & magni conſilij angelus; Sal- *[Eſaia 9. b]* uator intelligitur, qui periit pro populo non credente: quẽ comprehenderunt dolores ſicut parturientem: putãs enim Iſrael obtinere ſe imperium, repẽte vaſtatus eſt. Et quo modo pariens dolorem effugere non poteſt: ſic ille imminentem captiuitatem, & exercitum vrbi circundatum vitare & differre nõ potuit. Legamus ſcripturas, & numquam inueniemus ſanctas mulieres, excepta Rachel, cum dolore pe- *[Gen. 35 e]* periſſe: quæ quia in via erat, & in hippodromo, id eſt, equo- *[Ibid. 48 d] [Sec. 70.]* rum curſu, qui in Ægypto venundantur, filium peperit doloris, quem poſtea vocauit pater filium dexteræ: Eua eiecta de paradiſo & audiens: *In doloribus paries*: peperiſſe deſcribitur in dolore. *[Ibid. 3. c.]* Vxor Phinees contracta, nec ſe erigens, ſi- *[1 Reg 4 d]* cut illa quam in euangelio diabolus alligauit, peperit poſtquã captam arcam Dei, populique cognouiſſet ruinam. Sa- *[Luc. 13 d]* ra autem quia ſancta erat, & ei defecerant muliebria, nato Iſaac dicit: *Riſum mihi fecit Dominus, quicumque enim audierit, congratulabitur mihi.* *[Gen. 21. a]* Dolores igitur qui obtinuerunt turrem gregis, dolores inferi ſunt, & dolores mortis, qui cir-

**HEB.**

ET tu turris gregis nebuloſa filia Sion: vſque ad te veniet, & veniet poteſtas prima, regnum filię Hieruſalem Nunc quare mœrore cõtraheris? numquid rex non eſt tibi, aut conſiliarius tuus periit, quia com-

**SEPT.**

*ET tu turris gregis caligoſa filia Sion: ad te veniet, & ingredietur principatus, primum regnum de Babylone filiæ Hieruſalem. Et nunc quare cognouiſti mala, numquid rex non erat tibi, aut conſilium tuum periit, quia ob-*

A
qui circundederũt quidẽ & vallauerunt etiã Saluatorẽ: Sed nequaquã eum obtinere potuerunt: ſicut ipſe loquitur in pſalmo decimo ſeptimo. Circũdederũt me dolores mortis, & torrentes iniquitatis cõturbauerunt me, & dolores inferi vallauerunt me. Quidã putant turrẽ ſqualentem, ſiue tenebroſam & filiam Hieruſalẽ, de cœleſti Hieruſalem intelligi, quæ ſit mater ſanctorum: de qua & Apoſtolus ait:
Hebr. 12 f
*Acceſſiſtis ad Sion montẽ, & ciuitatẽ Dei viuentis, Hieruſalem cœleſtem*: quæ tamdiu ſqualet, quamdiu filii ſui non reducũtur ad eã, & rex conſiliarius non ſit in ea, & dolores ſicut parturientem apprehendant eam, quod fruſtra peperit vidẽs tantos filios interfectos.

a ¶ *Dole, & ſatage filia Siõ quaſi parturiẽs: quia nunc egredieris de ciuitate, & habitabis, &c.*] Cui præcipit, vt doleat ſiue parturiat, & poſtea infertur viriliter age, nõ fruſtra præcipitur, ſed vt dolores patiẽter ferẽs egrediatur de ciuitate, & habitet
בשדה
in cãpo ſiue in regione, & veniat vſq; ad Babylonẽ, & cum pro peccato ſuſtinẽs captiuitatẽ fortiter tulerit quod illatũ eſt, tũc liberet eã dñs, & redimat Deus ſuus de manu
Infra 7. b
Sec. 70.
inimicorũ ſuorũ: vt poſtquã fuerit liberata, inſultantib. dicat: Noli inſultare mihi inimica mea, quia cecidi, reſurgã,
B
& ſi enim ambulauero in tenebris, dñs lux mea eſt: iram dñi ſuſtinebo, quoniã peccaui ei: donec iuſtificet cauſam meã, & faciat iudiciũ meum, & educat me in lucẽ, & videbo iuſtitiam eius, & aſpiciet inimica mea, & operietur ignominia. Vnde & in pſalmis cõgrua voce
Pſal. 191. b
cantatur: *Non in perpetuum iraſcetur, neque in æternum cõminabitur* dominus. Quod autẽ: Dole, & viriliter age, ad ſalutẽ dolentis pertineat, & agentis viriliter, Ieſus quoq; filius Naue teſtis eſt, cui domin⁹ dicit:
Ioſ. 1. b
*Confortare, viriliter age.* Dolet autẽ & agit viriliter filia Siõ: quia excalciata & nuda egreſſa eſt de ciuitate, & captiua ducenda eſt in campum Sennar,
עזרא
& futura in Babylone, donec Zorobabel veniat, & Ezdras, qui interpretatur adiutor, & de manu Chaldæorum liberet eam Quod cum iuxta litteram manifeſtum ſit, intelligere mihi videtur, animam propter peccatum de Eccleſia pulſam, & inimico & vltori contraditam in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus fiat exire de ciuitate: quam fluminis impetus lætificat, habitare non in monte, vbi prius fuerat, ſed in cãpo, in quo Aſſyriorum vagatur exercitus, & eſſe in cõfuſione vitiorum ſuorum & poſtquam habuerit cõpedes & traxerit molã & farinã Babylonis fecerit, in ſemet reuer-
Eſaie 47. a
ſum dicere: *Quanti mercenarij patris mei ſaturantur panibus, & ego hic fame pereo?* & ad paternam domum poſtea reuertentem ſuſcipi à clementiſſimo patre, & redimi de manu duriſſimi domini. Ponamus exemplum, vt quod imperatur filiæ Sion & dicitur: Dole, & viriliter age quaſi pariens: non ad pœnam, ſed ad vtilitatem illius referamus. Loquitur
Luc 15. d
Gal. 4.
Paulus ad Galatas: *Filioli mei, quos iterũ parturio, donec Chriſtus formetur in vobis.* Et tamdiu doluit, tamdiu parturiuit, donec eos rurſum per pœnitentiã generaret, qui per delictum perierãt. Puta medicũ febricitanti, vel vulnerato dicere: Dole, & viriliter age, ſuſtine ſitim, porta cauterium, vt certior ſanitas conſequatur.
C
b ¶ *Et nunc congregatæ ſunt, &c.*] O Hieruſalem, ô filia Sion, quæ venies vſq; in Babylonẽ, & ibi liberaberis, & redimet te dñs de manu inimicorũ tuorũ: nunc interim congregatæ ſunt ſuper te gẽtes multę, quę quaſi de adultera loquũtur, & dicũt: Lapidetur & aſpiciat in eam oculus noſter. Siue vt in Lxx. ſcriptũ eſt: inſultemus, & gaudeamus, & deſpiciãt ſuper Siõ oculi noſtri, & nõ cognouerũt dñi voluntatẽ atq; conſilium: quia propterea aduerſum te cõgregatæ ſunt nationes vt cõteras eas quaſi fœnũ vel ſtipulã areæ. Surge igitur filia Siõ, & in cornib. ferreis, quæ tibi dare me ſpondeo: atque in vngulis æreis, quas acceptura es, vẽtila & cõtere populos, & interfice eos dño vniuerſæ terræ; tali enim victima, & tali ſacrificio delectatur. Hæc Iudæi, nec dum expleta cernẽtes, in futuro ſibi Chriſti pollicẽtur aduentu, & dicũt vniuerſas nationes Iudaico populo ſeruituras, ipſũq; imperiũ Romanorũ (quod ſub nomine interpretantur Edõ) cõterendum eſſe vngulis ſuis, & cornib. ventilandũ. Quod quam ſtultum ſit, ex omnib. ſcripturis facile cõprobatur: ſed hoc alterius temporis eſt. (Nos ergo) qui non occidẽtẽ litterã, ſed ſpiritum viuificãtẽ ſequimur, dicimus aduerſũ
D
filiam Siõ, quæ interpretatur Eccleſia, multas nationes dæmonum congregari, & in præſenti ſęculo, quod in maligno poſitũ eſt, inſultare, & in occi-
1. Ioan. 5. d
ſione filiorũ eius gaudere, neſcientes cogitationes dñi, nec eius cõſilium agnoſcentes. Si enim *cognouiſſent, nunquam dominum maieſtatis crucifixiſſent.*
1. Cor. 2. b
Congregabit itaque eos quaſi manipulos areæ: vt quidquid ſpinoſum habere videbantur & aſperum, vacuumq; & leue, vngulis ſuis conterat, & cornibus ventilet, & purũ remanens frumentũ in dñi offeratur donaria. Quid autẽ in eo ſignificet quod ait: Et cõminues populos multos, & conſecrabis dño multitudinẽ eorũ, & robur eorũ dño vniuerſæ terræ: Legamus Numeros, Ieſu Naue, & primũ Regnorum librũ, & videbimus quo modo de ſubiectis gentibus, cũ vniuerſa perierint in ore gladij, aurũ & argentũ, & tã de hominibus, quam de iumentis certus prædæ numerus dño conſecratus ſit. Deniq; & Achor, qui de anathemate Hiericho aliquid eſt furatus, cõturbauit populũ, & ex peccato valli nomen impoſitum eſt, Emek Achor: i. e. vallis tumult⁹ ſiue turbarum. Vt autem ſcias iuxta Lxx. interpretes, qui
Ioſue 7. a
dixerunt: conſecrabis dño multitudinem eorum & robur eorum domino vniuerſæ terræ, in bonam partem debere
עמק עכור
accipi conſecrationẽ: Theodotio pro multitudine, munera tranſtulit, id e. δῶρα, quinta editio, emolumentum, id eſt, ὠφέλειαν, Symmachus, lucrum eorum, id eſt, τὸ κέρδος αὐτῶν.
ἀναθήσεις.

CAPVT V.

N*Vnc vaſtaberis filia latronis, &c.*] Non quod vna tribus percutiat maxillam alterius, ſed quod alij percutiant tribus Iſrael in maxillam. Pollicitus quidem tibi ſum, ô filia Sion, quod venturum ſit tempus quo cornu tuum ponam

HEB.

cõprehendit te dolor quaſi parturientem.
a Dole, & ſatage filia Sion quaſi parturiens: quia nunc egredieris de ciuitate, & habitabis in regione, & venies vſque ad Babylonem: Ibi liberaberis, ibi redimet te dominus de manu inimicorum tuorum. b Et nunc congregatæ ſunt ſuper te gentes multæ, quæ dicunt: lapidetur, & aſpiciat in Sion oculus noſter. Ipſi autem non cognouerunt cogitationes domini, & nõ intellexerunt conſilium eius, quia congregauit eos, quaſi fœnũ areæ. Surge, & tritura filia Siõ, quia cornu tuum ponam ferreum, & vngulas tuas ponam æreas, & comminues populos multos, & interficies domino rapinas eorum, & fortitudinem eorũ domino vniuerſæ terræ.

CAP. V.

HEB.

NVnc vaſtaberis filia latronis: obſidionem poſuerunt ſuper nos, in virga percutient maxillam

SEPT.

*obtinuerunt te dolores ſicut parturientem? Dole, & viriliter age filia Sion, quaſi pariens: quia nunc egredieris de ciuitate, & habitabis in campo, & venies vſque ad Babylonem: Inde liberabit te, & inde redimet te Dominus Deus tuus de manu inimicorum tuorum. Et nunc congregatæ ſunt ſuper te gentes multæ dicentium: inſultemus, & videant in Sion oculi noſtri: ipſi autem neſcierunt cogitationes domini, & non intellexerunt conſilium eius: quia congregauit eos, vt manipulos areæ. Surge, & triturã eos filia Sion: quia cornua tua ponam ferrea, & vngulas tuas ponam æreas: & comminues populos multos, & vouebis Domino multitudinem eorum, & robur eorum Domino vniuerſæ terræ.*

CAP. V.

SEPT.

N*VNC obſtruetur filia obſtructione: anguſtiam poſuit ſuper nos, in virga percutient ſuper*



E
ponam ferreum, & vngulas tuas æreas, & cõminuta dæmo-
Rom 11. d
num multitudine, offeras quidquid illi ante poſſederãt domino vniuerſæ terrę. Sed quia hoc tunc futurum eſt, quando ſubintrauerit gẽtium plenitudo, & omnis Iſrael ſaluat⁹
תתגדדי
fuerit, nunc interim pro meritis tuis vaſtare: ſiue vt in Hebræo habetur concidere. Ne-
Phil. 3. a
quaquã enim iuxta Apoſtolũ vocaris circunciſio, ſed cõciſio: nec te appello filiã meam, ſed latronis filiã: quod Hebrai-
a bath gedoud
cè dicitur בת גדוד: i. e. diaboli ad prædãdum ſemper accincti. Feciſti enim domum meã
Matt. 21. b
ſpeluncã latronum: repugnaſti aduerſũ me, & filij tui obſidionẽ poſuerunt ſuper me, & ſuper filium, & ſpiritum meũ. An non cõtumelia Trinitatis eſt, quãdo in virga & calamo, te faciẽte, percuſſere Romani caput iudicis Iſrael, dicentes:
Matt. 26. g
*Propheti̧za nobis Chriſte: quis eſt qui te percuſſit?* ſiue quando vnus de miniſtris tuis percuſſit
Ioan. 18. d
eũ in maxillã dicens: *Sic reſpondes pontifici?* Hoc iuta Hebraicum: cui interpretationi Aquila & Symmachus & Theodotio, & editio quinta conſentiunt. Iuxta Lxx. autẽ multo aliter ſenſus eſt, & quaſi à proprio intelligitur exordio.
Eſai. 3. a
Nunc obſtruitur ſynagoga obſtructione, & dicent qui in ea clauſi fuerint: Anguſtiã poſuit ſuper nos, & Romanis poteſtatibus ſubditæ, percutientur in maxilla tribus Iſrael. Abſtulit enim dominus de Iudæa & de Hieruſalem, fortẽ & validum, & ſapientem architectum, & intelligentẽ auditorem, & viæ eius vſque hodie clauſæ ſunt & obſeptæ: nec poteſt egredi de captiuitate, ſed duriſſimo premitur imperio. Si autem iuxta ſuperiorẽ ſenſum volucrimus de eccleſia dictum accipere: Nunc obſtruetur filia obſtru-
Oſee. 2. a
ctione: illud de Oſee proferamus exemplum: in quo adul-
F
tera loquitur: *Vadam poſt amatores meos, qui dabant mihi panes meos, & aquam meam, & veſtimenta mea, & linteamina mea, oleum meum, & omnia quæ mihi proſunt.* Et poſtea Deus, volens impedire cogitationem peſſimam non eam facit quod deſiderat adimplere: ſed obſtruit vias eius, ne cõſequatur
Ibid.
Sec. 70.
amatores ſuos, & amplius fornicetur, Ait quippe: *Propterea ecce ego obſtruam vias eius in ſudibus, & obſepiam vias eius, & ſemitam ſuam non inueniet: & perſequetur amatores ſuos, & non apprehendet eos, & quæret eos, & non inueniet, & dicet: Vadam, & reuertar ad virum meum priorem: quia bene mihi erat:* Animaduerte opus domini profeciſſe: Adultera enim non inueniens viam ſuam, nec valens pergere quo volebat: neceſſitate obſtricta ad maritum reuertitur priorem, & confitetur, melius ſibi in domo viri eſſe prioris, quam quondam apud amatores ſuos fuerat: tribulationibuſque & plagis Iſ-
Hier. 6. b
Sec. 70.
Pſal. 88. c
rael eruditur. Vnde & de Dauid ſub typo Chriſti myſticè dicitur: *Si dereliquerint filij eius legem meam, & in iudicijs meis non ambulauerint: ſi iuſtitias meas prophanauerint, & præcepta mea non cuſtodierint: viſitabo in virga iniquitates eorum, & flagellis peccata eorum, miſericordiam autem meam non diſpergam ab eo.* Tribulationem ergo poſuit Deus ſuper filiam Iſrael, & percutient eam angeli, qui plagis præpoſiti ſunt in maxilla. Ac ne fortè neſcires quæ eſſet filia, quæ obſtruitur obſtructione, & ponitur in anguſtia, ſtatim infertur, & di-
1. Cor. 10. d
citur, tribus Iſrael. Nos autem ſumus Iſrael, qui mente cernimus Deum, ad quorum diſtinctionem Apoſtolus loquitur: *Videte Iſrael ſecundum carnem*: numquam enim vocaret carneum Iſrael, niſi ſciret eſſe etiam ſpiritualem.
Matth. 2. b
a ¶ *Et tu Bethleem Ephrata, paruulus es in millibus Iuda, ex te mihi egredietur, qui ſit dominator in Iſrael, &c.*] In Euangelio ſecundum Matthæum, cum Magi de Oriente veniſſent, &
בית לחם
Herodes à ſcribis quæreret, vbi nam Chriſtus dominus naſceretur, reſpondiſſe narrantur: In Bethleem terra Iuda: qui prophetæ teſtimonium addentes, dixerunt: *Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquã minima es in ducibus Iuda, ex te enim egredietur dux, qui regat populum meum Iſrael.* Quod teſtimonium, nec Hebraico, nec Septuaginta interpretibus conuenire, me quoque tacente perſpicuum eſt; & arbitror
G
Matthæum, volentem arguere ſcribarum & ſacerdotũ erga diuinę ſcripturæ lectionem negligentiam, ſic etiam poſuiſſe, vt ab eis dictum eſt. Sunt autẽ qui afferant, in omnibus penè teſtimoniis, quæ de veteri teſtamento ſumuntur, iſtiuſmodi eſſe errorẽ, vt aut ordo mutetur, aut verba, & interdum ſenſus quoq; ipſe diuerſus ſit, vel Apoſtolis, vel Euãgeliſtis nõ ex libro carpẽtib. teſtimonia, ſed memoriæ credẽtibus, quæ nonnumquã fallitur. Exponamus ergo Hebraicũ: Et tu Bethlehem, i. e. domus panis, quæ vocaris Ephrata, minima quidẽ es in ciuitatib. Iuda, & tantis millibus cõparata, vix paruus es viculus: ſed ex hoc paruo viculo egredietur Chriſtus, qui eſt dominator in Iſrael. Ac ne putes eum de genere Dauid tantum eſſe, cui repromiſi, dicẽs:
Pſal. 131. b
*De fructu ventris tui ponã ſuper ſedẽ tuã*, carnis aſſumptio diuinã non impedit maieſtatẽ, de me enim natus eſt ante oĩa ſęcula, & temporum cõditor, in tẽpore non tenetur. Ipſe eſt cui & in alio pſalmo dixi: *Ante*
Ibid. 109. a
Ioan. 1.
*Luciferum genui te. In principio enim erat verbum, & verbũ erat apud Deum, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum.* Et idcirco egreſſus eius ab initio à diebus æternitatis. Quod antem Bethleem ipſa ſit quæ Ephrata, liber Ge-
Gen. 36. e
neſeos oſtendit, in quo ſcriptura commemorat: *Mortua eſt Rachel, & ſepulta in via Ephrata, hæc eſt Bethleem.* Et in vtroq; nomine ſignificat ſacramentum: Domus enim panis dicitur, propter panem viuũ, qui de cœlo deſcendit. Et Ephra-
אפרתה
ta, quod interpretatur furor, propter Herodis inſaniã, quia illuſus à Magis iratus eſt valde, & mittẽs vniuerſos occidit
H
infãntes in Bethleem, & in omnibus finibus eius à bimata & infra, ſecundũ tempus quod exquiſierat à Magis: & propter plurimum ſanguinẽ audita eſt vox in excelſo, planctus
Hier. 31. c
& vlulatũs Rachel flentis liberos ſuos. Legimus iuxta Lxx. duntaxat interpretes, in Ieſu Naue, vbi tribus Iudæ vrbes & oppida deſcribuntur, inter cætera etiam hoc ſcriptum, Theco & Ephrata, hæc eſt Bethleem, & Phagor & Ætham,
Ioſue 15.
& Culon, & Tatami, & Soris, & Carem, & Gallim, & Bæther, & Manocho ciuitates vndecim, & viculi earum: quod nec in Hebraico, nec apud alium interpretẽ, & ſiue de veteribus libris eraſum ſit malitia Iudæorum, ne Chriſtus de tribu Iuda ortus videretur, ſiue à Lxx. additum, nequaquã liquido cognoſcẽtes, certum quid nouimus. Nihilominus & de libro Iudicum hoc ipſum poſſumus approbare, quod
Iudic. 19. a
Bethleem in tribu Iuda ſit, ſcriptum eſt enim: *Et fuit vir Leuites habitans in lateribus montis Ephraim, & accepit ſibi mulierem concubinam de Bethleem Iuda, & irata eſt ei concubina ſua, & abiit in domum patris ſui in Bethleem Iuda.* Pulchrè autem dicitur in Bethleem Iuda, ad diſtinctionem eius Bethleem, quæ in Galilæa ſita eſt, ſicut in eodem Ieſu volumine repe-
Ioſue 19. b
ri. Poteſt Ephrata in lingua noſtra ſonare, καρποφόρον, vberem atque frugiferam, & idipſum oſtendere in myſterio, quod & domus panis.

b ¶ *Propter hoc dabit eos vſque ad tempus, in quo parturiens pariet, & reliquiæ fratrum eius conuertentur ad filios Iſrael.*] Quia de Bethleem, quæ eſt Ephrata, egreſſus eſt Chriſtus dominator in Iſrael, & egreſſus eius non eo tantum fuerat tempore, quo viſus in carne eſt, ſed ab initio æternitatis, ſiue ab initio ſæculi: Quia ſemper ipſe locutus eſt per prophetas, & ſermo Dei factus eſt in manu eorum: Ideo dabit Iudæos, eoſque regnare permittet vſque ad tempus parien-
Eſa. 54 a
Sec. 70.
tis, quando completur illud: *Lætare ſterilis quæ non paris, erumpe & clama quæ non parturis: quoniam multi filij deſertæ, magis quam eius quæ habet virum.* Cum enim ſterilis
2. Reg 2. a
Rom. 11. e
pepererit ſeptem, & quæ multos habuerat filios, fuerit infirmata: & delicto populi Iudaici, plenitudo gentium ſubintrauerit: tunc omnis Iſrael ſaluus fiet, & reliquiæ
אליהו
fratrum eius ad filios Iſrael conuerrentur, & adueniens
Luc. 1. b
Malach. 4.
Helias Propheta (quod interpretatur, Deus dominus) conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres ſuos, & nouiſſi-

HEB.

xillam iudicis Iſrael.
a Et tu Bethleẽ Ephratha, paruulus es in millibus Iuda: ex te mihi egredietur, qui ſit dominator in Iſrael, & egreſſus eius ab initio à diebus æternitatis.
b Propter hoc dabit eos vſque ad tempus, in quo parturiens pariet, & reliquiæ

SEPT.

*ſuper maxillam tribus Iſrael. Et tu Bethleem domus Ephrata, modica es vt ſis in millibus Iuda: ex te mihi egredietur, vt ſit in principem Iſrael, & egreſſus eius ab initio ex diebus, ſæculi. Propterea dabit eos vſque ad tempus parientis, pariet & reliquiæ fra-*

A & nouiſſimus populus iungetur antiquo: vt verè filij Abra-
Ioan. 8. g ham appellentur, cum in eum crediderint, quē vidit Abra-
ham, & lætatus eſt. Quod eſt autem tempus in quo ſterilis
Eſaia 49 c pariet? Vt reor illud de quo Eſaias loquitur: *Tempore acce-
ptabili exaudiui te, & in die ſalutis auxiliatus ſum tibi.* Quod &
Paulus intelligens de Chriſti
2. Cor. 6. a tempore prædicatum, ait: *Ecce
nunc tempus acceptabile, ecce nūc
dies ſalutis.* Hoc ipſum puto &
illud myſticè demōſtrari, quod
Eccl. 3. a in Eccleſiaſte ſcriptum eſt:
*Tempus pariendi, & tempus mo-
riendi:* quod eo tēpore quo ex
ſterili natus eſt gentilium po-
pulus, filios amiſerit ſynago-
ga. Poteſt autem & aliter in-
Eſaia 8. a telligi: Dabit dominus tem-
plum & Hieroſolymā, & Iu-
dæos vſque ad illud tempus
quo virgo pariet: quæ poſt-
quā pepererit & natus paruul⁹
acceperit ſpolia Samariæ, &
virtutem Damaſci, interfecto
populo Iudæorum, reliquiæ
Iſrael ſaluabuntur. Et fratres
Chriſte, i. e. Apoſtoli, conuer-
tētur ad Prophetarum & Pa-
triarcharū fidē, qui venturum
Pſal. 44. d Chriſtū annunciauerunt, &
cōplebitur pſalmi vaticiniū:
*Pro patribus tuis nati ſunt tibi
filij,* & cætera quæ ſequuntur.
a ¶ *Et ſtabit, & paſcet in fortitu-
dine domini, in ſublimitate nomi-
nis domini Dei ſui, &c.*] Poſtquā
ſol iuſtitiæ egreſſus fuerit à
B ſummitate cœlorum, & peruenerit vſque ad terminos eo-
rum, & pepererit pariens, & reliquiæ fratrum eius conuer-
ſæ fuerint ad filios Iſrael: tunc ipſe Dominus, qui prius
ambulabat, & cum his qui in itinere erant poſiti, nec dum
habebat fixum gradum, ſtabit, & paſcet eos in fortitudine
Domini, vt poſſint dicere: *Dominus paſcit me, & nihil mihi
Pſal. 22. a deerit: in loco paſcuæ ibi me collocauit: ſuper aquas refectionis enu-
triuit me, animam meam conuertit.* Paſcet autem eos, non ſo-
lum in fortitudine Dñi, ſed in ſublimitate nominis Domi-
Ioan. 17. b ni Dei ſui, quando dicit ad patrem: *Pater ſancte ſerua eos in
nomine tuo, quos dediſti mihi, vt ſint vnum ſicut & nos: quando
eram cum eis, ego ſeruabā eos in nomine tuo: quos dediſti mihi, cu-
ſtodiui, & nullus ex his perijt.* Et conuertentur, ſiue vt me-
b iaſabou lius interpretatus eſt Symmachus, habitabunt. b ישבו enim
verbum Hebraicum vtrumque ſignificat. Habitabunt au-
tem in eccleſia domini, quia magnificatus eſt Chriſtus vſ-
que ad terminum terræ. Siue iuxta Lxx. quia magnifican-
tur ipſi cum paſtore ſuo vſque ad extremum terræ: vt *in
Pſal. 18. a omnem terram exeat ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba
eorum.*

b ¶ *Et erit iſte pax, Aſſyrius cum venerit in terram noſtram, &c.*]
Quando venerit diabolus, qui interpretatur, ἐλέγχων, id eſt,
arguens atque corripiens, ſuper terram regionemque cre-
dentium, & eorum quos paſcet dominus in fortitudine, &
in ſublimitate nominis domini Dei ſui, & eos calcauerit
tribulationibus variis, & domos animarum noſtrarum, i. e.
corpora quaſi ſuperbus aſcenderit atque depreſſerit, & ta-
men nihil nos à Chriſti charitate ſeparauerit. Tunc Chri-
ſtus pax, ſiue ipſe Chriſtus, erit in nobis, & dicetur de ſan-
Pſal. 88. d cto: *Nihil proderit inimicus in eo.* Ponamus exemplum, vt
quod dicimus poſſit manifeſtius fieri. Venit Aſſyrius ſuper
terram quondam Pauli, & aſcendit ſuper regionem eius,
1. Cor. 11. e quando fuit in laboribus ſupra modum: in plagis abun-
dantius, in carceribus nimis, in mortibus frequenter,
quando à Iudæis quinquies quadragenas vna minus acce-
pit: ter virgis cæſus eſt: ſemel lapidatus eſt: nocte & die in
profundo maris fuit, in periculis latronum, periculis in fal-
ſis fratribus, periculis ex genere, periculis ex gentibus: ſed
in his omnibus vincebat propter illum qui dilexerat eum.

H e b.

quiæ fratrum eius con
uertentur ad filios Iſ-
rael. a Et ſtabit, & paſ-
cet in fortitudine do-
mini, in ſublimitate
nominis domini Dei
ſui, & conuertentur,
quia nunc magnifica-
bitur vſque ad termi-
nos terræ. b Et erit iſte
pax, Aſſyrius cum ve-
nerit in terram no-
ſtram, & quando cal-
cauerit in domibus no-
ſtris. c Et ſuſcitabimus
ſuper eum ſeptem pa-
ſtores, & octo prima-
tes homines, & paſcēt
terram Aſſur in gla-
dio, & terram Nem-
rod in lanceis eius: &
liberabit ab Aſſur
cum venerit in terram
noſtram, & cum calca-
uerit in finibus noſtris.
a Et

S e p t.

*fratrum eius reuertentur
ad filios Iſrael. Et ſtabit
& videbit, & paſcet gre-
gem ſuum in fortitudine
dominus, & in gloria
nominis Domini Dei ſui
erunt, quia nunc magni-
ficabuntur vſque ad ter-
minos terræ. Et erit hæc
pax: Aſſyrius quando ſu-
peruenerit in terram ve-
ſtram, & cum aſcenderit
ſuper regionem veſtram.
Et conſurgent ſuper eum
ſeptem paſtores, & octo
morſus hominum, & pa-
ſcens Aſſur in gladio, &
terram Nemroth in fo-
uea eius: & liberabit te
Aſſur, cum venerit ſuper
terram veſtram, & cum a-
ſcenderit ſuper terminos
veſtros.*

Et ideo implebatur pace, quia impletus fuerat cōtumeliis. C
Iudæi in aduentu Chriſti, quem ſibi ſimulant, hæc omnia
iuxta litteram futura eſſe contendunt.
c ¶ *Et ſuſcitabimus ſuper eum ſeptem paſtores, &c.*] Vbi nos po-
ſuimus primates homines, & in Hebraico ſcriptum eſt c
נסיבי אדם: Symmachus inter- c neſiche adam.
pretatus eſt χειστὰς hominum:
Theodotio & Quinta editio,
principes hominum: Aquila,
graues vel conſtitutos homi-
nes, id eſt, καθεσταμένους. Rurſum
in eo vbi ego & Aquila tran-
ſtulimus, in lanceis eius, vt
ſubaudiatur terræ Nemroth:
Symmachus vertit, ἐντὸς πυλῶν
αὐτῆς: i. e. intra portas eius:
Theodotio, in portis eorū:
Quinta editio, ἐν παραξίφεσιν
αὐτῶν: quod nos poſſumus di-
cere, in ſicis eorū: In Hebræo
autē poſitum eſt d בפתחיה. Tūc d biphtha h-ha
igitur erit pax, cum reliquiæ
fratrum Chriſti cōuerſæ fue-
rint ad filios Iſrael, & venerit
Aſſyrius in terrā noſtrā, & ad-
iuti à Dño, eum qui noſtras
domus calcare cupiebat, ve-
lociter cōtriuerimus ſub pe-
dibus noſtris. Ipſe enim dñs
ait: Suſcitabimus ſuper eum
ſeptem paſtores, *& octo pri-* Rom. 16. c
*mates hominū*, vel morſus ho-
minum. Suſcitabimus autem
ego, & filius meus, & Spiritus
ſanctus, iuxta illud quod in Gen. 1. b
Geneſi ſcriptum eſt: *Faciamus
hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram.* Et in Abdiæ D
principio: *Surgite, & aſcendamus aduerſus eam in prælio.* Septē
paſtores, omnes Patriarchas & Prophetas, & ſanctos viros
arbitror eſſe, qui hebdomadi, i. e. veteri ſeruierint inſtru-
mento. Octo autem morſus hominum, ſiue octo primates
homines, & vt Symmachus interpretatus eſt, χειστὰς: vni-
uerſos noui teſtamenti, qui ab Apoſtolis vſq; ad hanc ætatē
momorderint Aſſyrium, & ſuis dentib. lacerauerint: Vn- Eccl. 11. a
de in Eccleſiaſte præcipitur: vt demus partes ſeptē, demus Ezec. 40. d. e
& octo. Et in templo Ezechielis, quod interpretatur eccle-
ſiā & cæleſtis Hieruſalem, ſeptem & octo gradibus aſcen-
ditur. Et in pſalterio quindecim gradus ſunt, quibus per
Hebdomadem & ogdoadem ad canendas Deo laudes ſcan-
dimus. In octauo die celebratur circunciſio ſpiritualis, &
in templo Iudæorum deſtruitur ſabbatum, & quidā pſalmi
pro octaua inſcribuntur: iſti igitur ſeptē paſtores, & octo Pſal. 6. 11.
morſus hominum, paſcent Aſſur in gladio. *Viuens* enim *&* Heb. 4. b
*efficax ſermo Dei, & acutus ſuper omnem gladium bicipitem,* miſ- Matth. 10 A
ſus eſt ab eo, qui venit gladium mittere ſuper terram, vt di-
uidantur duo in tres. *Et terram Nemrod* (qui interpretatur נמרוד
tentatio deſcendens) *paſcent in fouea eius:* gigantis enim, &
venatoris, & ſuperbientis contra dominum terra, non eſt
in montibus, ſed in foueis. Iſte cecidit quaſi fulgur de cæ-
lo, & ſemper verſatur inter beſtias, & quia venator eſt, in- Luc. 10. c
fructuoſa ligna luſtrat & ſiluas. Quantum ego poſſum in Gen. 10. b
mea recolere memoria: numquam venatorem in bonā par-
tem legi. Iſmahel & Eſau venatores fuerūt, & præceſſerunt
in typo populi Iudaici: quorum alter filius Ægyptiæ eſt, Gen. 16. 17
ambulans iuxta carnem, & iuxta carnem viuens. Alter pri-
mitiua propter lenticulam perdidit, & benedictionib. fra- Gen 25. d
tris inuidēs fugat eum in Meſopotamiā: Redacta ergo terra
Nemrod in foueis ſuis: *Qui* enim *fodit foueam incidet in eā,* &
qui lacum aperuit & effodit eum, *incidet in foueam quam fe-* Prou. 26 d
*cit: & reuertetur dolor eius in caput eius, & ſuper verticem eius* Pſal. 7. d
*iniquitas eius deſcendet.* Et confoſſo Aſſyrio à ſeptem paſtori-
bus, & octo morſibus, liberauit nos Chriſtus de manu Aſ-
ſur: qui venerat ſuper terram noſtram, & calcare cupiebat
terminos Iſrael. Quod autem Symmachus ait: *Et paſcent
terram Aſſur in gladio, & regionem Nemrod* intra portas eius:
hoc ſen-



E hoc ſentiendum eſt, quod id domo ſua alligetur fortis, &
vulneretur aduerſarius. Et iuxta Aquilam & quintam edi-
tionem, ſicis & lanceis ſeptem paſtorum, & octo Chriſto-
rum hominum confodiatur.
a ¶ *Et erunt reliquiæ Iacob in medio populorum, &c.*] Libera-
tis nobis de Aſſur, quando ve-
nerit ſuper terram noſtram &
aſcenderit ſuper terminos no-
ſtros, & liberatis à domino qui
ſuſcitauit ſuper eum ſeptem
paſtores & octo morſus homi-
nū: reliquiæ Iacob (quos Apo-
ſtolos intelligimus, & primam
de Iudæis Eccleſiam) erunt in
medio populorum multorū,
quaſi ros à domino cadēs. Ar-
Oſee 7. a debant enim ignitis diaboli ia-
culis corda populorū. Et oēs
gentes adulterantes à Deo, ha-
bebant corda quaſi clibanus
igne ſuccenſus. Vnde ros à do-
mino cadens, factus eſt ſanitas
Dan. 3. e infirmorū. Et quod in Anania,
Azaria & Miſael legimus, ꝙ
ſpiritus roris ſibilātis fornace
ignis extinxerit: hoc de om-
nibus generaliter ſentiamus, ꝙ
in medio vniuerſarum gentiū
doctrina Apoſtolorum quaſi
ros à domino ſit aſperſa. Quod
autem ſequitur: Et ſicut agni
ſuper gramen, vt non congre-
getur quiſquam, neque ſit in
filiis hominum: de his accipia-
mus, qui de gentibus credere
F noluerūt: ꝙ ſint ſuper eos A-
poſtoli & reliquiæ Iacob, ſicut
agni carpentes gramen, & her-
bam dentibus demetentes. Et
hoc facient; vt qui angeli eſſe
noluerunt, ſpiritualē accipien-
tes rorem, nequaquā inter ho-
mines congregentur, neque in
Pſal 71. a parte rationabili deputentur;
ſed dicatur de eis: *In labore ho-
minum non ſunt, & cum homini-
bus non flagellabuntur. Et erunt reliquiæ Iacob in medio gentium,
quaſi leo in iumentis in ſaltu, & quaſi catulus leonis in gregibus
ouium*, Dominus enim Ieſus (de quo in Geneſi propheta-
tur: *Catulus leonis Iuda:* de germine fili mi aſcendiſti, accu-
Gen 49. b bans dormiſti vt leo, & quaſi catulus leonis Et in alio loco:
Sec 70 b *Accubans requieuit vt leo, & quaſi catulus leonis, quis ſuſcita-*
Num 24. b *bit eum?* Dedit & Apoſtolis ſuis quibus dixerat: Ite bapti-
Sec 70. Matt. 28. d zate omnes gentes in nomine patris & filij & Spiritus ſancti:
vt quo modo leoni nemo poteſt reſiſtere in iumentis, & ca-
tulo leonis in ouibus: ita illi de manu Aſſyrij, & de manu
diaboli liberati, raperent iumenta & pecora: homines quip-
Pſalm. 35. b pe & iumenta ſaluos faciet dominus. Et raperent, non vt in-
terficerent, ſed vt diuiderent: h. e. ab infidelibus ſepararent,
& non eſſent qui eis reſiſterent. Leone a. & catulo leonis ita
in iumentis & in ouibus peruagante, manus Dei exaltatur
ſuper eos: qui vel Deum vel reliquias Iſrael ante tribulaue-
rant. Et omnes inimici eius diſperdentur: non quod pereant
inimici, & eſſe deſiſtant: ſed quia in eo, quod inimici ſunt,
pereant. Sicut Theſſalonicenſibus ſcribitur: *Quem Domi-*
2. Thes. 2. b *nus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui.* Hæc interfectio non a-
bolitionem ſignificat, ſed ceſſationem peſſimę vitæ, qua ma-
le ante viuebant. Denique infert: Et deſtruet illuſtratione
aduentus ſui. Nunquam a. deſtrueret ſi interfectio abolitio-
nem ſonaret, cum iam eſſe ceſſaſſet: Ita & hic inimicorum
conſumptio, iuxta prouerbia Salomonis accipitur, in qui-
bus ſcriptum eſt: Interitus impiis hoſpitabitur: non erit per-
petuus, non eos rediget ad nihilum: ſed hoſpitabitur apud
eos, quādiu quæ in illis eſt impietas conſummatur. Deus. n.
creauit hominem, ne interiret, & mortem non fecit. Poſt

H e b.

a Et erunt reliquiæ Ia-
cob in medio populo-
rum multorum, quaſi
ros à domino, & quaſi
ſtillæ ſuper herbam,
quæ non expectat vi-
rum, & non præſtola-
tur filios hominum. Et
erunt reliquiæ Iacob
in gentibus, in medio
populorum multorū,
quaſi leo in iumentis
ſyluarum, & quaſi ca-
tulus leonis in gregi-
bus pecorum: qui cum
tranſierit, & concůlca-
uerit, & ceperit, non
eſt qui eruat: Exaltabi
tur manus tua ſuper
hoſtes tuos, & oēs ini-
mici tui interibunt. Et
erit in die illa, dicit do-
minus: auferam equos
tuos de medio tui, &
diſperdam quadrigas
tuas: & perdam ciuita-
tes terrę tuę, & deſtruā
oēs munitiones tuas:
& auferam maleficia
de manu tua, & diui-
nationes non erunt
in te: Et perire fa-
ciam ſculptilia tua, &
ſtatuas tuas de medio

S e p t.

*veſtros.* Et *erunt reli-
quiæ Iacob in gentibus in
medio populorum multo-
rum, quaſi ros à domino
cadens, & quaſi agni ſu-
per gramen, vt non con-
gregetur quiſquam, neque
ſit in filiis hominum.* Et
*erunt reliquiæ Iacob in
gentibus, in medio popu-
lorum multorum quaſi leo
in iumentis, in ſaltu: &
quaſi catulus leonis in
gregibus pecorum: quo
modo ſi pertranſeat &
diuidens rapiat, & non
ſit qui eruat: Eleuabi-
tur manus tua ſuper
eos qui tribulant te, &
omnes inimici tui per
dentur. Et erit in die il-
la dicit Dominus: inter-
ficiam equos tuos de
medio tui, & diſperdam
currus tuos: & ſubuer-
tam ciuitates terræ tuæ,
& auferam omnes mu-
nitiones tuas: Et aufe-
ram maleficia tua de
manibus tuis, & qui
loquuntur non erunt in
te, & diſperdam ſcul-
ptilia tua, & ſtatuas
tuas*

hæc ſequitur: Et erit in die illa, quando eleuata fuerit manus G
tua ſuper hoſtes tuos, O Iſrael, & omnes inimici tui perierint
interficiam equos tuos de medio tui: i. e. de principali cor-
dis tui laſciuientes impetus, & equorum more ruptis vincu-
lis proruentes: & currus tuos, quibus tibi in vitiis tuis place-
bas, & peccata peccatis cōſo-
cians, quaſi triumphās in qua-
drigis ferebaris. *Et diſperdā ci-* Pſal. 45 a
*uitates terræ tuæ:* Non .n. ædi- Matt. 5. b
ficaſti vrbem, quam lętificat
impetus fluminis Dei, & q̄ in
montibus ſita eſt, & cœleſtem
Hieruſalē: ſed quā ædificaue- Gen. 14 b
rat Cain. Vnde & dicuntur ci-
uitates terræ, operibus terrenis
extructæ. *Et auferam,* inquit,
*oēs munitiones tuas:* diuitias ſc.
& pompas ſæculi, & rhetorum
eloquentiam, dialecticorūque
tendicula: in quib. tibi velut
in munitionibus confidebas.
Et auferā maleficia tua de ma-
nibus tuis: quibus vel ipſe de
cipiebaris ab aliis, vel deceptus
alios decipiebas, & loquentes
ſiue pronunciantes non erunt
tibi. Nūc loquētibus, & pnū-
ciantibus plenus eſt orbis: lo-
quuntur quę neſciunt, docent
quę non didicerunt: magiſtri
ſunt cū diſcipuli ante nō fue-
rint. Cū ergo docuerit Deus
hominē ſcientiam, ceſſabunt
falſę pręſūptiones, & peruerſa H
doctrina tolletur. Et diſperdā
ſculptilia tua, & titulos tuos
de medio tui. Sculptilia no-
ſtra ſūt, quę à loquētib⁹ facta
ſūt, vel quę ipſi fingim⁹ nobis. Exod. 20 a
Vnde præcipitur in lege, ne no Leuit. 26 a
bis ſculptile faciam⁹, & ne ti- Deut. 5. a
tulos in terra noſtra ponamus.
Et nequaquā vltra adorabis o-
pa manuum tuarū. Infelix hu-
mana conditio, & inſipientiæ
plena atque erroris: ſcit de ſuo
ſenſu dogmata eſſe compoſita, non ignorat à ſe eſſe idolum
ſimulatum, & pro Deo adorat opera manuū ſuarum, & cur-
uatur homo, vt deceptus decipiat. Additur in promiſſione,
quæ dirigitur ad reliquias, i. e. ad ὑπόλειμμα Iacob: *Et ſuccidā* Deut. 16 d
*lucos de medio tui, & diſperdā ciuitates tuas:* vt omnia ligna ſil-
uarum, & lucos, quos in templo Dei plantari prohibitum eſt,
& ciuitates male extructas, quas antea vocauerat ciuitates
terræ, deſtruat atque conſumat. Poſtquam a. hoc fecerit re-
liquiis Iacob, tunc conuertetur ad gentes, quas depaſti ſunt
Apoſtoli quaſi agni gramen. Et quia rorem ſermonis recipe-
re noluerunt: faciam, inquit, in ira & in furore vltionem in
gentib. pro eo quod audire noluerunt. Vnde & propheta
ait: *Domine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias* Pſalm 6.
*me.* Hoc iuxta Lxx. interpretes, quia intelligentia ſpiritualis
eſt, & debuimus ſenſum cum ſuperioribus capitulis iungere,
diſputatum ſit. Cæterum Hebræi iſtiuſmodi deliramenta
ſomniant: poſtquam ſeptem quos fingunt, & quos volunt
paſtores, & octo Principes homines Aſſyrium vicerint &
terram Nemrod in gladiis ſuis pauerint, & hoc factum fue-
rit cum in terram Iudę ante Aſſyrius venerit: Tunc veniente,
inquiunt, Chriſto, omnes reliquiæ Iacob, quæ poterint de
gentibus ſupereſſe, erunt in benedictione, quaſi ros à domi-
no veniens, & quaſi pluuia ſuper herbam, & nequaquam
ſperabunt in hominibus, & in filiis hominum, ſed in Deo.
Et erunt in medio gentium atque populorum ſanguinarij
atque crudeles, & de veteribus quondam ſe dominis vindi-
cantes, quaſi leo in iumentis ſiluarum, & quaſi catulus leonis
in gregib. pecorū, & nullus erit qui poſſit eorum robori re-
ſiſtere. Tūc exaltabitur, ô Deus, vel, ô Iſrael, manus tua ſuper

A Aſſyrios, & oẽs hoſtes & inimici tui, qui nunc te poſſident, interibunt. In illa videlicet die, quando de gentib. fueris liberatus, auferam equos & quadrigas tuas, quæ in mediis vrbibus tuis ſunt. Nõ quod equos & quadrigas tunc habuerit Iſrael, ſed Aſſyriorum equos & quadrigas, quæ in medio vrbium tuarum verſantur, & diſperdam omnes ciuitates tuas, & munitiones, quas idolis dedicaſti: Et auferam magos & ariolos de terra tua, & perire faciã omnia ſculptilia & ſtatuas tuas, & non adorabis vltra opera manuum tuarum: Euellam quoq; atq; ſubuertã omnes lucos tuos & ciuitates tuas quas idolis dedicaras. Cũque hoc tibi fecero, & ita placatus fuero, vt quidquid in te mali eſt, auferatur, tũc etiã in furore, & in indignatione mea vlciſcar te de vniuerſis gentibus quæ meum noluerunt audire ſermonem. Reſpondeat hoc loco carneus Iſrael, vtrum facta dicat hæc, an futura? Si facta cõmemorat, prębeat hiſtoriã, det auctoritatem veterũ librorum: doceat cunctas gentes & Aſſyrium, Iſrael quondã fuiſſe ſubiectũ. Si a. ſe vana ſpe ludẽs futurum putat eſſe quod dicitur, quando Chriſtus venerit quæ tũc de Iſrael idola auferẽtur quæ modo non colit? qui ſuccidentur luci, quos nõ habet? quæ vrbes ſubruentur, B quæ olim ſubrutæ ſunt? qui tollentur arioli, quos eum non habeat, nec habere ſe glorietur, tamen tanto tempore derelicta eſt filia Sion, & ſedet ſine altari, & ſine ſacerdotibus, & aliis fruges eorum comedentibus, ipſi ſiccis faucibus ſibi futura promittunt quæ neſciunt.

HEB.

tui, & non adorabis vltra opera manuũ tuarum: Et euellam lucos tuos de medio tui, & conteram ciuitates tuas: Et faciam in furore & indignatione vltionem in cunctis gentibus, quæ non audierunt.

CAPVT VI.

HEB.

AVdite quę dominus loquitur: Surge, contende iudicio aduerſum montes, & audiant colles vocem tuam. Audite montes iudicium domini, & fortia fundamenta terræ, qua iudicium domini cum populo ſuo, & cum Iſrael diiudicabitur: a Popule meus quid feci tibi, & quid moleſtus

SEPT.

*tuas de medio tui, & vltra non adorabis opera manuum tuarum. Et ſuccidam lucos de medio tui, & demoliar ciuitates tuas. Et faciam in ira, & in furore vltionem in gẽtibus, pro eo quod non audierunt.*

CAPVT VI.

SEPT.

A*Vdite quæ dominus locutus eſt: Surge iudicare apud montes, & audiant colles vocem tuam. Audite montes iudicium domini, & valles fundamenta terræ, quia iudicium domini aduerſus populum ſuum, & cum Iſrael iudicabitur. Populus meus quid feci tibi, aut quid contriſtaui te, aut in quo*

CAPVT VI.

A*Vdite quæ Dominus loquitur: Surge, contende iudicio aduerſum montes, &c.*] Pro fortibus fundamentis terræ quæ LXX. καὶ αἱ φάραγγες θεμέλια τῆς γῆς, i. e. & valles fundamenta terræ, interpretati ſunt: Symmachus & Theodotio tranſtulerunt, & antiqua fundamenta terræ. Quinta autem editio ipſum Hebraicum poſuit אתנים: fundamenta terræ. (a ethanim) Prima igitur vox prophetæ eſt: *Audite quæ dominus loquitur.* Deinde Deus loquitur ad prophetam: *Surge, contende iudicio aduerſum montes, & audiant colles vocem tuam.* Rurſum propheta, ſicut ei fuerat imperatum montibus loquitur, & non ſolum montibus, ſed ad fortia quoque fundamenta terræ, & dicit: *Audite montes iudicium domini, & fortia fundamenta terræ.* Cauſamque reddit, quare eos compellat audire: *Quia iudicium domini cum populo ſuo, & cum Iſrael diiudicabitur.* Pro montibus, ad quos propheta loquitur, & pro fortibus fundamentis terræ, colles & valles Septuaginta tranſtulerunt: id, vt mihi videtur, intelligentes, quod populus nihil dignum montium auditione fecerit, ſed vel collibus, qui inferiores ſunt à ſublimitate montium, vel vallibus in ima demerſis Surge, inquit, iudicio contende apud montes, & audiant colles vocem tuam. Iubetur ſurgere qui vel ſedet, vel iacet, vel dormit, vel mortuus eſt, ſecundum illud quod Apoſtolus ait: *Eleuare qui dormis, & ſurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus.* (Eph. 5.) Surge à mortuis: vt in nouitate ambules vitæ, vt terram deſerens, ad altiora nitaris. Et iudicio contende aduerſum montes, quos non alios ſignificari puto quam Angelos, quibus rerum humanarum commiſſa eſt procuratio, Deuteronomio in idipſum congruente: *Cum diuideret Excelſus gentes, cum diſſeminaret filios Adam: conſtituit terminos terræ, ſecundum numerum Angelorum Dei:* (Deut. 32. c Sec 70.) *Hi ſunt adminiſtratorij ſpiritus, miſſi in miniſterium propter eos qui hæreditatẽ ſalutis poſſeſſuri ſunt.* (Hebr. 1. d) Et cõ-

C tende iudicio: vt ſiue montes, ſiue colles reperti fuerint non digne populos procuraſſe: vel meum videatur eſſe qui tales præpoſui, vel culpa tollatur à populo, & referatur ad principes. Legamus Apocalypſim Ioannis Apoſtoli, in qua laudãtur, accuſanturque Angeli Eccleſiarum pro virtutibus vitiiſque eorum, quibus præeſſe dicuntur. (Apoc. 2. 3.) Sicut enim interdum epiſcopi culpa eſt, interdum plebis, & ſępe magiſter peccat, ſæpe diſcipulus, & nonnũquã patris vitium eſt, nonnunquã filij, vt vel bene vel male erudiantur: Ita in iudicio Dei vel ad angelos crimen referetur, ſi non egerint cuncta, quæ ad ſuum officium pertinebant: vel ad populum, ſi illis vniuerſa facientibus ipſi audire contempſerint. Sunt qui montes & colles & fortia fundamenta terræ, Abrahã, Iſaac, & Iacob, & Patriarchas reliquos interpretentur, quib. quaſi auditorib. & ad iudicium cõuocatis, populi Iſrael negotium ventilandum ſit. Alij montes, colles, & valles, Angelos, ſicut ſupra diximus, arbitrantur: qui vel in cœleſtib. ſeruiant Deo, vel hominib. præſint ſup hanc terrã: vel apud inferos conſtituti, eorum qui ſuo vitio extitere terreni, fundamenta dicantur. De quibus terræ fundamentis & alibi ſcriptum inuenimus. (Deut. 32. Sec 70.) D Ignis accenſus eſt ex furore meo, & ardebit vſque ad inferos deorſum: deuorabit terrã & fundamenta eius: Fortia & antiqua fundamenta terræ (quorum cauſa hucuſque terra non pręterit, & ſuper inane pendens, librata conſiſtit) iuſtorum merita ſunt, de quibus Apoſtolus loquitur. (Eph. 2. b) *Ædificati ſuper fundamenta Apoſtolorum & prophetarum.* Sicut igitur Apoſtoli & prophetę vniuerſus martyrum chorus fortia fundamenta ſunt terræ, ſic ſecundum LXX. valles & prærupta, quæ ſignificatius Græcè φάραγγες appellantur, eorum ſunt fundamenta, q χοϊκοῦ imaginem receperint. Iudicium ergo domini cum populo ſuo, & cum Iſrael diiudicabitur. Qui poterat quaſi Deus pro ſceleribus populi peccatoris inferre ſupplicia: non vult videri potens, ſed iuſtus, & ad iudicium prouocat peccatores, iuxta illud propheticum: *Venite & iudicemur, dicit dominus:* (Eſai 1 A Sec. 70.) etiam nunc populum Iſrael cogit præſentibus Angelis & omni creatura, ſi quid habeat reſpondere: vt iuſtificetur Deus in ſermonibus ſuis, & vincat cum iudicatur. (Pſal. 50. a)

b ¶ *Popule meus quid feci tibi, & quid moleſtus fui tibi? reſponde mihi. Quia eduxi te de terra, &c. Vt cognoſceres iuſtitias, &c.*] Pro iuſtitiis ſiue iuſtitia, miſericordias interpretatus eſt Symmachus: & vbi LXX. ἀπὸ τῶν σχοίνων, i. e. de Schœnis: omnes שטים ipſum Hebraicum tranſtulerunt. Eſt autem locus in quo Balac rex Moabitarum aduerſum Iſrael congregauit exercitum, (N um. 22. c 25. a) ὁμώνυμος arboribus, quæ per eremum montis Sina hodie quoque gignuntur. Nam vbi in Septuaginta vel arca teſtamenti, vel altare & tabernaculum, cæteraque quæ de lignis imputribilibus facta referũtur, in Hebraico ponuntur ligna ſethim: quæ habent ſimilitudinem arboris, quam nos vulgo ſpinam albam dicimus. Vnde arbitror & LXX. (Exod. 25. 37.) σχῖνοι, interpretatos eſſe, h. e. lentiſcum: ſed paulatim librariorum errore factum eſſe, vt σχοῖνοι, id eſt, funes, pro σχῖνοις, h. e. lentiſcis legerentur. Loquitur igitur Deus ad populum Iſrael, & ad iudicium prouocat, & licentiam contra ſe tribuit diſputandi. Popule meus quid feci tibi, quod facere non debui, vel quid contriſtaui te: licet hoc non habeatur in Hebraico. Contriſtat autem pater filium flagellatum, & iniquitates ouium in virga paſtor viſitat. *Quid moleſtus fui tibi*: (הלאתיך) vel vt ſignificantius in Hebraico ſcriptum eſt: quo



E quõ labore te preſſi? an beneficia mea contumeliam interpretaberis, & pepones carneſque Ægyptias deſiderans, dolebis te eductum de terra Ægypti, ac de domo ſeruitutis meo auxilio liberatum? quia dedi ductores tibi Moyſen amicum meũ, & Aaron ſacerdotem meũ, & Mariam propheriſſam meã? Quod ſi hoc tibi paruũ videtur recordare illius tẽporis quõ Balach rex Moab, Balaã diuinũ aduerſũ te mercede cõduxit, & vide quo modo cõtra voluntatẽ ſuã cupiens tibi maledicere, ariolus benedixerit (Num. 22. c) de Sethim vſque ad Galgal, totũ exercitũ Iſrael, oculis luſtrans, & mutans loca, quaſi ego non poſſem cum pergente pergere, & cũ tranſeunte trãſire: & hoc feci vt miſericordiæ meæ & iuſtitiæ noſcerent tibi: tm̃ te amãtis, vt cum ego quotidie ore blaſphemantiũ maledicar, tibi ab inimico nõ dimiſerim maledici. Hebræi hunc locum, in quo dicitur, de Sethim vſque ad Galgal, vt cognoſceres iuſtitias domini: ita exponunt: Ab eo tpe quo fornicati eſtis in Madian, vſq; ad tẽpus quo Saul apud Galgal eſt vnctus in regem, repetite memoria quę mala operati eſtis, & quãta vobis bona fecerim, & meam in vos miſericordiã cognoſcetis. Hoc iuxta hiſtoriam, Deus ad carnalem (2. Cor. 3. d) F Iſrael locutus ſit: Nos a. qui cupimus reuelata facie gloriã domini contẽplari, & vere habemus patrẽ Abrahã, audiam' cum peccauerimus, aduerſũ nos diſputantem Deum & nos in beneficiorum ſuorum magnitudine arguentem. Seruiuimus quippe aliquando Pharaoni, & Ægyptio populo, lutum & lateres fabricati ſumus, & redemit nos, quæ dedit ſemetipſum redemptionem pro omnibus, vt diceremus, qui redẽpti eramus à domino: Quos redemit de manu inimicorũ, & quos de regionib. congregauit: quia *in æternum miſericordia eius*. (1. Tim. 2. d Pſal. 105. a) Emiſit quoque ante faciem noſtram Moyſen, ſpiritualem legem, & Aarõ magnum ſacerdotem, non typicum ephod veritatemque portantem, ſed ſignaculum ſanctitatis in fronte habentẽ: *quod Deus pater ſignauit.* (Ioan. 6. c) Et miſit Mariam vaticinium prophetarum, & non ſolũ id nobis pręſtitit, ſed de inimicorum quoque nos manibus liberauit. Recordemur enim quid cogitauerit aduerſum nos, quid deuorare voluit, & noſtram congregationem elingere verus Balach diabolus. (בלק) Balach enim interpretatur, ἐκλείχων, id eſt, elingens, rex aquæ paternæ: Si quidem Moab (מואב) iuxta aliam etymologiam, aqua paterna dicitur. Cum igitur inſidiaretur nobis Balach, & inſidiaretur per vanum populum ſuum, quod interpretatur Balaam, (בלעם) non permiſit nos Deus maledictis illius ſubiacere; ſed econtrario benedixit nobis, re ipſius veritate compulſus vanus populus gentium, natus de eo qui in pelle eſt. Nam Beor (בעור) interpretatur in pelle, ſemper carni & mortis operibus deditus, reſponditque pro nobis vanus populus, & ex eo qui totus in pelle eſt, ſemper commutans loca, vel ſtatus ſuper ſpinas, ſiue ſuper funiculos, vt Vulgatæ quoque editionis ſequamur errorem. Spinę autem iuxta eloquium Saluatoris, curæ huius ſæculi & diuitię & voluptates ſunt, in quibus vanis eſt populus. (Matt. 13. a) Quod autem ſtet in funibus in vinculis videlicet peccatorum (funibus enim peccatorum ſuorum vnuſquiſque conſtringitur) (Prou. 5. d) & Eſaias teſtis eſt, dicens: *Væ qui protrahunt peccata ſua quaſi funem longum, & quaſi lorum iugi vitulæ iniquitates.* (Eſai 5. e Sec 70.) Si igitur ſtat, non ſtat niſi in ſpinis & in funibus:

HEB.

leſtus fui tibi? reſponde mihi. Quia eduxi te de terra Ægypti, & de domo ſeruientium liberaui te, & miſi ante faciem tuam Moyſen, & Aaron, & Mariã. Popule meus memento quæſo quid cogitauerit contra te Balach rex Moab, & quid reſponderit ei Balaam filius Beor, de Sethim vſque ad Galgal, vt cognoſceres iuſtitias domini. a Quid dignum offeram domino, curuabo genu Deo excelſo? nunquid offeram ei holocauſtomata, & vitulos anniculos? Nũquid placari poteſt dominus in millibus arietum, aut in multis millibus hircorum pinguium? Nũquid dabo primogenitum meum pro ſcelere meo, fructum ventris mei pro peccato animæ meæ? b Indicabo tibi o homo quid ſit bonum, &

SEPT.

*quo moleſtus fui tibi? reſponde mihi. Quia eduxi te de terra Ægypti, & de domo ſeruitutis redemi te, & miſi ante faciem tuam Moyſen, & Aaron, & Mariam. Populus meus recordare quid cogitauerit aduerſum te Balach rex Moab: & quid reſponderit ei Baalim filius Beor, de Schœnis vſque ad Galgal, vt cognoſceretur iuſtitia domini. In quo apprehendam Dominum, ſuſcipiam Deum meum excelſum? Si apprehendam eum in holocauſtis, in vitulis anniculis? ſi ſuſcipiat Dominus in millibus arietum, vel in decem millibus hircorum pinguium? ſi dabo primo genita mea pro impietate, fructum ventris mei pro peccato animæ meæ. Annunciatum eſt tibi homo quid bonum aut quid Dominus quærat*

G ſi a. voluerit circuire, non habet ſtabilem gradum, ſed ſemper fluctuans & vacillans, peruenit vſque ad Galgal, (גלגל) quod interpretatur κυλισμὸς, id eſt, volubilitas, vel volutabrum. Si quando viderimus cõſurgere aliquos aduerſum nos, & auidis faucibus noſtrum ſitire ſanguinem, & ex improuiſa diſpenſatione Dei, pro nobis fieri eos qui contra nos venerãt: dicamus, Baalam de funiculis venit vſque ad Galgal, vt cognoſcatur iuſtitia Dei.

a ¶ *Quid dignum offeram domino: curuabo genu Deo excelſo? nunquid offerã ei holocauſtomata, & vitulos anniculos? &c.*] Deus populũ ad iudiciũ prouocarat: ille ſciens peccatũ ſuum non vult contendere, ſed rogare: nec tamen in ipſis precibus habet fiduciam. Nihil enim dignũ eſt, quod pro peccato poſſit Deo offerri, & nulla humilitas põt maculas eluere delictorum: quia impoſſibile eſt ſanguinẽ taurorum & vitulorum, & holocauſta medullata, & cruorem arietum, & hircorum pinguium, animę ſordes lauare. (Hebr. 10. a) Nunquid, ait, dabo primogenitum meum pro ſcelere meo? ſicuti rex Moab feciſſe deſcribitur: (4. Reg. 3 d) aut fructum ventris mei pro peccato animæ meę: quod fecit Iepte pro temeritate voti offerens filiam? (Iud. 11 g) Nos ergo qui ſumus de populo Dei, ſcientes quia *non iuſtificatur in conſpectu eius omnis viuens*. (Pſalm 142. a) Et dicentes: *Iumentum factus ſum apud te*, (Pſal. 72. d) H agẽtes pœnitentiam pro peccatis, dubitamus & dicimus: In quo apprehendam dominum ſuſpiciam dominum meum excelſum? quo modo cum potero tenere fugientem? quanta mundicia valebo præparare hoſpitium trinitati? An comprehendam eum in holocauſtomatib. vt totum me ei holocauſtum offeram: vel vitulis anniculis: vt lac deſerens, & ad ſolidum veniens cibum, anno domini acceptabili dignus efficiar? Si mille obtulero arietes: ſi decem millia hircorum, & totas Leuitici victimas, ſpiritualiter intelligens, in me exhibuero, *& cadant ex latere meo mille, & decem millia à dextris meis*: (Pſalm. 90 b) tamen nihil dignum dare potero, in quo apprehendam, vel ſuſcipiam Deum. *Si dedero primogenita mea pro impietate, & fructum ventris mei pro peccato animæ meæ*: dabo quidem quidquid in me primum eſt: ſed pro meo peccato & impietate nihil dignum offeram Deo. Vnde & Dauid precatur, & dicit: *Magis magiſque laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me.* (Pſalm. 50. a) Quoniam iniquitates meas ego cognoſco, & delictum meum contra me eſt ſemper. Pro peccato animæ ſolus digne ſanguis offertur: Et ſanguis non vitulorum, non arietum, non hircorum, ſed proprius digne offertur, dicente atque quęrente propheta; *Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi?* Et poſtea reſpondente. *Calicem ſalutaris accipiam, & nomen domini inuocabo. Pretioſa in conſpectu domini, mors ſanctorum eius.* (Pſalm. 115. a) Verum & ipſum ſanguinem non damus, ſed reddimus. Et quid ſimile? cum iuſtus pro peccatoribus, Dei filius pro hominibus mortuus ſit, nos peccatores & homines pro nominis eius confeſſione moriamur?

b ¶ *Indicabo tibi ô homo quid ſit bonum, &c.*] Quia dubitas ô popule Iſrael, imo vniuerſum hominum genus (nequaquam enim loquor ad populum Iudęorum, ſed generaliter ad omnem hominem meus ſermo percurret) quo modo pro peccatis tuis Deum poſſis placare, ſi nec habes victimas qui-

HEB.

& quid Dominus quærat à te: vtiq; facere iudicium, & diligere misericordiam, & sollicitum ambulare cũ Deo tuo. a Vox Domini ad ciuitatem clamat, & salus erit timentib. nomen tuum. b Audite tribus, & quis approbabit illud? Adhuc ignis in domo impij thesauri impietatis, & mensura minor iræ plena: Nunquid iustificabo statheram impiam, & sacculi pondera dolosa? quibus diuites eius repleti sunt iniquitate, & habitantes in ea loquebantur mendacium, & lingua eorum fraudulenta in ore eorum. Et ego ergo cœpi percutere te perditione super peccatis tuis. Tu comedes, & non

SEPT.

*rat à te nisi vt facias iudicium & diligas misericordiam, & paratus sis ambulare cum Deo tuo. Vox domini ciuitati clamabit, & saluabit timentes nomen eius. Audi tribus & quis ornabit ciuitatem? Nunquid ignis & domus iniqui thesaurizans thesauros iniquos, & cum iniuria iniquitates? Si iustificabitur in stathera iniquus, & in sacello pondera fraudulenta? de quibus diuitias impietatis suæ repleuerunt, & qui habitant in ea locuti sunt iniqua, & lingua eorum exaltata est in ore eorum: Et ego cruciaui te perditione propter peccata tua. Tu comedes, & non saturaberis, & eii-*

A quibus tua compensetur impietas: Ego respondebo tibi, quid quærat Deus: imo iam ante in lege monstraui. Scriptũ est enim in Deuteronomio: *Et nunc Israel quid Dominus*
Deut. 10. c *Deus tuus quærit à te: nisi vt timeas Dominum Deum tuum, & ambules in omnibus viis eius, & diligas eum, & seruias domino Deo tuo, de toto corde tuo, & de tota anima tua: & custodias mãdata domini Dei tui, & iustificationes eius: quæcunque ego mandabo tibi hodie, vt bene sit tibi.* Quærit à nobis Dominus, & necessariam habens nostrã salutem, poscit accipere, quod danti prosit: vt faciamus iudicium, i. e. vt nihil absque ratione, & cõsilio faciamus: vt ante mens iudicet quid factũ sit, & postea opere compleat: vt misericordiam diligamus, & non quasi cõpulsi, aut ex necessitate misericordes simus,
2. Cor. 9. b quoniã hilaré datorem diligit
Prou. 3. d Deus. Nec dicamus, vade hodie, & cras reuertere, & dabo tibi. Cumq; fecerimus iudicium, & dilexerimus misericordiam, quid accipiemus pmij? Ambulabimus cum Do-
Genes. 5. d mino Deo, sicut Enoch iuxta fidem Hebraicorum voluminum, ambulauit cum Deo, & placuit ei, & non inueniebatur, quia transtulit illũ Deus.
Eccles. 44. c Tu enim dixisti, in quo consequar dominum, vel in quo apprehendam eũ? Ego tibi amplius polliceor: fac iudiciũ, & dilige misericordiã, & ambulabis cum Deo tuo. Vel certe
B ambulare cum Deo non est prœmium, sed præceptum. Sicut enim iubetur nobis, vt faciamus iudicium, & misericordiam diligamus: Ita præcipitur vt præparati simus ambulare cum Domino Deo nostro: nulla hora dormire, nullo tempore securi esse debemus: sed semper expectare patrem familias venientem, & diem formidare iudicij, & in nocte huius sæculi dicere: *Ego dormio, & cor meum vigilat.* Verbum b הצנע quod Septuaginta transtulerunt, paratum esse, id est, ἕτοιμον εἶναι, & non diximus, *sollicitum ambulare:* Theodotio significantius expressit καὶ ἀσφαλίζου τοῦ πορεύεσθαι μετὰ θεοῦ σου, id est,
b hasmeagh Cant. 5. a *& caue diligenter, vt ambules cum Deo tuo:* Siue vt quinta editio transtulit: καὶ φροντίζειν: agere scilicet sollicite, & hanc habere curam, vt ambules cum Deo tuo. *Qui* enim
1. Ioan. 2. a *dicit in Christo se credere: sic debet ambulare, quo modo & ille ambulauit.* Et Paulus Apostolus. *Imitatores mei estote, in-*
1. Cor. 4. d *quit, sicut ergo Christi.*

¶ *Vox domini ad ciuitatem clamat, & salus erit timentib. nomen tuum.*] In Hebraico alterius hoc capituli exordium est, apud Lxx. vero interpretes finis superioris: Et habet sensum: nihil à te aliud ô homo quærit Deus tuus, nisi vt facias iudicium, misericordiam diligas, & paratus sis ambulare cum Deo tuo. Vox enim domini auditur in ciuitate eius Ecclesia, & in scripturis sanctis quotidie personat, quod non solum hi, qui diligunt misericordiam, sed & hi qui inferiores sunt & timent adhuc nomen domini, ipsius doctrina clementiaque saluentur. Si autem sequentis capituli exordium est, referamus iuxta historiam quod dicitur ad Samariam metropolim decem tribuum, quæ prophetante Michea capta est: Et dicamus, Samariam corripit Dominus, & illi plagas, quæ ventaræ sunt, comminatur, vt audiens populus Iuda, siue timen-
Prou. 19 d tes nomen Domini, alios supplicia pati, ipsi timore correpti adipiscantur salutem. *Pestilente* quippe *flagellato*, non solum
Luc. 13. a sapiens, sed etiam *stultus prudentior fiet.* Et hoc ipsum referes ad peccatores generaliter, & ad iustos, vt cruciatus aliorum cæteris fiat exemplum. Quod quidem & Dominus in Euangelio de his super quos turris in Siloa corruerat, in-

C terpretatur, quod non soli in vniuerso populo fuerint peccatores, sed vt illorum pœna cæteros ad pœnitentiam prouocaret.

b *Audite tribus, & quis approbabit illud? Adhuc ignis in domo impij thesauri impietatis, & mensura minor iræ plena: Nunquid iustificabo statheram impiã, & sacelli pondera dolosa? &c.*] Multum in hoc capitulo Lxx. ab Hebraica veritate discordant, in principio vel maxime: audi tribus, & quis ornabit ciuitatem, i. ἄκουε φυλὴ, καὶ τίς κοσμήσει πόλιν. Et dissipabuntur legitima populi mei, i. e. καὶ ἀφανισθήσεται νόμιμα λαοῦ μου. Pro quo nos posuimus pp sermonis consequentiam: Et custodisti præcepta Amri: licet & in Hebræo scriptũ sit; & custodita sunt præcepta Amri, & omnia opera domus Achab. Si .n. scriptũ esset in Hebręo c עמי: recte Lxx. transtulissét populi mei: Nunc vero cum scriptum sit d עמרי, & e ר litera addita, non populi nomen, sed patrem Achab sonat, de quo regum narrat historia: errorem esse nulli ambiguum est. Deniq; post patris nomen ponitur filius: diciturq; & oĩa opera domus Achab. Reuertamur ergo ad initium capituli: Et primum iuxta literã differentes, vobis orantibus nitamur sensum assequi spiritualem. Audite decem tribus Samariæ, quæ vobis Dominus contestatur: adhuc ignis, i. e. iniquitas in domo impij est Amri, & thesauri impietatis in domo regia perseuerant. Vultis audire per singula quibus malis vrbs vestra plena sit: Discite: mensura minor, Dei irã prouocans: stathera fraudulenta, & diuersa pondera, & in alio pondere vendentes, in alio ementes mercimonia. Et siquidem pauperes hoc facerent, poterat inopia scelus necessitate defendere: Nunc vero diuites eius, non tam diuitiis quam iniquitate pleni sunt: quia omnes diuitiæ dum alios spoliant iniquitatem pariunt. Congregationem diuitiarum sequitur mendacium, & manus assueta thesauros condere, fraudulentam linguam possidet. Veritas paupertatem, mendacium diuitias parit. Cum hoc facerent principes vestri, nolui vos statim subuertere: sed paulatim cępi percutere, & plagis variis admonere. Misi in vos famem, misi sitim, misi morbos, & hostilem in circuitu vastitatem: seges frumenta non attulit, oleũ pressa oliua non fecit, vinum steriles vindemiæ negauerunt. Aduersus iniquitates, & mensuras dolosas, & pondera fraudulenta, hæc intuli supplicia. Quia vero custodisti omnes ceremonias idololatrię, quas Amri rex impius constituerat & omne opus domus Achab & Hiezabel, pro mea lege seruasti, impulsus sum scelere tuo, vt darem te, & habitatores tuos in sibilum, & opprobriũ populi mei portares, dũ capti ab Assyriis, quasi populus Dei vincimini, & pro- 3. Re. 16 f
pter vos nomen meum blasphematur in gentib. Notandum in pręsenti loco, quod vbi legitur, & opprobrium mei populi portabitis: Sicut Lxx. transtulerunt καὶ ὀνειδισμὸν λαῶν λήψεσθε: i. e. opprobria populorum accipietis: pro populi mei f עמי, in f ammi
Hebræo scriptum sit. Si ergo ammi populi mei sonat: nulli dubium est male supra pro Amri populum meum esse translatum. Huc vsque iuxta Hebraicum, quid nobis videtur expressimus: Nunc ad translationem Lxx. interpretum reuertentes, de singulis vt possumus disputemus.

¶ *Audi tribus, &c.*] Tribus Samaritica vocatur ad audiendum: quæ se abscidit à populo Dei. Et dicitur illi: frustra fabricaris idola, aureos vitulos artifici componis manu, & ad imitationem Hierusalem vis aliam metropolim extruere: Quis

Margin: c ammi; d Omri; e res; 3. Re. 16. f; D



HEB.

non saturaberis, & humiliatio tua in medio tui, & apprehendes, & non saluabis, & quos saluaueris in gladium dabo. Tu seminabis & non metes: tu calcabis oliuam, & non vngeris oleo, & mustum, & nõ bibes vinum. Et custodisti præcepta Amri, & omne opus domus Achab: & ambulasti in voluntatib. eorũ, vt darẽ te in perditionẽ, & habitantes in ea in sibilum, & opprobriũ populi mei portabitis.

SEPT.

*eiiciam te in temetipsam, & apprehendes & non saluabis, & quicunque saluati fuerint gladio tradẽtur. Tu seminabis, & non metes: tu premes oliuam, & non vngeris oleo, & vuam & non bibes vinum. Et dissipabuntur legitima populi mei, & omnia opera domus Achab: & ambulastis in cõsilijs eorum, vt traderem te in perditionem, & habitatores eius in sibilum, & opprobria populorum accipietis.*

## CAP. VII.

HEB.

VÆ mihi, quia factus sum sicut qui colligit in autũno racemos vindemiæ: non est botrus ad comedendum, primitiuas ficus desiderauit anima mea. Periit sanctus de terra, & rectus in hominibus non est. Omnes in sanguine insidiantur, vir fratrem suum venatur in

## CAP. VII.

SEPT.

*VÆ mihi, quia factus sum sicut qui congregat stipulã in messe, & sicut racemos in vindemia: cum non sit botrus ad comedendum, primitiua, quæ desiderauit anima mea. Væ mihi anima, quia periit reuerens de terra, & qui corrigat in hominibus non est. Omnes in*

A Quis enim ornare poterit ciuitatem? Num ignis qui ardẽti-
Rom. 2. a bus diaboli iaculis succenditur, & domus iniqui: quę secundum duritiam suam & cor impœnitens thesaurizat sibi iram in die iudicij Dei, & iniquitatem auget iniuria? vt non solum de domo Dei rapiat (quæ est Ecclesia) sed etiã cum superbia & supercilio aliena deuastet? Nunquid iustificari põt qui absque stathera & pondere cõgregat fraudulenter de testimoniis scripturarum diuitias suas: q̃ diuitię thesauri iniquitatis sunt? Nã cũ pcipiat Dominus: *Non erit in sacculo tuo*
Deut. 25. c *pondus grande & minus:* hi turpis lucri gratia semper personam accipiunt in iudicio, & in eadem causa diuites ac pauperes nõ iuxta negotium, sed iuxta facultatum diuersitatem aliter atque aliter iudicant: & inhabitatores ciuitatis suæ (quã prauis dogmatib. peruersaque doctrina à se ornari putãt) loquũtur mendaciũ, & ponunt in excelsum os suum, & simplicitatem Ecclesiastici populi despiciunt. Vnde clemẽtissimus Deus non eos pariter pcutit: sed paulatim per plagas nitit commonere, dicens: Et ego incipiã te percutere pditione pp peccata tua, & est sẽsus: O ciuitas quã hæretici volunt extruere, percutiã te, vt pereas, non in abolitionem, sed iuxta id q peccatrix es. Se-
B quitur: Comedes, & non saturaberis: Legunt .n. & non intelligunt: vescentesque sermonibus scripturarum, veritatis inopiam patiuntur. Et eiiciam, inquit, te, & apprehendes & non saluabis, & quicunque saluati fuerint, gladio tradentur. Tuo te, ait, iudicio derelinquam, & postquam multa quęrés nihil repereris, intelligens errorem tuum, videbis te ex vniuersis dogmatibus tuis non posse saluari. Quicunque autem se putauerint saturatos, & non eiecti fuerint à se, nec comprehenderint veritatem, tradentur gladio, & pœnis erudientur. Seminabis ergo, ô tribus, & ô pessima ciuitas, quam igne, & iniquitate, & contumeliis, & stathera dolosa, & sacculo fraudulento hæretici extruunt, & non metes: premes oliuam, & non vngeris oleo, & vuas, & non bibes vinum. Prodest quippe tibi errore cognito ne habeas discipulos: ne caput tuum oleo vngas peccatorum, ne vino Sodomorum bibentes inebries: & dispergentur legitima populi mei, siue Amri: & omnia opera domus Achab: eorum qui in hæresib. Patriarchæ & Principes extiterunt: Quos possumus, vel ad cõtrarias referre virtutes, vel ad hæresiarchas, vt fuit Marciõ & Basilides, & nuper Arius & Eunomius. Et ambulastis in voluntatibus eorũ: Amri videlicet & Achab. Pulchreque ait, in voluntatibus eorum. Doctrina enim magistrorum nequã, non est Doctrina Dei, sed adinuentiones cordis illorum. *Et traham te in perditionem:* vt pereas iuxta id quod hæretica es. *Et habitatores tuos in sibilum:* vel vt pastoris boni iuxta
Zach. 10. c Zachariam sequaris sibilum dicentis: *Sibilabo eis, & congregabo eos, quia redemi eos.* Vel certe in sibilum draconis, id est,
1. Cor. 5. b in interitum carnis, *vt Spiritus saluus fiat*, & correpti *discant*
1. Tim. 1. d *non blasphemare.* Et hoc totum patientur, vt intelligant errorem suum, quod omnium gentium multorumque populorum opprobria & peccata portauerint. Scio quosdam ad Ecclesiam retulisse, quæ nos super hęresibus interpretati sumus. Sed quo modo nomen Amri & Achab, Samariæ Principum, ad Hierusalem & Iudam, sub quorum nominibus in-

C terpretatur Ecclesia, possit referri, non satis intelligo.

CAPVT VII.

*VÆ mihi quia factus sũ sicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ, non est botrus ad comedendum: primitiuas ficus desiderauit, &c.* Prædicta captiuitate, & decem tribuum & duarum. (*Verbum* enim *Domini factum est ad Micheam Morasthiten super Samariam, & Hierusalem*) plangit propheta q nullus è populo iustus inueniatur in terra, qui possit iræ Dei resistere, & mediũ se quasi murum opponere: Frustra, inquit, locutus sum, frustra volui iam vindemiatæ & perditæ ciuitatis, quasi extremos racemos requirere, & cũm non sit botrus ad comedendum, saltẽ immaturas ficus, quas Hebræi a בכורה vocant, i. e. grossos fi- a biccoura
corum, in cibo sumere: quasi dicat, nõ inueniens panem præ famis magnitudine, quisquilias & furfures requisiui. *Periit sanctus de terra, & rectus in hominib. non est:* vbique insidię, vbique fraudulentia: innoxius sanguis effunditur: præ auaritia & libidine germanitas ignoratur: & non solum faciũt, sed defendunt quoque mala, & nominibus commutatis, bonum dicunt esse quod malum est: Ipsi Principes non ab offe-
D rentibus accipiunt munera: sed cogunt dare subiectos: & postulant: *Et iudex in reddendo est:* sic alium iudicans, quo modo ipse ab alio iudicatur: vt præstent scelerib. suis mutuũ fauorem, & in alterius crimine se defendant. Quicumque magnus est, & in lege doctissimus, non Dei, sed suã loquitur voluntatẽ: Et conturbauerunt eam, vel vrbem, vel veritatem: siue terram, de quã supra dicitur: *Periyt sanctus de terra.* Qui enim optimus inter eos est, quasi paliurus pangens, & retinens: vulnerans appropinquantem sibi, & adunco dente cõprehendens: & qui rectus fuerit inuentus, quasi spina de sepe: vt ibi inueniatur dolor, vbi putabatur auxilium. Hoc iuxta Hebraicum. Porro secundum Septuaginta qui dissentiunt in quibusdam, & in fine capituli omnino aliter trãstulerunt, huiuscemodi mihi sensus videtur: Plangit sermo propheticus, siue Apostolicus, generaliter humanũ genus, quod frustra sementem iecerit doctrinarum, & pro segetibus, & pro frumentis vix vacuas stipulas & inanes culmos serus messor inuenerit, & ne paruos quidem racemos in vinea potuerit reperire, & reliqua vsque ad finem capituli. Si enim beatus Eccl. 25 b
est qui in aures loquitur audientis, & auris auditoris deside- Sec. Græ.
rium sapientis est: lætitiaque dicentis, auditor intelligens: Econtrario luctus doctoris est malus discipulus: Hieremiæ quoque verbis huic querelæ congruentibus: *Non pro-* Hier. 15. b
*fui, neque profuit mihi quisquam.* Sunt qui ex persona Salua- Sec. 70.
toris hoc dici putent: causantis quod in tanta credentium multitudine, & in toto orbe generis humani vix suo sanguine digna opera reperiat: qui & in vicesimonono psalmo ait: *Quæ vtilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem?* Licet asserant alij personę illius hoc minime conuenire, vt dicat: *Væ mihi quia factus sum, sicut qui colligit stipulam in messe:* qui in Euangelio locutus est: *Leuate* Ioan. 4. c
*oculos vestros & videte regiones: quia iam candidæ sunt ad metendum.* Et alibi: *Messis quidem multa, operarii autem pauci.* Qui Matth. 9. d
ergo ex persona Saluatoris volunt intelligi, aiunt, non mirũ esse si dicat: *Væ mihi:* q & Hierusalẽ fleuerit, & in Lazari morte Luc. 19 f
lachry-

A lachrymatus ſit. Sed & illud. *Factus ſum ſicut qui colligit ſtipu-*
Ioan. 11. d *lam in meſſe*: ad conſummationem referunt ſæculi : quam
Matth. 14 c & ſignificanter meſſem interpretantur: & dicunt illo tempo-
re hanc prophetiam poſſe cōpleri, quādo multiplicata ini-
Ibid. 24. b quitate refrixerit charitas multorum, & veniens filius ho-
minis raram fidem inuenerit
ſuper terram : Tūc enim quaſi
poſt meſſem ſtipulas, & quaſi
poſt vindemiam racemos, vix
in his reperiri qui fidem in o-
mnium vaſtitate ſeruauerint:
vocēq; hanc ex perſona aſſum-
pti hominis, putant de ſequē-
tib. approbari : Væ mihi ani-
Matt. 26 b ma: de qua loquebat̃: *Triſtis eſt*
*anima mea vſque ad mortem*. Pe-
riit reuertens de terra: vel An-
tichriſto interficiente ſanctos,
vel ad magnitudinē ſcandalo-
rū cunctis corruētibus. Et qui
corrigat inter homines nō eſt:
omnes in ſanguine iudicātur,
non in leuibus paruiſque pec-
catis, ſed in maximis, & ad ſā-
guinem pertinētibus: non vi-
cinitas, non amicitia, non affi-
nitas, ſcelus morabitur: cuncti
manus leuabunt ad malum: vt
etiam qui malum facere non
potuerit, tamen dum manus
præparat, volūtate delinquat.

HEB.

in mortem. Malum
manuum ſuarum di-
cūt bonum : Princeps
poſtulat, & iudex in
reddendo eſt, & ma-
gnus locutus eſt, deſi-
deriū animę ſuę, & cō-
turbauerūt eam. Qui
optimus in eis eſt, qua
ſi paliurus, & qui rectus
quaſi ſpina de ſepe.
a Dies ſpeculationis
tuæ, viſitatio tua venit:
nunc erit vaſtitas eo-
rum. Nolite credere
amico, & nolite confi-
dere in duce: ab ea quæ
dormit in ſinu tuo cu-
ſtodi clauſtra oris tui :
Quia filius contume-
liam facit patri, & filia
conſur-

SEPT.

*in ſanguine iudicantur,*
*vnuſquiſque proximum*
*ſuum tribulat tribula-*
*tione. In malum ma-*
*nus ſuas præparant: Prin-*
*ceps poſtulat, & iudex*
*verba pacifica locutus*
*eſt, deſiderium animæ*
*ſuæ eſt. Et auferam bo-*
*na eorum, quaſi tinea*
*comedens, & ambulans*
*ſuper regulam in die*
*ſpeculationis tuæ. Væ,*
*væ, vltiones tuæ vene-*
*runt : nunc erunt fletus*
*eorum. Nolite crede-*
*re in amicis, neque ſpe-*
*retis in ducibus : ab ea*
*quæ tecum cubat caue*
*ne credas : Quia filius*
*contumeliam facit patri,*
*filia*

Ipſe Princeps petit, & iudex
B verba pacifice loquitur : accipit enim munera, deſiderium
Deut. 16. d animæ ſuæ. Quod quia manifeſtum eſt, & inuidiam caueo
Ezech. 13. d principum iudicumque : lectoris intellectui derelinquens,
tantum illud adiungam : *Munera excæcant oculos* etiam *ſapien-*
*tium* : viuificant quoque animam, quam viuificare non de-
buerant, & interficiunt eam, quæ merito ſuo & virtutibus
viuit : & hoc faciunt propter dona, quæ poſtulant impuden-
ter, & turpius accipiunt. Quibus Dominus comminatur hæc
dicens: Et auferam bona eorum, quæ putant bona, quæ illis
bona videntur : cæterum veritate rei nunquam bona appella-
buntur, quæ & dantem ſpoliant, & accipientem interficiunt:
licet non tam comminatio ſit quam benedictio auferre ab
eis mala, & ipſum Dominum, diuinumque ſermonem ingre-
di in conſcientias eorum, & quaſi tineam comedere quodcū-
que peruerſum eſt, & prædarum malarumque cogitationum
facere vaſtitatem, & ambulare ſuper normam, & regulam ve-
ritatis, eos ipſos ad rectum retrahere, qui prauis opinionibus
ducebantur, & hoc facere in lumine veritatis. Et in die illo,
quando qui ſancti ſunt, & electi de Eccleſia aſcendent ad
ſpeculam, & in ſublimitate doctrinarum atque operum ſuo-
rum de rebus cœleſtibus diſputabunt.

a ¶ *Dies ſpeculationis tuæ*, &c. ] Excepto principio capituli
in reliquis patribus editio vtraque concordat: & interim iux-
ta hiſtoriam diem ſpeculationis Samariæ, ſiue Hieruſalem,
quam ſæpe expectauerat, & timuerat eſſe venturam, & viſi-
tationem eius, captiuitatem ſignificat, dicens : Vaſtatio
tua venit : nunc erit vaſtitas eorum, id eſt, habitatorum, ſiue
b meboucha. obſidio : [b] מבוכה enim magis πολιορκίαν καὶ φρούρησιν, id eſt, obſi-
dionem & cuſtodiam, quam vaſtitatem in Hebræo ſonat.
Nullis ergo credatis vocibus prophetarum, nec accōmodetis
aurem decipienti blanditiæ diuinorum : quia ſi inter chara
nomina, & conſanguinitatis affectum rara eſt fides, quanto
magis in his qui adulantes vobis mentiuntur pro præda
2. Reg. 15. f ſua, & quaſi ægrotantibus, non quid vtile ſit, ſed quid dele-
Matt. 26. d ctabile, & placens imperant? *Nolite credere amico*, & Achito-
Iudic. 9. a phel quippe conſurrexit aduerſum Dauid, & verus Achito-
phel Iudas aduerſus Chriſtum: *Et nolite confidere in duce*: Vt vi-
ri Sichem in Abimelech: ipſi enim eum fecerūt regem, & op-
preſſi ſunt : *Ab ea quæ dormit in ſinu tuo cuſtodi clauſtra oris*
Ibid. 16. d *tui* : ne patiaris quod Samſon à Dalila perpeſſus eſt. Quia fi-
2. Reg. 16. d lius contumeliam facit patri : Abſalon videlicet Dauid, non
ſolum regnum, ſed & concubinas patris inceſto coitu macu-
lauit. *Filia conſurgit contra matrem ſuam*. Cuius rei cum in-
terim de ſcripturis ſanctis teſtimonium non reperiamus, tan-
ta exempla ſunt quotidianæ vitæ, vt magis lugere, quod tan-
ta ſint, quam quærere debeamus. Nurus contra ſocrum ſuā:
vt vxor Eſau conſurrexit contra Rebeccam. *Inimici hominis* Gen. 26. g
*viri domeſtici eius*. Hic exempla non quæro : cum plura
ſint quam vt teſtimoniis indi-
geamus. Cum ergo hæc ita
ſe habeant : nolite credere Sa-
mariæ, & Hieruſalem pſeu- אחילה
doprophetis. *Ego autem*, in- לאלהי
quit propheta, *ad Dominum* ישעי
*aſpiciam : exultabo ad Domi-*
*num Saluatorem meum*, ſiue *Ie-*
*ſum meum, & audiet me Deus*
*meus*. Sequitur Septuaginta Deut. 32. c
expoſitio. Qui dixerunt, *Væ væ* Rom. 12. d
*vltiones tuæ venerunt* .i. ſuppli-
cia quę pro ſceleribus inferen-
da ſunt.. *Mihi*, inquit, *vindi-*
*ctam & ego retribuam*, dicit *Do-*
*minus*. Et in alio loco : *Venerūt*
*dies retributionis tuæ*. Facit n. Oſee. 9. b
Dominus vltionem vociferā-
tium ad ſe die ac nocte : atque
dicentium : *Vſquequo Domine* Apoc. 6. c
*ſanctus & verus, non iudicas &*
*vindicas ſanguinem noſtrū de his*
*qui habitant in terra?* Venerunt
ergo vltiones, & nunc erunt
fletus earū, id eſt, vltionum : vt
plangant qui ante riſerunt, &
ſtatim exeuntes de ſæculo tor-
menta ſuſtineant: Quæ diues ille quondam purpuratus, & de-
liciis affluēs ſuſtinet in inferno, vbi eſt fletus & ſtridor dentiū.
Quod autem ſequitur: Nunc erunt, vel in fine vnuſcuiuſque Luc. 16 c
vitæ intellige, vel conſummatione rerum omnium, & in die Matth. 8. b
iudicij, quando generales ſuper vniuerſos venient vltiones.
Nolite ergo credere amicis : quia omnis amicus ſupplanta-
tione ſupplantat, & qui propter aliquid eſt amicus, non tam D
amicus eius eſt, quem amare ſe ſimulat ( ab amore quip- Hier. 9. b
pe amicus dicitur ) quam eius rei quam diligit. Interrogatus
quidam quid eſſet amicus, reſpondit: Alter ego. Quod ſi
Pythagoræorum nobis opponitur exemplum, qui ſe vades
inuicem tyranno dederunt : Dicemus non generaliter aduer-
ſum omnes amicos, & charitatis affectus, ſententiam à
Deo eſſe prolatam : nec contra omne tempus : ſed de eo
ſuper quo Apoſtolus ait : *In nouiſſimis diebus aduenient tem-*
*pora periculoſa : erunt enim homines ſeipſos amantes, cupidi, faſti-* 2. Tim. 3. a
*dioſi, ſuperbi, blaſphemi, parentibus non obedientes, ingrati, ſce-*
*leſti, ſine affectione, pactum non cuſtodientes, delatores, incontinen-*
*tes, immites, ſine benignitate, proditores, proterui, inflati, volupta-*
*tum amatores magis quam Dei*, & cætera. *Tunc* enim *tra-* Matth. 10. c
*det frater fratrem, & mater filiam, & inimici hominis dome-*
*ſtici eius*. Sed & nunc rara fides eſt : cum aliud in labiis, aliud
in corde verſatur : venenum animi, linguæ mella tegunt :
Amici diuitum multi : à pauperibus autem etiam qui viden-
tur eſſe, diſcedunt : Vnde dicitur : *Si habes amicum, in tenta-* Eccleſ. 6. a
*tione poſſide eum*. Legi in cuiuſdam controuerſia : Amicus
diu quæritur, vix inuenitur, difficile ſeruatur. Scripſit
Theophraſtus tria de amicitia volumina, omni eam præfe-
rens charitati, & tamen raram in rebus humanis eſſe conteſta-
tus eſt. Eſt & Ciceronis de amicitia liber, quem Lælium
inſcripſit : in quo illud quod apud noſtros præcipitur : Vt
ſit nobis amicus, quaſi vinum vetus, & in ſuauitate bibamus Eccleſ. 9. c
illud : pene eiſdem verbis poſitum eſt : Amicitia pares aut
accipit, aut facit : vbi inæqualitas eſt, & alterius eminentia
alterius ſubiectio : ibi non tam amicitia, quam adulatio eſt,
Vnde & alibi legimus : Sit amicus eadem anima. Et Lyricus
pro amico precans : *Serues*, inquit, *animæ dimidium meæ*.
Nolite ergo credere in amicis, id eſt, his hominibus, qui de Exod. 33. c
amicitiis ſectantur lucra. Si vis vera amicitia delectari : eſto
amicus Dei : ſicut Moyſes loquebatur Deo, quaſi amicus
ad amicum. Eſto amicus, vt Apoſtoli, ad quos Saluator
ait : *Iam non dicam vos ſeruos : quoniam ſeruus neſcit quid velit* Ioan. 15 b
*Dominus ſuus : ſed dicam vos amicos : quoniam perſeueraſtis mecum*
*in omni-*



E *in omnibus tentationibus meis*. Delicata eſt amicitia, quæ ami-
corum fœlicitates, & diuitias ſequitur. Iſtiuſmodi homines
non mihi videntur amicos, ſed ſe ipſos diligere. Conſidere-
mus attentius verba Domini : Sed dicā vos, inquit, amicos :
Redditque cauſas quare illos amicos vocet. *Quia perſeue-*
*raſtis mecum in tentatione*, &
non hucuſque ſtetit: ſed in o-
mnibus, inquit, tentationibus
meis. Euenit quippe interdū,
vt qui nobiſcū perſeuerauit,
in vna tentatione, aliis victus
Hier. 17. a recedat. Secundo præcipitur:
*Neque ſperetis in ducibus* : *Male-*
*dictus* enim eſt *omnis homo qui*
*ſpem habet in homine*. In ho-
mine ſpes vana, & vera in Deo
Act. 20. f eſt: Vnde & Paulus loquitur :
*Et ex vobis ipſis conſurgent viri*
*loquētes peruerſa*.

HEB.

cōſurgit aduerſus ma-
trem ſuam, nurus ad-
uerſus ſocrum ſuam,
& inimici hominis do-
meſtici eius : Ego autē
ad Dominum aſpiciā,
expectabo Deum Sal-
uatorem meum : au-
diet me Deus meus.
a Ne

SEPT.

*filia ſurgit aduerſum ma-*
*trem ſuam, nurus con-*
*tra ſocrum ſuam : ini-*
*mici hominis viri do-*
*meſtici eius : Ego autem*
*in Domino contempla-*
*bor, expectabo Deum*
*Saluatorem meum : ex-*
*audiet me Deus meus.*
*Ne*

Et ipſe Domi-
nus per prophetam : Duces populi mei me neſcierunt : filij
ſtulti ſunt, & non intelligentes : ſapientes ſunt, vt faciant
Hier. 4. f mala: *bene autem facere neſcierunt*. Duces quidem ait mei vo-
cabantur, & duces populi mei : ſed quia neſcierunt me, &
opere vocabulum deſtruxerunt: propterea filij ſtulti ſunt, &
non intelligentes, prudentiam ob hoc tātum habent, vt ſub-
iiciant ſibi ſimplicem gregem, & proterant pedibus ſuis: be-
ne autem facere & regere populum neſcierunt. Nolite cre-
dere in ducibus, non in epiſcopo, non in presbytero, non in
diacono, nō in qualibet hominum dignitate. Nec hoc dico :
quod iſtiuſmodi gradibus in Eccleſia non debeatis eſſe ſub-
iecti: *Quicunque* enim *maledixerit patri, aut matri, morte moria-*
Leuit. 20. b *tur*, & Apoſtolus docet præpoſitis in Eccleſia obediendum :
2. Pet. 2. c ſed quod aliud ſit honorare Duces, aliud ſpem habere in du-
cibus. Honoremus epiſcopū, presbytero deferamus, aſſur-
F gamus diacono, & tamen non ſperemus in eis: quia hominis
1. Theſ. 4. a vana, & certa ſpes eſt in domino. Tertium mandatum : Ab
Eph. 5. e ea quæ tecum cubat, cuſtodi te, ne credas ei. Vnde & Apo-
1. Cor. 11. b ſtolus mulieres vas infirmum vocat, & eis à maritis ſuis ex-
hiberi honorem iubet : *Non enim creatus eſt vir propter mulie-*
*rem : ſed mulier propter virum : Et vxor*, inquit, *vt timeat virū*.
Vxorum timere eſt, & cum timore virum diligere : Viri tan-
Epheſ. 5 c tum diligere : quia dilectio perfectorum eſt: *Viri*, ait, *diligite*
*vxores veſtras, & nolite amari eſſe ad eas* : licet illæ ad iracundiā
prouocent, & talia faciant, per quæ mereantur amaritudi-
nem ſuſtinere : Hoc enim ſignificat παραπικραίνεσθαι : tamen
vos nolite eis in amaritudine vicem reddere. Sed & Salo-
Eccleſ. 7. d mon in Eccleſiaſte : Et *hominem*, inquit, *vnum de mille inue-*
*ni, & mulierem in his omnibus non inueni* : forſitan ſuo doctus
exemplo mulieribus non credendum, per quas offenderat
Deum. Sed & Poeta ſublimis : non Homerus alter, vt Lu-
cilius de Ennio ſuſpicatur : ſed primus Homerus apud Lati-
nos : *Varium*, inquit, *& mutabile ſemper Fœmina*. Plenæ
ſunt hiſtoriæ Grecę & Latinæ : quanti viri ab vxoribus ſuis
Gen. 3. a decepti ſint, eorumque vita ſit prodita. De ſcripturis autem,
Iudic. 13. d & Dalilæ, cuius ſupra fecimus mentionem, & alterius ante
Dalilam teſtantur exempla : quæ arcanum Samſon ſeptem
dierum expreſſit lachrymis, & amore ſimulato quo latebat
inuenit : Vnde Samſon poſtea loquitur : *Niſi domuiſſetis*
*vitulam meam, non inueniſſetis propoſitionem meam*. Hactenus
præcipitur, ne amicis, ne ducibus, ne vxoribus facile creda-
mus : Cauſaque redditur non ſatis reſpondens ad propo-
ſitionem, ait enim : *Quia filius inhonorat patrem, filia ſurgit*
*aduerſus matrem, nurus contra ſocrum ſuam, & inimici homi-*
*nis domeſtici eius*. Nam quid pertinet ad amicum, ad ducem,
ad vxorem, ſi filius & filia & nurus contra patrem, ac matrē,
ſocrumque conſurgant? Videtur ergo mihi ſic cum ſuperio-
ribus poſſe coniungi : Nolite credere amicis, & ducibus,
& vxoribus, quæ mutari poſſunt, & eſſe pro tempore: cum
filius quoque & filia obliti educationis & infantiæ, aduer-
ſum auctores vitæ ſuæ corporūque conſurgant, & illis faciūt
contumeliam, quos vultu quoque lędere ſcelus eſt. Sed hęc
expoſitio nequaquā conuenit nurui aduerſus ſocrum con-
ſurgenti, & homini cui inimici domeſtici eius. Terentius in
Hecyra : *Quid eſt hoc*, inquit, *omnes ſocrus oderunt nurus*: quod
quamquam ambiguum ſit : tamen propemodum naturale
eſt, vt nurus ſocrum, & ſocrus oderit nurum. Hæc de con- G
ſummatione & fine mundi, qualis aduentum Antichriſti
generatio præceſſura ſit, propheticus ſermo deſcripſerit ;
Nunc diſputandum ſecundum ſuperiorem interpretationē,
in qua de hæreticis diximus: Audi tribus, & quis ornauit ci-
uitatem: numquid ignis & do-
mus impij? Et rurſum de Ec-
cleſia: *Væ mihi quia factus ſum,*
*ſicut qui colligit ſtipulam in meſ-*
*ſe*: Et iterum: *Væ mihi anima: pe-*
*riit reuertēs à terra, & qui corri-*
*gat inter homines non eſt*. Et de-
inceps: *Princeps poſtulat & iu-*
*dex verba pacifica locutus eſt, de-*
*ſiderium animæ ſuæ* : Vnde du-
plex maledictio ſequitur: *Væ,*
*væ, vltiones tuæ venerunt, nunc*
*erunt ploratus earum* : Et dica-
mus ſcriptū de hęreticis : No-
lite credere in amicis, ô populi ſimplices, & in ducibus pra-
uis, qui ſe amicos & Principes hæreſeon eſſe promittunt :
non enim veſtram ſalutem, ſed ſua quærunt lucra, & deceptū
gregem pedibus ſuis conterunt: & ei quæ tecum dormit ca-
ue ne quicquam credideris, quam nō poſſumus aliam intel-
ligere, niſi carnem : vt non facile credamus carnis blanditiis,
ne animi duritia viriliſque conſtantia illius edomita molleſ-
cat illecebris. Filius enim qui natus eſt à Deo eſt, neglecto
creatore ſuo blaſphemat eum à quo conditus eſt, dicente
ſcriptura : *Nonne pater vnus omnium veſtrum? Nonne Deus* Malac. 2. b
*vnus creauit vos?* & anima cœleſtem deſpicit Hieruſalem, ma-
trēque contemnit Eccleſiam, quam qui contempſerit, morte
morietur. *Et nurus conſurgit aduerſus ſocrum ſuam* : Quod
iuxta tropologiam intellectu videtur difficile : ſed qui lege-
rit canticum canticorum, & ſponſum animæ, Dei ſermonem
intellexerit : credideritque Euangelio, quod ſecundum He- H
bræos editum nuper tranſtulimus ( in quo ex perſona Salua-
toris dicitur: Modo tulit me mater mea, ſanctus Spiritus in
vno capillorum meorum ) non dubitabit dicere ſermonem
Dei ortum eſſe de ſpiritu, & animam, quæ ſponſa ſermonis
eſt habere ſocrum ſanctum ſpiritum : qui apud Hebręos ge-
nere dicitur fœminino [c] רוח Hæretici ergo cum ante credi-
derint in ſcripturis : quæ à ſpiritu ſancto conſcriptæ ſunt, & c rouach
editæ, transferunt ſe ad nouas doctrinas, & fermentum pha-
riſęorum, & mandata hominum : dumque ſermonem Dei
contemnunt, ſocrui ſuæ faciunt iniuriam. Et ne forte dubi-
tes, verbum & filium Dei naſci de ſpiritu ſancto : Gabrielis
ad Mariam verba conſidera : *Spiritus ſanctus*, ait, *veniet ſu-* Luc. 1. b
*per te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi : propterea, quod naſ-*
*cetur ex te, vocabitur filius Dei*. Poſt hæc ſequitur: *Inimici ho-*
*minis viri domeſtici eius* : Quod ſic nobis iuxta tropologiam
exponendum videtur : *Omnis viri caput Chriſtus eſt*, & Chri-
ſtus caput Eccleſiæ: huius ſæpe inimici ſunt, qui putantur in 1. Cor. 11. a
domo eius eſſe, id eſt, in Eccleſia, & à capite quidem non re-
cedunt, ſed contra ſuum ſentiunt caput : qui abſque magi-
ſtro, & gratia Domini, ſcientiam ſcripturarum ſuo iudicio
promittentes, inflati ſunt, & nihil ſciunt, & languent circa
quæſtiones, & contentiones pugnaſque verborum: qui vere
conſiſtentes in domo, inimici ſunt veritatis. Scire autem de-
bemus quod in Euangelio prope eadem verba ſint, quę nunc 1. Tim. 6. a
legimus in propheta, & iuxta contextum illius loci alterum
habere ſenſum : quæ vtrum aſſumpta ſint de propheta in
propria auctoritate præcepta, noſſe Domini eſt : qui & in
prophetis, & in Euangeliis locutus eſt. Ait autem illic Do-
minus : *Veni diuidere virum aduerſus patrem ſuum, & filiam* Matth. 10. d
*contra matrem ſuam, & nurum aduerſus ſocrum ſuam, & inimi-*
*ci hominis domeſtici eius*. His itaque ediſſertis ( ſi tamen potui-
mus ſenſum attingere ſcripturarum ) ſanctus refrigeratam
intelligens charitatem, & homines in conſummatione mun-
di non eſſe amatores Dei, ſed amatores ſui : aliis credentibus
amicis & ducibus & vxoribus : filioque & filia, & nuru ad-
uerſus patrem & matrem & ſocrum conſurgentibus, & ini-
mici hominis domeſtici eius : ipſe credit in Domino, & o-
mnis contemplatio eius eſt in Deo ſuo, & quamquam tribu-
lationibus & preſſuris mundi prematur : tamen præter eum
qui dicit : *Nolite timere : ego vici mundum*, in nullo fiduciam Ioan. 16. g
habens,

A

habens, expectat Deum Saluatorem ſuum, & credens in eo, oculoſque ſuos ad eum ſemper dirigens, ſperat ſe exaudiendum quoties eum inuocauerit.

a ¶ *Ne læteris inimica mea ſuper me, quia cecidi: conſurgam: cum ſedero in tenebris, Dominus lux mea eſt, &c.* ] Videtur mihi iuxta litteram Hieruſalem cōtra Babylonem, & cæteras gētes loqui, quę ſibi inſultauerant: Ne lætemini in ruina mea: quia Domino miſerante cōſurgā: poſtquā ſedero in captiuitate, educet me ille de tenebris, & erit lux mea. Irā Domini ſuſtinebo: quia me ſcio meruiſſe quod paſſa ſum: donec vlciſcar de gentibus, & fiat iudicium meum. Noui quippe quod me ſit educturus in lucem, & videbo iuſtitiam eius, & aſpiciet inimica mea Babylon, & cæteræ gentes in circuitu, & operietur cōfuſione, quæ nunc dicit inſultans: vbi eſt Dominus Deus tuus? Oculi mei videbunt eam, & nō lōgo poſt tempore, ſed nūc & in præſentiarum cōculcatā, quaſi lutum platearum. Hactenus Hieruſalem, ſiue propheta ex perſona populi ſit locutus: Nūc Deus ad Hieruſalē reſpōdens inducitur: O Hieruſalē, venerunt dies, vt ædificentur maceriæ tuę, quę erant Babylonica vaſtitate deſtructæ: In die illa longe fiet lex, ſiue præceptū & iuſſio: vt Symmachus & Theodotio interpretati ſūt, dicentes: επιταγην και προσταγμα & eſt ſenſus: nequaquam Babyloniorum imperio ſubiacebis.

B

In die illa, qua ædificabuntur maceriæ tuę, venient ad te de Aſſur, & de ciuitatibus munitis, à ciuitatib. inquam munitis vſque ad Iordanem: per quem & ante trāſiuit populus: & à mari rubro, & cunctis gentibus vſque ad mare mortuū: quod vicinum eſt terræ tuæ: & ad montem Sion, de montibus Perſarum atque Medorum: in quo tranſlati prius fuerant: & erit terra reliqua Chaldæorum, & eorum qui te vaſtauerant in deſolationem, propter habitatores ſuos, & propter mala opera eorum. Hoc ſibi Iudæi vſque hodie pollicētur, & in eo loco, in quo nos expoſuimus, in die illa longe fiet lex: ſicut nobis viſum eſt, & ſicut prudentiores eorum diſſerunt: Aliqui friuole mentiuntur, & aiunt: In die illa qua à Chriſto ædificatæ fuerint maceriæ Hieruſalem: ſcripturas ſanctas legis & prophetarum, quę nunc tenētur à nobis, tolli de manibus noſtris, & tradi populo Iudæorum. Nam quod dicitur iuxta Lxx. ημερα αλοιφης πλινθου, id eſt, *dies lituræ lateris deletio tua*, nō ad Hieruſalem (vt iuxta Hebraicum expoſuimus) ſed adhuc ad Babylonem dici intelligamus: quod & ipſa delenda ſit, & in morem lateris conculcanda. Et repellet legitima dies illa: non legitima Dei, ſed ea legitima, quæ aduerſum legem Dei, ô Babylon, iuſſeras obſeruari. Et ciuitates tuæ venient in concluſionem, ſiue in diuiſionem Aſſyriis te impugnantibus. (Si quidem Babylon Chaldęorum fuit ciuitas, non Aſſyriorum) Et vrbes tuæ munitæ erunt in diuiſionem hoſtilis exercitus, à Tyro vſque ad flumen Tygrim, quo circumitis, & à mari magno vſque ad mare rubrū, quod ex latere pergentibus Indiam, tangit regiones tuas. Et de monte vſque ad montem: de montibus ſcilicet Iudææ vſque ad montes Mediæ atque Perſarum: tota Meſopotamia & vniuerſa regio, quæ nunc à te tenetur in medio, aduerſariorum imperio ſubiugabitur. Et erit terra in deſolationem propter peſſimos fructus ſtudiorum veſtrorum. Vbi Lxx. interpretati ſunt de Tyro: ſciamus in Hebraico ſcriptum eſſe d מצור: quod verbum ſi in præpoſitionē e מ & nomen f צור.

εἰς ὁμαλισμόν, καὶ εἰς διαμερισμόν.

d maſor
e me
f ſor

HEB.

a Ne læteris inimica mea ſuper me, quia cecidi conſurgam: cum ſedero in tenebris, dominus lux mea eſt. Irā Domini portabo, quoniā peccaui ei, donec cauſam meā iudicet, & faciat iudiciū meū, & educet me in lucē, & videbo iuſtitiam eius. Et aſpiciet inimica mea, & operietur confuſione, quæ dicit ad me: Vbi eſt Dominus Deus tuus? Oculi mei videbunt eam: nunc erit in conculcationē, vt lutum platearum: dies vt ædificētur maceriæ tuæ: In die illa longe fiet lex: In die illa vſque ad te veniet de Aſſur, & vſque ad ciuitates munitas, & à ciuitatibus munitis, vſque ad flumen, & ad mare, de mari, & ad montem, de monte: Et

C

diuidatur, de Tyro intelligitur: ſin autē vnus ſermo ſit, munitionem ſonat, Denique omnes περιοχην και περιφραγμα και πολιορκιαν, non de Tyro, vt Septuaginta, ſed munitionē, & ambitum muratæ vrbis tranſtulerūt. Hoc iuxta Hebraicum, & vota carnei Iſrael & populi cōciſionis, quaſi ex ſuperfluo otioſus ſermo præluſerit. Nunc veniamus ad intelligentiā ſpiritualē, & ipſo ſpiritu ſancto, exponente, quo ſcripta ſunt, in locis vel difficillimis deſudemus. Videtur mihi omnis anima Hieruſalē, in qua ædificatū fuit tēplū Domini, & viſio pacis, & notitia ſcripturarum, & poſtea ſuperata à peccatis, ducta eſt in captiuitatē, tormētiſque tradita, dicere contra Babylonē, id eſt, confuſionē huius mundi, & aduerſus cōtrariam fortitudinē, quæ huic mundo pręſidet: Noli inſultare mihi inimica mea, quę cecidi: reſurgam: *Dominus* enim *alleuat eliſos*, & loquitur per ꝓphetam: Numquid qui cadit non reſurget? *Et nolo mortem peccatoris: ſed tantū vt reuertatur, & viuat.* Si autem ideo me deſpicis, quia tormenta ſuſtineo: diſce per Ezechielē, pœnas primū ſanctiorib. irrogari, & dici à domino: *A ſanctis meis incipite.* Quia ſi ambulauero in tenebris, Dominus lux mea eſt. Licet n. rectores tenebrarū iſtarū me deceperint, & ſedeā in tenebris, & vmbra mortis, & pedes mei impegerint in montes tenebroſos: tamen *ſedentibus in tenebris, & in vmbra mortis, lux orta eſt*, & *lux lucet in tenebris*: Et *Dominus illuminatio mea, & ſalus mea, quem timebo?* & loquar ad eum, & dicam: *Lucerna pedibus meis verbum tuum domine: & lumen ſemitis meis.* Ipſe quippe mihi præcepit in tenebris huius ſęculi conſtituto: *Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris.* Sequitur, *Iram Domini ſuſtinebo, quoniam peccaui ei: donec iuſtificet cauſam meam, & faciat iudicium meum, & educat me in lucem, & videbo iuſtitiam eius. Omnis correptio ad præſens, non videtur eſſe gaudij, ſed mœroris, & poſtea fructum pacificum iuſtitia reddet his qui per eam fuerint eruditi.* Sentiens igitur anima ſe peccaſſe & habere vulnera peccatorum, & in mortuis carnibus viuere, & indigere cauterio, conſtanter dicit ad medicum: vre carnes meas, reſeca vulnera: humores omnes & ρευμα noxium dura hellebori potione conſtringe. Mei vitij fuit, vt vulnerarer, mei doloris ſit, vt tot tormenta ſuſtineam, & poſtea ſanitatem recipiam. Veruſque medicus iam ſoſpiti atque ſecuræ oſtendit cauſam medicaminis, & recte ſe docet feciſſe quod fecit. Denique poſt cruciatus atque ſupplicia educta de tenebris exterioribus anima, & reddito nouiſſimo quadrante, dicit: Videbo iuſtitiam eius, & loquar: *Iuſtificata ſunt iudicia tua Deus.* Si autem Chriſtus *factus eſt nobis à Deo ſapientia, & iuſtitia, & ſanctificatio, & redemptio*: qui iuſtitiam poſt iram Dei videre ſe dicit, Chriſti ſibi repromittit aſpectum. Et hæc duntaxat de pœnitentibus. Cæterum multo melius eſt, non habere vulnera & medico non egere. Curatio, non beatitudo ſanatorum eſt, ſed ſolatium poſt dolorem. Igitur qui curatus eſt, caueat, ne iterum peccet, & rurſum ei aliquid deterius fiat. Legimus in Leuitico (ſi tamen oculis apertis legimus: Et velamen quod in lege poſitum eſt, interioris oculi non excludit intuitum) in vibice & cicatrice combuſturæ lepram ſolere generari, & mutare colorem pili, & ad priorem deformationem cicatricis nouellam accedere fœditatē. Hoc propterea, ne quis ſecurus de pœnitentia (eo quod peccatum poſſit

Pſal. 144. c
Hier. 8. b
Ezech. 33. c
Ibid. 9. c
D
Eſai. 9. a
Pſal. 26. a
Ibid. 118. c
Luc. 12. b
Hebr. 12. c
1. Cor. 1. d
Leuit. 13. c

SEPT.

*Ne inſultes mihi inimica mea, quia cecidi: reſurgam: quia ſi ambulauero in tenebris, Dominus illuminabit me. Iram Domini ſuſtinebo, quia peccaui ei: donec iuſtificet cauſam meam, & faciat iudicium meum, & educat me in lucem, & videbo iuſtitiam eius. Et videbit me inimica mea, & operiet eam confuſio, quæ dicit ad me: vbi eſt Dominus Deus tuus? Oculi mei videbunt eam: nunc erit in conculcationem, ſicut lutum viis: dies lituræ lateris deletio tua, & repellet legitima tua dies illa. Et vrbes tuæ venient in concluſionem & in diuiſionem Aſſyriorum, & ciuitates tuæ munitæ in diuiſionem, à Tyro vſque ad flumen, & à mari vſque ad*



E

Poſſit dicere: *Iram Dei ſuſtinebo, quoniam peccaui ei, donec iuſtificet cauſam meam*) peccet & cauterio indigeat, & ſanatus iterum vulneretur. Cum autem eduxerit nos Dominus in lucem, & viderimus iuſtitiam eius: tunc videbit inimica noſtra Babylon, & operietur confuſione, quæ prius loquebatur ad nos: vbi eſt Dominus Deus tuus: exiſtimans Hieruſalem poſt vulnera non poſſe ſanari. Et reſpicient eam oculi noſtri: & erit in conculcationem vt lutum platearum. Et quia omnis pœnarum finis bonorum exordium eſt, & dolor proficit ad ſanitatem: de luto illius lateres fient, & erit formatio laterum litura eius. Et in die illa veteres abiiciet errores, ciuitateſque illius quæ male munitæ fuerāt, venient in cōcluſionem ſiue in diuiſionē, & diuidentur ab Aſſyriis, de Tyro quoque (quę interpretatur συνοχη, id eſt anguſtia) conſurgent aliæ fortitudines, & erit ſeditio vſque ad eos, qui ſęculi huius reumate delectātur, & libidines generēt in hominib. Et de mari vſque ad mare, & de monte vſque ad montem inuicē bella conſurgent: vt amaritudo pugnet contra amaritudinem, & erigens ſe humilianda ſublimitas, contra aliam dimicet altitudinem, & tunc vere compleatur: *Venite, deſcendamus, & confundamus linguas eorum, ne audiat vnuſquiſque vocem proximi ſui*: prodeſt quippe fortitudines peſſimas inter ſe non habere concordiam. Et cum ſathanas aduerſus ſathanam diuiſus fuerit: tunc demum omne regnum illius deſtruetur: Et quod frequenter in magnis exercitibus euenire ſolet: vt interfecto tyranno, ſatellites eius regnum inter ſe diuidant, contra ſeque conſurgant, & inteſtinum inter eos bellum ſit. Hoc & in conſummatione mundi fiet: quando Hieruſalem maceriæ fuerint ædificatæ, & Babylon corruerit: Aſſyriique & Tyrij de flumine & de mari, & de montibus, id eſt, vniuerſæ inter ſe pugnabunt dæmonum nationes, & diſſipato regno illo fiet regnum domino Ieſu, & *omne genu flectetur, cæleſtium, terreſtrium & infernorum, & vniuerſa lingua confitebitur, quia Dominus Ieſus in gloria eſt Dei patris.* Vt autem ſciatis finem huius ſeditionis profectum eſſe virtutum: erit tunc terra Babylonia in diſſipationem, cum omnibus habitatoribus ſuis, & nequaquam fructus faciet Babylonios.

Gen. 11. a
Matt. 12. b
F
Philip. 2. b

a ¶ *Paſce populum tuum in virga tua, gregem hæreditatis tuæ, &c.* ] Hoc quod dicitur: Paſce populum tuum in virga tua: Deus pater loquitur ad filium, i. ad dominum noſtrum Ieſum Chriſtum: vt quia paſtor bonus eſt, & ponit animam ſuam pro ouibus ſuis: paſcat populos in virga ſua, & oues hæreditatis ſuæ. Ac ne putemus eoſdem eſſe populos, quos & oues: in alio loco legimus: *Nos autem populus tuus, & oues paſcuæ tuæ.* Populus refertur ad rationabiles quoſque: oues autē ad eos qui necdum ratione vtentes, tantum ſimplicitate contenti ſunt, appellantur de hæreditate Dei. Tam populus quam oues indigent virga paſtorali: de qua loquitur & Apoſtolus: *Quid vultis, in virga veniam ad vos an in charitate, & ſpiritu manſuetudinis?* Ob hanc puto cauſam (quia populus Iſrael duræ ceruicis erat, & ſemper carnes Ægyptias ſuſpirabat) vſum eſſe Moyſen non ſolum aduerſum Ægyptios, quos percuſſit decem plagis: ſed etiam aduerſus populum in ſolitudine, virga legali, virga percutiente, & omnia vaſa teſtea, & fragilia confringente: Apoſtolis autem Domini Saluatoris, qui ſapientiam loquebantur inter perfectos, virgam excuſſam eſſe de manibus quia perfecta dilectio foras mittit timorem. Quod ſi quis nobis oppoſuerit: quomodo nunc dicatur ad Chriſtum: hoc eſt ad bonum paſtorem (qui vtique maior Apoſtolis, & melior eſt) vt vtatur in virga: cum maioris profectus ſit virgam non habere, quam virga populos oueſque corripere. Reſpondebimus eis ſecundū illud quod Dominus pollicetur Apoſtolis ſuis: maiora eos ſigna in

Ioan. 10 b
Pſalm. 78. c
1. Cor 4 d
1. Ioan. 4. d
Ioan. 14. b

HEB.

Et erit terra in deſolationem propter habitatores ſuos, & propter fructum cogitationum eorum. Paſce populum tuum in virga tua, gregem hæreditatis tuæ, habitantes ſolos in ſaltu in medio Carmeli: paſcentur Baſan & Galaad iuxta dies antiquos: ſecundum dies egreſſionis tuæ de terra Ægypti, oſtendam ei mirabilia. Videbūt gētes, & confundentur ſuper omni fortitudine ſua. Ponent

G

populis eſſe facturos, quam ipſe fecerit. Et quia adhuc Dominus loquebatur ad carneum Iſrael, & necdum ad eum qui perfecte poterat noſſe myſteria: idcirco dictum eſſe de eo: vt paſcat in virga populum, & gregem ſuum: Apoſtolis autem virgam excuſſam eſſe de manibus, & ſeueritatem legis, Euāgelij clementia temperatam. Porro hi populi, & iſtæ oues propterea percutientur, & paſcentur in virga: quia habitauerant ſoli in ſaltu: Quod quidē poſſumus & de his accipere, q ſe de Eccleſia ſeparātes, cōuiuiis dedunt, amicitiiſque gentilium: Nec non & de his, qui odio generis humani vitam appetunt ſolitariam: qualem Timonē fuiſſe Athenis legimus: non quod ſolitaria vita & prophetica, quam habuerūt Elias & Ioannes condemnanda ſit: ſed quia ſi cæteros deſpiciens ipſe ſuperbiat, & habitet in ſaltu vitiorum, virga corripienda ſit. Qui ſolus habitat, & nō habitat in ſaltu, iſte in laude virtutum eſt: qui autem ſolus eſt, & non facit opera iuſtitiæ & quietis: tantū fruitur voluptate, & non in Chriſti opere & labore deſudat: nec propriis manib. quærit cibum, quod Apoſtolus iubet, & in ſuperbiā erigitur: hic habitat in ſaltu, & inter infructuoſa ligna verſatur. Sed tamen quia bonus paſtor eſt, & virga eius ob hoc percutit vt emendet: meliora ſermo propheticus pollicetur, & dicit: In medio Carmeli paſcentur Baſanitin & Galaaditin, iuxta dies egreſſionis tuæ ex Ægypto. Carmelus interpretatur ſcientia circunciſionis: Baſanitis confuſio, & Galaad tranſmigratio teſtimonij. Populus ergo Dei, & oues paſcuæ eius, quæ prius paſcebantur abſque grege Domini, & extra Eccleſiam eius in ſaltu verſabantur errorum, poſtea transferūtur ad notitiā verę circunciſionis, & ſeruient Deo in ſpiritu, & gloriabuntur in Domino, & non in carne confident, & erunt vera circunciſio, & non conciſio. Cumque paſti fuerint ſpirituali circūciſione, intelligentes peccata priſtina, confundētur in vitiis ſuis, & erubeſcent, & erunt in cōfuſione, quæ ducit ad vitam: quia eſt & alia confuſio quæ ducit ad mortē: in qua habitauit quondā Og rex Baſan: ſi quidem Baſan interpretatur confuſio: de qua confuſione peſſima & dominus repromittit liberaturū ſe populum ſuum. *Dixit dominus ex Baſan conuertam, cōuertam de profundo maris.* Cumque ſcierimus veram circunciſionem, & confuſi fuerimus ſuper peccatis noſtris, tunc erimus in Galaad (quę interpretatur transmigratio teſtimonij) in Eccleſia Chriſti: ad quam teſtimonia legis & prophetarum eloquia tranſcenderunt: & hoc fiet nobis ſecundum dies antiquos, ſecundum dies quando egreſſi ſumus de terra Ægypti: de quibus Moyſes dicit: *Recordamini dies æternitatis*, non dies huius ſæculi: qui appellantur mali, ſed dies perpetuos. Recordatur autem dierum æternitatis, qui non aſpicit præſentia: ſurrexitque cum Chriſto, & ſedet cum eo in cœleſtibus iam mente præſumens ſe de diebus pręſentis ſæculi liberatum. Promittit quoque ſermo diuinus, quod oſtendat populo ſuo, & ouibus hæreditatis ſuę mirabilia. Tunc, inquit, videbunt gentes, & confundentur in omni fortitudine ſua, qua vaſtauerant quondam, & præualuerant aduerſus populum Dei, & confuſio earum habebit profectum, cum ſua intellexerint mala. Ponent enim manus ſuas ſuper os ſuum: malaque opera, omnem eis loquendi auferent libertatem. Quomodo autem impiarum gentium manus claudunt ora eorum: ſic iuſtorum manus eorum ora reſerabunt, ex opere bono loquendi cum Deo accipientium facultatem. Aures quoque eorum obſurdeſcent: quia malitia non ſolum oculorum obcæcauit intuitum, ſed & aures fecit ſurdeſcere: noluerunt enim audire *vocem incantantium, & venefici incantantis ſapienter.* Et iuxta Eſaiam: *auribus ſuis grauiter audierunt*: quamquam multo minus ſit grauiter audire: quam penitus non

2. Theſ. 3. b
כרמל
בשן
גלעד
H
2. Cor. 7. c
Pſal. 67. c
Deut. 32. b
Sec. 70.
Pſalm. 57. a
Iſaia 33. c

SEPT.

*ad mare, & de monte vſque ad montem: Et erit terra in diſſipationem cum habitatorib. ſuis, propter fructus adinuentionum eorum. Paſce populum tuum in virga tua, oues hæreditatis tuæ, habitantes ſolas in ſaltu: in medio Carmeli paſcentur Baſanitin & Galaaditin iuxta dies priſtinos, & iuxta dies egreſſionis tuæ de terra Ægypti, oſtendam eis mirabilia. Videbunt gentes, & confundētur in omni fortitudine ſua ponent*

A non audire, & ſurdum fieri vt verbum non audiat veritatis. Poſt tanta mala dicitur de eis, quod lingent humum quaſi ſerpentes: quæ trahunt terram ambulantes in ventre ſuo, & comedentes terram omnibus diebus vitæ ſuæ Et carnis, id eſt, terræ opera facientes, & trahentes ſecum vſque ad diem vltionis & viſitationis Domini, nõ puluerẽ, nõ terræ parua veſtigia, ſed totã humũ. Quod cum fecerint, & ad iudicium Dei venerint, & concluſi fuerint atque turbati: tandiu turbabũtur, & cõcluſi erunt, quã diu terra, quam traxerãt quaſi ſerpentes, permanſerit in eis. Cum autem illa defecerit, obſtupeſcẽt & admirabũtur, non in domino Deo ſuo (necdum enim merebuntur, vt dicatur Dominus Deus eorum) ſed in domino Deo noſtro. Et ſubito fit ἀποστροφὴ ad Chriſtum, (Prou. 1. a) diciturque ad eum: *Et timebunt à te. Principium* enim *ſapientiæ timor Domini.* Et hęc fient, vt videant gentes, & confundantur in omni mala fortitudine ſua, & ponant manus ſuper os ſuum: & auribus obſurdeſcãt, & lingant terram velut ſerpẽtes, qui trahũt humum, vt primum concludantur, cõcluſique turbẽtur: inde territi obſtupeſcãt ad Dominum Deũ ſanctorum, & ad extremum ipſi quoque timeãt. Hoc iuxta Lxx. B Porro quia nõ multũ ab eis in præſenti duntaxat loco noſtra diſcordat editio: quod in illis dictum eſt, etiam in hac dictum exiſtimemus.

HEB.

Ponent manum ſuper os, aures eorum ſurdæ erunt: Lingent puluerem ſicut ſerpens: velut reptilia terræ, turbabuntur de ædibus ſuis. Dominum Deum noſtrum formidabũt, & timebunt te. a Quis Deus ſimilis tui? qui aufers iniquitatem, & tranſis peccatum reliquiarũ hęreditatis tuę. Nõ immittet vltra furorem ſuum, quoniam volens miſericordiam eſt. Reuertetur, & miſerebitur noſtri, deponet iniquitates noſtras, & proiiciet in profundum maris omnia peccata noſtra. Dabis veritatẽ Iacob, miſericordiam Abraham, quam iuraſti patribus noſtris à diebus antiquis.

SEPT.

*ponent manus ſuper os ſuum, aures eorum ſurdæ erunt: Lingent humum ſicut ſerpentes quæ trahunt terram: turbabuntur in concluſionibus ſuis: ſuper domino Deo noſtro formidabunt, & timebunt à te. Quis Deus ſicut tu, auferens iniquitates, & tranſcendens iniuſtitias his qui reliqui ſunt de hæreditate tua. Non tenuit in teſtimoniũ iram ſuam, quia volens miſericordias eſt. Reuertetur, & miſerebitur noſtri: demerget peccata noſtra, & proiicientur in profundum maris omnia peccata noſtra. Dabit veritatem* Iacob, *miſericordiam Abraham ſicut iuraſti patribus noſtris iuxta dies priores.*

a ¶ *Quis Deus ſimilis tui? qui aufers iniquitatem, & tranſitus peccatum reliquiarum hæreditatis tuæ*, &c.] Intelligens propheta, gentium multitudinem propterea in concluſione ſua eſſe turbatam, vt obſtupeſceret, & timeret Deum, & idcirco dominum deſæuire, vt peccata auferat, & donet ſalutem: laudat dominum, atque miratur, & dicit: *Quis Deus ſicut tu? auferens iniquitates, & tranſcendens iniuſtitias*: (Exod. 12. b) vt quo modo exterminator in Ægypto tranſcendit populum Iſrael, & non vaſtauit eum (Vnde à tranſitu phaſe, id eſt, paſcha nomen accepit.) (פסח) Sic tu parcas gentibus, nequaquam illis imputans iniquitates ſuas. Porro quod ſequitur: His qui reliqui ſunt de hæreditate eius, non tenuit in teſtimonium iram ſuam: hic eſt ſenſus: Si gentibus pepercit, quæ legi eius credere noluerunt, & qui ſuperflui & reliqui de populo ſunt relicti, iniquitates ſuas eis noluit imputare: nec in teſtimonium C iuſti ſupplicij eorum intulit iram ſuam: quid faciet de grege ſuo, qui paſcitur in medio Carmeli, & in Baſanitide, & in Galaad? Volens enim miſericordiã eſt, & reuertẽs miſerebitur noſtri, & grauia peccata noſtra, & iniquitates quæ ſedent (Zach. 5. c) ſuper talentum plumbi, ipſe portabit, & demerget in mare, & parere non faciet. Dabit veritatem Iacob & miſericordiam Abraham: vt ſupplantatori populo & nouello, & ſẽper in lucta poſito, reddat in Chriſto veritatẽ ſuam, & multitudini gentium (Abraham quippe vocatur pater multarũ (Gen. 17. a) gentiũ,) tribuat miſericordiã: ſicut iurauit eis, qui patres extiterunt fidei noſtræ, ſecundũ dies antiquos: quod de tota hominũ multitudine alios ſaluet in veritate, alios in miſericordia. Porro vbi nos interpretati ſumus: non immittet vltra furorẽ ſuum: pro vltra Sym. tranſtulit in ſempiternum: Theodotio in finẽ: Lxx. & quinta editio εἰς μαρτύριον id eſt, in teſtimoniũ: pro quo poſitum eſt in Hebræo e לעד: (e Iaad) & tam vltra, quã ſempiternũ, & teſtimoniũ intelligi poteſt. Dicam & ego in fine voluminis, laborem opuſculi mei domini inuocatione conſignãs: Deus quis ſimilis tibi? aufer iniquitatem ſerui tui: trãſi peccatum reliquiarũ animę meę: D ne immittas in me furorem tuum, neque in ira tua corripias me: Quoniam miſericors es, & multæ miſerationes tuæ. Reuertere, & miſerere mei, præcipita iniquitates meas, & mitte eas in profundum maris: vt ſalſugo & amaritudo vitiorum in ſalſa regione diſpereat. Da veritatem, quam promiſiſti ſeruo tuo Iacob, & miſericordiam, quam pollicitus es amico tuo Abraham, & libera animam meam à perſecutoribus prophetarum tuorum, & Achab & Hiezabel: ſicut iuraſti patribus meis in diebus antiquis, dicens: *Viuo ego, dicit Dominus: Nolo mortem peccatoris, tantum vt reuertatur & viuat.* (Ezech. 18. g) Et alibi: *Statim vt conuerſus ingemueris ſaluus eris.* (Eſai. 30. Sec. 70.) Tunc videbit inimica mea, & operietur confuſione quę nunc dicit ad me: Vbi eſt Dominus Deus tuus? Videbo in ea vltionem tuam, & erit quaſi lutum platearum, atque placabitur, ne amplius de luto & paleis Ægyptias extruat ciuitates.

*Commentariorum in Micheam prophetam finis.*

DIVI



# DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN NAHVM PROPHETAM AD PAVLAM ET EVSTOCHIVM,

## PROOEMIVM.

*IVXTA Septuaginta interpretes, in ordine prophetarum duodecim, poſt Ionam Nahum ponitur: quia videntur de eadem vrbe prophetare. Scriptum ſiquidem eſt in Iona:* Factus eſt *ſermo Domini ad Ionam filium Amathi, dicens: Surge & vade in Niniuen ciuitatem magnam, & prædica in ea: In Nahum vero iſtud exordium eſt: Aſſumptio Niniue liber viſionis Nahum Helkeſæi.* (נחום) *Igitur vterque de Niniue Aſſyriorum metropoli, quæ nunc vocatur Ninus, texunt vaticinium:* Porro *in Hebraico poſt* Ionam *Micheas ponitur, & Micheam ſequitur Nahum: qui interpretatur conſolator. Iam enim decem tribus ab Aſſyriis deductæ fuerant in captiuitatem ſub Ezechia rege Iuda: ſub quo etiam nunc in conſolationem populi tranſmigrati, aduerſum* (4. Reg. 18. b) *Niniuen viſio cernitur. Nec erat parua conſolatio, tam his qui iam Aſſyriis ſeruiebant, quam reliquis, qui ſub Ezechia de tribu* Iuda *& Beniamin ab iiſdem hoſtibus obſidebantur: vt audirent Aſſyrios quoque à* Chaldæis *eſſe capiendos:* (4. Reg. 19.) *ſicut in conſequentibus huius libri demonſtrabitur. Sciendum eſt (quoniam Niniue in noſtra lingua de Hebræo ſpecioſam ſonat: ſpecioſus autem mundus hic dicitur: vnde & apud* Græcos *κόσμος ab ornatu nomen accepit,* (גיבוח) *quidquid nunc aduerſum Niniue dicitur, de mundo figuraliter prædicari. Quam ob cauſam aſſumptio quam Septuaginta interpretãtur λῆμμα, & Aquila ἆρμα interpretatus eſt, apud Hebræos* a משא *ponitur, id eſt, graue onus:* (a maſſa) *eo quod eam aduerſus quam videtur, premat, nec ſinat eleuare ceruicem.* Porro *quod additur: Nahum HelKeſæi: quidam putant HelKeſæum patrem eſſe Nahum, & ſecundum Hebræam traditionem, etiam ipſum prophetam fuiſſe: cum HelKeſæi vſque hodie in* Galilæa *viculus ſit: paruus quidem, & vix ruinis veterum ædificiorum indicans veſtigia:* (אלקשי) *ſed tamen notus Iudæis, & mihi quoque à circunducente monſtratus. Simul & hoc attendendum, quod hæc ipſa vel aſſumptio, vel onus, vel pondus, prophetæ viſio ſit. Non enim loquitur in ἐκστάσει, vt Montanus, & Priſca, Maximillaque delirant: ſed quod prophetat, liber eſt viſionis intelligentis vniuerſa quæ loquitur, & pondus* F *hoſtium facientis in ſuo populo viſionem. De conſummatione itaque mundi ſecundum ἀναγωγήν, ô Paula & Euſtochium, & conſolationem ſanctorum prophetia texitur: vt quæcunque in mundo vident, quaſi prætereuntia & caduca contemnant, & præparent ſe ad iudicij diem, vbi vltor aduerſus veros Aſſyrios futurus Dominus eſt.* H

## COMMENTARIORVM HIERONYMI IN NAHVM PROPHETAM CAPVT I.

HEB.

ONus Niniue: liber viſionis Nahum HelKeſæi.

SEPT.

*ASſumptio Niniue: liber viſionis Nahũ HelKeſæi.*

a Deus æmulator, & vlciſcens Dominus.

*DEVS æmulator, & vlciſcens Dominus.* Vox prophetæ laudantis Deũ ꝙ de Aſſyriis populi ſui ſit vltꝰ iniuriã, ſiue (iuxta altiorem intelligentiã) ꝙ audiat gemitum ſanctorũ ſuorũ, & in conſummatione mundi faciat aduerſarios ſentire ſupplicia. Quod autem zelus in bonam partem accipiatur, (1. Cor. 12. d) & Paulus Apoſtolus oſtendit, dicẽs: Zelamini χαρίσματα maiora. (2. Cor. 11. a) Et in alio loco: *Zelor enim vos Dei zelo.* Et ipſe Dominus in pſalmo: (Pſalm. 68. b) *Zelus domus tuæ comedit me.* Et alias: (3. Reg. 19. b; Num. 25. c) *Zelans,* inquit, *zelatus ſum Domino omnipotenti Deo Iſrael.* Phinees quoque zelum & Matathiæ legimus: (1. Marc. 2. c; Luc. 6. b) Et Simonem zelotem Apoſtolum Ieſu Chriſti: quẽ Marcus Euãgeliſta Simonem Chananæum vocat. (Mar. 3. e) Zelatur aũt Dominus in ſalutẽ eorum quos zelatur: vt quos non potuit eius ſeruare clementia, ſeruet æmulatio. Vnde & ad Hieruſalem, quæ propter peccata nimia viſitationem zeli & furoris eius non merebatur, in Ezechiele loquitur Deus: (Ezech. 16. c) *Zelus meus recedat à te, & non iraſcar vltra tibi.* (Matt. 24. b) Quamdiu itaque agebat pœnitentiam mundus, conſummatio illius non fiebat poſtquã vero multiplicata iniquitate refrixerit charitas multorum: ita vt tententur etiam electi Dei: tunc zelator Dominus venit in vltionem: non quod ipſe ſit inimicus & vltor, quod de diabolo dicitur: ſed quod inimica ſit eius vltio, & quaſi ignis, ligna, fœnum, ſtipulamque conſumat: vt purum aurum remaneat, & argentum.

HEB.

b Vlciſcẽs Dominus, & habens furorem: Vlciſcẽs Dominus in hoſtes ſuos, & iraſcens ipſe inimicis ſuis.

SEPT.

*Vlciſcens Dominus cum furore: vlciſcens Dominus in aduerſarios ſuos, & tollens ipſe inimicos ſuos.*

c Dominus patiens, & magnus fortitudine, & mundans non faciet innocentem.

b ¶ *Vlciſcens Dominus, & habẽs furorem: Vlciſcens Dominus in hoſtes ſuos, & iraſcens ipſe inimicis ſuis.* Secundũ vtramque intelligentiã: (Hebr. 1. b) quia diligit Dominus quem corripit, & caſtigat omnem filium quem recipit: ideo iraſcitur, vt quod aduerſarium & inimicum ſibi eſt tollat ex hoſtibus, & contrariis cogitationib. fractis ſermonibuſque ſublatis, in antiquum redeant ſtatum. Denique in conſequẽtibus, ait: Dominus patiens, & lõga fortitudo eius. (μεγάλη ἡ ἰσχὺς αὐτοῦ.) Sed quia ſemel & hiſtoriã exponere propoſuimus inimicos & hoſtes Dei intelligamus Aſſyrios: in quos cum Domi- diu patiẽs fuerit, poſtea cũ furore & iracundia vltor exiſtet.

c ¶ *Dominus patiens & magnus fortitudine*, &c. Quod ſignificantius in Græco dicitur: κύριος μακρόθυμος καὶ μεγάλη ἡ ἰσχὺς αὐτοῦ, καὶ ἀθῶον οὐκ ἀθωώσει. Et eſt ſenſus: diu quidẽ ſceleris Aſſyriorũ patiẽs fuit, & magnanimitatis ſuæ fortitudine iniqtates eorũ ſuſtinuit, ꝓuocãs eos ad pœnitẽtiã: ſed quia cõtẽpta bonitate Dei, *ſecundũ cor impœnitens theſaurizauerũt ſibi irã in die iræ*: (Rom. 2. a) qui ante patiens fuit, nequaquã eos tãquã mũdos & innocentes inultos abire patietur. Vel certe ita (quoniã in bonam partem ſimul volumus accipere quę dicuntur) patiẽs eſt qui ſuſtentat omnes ruentes, & erigit eliſos: qui ſanat tribulatos corde, & alligat cõtritiones eorum: Et magna virtus eius, ſoluẽs inimicitias in carne, & nocentẽ non faciens innocentem: (Pſal. 146 a; Eph. 2. c) cum ẽt qui nimiũ ſibi applaudet argutus fuerit, quod nõ merito proprio, ſed miſericordia Dei ſit ſaluatus. Licet n. dicat:

Ecce

E

Luc. 15. g
Pſal. 144. b
Rom. 3. c
Matt. 20. b

*Ecce ego tot annos ſeruio tibi, & nunquam præceptum tuum præteriui*: tamen quoniam bonus eſt Dominus omnibus, & miſericordiæ illius ſuper omnia opera eius, & *omnes peccauerunt & indigent gloria Dei*: iuſtificatus ab eo gratis audiet: *An oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum?* Atque ita fiet: vt in eo ipſo quod arguit & ignoſcit, nullum innoxium abire patiatur.

HEB.

a Dominus in tempeſtate, & in turbine viæ eius, & nebulæ puluis pedum eius. b Increpans mare & exſiccans illud, & omnia flumina ad deſertum deducens.

SEPT.

*Dominus in conſummatione, & in commotione via eius, & nubes pulùis pedum eius.*

HEB.

c Infirmatus eſt Baſan, & Carmelus, & flos Libani elanguit. d Montes cōmoti ſunt ab eo, & colles deſolati ſunt, & cōtremuit terra à facie eius, & orbis, & omnes habitantes in eo. e Ante faciē indignationis eius quis ſtabit? & quis reſiſtet in ira furoris eius? f Indignatio eius effuſa eſt vt ignis,

SEPT.

*Imminuta eſt Baſanitis, & Carmelus, & quæ florebant Libani defecerunt. Montes cōmoti ſunt ab eo, & colles concuſſi ſunt, & contracta eſt terra à facie eius, vniuerſitas, & omnes qui habitant in ea. A facie iræ eius quis ſuſtinebit, & quis reſiſtet in ira furoris eius? Furor eius conſumit principatus & pe-*

a ¶ *Dominus in tempeſtate, & in turbine viæ eius*, &c.] Pro tempeſtate & turbine συντελείᾳ καὶ συσσεισμῷ, i. e. conſummationem, & commotionem, LXX. tranſtulerunt: licet in eo vbi nos poſuimus, in tēpeſtate: & in Hebræo ſcribitur בסופה in commotione quoque poſſit intelligi. Hoc a. ſignificat, quod in fine mūdi vniuerſa moueantur: iuxta illud quod ſcriptum eſt in Aggeo: *Adhuc ſemel, & ego mouebo cœlum & terram, mare & aridam*: & cum fuerint cuncta commota vt credant viæ Domini, qui in Euangelio dicit: *Ego ſum via, & vita, & veritas*. Et: *Cum venerit filius hominis in nubibus*: quib. mādatur in Eſaia, ne pluant ſuper vineā imbrē, & ad quas peruenit veritas Dei: dicente pſalmographo: *Veritas tua vſque ad nubes*.) Tūc etiā ipſæ nubes, prophetæ videlicet, animæque ſanctorū (quæ prius cōiunctione carnis fuerāt prægrauatę) eleuatæ in ſublime, tenuioris ſubſtātię fient, & in ſcabellum pedum Dei redactæ, in extremis quibuſque inter Angelos officiis miniſtrabunt. Priora quippe & antiqua, quæ ad caput pertinent, noſſe non poterunt. Alius vero nubes in contrariam partem accipiet: quod ſemper ſerena conturbent, & clarum ſolis ſtellarumque lumen ſua caligine nitantur prætexere, & quod ſubiectæ poſtea dominicæ poteſtati, in puluerem redigantur & in nihilum, & terra in eis, quæ pinguis eſt, diſſoluatur.

a beſoupha
Aggæi 2. b
Ioan. 14. a
Marc. 13. c
Eſaiæ 5. b
Pſalm. 35. b

F

b ¶ *Increpans mare & exſiccans, &c.*] Iuxta literam, Dei potētia deſcribitur, qui vindicaturus eſt de aduerſariis Iſraelem: quod non grande ſit ei Aſſyrios deſtruere: cuius maieſtatis ſit etiam elementa mutare. Vel certe quia ſemel de conſummatione mundi eſſe diximus prophetiam, & hoc ſimpliciter accipite: cum venerit mundi conſummatio, & pertranſierit cœlum & terra: mare quoque & fluuios ſiccari. Sed mihi legent illud in pſalmis: *Hoc mare magnum & ſpatioſum: ibi reptilia quorum non eſt numerus: animalia parua cum magnis: ibi naues perambulant: Draco iſte quem formaſti ad illudendum ei*: dignum videtur bonitate & clementia Dei, omnem amaritudinem & ſalſuginem maris ſua comminatione deſtruere: Et regnantem in aquis humiliare draconem, & malitiæ exſiccare gurgites, in quibus parua natant reptilia, quorum non eſt numerus: neque enim digna ſunt numero, quæ cum dracone verſantur. Flumina quoque ad deſertum perducens: omnem falſi nominis ſcientiam, quæ ſe contra Deum erigens, flumine eloquentiæ vtitur, & volubilitate verborum, & tumentes contorquens gurgites, cum miraculo ſpectantium fertur in pronum. Vide Platonem: ſpecta Demoſthenem: Tullium quoque philoſophum pariter & oratorem, & hæreticorum Principes intuere: de quibus fuit Valentinus, Marcion, Bardeſanes, Tatianus, & de fluminibus non ambiges. Sed hæc omnia conſumet *Dominus Ieſus ſpiritu oris ſui, & deſtruet illuminatione aduentus ſui*, & ad deſerta perducet. Simulque cerne quod iuxta titulum qui inſcribitur: *Aſſumptio Niniue, liber viſionis Nahum Helkeſæi*, recte & in Niniue mundus figuraliter intelligitur, & mare eius, eloquentiæ flumina in conſummatione ſiccantur.

Pſal. 103. c
1 Tim 6 d
2. Theſ. 2. b

c ¶ *Infirmatus eſt Baſan & Carmelus, &c.*] μεταφορικῶς per Baſam & Carmelum & Libanum regionem vberem & mōtes conſitos, Aſſyrii vaſtitas demonſtratur: quod ille potens quondam & florens, & plurimis gentibus imperans, domino iraſcente populandus ſit. Sed & de conſummatione mundi poſſumus intelligere, quod potentes quique & nobiles, & nimiis opibus abundantes repente pereant, & dicatur eis: *Stulte hac nocte auferetur anima tua à te, quæ autem præparaſti cuius erunt?* Porro ſecundum interpretationem nominum (quia Baſan cōfuſionem & ignominiam ſonat) in conſummatione mundi, omnia quę ignominia & rubore digna ſunt, aſſerimus, cum Dn̄s venerit, infirmari, & non ſolum peccata redigi in nihilum, ſed & Carmelum quoq; qui interpretatur ſcientia circumciſionis & eos qui ſibi videntur in bonis operibus vberes & florentes Chriſto veniente trepidare, & impleri illud quod dicitur in Euāgelio: *Cum venerit filius hominis, putas inueniet fidem ſuper terram?* Increſcente quippe iniquitate, refrigeſcet charitas plurimorū, propter quæ veniet ira Dei.

G
Luc. 12. c
בשן
כרמל
Luc 18. b
Matt. 25. b

d ¶ *Montes commoti ſunt ab eo, &c.*] Poteſt & ſimpliciter accipi, quod in conſummatione mundi, cū in maieſtate ſua Saluator venerit, & montes & colles, & orbis & terra, & cuncta moueantur. Si enim in paſſione eius ſol fugit, ſaxa ſciſſa ſunt, terra contremuit: multo magis in claritate eius omnia turbabuntur. Sed & figuraliter montes & colles, ſublimes quiq; & potentes intelligendi ſunt: qui in aduentu domini proſternentur humi, ac de ſolio ſuo depoſiti pauimento cohærebunt. *Facies enim domini ſuper facientes mala: vt perdat de terra memoriā eorum.* Tūc & terra contremiſcet, & orbis atque vniuerſitas faciem domini formidabunt: hoc pro ſummo cruciatu pœnaq; ducentia quod vultum eius reſpicere non audebunt.

Matt. 27. c
Pſalm. 33. c
H

c ¶ *Ante faciem indignationis eius, &c.*] Pro eo quod nos poſuimus: *Et quis reſiſtet in ira furoris eius?* apertius interpretatus eſt Symmachus, *& quis ſuſtinebit iram furoris eius?* Aut rarus igitur, aut nullus poterit inueniri, qui ira corripiente nō dignus ſit: Nec erit vlla anima, quæ non paueat ad iudicium Dei: cum aſtra quoque non ſint munda in conſpectu eius. Porro verbum Hebraicum b יקום, quod & Aquila & LXX. ſimiliter tranſtulerunt ἀντιστήσεται, i. e. reſiſtet, ad illam intelligentiam transferamus, de qua in ſecundo Regnorum libro, & in primo Paralipomenon dicitur, ſuper ira Dei, genere maſculino. Nullique dubium, quin ibi ira Dei diabolus intelligatur, & Angeli peſſimi, qui mittuntur ad plectendos eos, qui ira digni ſunt. Difficile itaque reperietur in conſummatione mundi, qui immaculatus & purus audeat dicere: *Ecce venit Princeps mundi iſtius, & inuenit in me nihil*, & libera aduerſus eum fronte conſiſtat. Contra Aſſyrios autem ſic ſentiendum, quia cum venerit Dominus in tempeſtate & turbine, ſiccans Babylonis imperium, quod interpretatur mare, & omnia eius regna ſubuertens, quæ intelliguntur flumina, & potentiam vbertatemque eius ad nihilum redigens, quæ μεταφορικῶς Baſan & Carmelus & flos Libani, & montes colleſque dicuntur: ac latitudinem imperij concutiens, quæ orbis terrarum appellatur: tunc nulla potentia reſiſtere poterit iraſcenti Deo, & populum ſuum vindicanti.

Iob. 25. b
b iakoum
2. Reg. 24. a
1. Par. 22 a
Ioan. 14. d

f ¶ *Indignatio eius effuſa eſt vt ignis, & petræ diſſolutæ ſunt ab eo.*] Pro eo quod nos poſuimus, effuſa eſt: Aquila interpretatus eſt συνεχωνεύθη, id eſt, conflata eſt: Symmachus & Theodotio, ἔσταξεν, hoc eſt, ſtillauit. Siue igitur conflata eſt indignatio Dei, quaſi ignis: ſiue furori eius in ſimilitudinem ſtillauit incendij: vt dura corda hominū, quæ petræ vocantur, contererentur & diſſoluerentur: vtilis eſt indignatio Dei: quæ diu per patientiam noſtra peccata ſuſtentans, vix aliquando conflata eſt, & tamen non tota prorumpit in pœnam, ſed modico ad nos ſtillabit ardore. Si autem ſtilla indignationis eius conſumit principatus, aduerſum quos nobis eſt pugnæ colluctatio: quid fieret ſi tota in nos ira Dei funderetur? Præſtet Ieſus, vt auferatur cor lapideum, & mutetur in nobis cor carneum: duritiaque mollita poſſit in ſe pręcepta domini ſuſcipere quæ ſcribuntur. *Sacrificium enim Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non ſpernet.* Et vt ſciatis clementiā Dei ſonare quæ dicta ſunt, non ſeueritatē: in conſequētibus diſcite.

נתכה
Eph. 6 b



E
Pſal. 50.

HEB.

ignis, & petræ diſſolutæ ſunt ab eo, a Bonus dominus, & cōfortans in die tribulationis, & ſciēs ſperātes in ſe. b Et in diluuio prætereunte conſummationem faciet loci eius, & inimicos eius perſequentur tenebræ. Quid cogitatis contra dominū: conſummationem ipſe facit: non conſurget duplex tribulatio. d Quia ſicut ſpinę ſe inuicem cōplectuntur: ſic conuiuium eorum pariter potantiū: conſumentur quaſi ſtipula ariditate plena. e Ex te enim exibit cogitans contra

SEPT.

*& petræ contritæ ſunt ab eo. Suauis Dominus expectantibus eum in die tribulationis, & cognoſcens timentes ſe. Et in diluuio tranſeunte conſummationem faciet conſurgentes: & inimicos eius perſequentur tenebræ. c Quid cogitatis contra dominum: conſummationem ipſe faciet: non vindicabit bis in idipſum in tribulatione. Quia vſque ad fundamenta ſua redigentur in vepres, & quaſi voluola circundata comedetur, & quaſi ſtipula ariditate plena. Ex te exibit cogitatio contra*

a ¶ *Bonus Dominus, &c.*] Cū iraſci cœperit gētib. & quondam potētiſſima regna vaſtare, ſciet eos qui ſui ſunt, & nō vna tēpeſtate opprimet nauigantes. Diem a. tribulationis ſecundum ἀναγωγήν, diem intelligamus iudicij: de quo ſcripſit Eſaias: *Ecce dies domini inſanabilis venit, furoris & iræ: ponere orbem terræ deſertum, & peccatores perdere ex eo.* Speremus in domino & per patientiam eius expectemus aduentum: vt cum venerit, bonum eum, non iudicem ſentiamus, & cognoſcat vel ſperantes, vel timentes ſe. *Scit* enim *Dominus eos qui eius ſunt.*

Eſai. 13. b
2. Thim. 2. c
Pſalm. 102. b

b ¶ *Et in diluuio prætereunte, &c.*] Dominus patiens & multæ miſerationis, & non iraſcetur in finē, neq; in æternum indignabitur: ſed cū creuerit malitia ſuper terram, & omnis caro corruperit viam ſuam, inducet diluuiū quod pertranſeat, non quod permaneat in æternum. Conſummationē autem ſiue finem faciet loci eius, i. e. diluuij: vt quomodo de impio dicitur: *Et pertranſiui, & non eſt inuentus locus eius*: Et iter impiorum peribit: Sic diluuij iter pereat poſt iram domini, ſola apparente clementia. Quod quidem & ſecundum hiſtoriam intelligi poteſt: quia cum vaſtauerit Iſrael, & quaſi diluuio terram repromiſſionis inundauerit, finem faciet captiuitatis, ad ſedes eum priſtinas reuocando: At econtrario inimicos eius Aſſyrios qui populum duxerant in captiuitatem, tenebræ perſequentur. Quod a. diximus de Iſrael & Aſſyriis, intelligi de conſummatione mundi, & de ſanctis, ac de perſecutoribus ſiue contrariis virtutibus poteſt: quod ſanctorum Deus poſt iram miſereatur: perſecutores vero & inimicos eorum, qui elegerunt tenebras & non lucem, ipſæ quas elegerunt tenebræ comprehendant, mittentur enim in tenebras exteriores: ibi erit fletus & ſtridor dentium. Verbū c מקומה quod nos interpretati ſumus, loci eius: omnes in duas orationis partes diuiſerunt, vt d מ in præpoſitione de, verterent, i. e. ἀπὸ e קומה ſurgentes interpretarentur. Denique Aquila ἀπὸ τῶν ἀνισταμένων, inquit, id eſt, à conſurgentibus: LXX. conſurgentes, id eſt, τοὺς ἐξεγειρομένους: Theodotio, conſurgentibus ei. Quinta editio, à conſurgentibus illi. Solus Symmachus cum noſtra interpretatione conſentiens ait. *Et in diluuio tranſeunte conſummationem faciet loci eius.* Quidam de noſtris, conſurgentes & inimicos, Marcionem & omnes veteres hæreticos interpretantur, qui aduerſum creatorem diſputant.

F
Pſal. 36. g
Pſal. 1. b
Matth. 22. b
c mekoma
d mem
e koma

c ¶ *Quid cogitatis, &c. non vindicabit bis, &c.*] Symmachus apertius. Non ſuſtinebunt impetum ſecundæ anguſtiæ. Theodotio. *Non conſurget ſecunda tribulatio.* Loquitur autē iuxta tropologiam, aduerſum Marcionem, de quo ſupra diximus, & omnes veteres hæreticos, qui bonum neſcio quem confingentes Deum, ipſum dicunt conſummationem mundi eſſe facturum, & arguunt legis Deum quaſi crudelitatis, quod multos puniat, & pro peccatis irroget cruciatus. Quid ergo ait contra dominum cogitatis? ipſe qui creauit mundum, & conſummationem eius faciet. Quod ſi vobis videtur crudelis, rigidus & cruentus, quod in diluuio genus deleuit humanum, ſuper Sodomam & Gomorram ignē & ſulphurem pluit, Ægyptios ſubmerſit fluctibus, Iſraelitarū cadauera proſtrauit in eremo, ſcitote eū ideo ad pſēs reddidiſſe ſupplicia, ne in ęternum puniret. Certe aut vera ſunt quæ prophetæ loquuntur, aut falſa. Si vera ſunt quæ de ſeueritate eius videntur dicere. Ipſi dixerunt; *Non vindicabit Dominus bis in idipſum in tribulatione.* Si a. falſa ſunt, & falſum eſt hoc quod dicitur: *Non conſurget duplex tribulatio*: falſa eſt ergo & crudelitas, quæ in lege deſcripta eſt. Quod ſi verum eſt (vt negare non poterunt, dicente propheta: *Non vindicabit Dominus bis in idipſum in tribulatione*) ergo qui puniti ſunt, poſtea nō punieñtur. Si autem illi poſtea punientur, ſcriptura mētitur, quod dicere nefas. Receperunt ergo, & qui in diluuio perierāt, & Sodomitæ, & Ægyptij, & Iſraelitæ in ſolitudine, mala ſua in vita ſua. Quęrat hic aliquis, ſi fidelis deprehēſus in adulterio decolletur, quid de eo poſtea fiat. Aut n. punietur, & falſum eſt hoc quod dicitur: *Nō vindicabit dominus bis in idipſum in tribulatione*: Aut non punietur, & optandū eſt adulteris, vt in præſent artū breui & cita pœna cruciatus fruſtrentur æternos. Ad quod reſpondebimus: Deum vt omniū rerum, ita & ſuppliciorū quoque ſcire menſuras, & nō præueniri ſententia iudicis: nec illi in peccatorem exercendę dehinc pœnæ auferri poteſtatem, & magnum peccatum magnis diuturniſque elui cruciatib. Si quis a. punitus ſit: vt ille in lege qui Iſraelitis maledixerat, & qui in ſabbato ligna collegerat, tales poſtea non puniri: quia culpa leuis præſenti ſupplicio compenſata ſit. Hebræus hunc locum ita expoſuit. Quid putatis, ô Aſſyrij, iniquitatem contra dominum cogitantes: quod populum Iſrael, i. e. duodecim tribus vſque ad internecionem ipſe conſummat. *Non conſurget duplex tribulatio*, id eſt, non vobis tradet Iudam & Hieruſalem: ſicut tradidit decem tribus & Samariam.

לא
תקום
פעמים
צרה
οὐκ ἐκδικήσει
e quid ergo
23. q. 5.
Gen. 7 d
10. c
Exod. 14.
Num. 32. g
G
Num 15. d
H

d ¶ *Quia ſpinæ, &c.*] Tres differentias, quas dominus in parabola ſementis poſuit (excepta terra bona quæ affert triceſimum & ſexageſimum, & centeſimum fructum) videtur mihi propheta replicare: vnam quę iuxta viam ceciderit, & aliam quæ inter lapides, & tertiam quæ inter ſpinas: quod quidem & Apoſtolus de his qui ſuper fundamentum Chriſti non bene ædificabant, ſuboſtendit quoſdam eſſe qui ædificant lignum, fœnum, ſtipulam. Igitur ligna referamus ad id quod nunc dicitur: Quia vſque ad fundamenta ſua redigentur ad vepres. Fœnum vero ad id quod ſequitur: Et ſicut voluola, quæ circundatur, comedetur. Porro ſtipula manifeſte refertur ad ſtipulam de qua dicitur: Et ſicut ſtipula ariditate plena. Propterea ergo non vindicabit dominus bis in idipſum: quia malitia, quæ in auctoribus hæreſeos orta fuerat, vſque ad fundamentum & ad radices ſuas conſumetur. Sed & ſi quis in eis videbatur pompam habere verborum, id eſt, folia inania, tantū aſpectu delectantia, ſicut voluola quæ Græcè dicitur σμίλαξ, deuorabitur, & conſumetur in nihilū. Voluola a. herba eſt ſimilis hæderæ, quæ vitibus & virgultis circundari ſolet, & in longum ſerpere. Quidquid etiam in eis videtur habere pompam ſegetis, ſed non habet ſpicas & grana frumenti, quaſi ſtipula ariditate plena tradetur incendio. Hoc ſecundum Septuaginta. Cæterum iuxta Hebraicū vere hæreticorum fœdera & neceſſitudines quaſi ſpinæ ſunt ſe inuicem complectentes, & conuiuium eorum atque myſteria (quia & ipſi menſam dominicam habere ſe dicunt) ſpinarum fœdus eſt, ſimul veſcentium pariterque potantiū. Cum enim ebrij de vinea Sodomorum aduerſus conditorem rabido ore blaſphemant: nonne conuiuium ſentium eſt? quod tamen cum ſuis conſumetur auctoribus, quaſi ſtipula ariditate plena.

Matt. 13 a
2. Cor. 3. c
כסבאם
סבואים
ὡς σμίλαξ
περιπλεκομένη.

e ¶ *Ex te enim exibit cogitans contra dominum malitia, mente pertractans præuaricationem.*] Vere ab hæreticis exibit

A exibit aduerſus dominum inimica cogitatio. An non videtur eſſe aduerſus Deum malitia & pręuaricatio, dicere, quod Valentinianus, quaſi abortiuum errantis ſapientię extremum editum creatorem? Nonne contra Deum cogitatio eſt Baſilidis impudica, & portentoſum ἀβραξας nomẽ, quod præfertur domino conditori? Porro q̃a docti ab Hebræis volumus eorũ quoq; traditionẽ ſequi, & noſtris, i. e. Chriſtianis explanationem hiſtorię demonſtrare dicendũ eſt: Non conſurget duplex tribulatio, i. e. nõ capientur ab Aſſyriis duę tribus ſicut captę ſunt decem. Si quidem dũ adhuc in terra Iuda ſunt Aſſyrij, & quaſi ſpinæ ſe inuicem complectũtur, lętantes atque gaudentes, ab angelo conſumentur: quoniã vna nocte centum octoginta

4. Reg. 19. g quinque millia cæſa ſunt hoſtiũ. Pulchre quoq; exercitus eorũ multitudinem, ebriorum cõuiuio comparauit, & ipſum conuiuium non roſarum, non liliorum dixit eſſe, non florũ, ſed ſimile ſpinarum ſe inuicẽ complectentium: quę ſemper traduntur igni, & quaſi ſtipula ariditate plena leui comburuntur ardore. Quod autem ſequitur: *Ex te exibit cogitans contra dominum malitiam: mente pertractans præuaricationem*:

4. Reg 18. d Eſaiæ 30 a de Rabſace intelligi volunt, quod de Aſſyriis egreſſus, blaſphemauerit dominum, & populo perſuadere voluerit: vt deſperans de auxilio domini, ſe Aſſyriis traderet, non Deo, ſed idolis ſeruiturus.

H E B.

cõtra dominũ malitia, mẽto pertractãs pręuaricationẽ. [a] Hæc dicit dñs, ſi perfecti fuerint, & ita plures: ſic quoque attondentur, & pertranſibit: afflixi te, & non affligam te vltra. Et nunc conteram virgam eius de dorſo tuo, & vincula tua diſrumpã. [b] Et præcipiet cõtra te dominus: non ſeminabitur ex nomine tuo amplius: de domo Dei tui interficiam ſculptile & conflatile: ponã ſepulchrum tuũ, quia inhonoratus es. [c] Ecce ſuper montes

B ¶ a *Hæc dicit Dominus, &c.* ] Iuxta literam manifeſtus eſt ſẽſus: Licet, inquit, robuſti ſint Aſſyrij, & fortitudo eorum numero augeatur cunctarum gentium: ſic quoque Angelo vaſtante tõdentur. Quo modo enim numerus capillorum acutæ forcipi non repugnat: ita & numerus aduerſariorum Dei, facili ſuccisione tolletur, & pertranſibit Aſſur vel eſſe deſiſtet: ſiue vaſtato exercitu ſuo reuertetur ad patriam, te ſoſpitem derelinquens. Ruſumque ad Iudam & Hieruſalem ſermo dirigitur: Afflixi te & non affligam te vltra: non quod perpetuam ſecuritatem polliceatur, ſed illius tantum temporis & ab illis hoſtibus, à quibus tunc obſidebatur. Denique infert: Et nunc conteram virgam eius, i. e. Aſſyrij, de dorſo tuo, & vincula tua diſrumpam: Vel per metaphoram poteſtatem eius ſignificans: vel certe virgam qua percutere conabatur, & vincula quæ captiuis parabat: quamquam poſſit & obſidio clauſæ multitudinis pro vinculis accipi. Porro iuxta Lxx. multo aliter eſt ſenſus. Adhuc enim videtur aduerſus eos loqui quibus ſupra dixerat: *Quid cogitatis contra dominum?* Et: *Ex te exibit cogitatio contra dominum peſſima, cogitans*

Pſal. 148. a *contraria.* Hæc ergo dicit Dominus regnans aquis multis: ſiue virtutib. quæ dicũtur aquæ ſuper cœlos, & pręcipitur eis: vt laudent dominum, vel certe intellectib. & ſapientiæ & doctrinis Dei. Sicut enim flumina de ventre iuſti fluent, & fontes vberes in vitam æternam, per varias multiplicesque ſententias, quibus imperat ſermo domini, ita habent & hæreſiarchę aquas ſuas, quibus imperant, & quæ ex eorum primum fonte manarunt. Quod autem ſequitur: Et ſic diuidẽtur, vel de cœleſtibus quæ in ſupernis Deo ſeruiunt virtutibus, intelligi poteſt, quod vnaquæque in ſuo officio ſit & miniſterio, vel de multiplici varietate ſapientiæ: Ne quia dixerat regnans aquis multis: confuſus & indiſcretus ſenſuum numerus putaretur: ſed quod vnaquæque ſententia diuiſos habeat inter ſe ſenſus, & ſeparatas materias propriaſque ὑποθέσεις. Nam quod dicitur: Auditus tuus non audietur amplius: increpatio eſt in eos, qui aduerſus Deum cõtraria cogitauerant, quod oſtenſis ſophiſmatib. & decipulis, quibus Dei populus irretiebatur, ſermo eorum vltra non currat, nec ſuſcipiatur à populis. Sed & hoc quod infert: Et nunc conteram virgam eius à te, & vincula eius diſrumpã: pro ipſis dicitur quibus fit comminatio: vt nequaquam cædantur à diabolo, & ei ſubiecti ſint, quo auctore tanta excogitauerant atque confinxerant. Conteretur ergo imperium eius in eos, & vincula quibus peccantium animæ ligabantur, diſrumpẽtur à ſermone Dei; dicente his qui in vinculis ſunt: exire.

C

S E P T.

*contra dominum peſſima, cogitans contraria. Hæc dicit Dominus, regnans aquis multis, & ſic diuidentur & auditus tuus non audietur amplius. Et nunc conteram virgam eius à te, & vincula eius diſrumpam: Et præcipiet de te Dominus: non ſeminabitur ex nomine tuo amplius: de domo Dei tui diſperdam ſculptilia, & conflatilia, ponam ſepulchrum tuum. Quia veloces, ecce ſuper montes pedes euangelizantis, & annunciantis pacem.* Celeſus

b ¶ *Et præcipiet cõtra te dominus &c.* ] Ideo plus poſui de Lxx. interpretibus quoniã ſecunda

Eſai 49. c περικοπὴ à priori non poterat ſeparari. In eo enim quod dicitur: quia inhonoratus es: pro quo Quinta editio poſuit, ὅτι ὑβρίσθης, Lxx. tranſtulerunt, quia veloces, i. e. ὅτι ταχεῖς, ci kallotha

q̃ in Hebraico legitur כי קלות. Veloces autem niſi ad inferioris capituli pedes retuleris, pẽdet ſententia. Itaque iuxta cõſuetudinem meam, primum hiſtoriã, & poſtea Vulgatę editionis ſententiam ventilabo. Præcipiet, inquit, contra te dñs ô Aſſur: vt quod paſſurus es, nõ fortuitu & abſq; aliquo iudice, veniat, ſed Deo pronũciante patiaris. Nõ ſeminabitur ex nomine tuo amplius: ſtatim quippe Niniuẽ reuerſus Sennacherib à filiis ſuis occiſus eſt. Lege Eſaiam, & occi- חלדי

Eſaiæ 37. g ſus in domo Dei ſui, quam adoraturus intrauerat. Hoc eſt n. quod ait de domo Dei tui interficiam: inde punieris vnde ſperabas auxilium. Erit ſculptile & conflatile ſepulchrum tuum: vt inter aras & puluinaria adorantis idola ſanguis nefarius effundatur. Iuxta Lxx. a. interpretes cum ſuperioribus iunge quod ſequitur: *Non ſeminabitur*, inquit, *ex nomine tuo amplius.* Nequaquam, ô hæretici, animæ deceptorum ex dogmatib. veſtris ſuſcipient nomina, quæ prius inuocauerant ſuper terras ſuas: ſicut in quadrageſimo octauo pſalmo figuraliter canitur. Et proderit vobis hęc ipſa ceſſatio ſationis, quæ prius animam ſeminantis, deinde eius in quo ſeminabat, interficere conſueuerat. Morientur ergo tibi errorum dogmata: ſed & tu qui prius tibi viuere videbaris, morieris errori, & bono tuo mortuus, idola quæ colebas, habebis ſepulchrum. Atque ita fiet vt de pectore tuo, quod ante templum Dei tui, quem ſimulaueras, fuerat, omnes auferãtur errores. Hęc a. euenient tibi, qui quondam aduerſus dominũ contraria cogitabas: cum Dei ſermo, qui ſemper aſcendit in montes, in animas videlicet excelſas atque ſublimes, ad te velociter venerit: calcatiſque priorum errorum fluctibus, & in tranquillum redactis, pacem tibi fidei ſenſumque reddiderit. Ignoſcite prolixitati: non enim poſſum & hiſtoriam, & tropologiam ſequens, breuiter vtrumque comprehendere: maxime cum & interpretationis varietate torquear, & aduerſus conſcientiam meam cogar interdum Vulgatę editionis conſequentiam texere. D

c ¶ *Ecce ſuper montes pedes euangelizantis, &c.* ] Paulisper Lxx. interpretes differam, quia & ipſa capitula apud eos interpretationis varietate confuſa ſunt. Cumq; hiſtoriã breuiter expoſuero, editionem eorum, meo eloquio tẽperabo. In Paralipomenon ſcribitur libro: quod obſidente Sennacherib Hieruſalem, in primo menſe paſcha facere non potuerũt. Cæſo a. per Angelum exercitu eius, & fuga ac morte eius nunciata, in ſecundo menſe ſumma feſtiuitate paſchæ diem celebrarint. Quod ergo dicit tale eſt: O Iuda, quæ regnas in 2. Par. 32. a

Hieruſalem, noli eſſe ſolicitus, interfecto hoſte tuo in tẽplo Dei ſui: Ecce venit tibi nuncius, montes colleſque tranſcurrens, & quaſi de ſublimi ſpecula procul nuncians Sennacherib mortuum: vrbem eius imperio liberatam. Celebra feſta, redde vota pro nece inimici: quę pollicitus es Deo: nequaquam vltra pertranſibit per te pręuaricator & ἀποστάτης, hoc n. interpretatur בליעל. Totus interiit, id eſt, exercitus, & rex, & imperium Aſſyriorum penitus conciderunt. Et hoc quidem iuxta literam: cæterum ſecundum ἀναγωγὴν dicitur ad Eccleſiam, dicitur ad animas dominum confitentes, quia diabo-



E diabolus qui te prius populabatur, & grauiſſimo premebat iugo, in idolis & cum idolis, quæ fabricatus fuerat, periit: celebra feſtiuitates tuas, & redde Deo vota tua: canens cum

2. Cor. 6. c Angelis iugiter: nequaquã enim vltra per te tranſibit Belial: de quo dicit & Apoſtolus: *Quæ communicatio Chriſti & Belial?*

H E B.

pedes euangelizantis, & annunciantis pacẽ. Celebra Iuda feſtiuitates tuas, & redde vota tua: quia non adiiciet vltra vt pertrãſeat in te Belial: vniuerſus periit.

CAP. II.

H E B.

Aſcendit qui diſpergat in facie tua cuſtodiẽs obſidionem, contemplare viam, conforta lũbos, robora virtutem valde. Quoniam ſicut reddidit dominus ſuperbiæ Iacob: ſic reddet ſuperbiæ Iſrael: quia vaſtatores diſſipauerunt

quia ſubuerſa Niniue totus interiit? Si q̃n grauiſſima perſecutio fuerit: qualis ſub Valeriano, & Decio, & Maximiano, & domini vltio apparuerit in aduerſariis eius: dicamus ad Eccleſiam: *Celebra Iuda feſtiuitates tuas, & redde vota tua, &c.*

a *Celebra Iuda feſtiuitates tuas, &c.* ] Semel dixi, iuxta interpretationis varietatem capitula quoque ipſa aliter diffiniri & non poſſe cum capitulis Hebraicæ interpretationis cõuenire. Itaq; q̃ nunc dicitur, huiuſcemodi eſt. O Eccleſiaſtice, quia de aduerſariorum tuorũ noĩe vltra non ſeminabitur, & virga eorum contrita eſt, & vincula diſſipata ſunt, & venit qui tibi annunciaret pacem: celebra feſtiuitates tuas, non in vino & epulis (vt carnei Iudęi exiſtimant) ſed in ſpiritualibus deliciis, & voluptate torrentis. O Iuda redde vota tua: quia nequaquam vltra pertrã-

Heb. 8. d ſient inimici, qui te adducant in vetuſtatem: h. e. qui te volunt imaginem portare veteris hominis. Quoniam quod vetus eſt ſeneſcit: & quod ſeneſcit, perditioni proximum eſt.

F Completus eſt mundus, conſumptus eſt aduerſarius: venit

Gen. 2. b tibi Chriſtus, qui prius inſufflauerat in faciem tuam, cum te de limo fingeret, & poſt reſurrectionem quoque inſufflans

Ioãn. 20. c in faciem Apoſtolorum ait: *Accipite Spiritum ſanctum*: ipſe eſt qui te liberat de tribulatione. Vaſtata enim Niniue, & tranſeunte mundo, tribulatio quoque pertranſiet.

CAPVT VII.

*Aſcendit qui diſpergat in facie tua cuſtodiens obſidionem: contemplare viam, conforta lumbos, &c.* Neceſſitate compellor, quaſi inter ſaxa & ſcopulos imminente naufragio, ſic inter hiſtoriã allegoriam orationis meæ curſum flectere, & ne ſubito impingat attendere. Si quidem iuxta fabulas Poetarũ: *Dextrũ Scylla latus, læuũ implacata Charibdis obſidet.* Si ſaxa fugimus, incurrimus in profundum: ſi contortos vertices euitamus, in ſaxa deferimur. Teſtis eſt mihi dominus: me omnia quæ ſecundum Hebraicum diſſero, non de proprio ſenſu loqui (quod arguitur in pſeudoprophetis) ſed Hebræorum ſequi expoſitionem: à quibus non modico tempore eruditus, debeo meis ſimpliciter indicare, quæ didici. Certe in lectoris erit arbitrio, cum vtrumque percurrerit, quid magis ſequi debeat, iudicare. Ad Niniuen igitur nunc ſermo conuertitur (& hinc vel maxime obſcuri ſunt prophetę: q̃ repente dum aliud agitur, ad alios perſona mutatur) & dicitur ei: Aſcendit ad te Nabuchodonoſor, qui te obſideat, qui ante os tuum vaſtet agros, perſequatur agricolas, rura populetur, qui te quoque ipſam clauſam teneat. Quia itaque tibi imminet bellum: ecce gaudens propheta nunc præcino: contemplare diligenter, & conſpice, & quid tibi eueniat, intuere: *Conforta lumbos*, id eſt, accingere:

Eſai. 37 g *robora virtutem valde*: hoc eſt exercitus congrega: Quia ſicut vltus eſt dominus Iudam de ſuperbia Sennacherib, interfecto exercitu eius in Iudæa, & ipſo quoque à filijs ſuis iugulato: ſic vlciſcetur Iſrael, id eſt, decem tribus, quæ à Niniue poſſidentur. Vtrumque enim & Iudam, & Iſrael vaſtauerunt Aſſyrij, & ſub metaphora vitis amborum propagines corruperunt.

c ¶ *Contemplare viam, tene lumbum, confortare robore vehementer. Quoniam auertit Dominus contumeliam Iacob*, &c.] Tria præcipiuntur Iudæ. Primum, vt contempletur viam, & iter per quod ambulaturus eſt, diligenter aſpiciat: iuxta illud quod in Hieremia ſcriptum eſt: *State in vijs, & interrogate ſemitas æternas, & videte quæ ſit via bona, & ambulate in ea*: vt cum ſteterimus in viis multis, veniamus ad eam viam, quæ dicit: *Ego ſum via.* Deinde dicitur ei, vt teneat lumbum: i. e. vt poſt electionem viæ mortificet corpus ſuũ, G Hier 6 d Ioan. 14. a 1. Cor. 6. g

S E P T.

*a Celebra Iuda feſtiuitates tuas, redde vota tua: quia nequaquam apponent vltra vt pertranſeant in vetuſtatem: completum eſt, conſummatum eſt, aſcendit inſufflans in faciem tuam, eruens de tribulatione.*

CAP. II.

H E B.

*Contemplare viam, tene lumbum, confortare robore vehemẽter. Quoniã auertit dominus contumeliam Iacob, ſicut contumeliam Iſrael: quia excutientes excuſſerunt eos, & propagines*

& ſeruituti ſubiiciat: ne quaſi rex & magiſter alij prædicans, ipſe reprobus inueniatur. Lõgum eſt nunc dicere quod virtus diaboli vel maxime ſit in lumbis, & quod ad Dauid repromiſſio fiat: *De fructu lumbi tui ponam ſuper thronum tuum.* Et illud Apoſtoli: *Adhuc enim in lũbo patris ſui erat* Abrahæ Leui: q̃n iuit in occurſum Abraham Melchiſedech. Et q̃ Iannes zona pellicea cingitur, & quod à Saluatore diſcipulis imperatur: *Sint lumbi veſtri præcincti.* Et Apoſtolus ad Epheſios; *State ergo accincti lumbos veſtros in veritate*: licet n. διάζωσις plurimum præſtet, & vitæ continentiæ ſuper mortificatione lumborum: tamen nihil eos ita mortificat, vt cognitio veritatis. Vnde dicitur: accingite lumbos veſtros in veritate. Si enim veritas eſt Chriſtus: qui tota in Chriſto mẽte credidit, lumbos ſuos mortificauit in Chriſto. Tertio præcipitur, confortare virtute nimis, elegiſti, inquit, viam, tenuiſti lumbum, aſſume virtutem, vt poſſit pugnare cum hoſtib. Et ne forte diffidas, datur tibi cauſa cur ſperes: *Auertit*, inquit, *Dominus contumeliam Iacob, ſicut contumeliam Iſrael*: quod ambiguum eſt, aut enim ipſius Iacob contumeliam, qua cæteris faciebat iniuriam auertit, aut contumeliam, quam ab aliis ſuſtinebat Iacob, auertit Dominus. Sed mihi videtur melius eſſe vt contumeliã quã Iacob ſolebat cæteris facere, à domino ſit auerſa. Nõ enim tantæ virtutis eſt, ab aliis factam iniuriam ſuſtinere: quantæ gratię domini eſt, placidum, mitem, atque tranquillum iniuriam facere non poſſe. Quæritur, quo modo auerſa ſit iniuria Iacob, ſicut auerſa fuerat & Iſrael? Poſtquam luctatus eſt Iacob cum Angelo, Iſraelis nomen meruit accipere, & quia vidit Deum, iniuriam facere ceſſauit. Sicut ergo Iſrael, ſenſus vel vir videns Deum, & ſemper de Deo cogitans, facere neſcit iniuriam: ſic omnis procacitas & contumelia auerſa eſt à Iacob: hoc eſt à ſupplantatore: ab eo qui adhuc in certamine poſitus ſupplantat inimicos. Vt autem ſciamus quo modo iniuria in malam partem accipiatur: Salomon teſtis eſt, dicens: *Oculus contumelioſi, lingua iniqua.* Quo modo autem ſecundum vtramque intelligentiam iniuria auerſa ſit ab Iacob: quæ prius auerſa fuerat ab Iſrael: ſequens ſermo declarat: Quia excutientes excuſſerunt eos, & flagella eorum demoliti ſunt, ſiue corruperunt. Angeli, inquit, ſingulorum, qui quotidie vident faciem patris, quidquid in Iacob & Iſrael adhæſerat pulueris, excuſſerunt. Vnde & Petro lauantur pedes. Et per prophetam dicitur: *Excute puluerem, & exurge Hieruſalem.* Diſcipulis quoque à Saluatore præcipitur: Excutite puluerem pedum veſtrorum. Et in pſalmis ſcriptum eſt: *Sicut ſagittæ in manu potentis, ita filij excuſſorum.* Auerſa eſt itaque mens ad contumeliã prompta, à vero Iacob, & à vero Iſrael: quia quidquid in eis terrenum fuerat, & de inferiori fece concretum, hoc miniſtris Angelis, ſiue monitoribus ac magiſtris, excuſſum eſt atque mundatum: qui non ſolum excuſſerunt eos, ſed vitia quoque, quæ ad præſens tantum ſenſus voluptate demulcent, & in modum flagellorum ac propaginum, quæ abſque fructu foliis plena ſunt, diſſipauerunt: dicente Domino: Omnem propaginem, quæ in me manet, & fructum affert, pater meus mundat, vt fructum magis afferat: quod autem in me non manet, & fructum non affert, pater meus præcidet, & in ignem mittet.

Margin references: Iob 38. b; Pſalm. 131. b; Hebr. 7. b; Matt. 3 a; Luc. 12. c; Eph. 6. c; H; Gen. 32. f; Prou. 6 b; Sec. 70.; Matt. 18. b; Ioan. 13. a; Eſaia 52. a; Matt. 10 b; Pſal. 126. a; Matth. 15. b

¶ a Cy-

HEB.

uerunt eos, & propagines eorũ corruperunt. a Clypeus fortium eius ignitus, viri exercitus in coccineis: igneæ habenæ currus in die pręparationis eius: Et agitatores cõſopiti ſunt, in itineribus conturbati ſunt, quadrigæ colliſe ſunt in plateis. Aſpectus eorum quaſi lampades, quaſi fulgura diſcurrẽtia. Recordabitur fortium ſuorum ruẽt in itineribus ſuis: velociter aſcẽdẽt muros eius, & præparabitur vmbraculum. Portæ fluuiorum apertæ ſunt, & templum ad ſolum dirutum. Et miles captiuus abductus eſt: & ancillæ eius minabantur, gementes vt columbæ, murmurãtes in cordibus ſuis. b Et Niniue quaſi piſcina aquarum aquę eius: ipſi vero fugerunt: State, ſtate, & non eſt qui reuertatur.

SEPT.

*gines eorum demoliti sũt. Arma potentiæ eius ex hominibus: viros fortes illudentes in igne: habenæ curruum eorum in die præparationis eius. Et equites timebunt in exitibus, & confundentur currus, & collidentur in plateis. Aſpectus eorum quaſi lampades ignis, & quaſi fulgura diſcurrentia, & commemorabuntur optimates eorum, & fugient in diebus, & infirmabuntur in itinere ſuo, & feſtinabunt ad muros, & præparabunt propugnacula ſua: Portæ ciuitatum apertæ ſunt, & regalia conciderunt, & ſubſtantia reuelata eſt, & ipſa aſcendebat. Et ancillæ eius ducebantur ſicut columbæ loquentes in cordibus ſuis. Et Niniue, ſicut piſcina aquarum, aquæ eius, & ipſi fugientes non ſteterunt, & non erat qui reſpiceret.* Diri-

A a ¶ *Clypeus fortium eius ignitus, viri exercitus in coccineis, &c.*] Secundum hiſtoriam aduerſum Niniuen ordo ſequitur, & deſcribitur Babyloniorum exercitus contra eam veniens. Quod autem ait: Igneæ habenæ curruum: in ardentibus loris, velocitatem præparantium ſignificat, & quaſi ἐπιζεύξεως præparantium ſe ad prælium pompa narratur. Cõmixtimque nunc de Iſrael, quæ olim paſſus ſit: nunc de Aſſyrio q̃d fecerit: nunc de Babyloniis q̃ exerceant in Aſſyrios, ſcriptura contexitur. Non eſt ergo, ait, mirum, ſi tam velociter ad vaſtandum veniant: cum agitatores & fortes, vel Iſrael ante, vel poſtea Aſſyriorũ, fuerint cõſopiti. Rursũque ad deſcriptionis ordinẽ rediens: Tanta eſt, inquit, multitudo venientium, vt commixtum agmẽ ſit in itinere, & diſcerni nequeat. Ipſæ quoque quadrigæ dum viã non reperierunt, præ multitudine inter ſe collidũtur in plateis. Aſpect⁹ Babyloniorũ quaſi lampades, quaſi fulgura diſcurrẽtia: vt ante viſu aduerſarios terreant, quã mucrone proſternant. Tũc recordabitur Aſſur fortium ſuorũ, & quęret eos qui itineribus corruerunt, & aſcendet velociter muros Niniue: ac pp obſidionem lõgiſſimam ad depellendos ęſtus pparabit vmbracula. Sed q̃d prodeſt ædificare domum, niſi dominus ædificauerit? Quid iuuat claudere portas, quas dominus reſerat? Apertę ſunt portę Niniue, q̃ ad inſtar fluminũ habebat ciuiũ multitudinẽ: & templum, i. e. regnum

B eius deſtructum eſt, & miles captiuus abductus eſt: h. e. omnes ducti ſunt in Babylonem. Ancillas vero Niniue per metaphoram minores vrbes, & viculos, & caſtella intellige. Vel certe captiuę mulieres minabuntur ante ora victorum: tantuſque terror erit, vt ne in ſingultis quidem & vlulatum erumpat dolor: ſed intra ſe tacite gemant, & obſcuro murmure deuorent lacrymas, in morem muſſitantium columbarum. Hæc iuxta Hebraicam traditionem. Nunc veniamus ad Lxx. tranſlatores.

¶ *Excutiens excuſſerunt eos*: id eſt Iacob & Iſrael: & flagella eorum diſſipauerunt: arma quoque, quędum contumelioſi eſſent, habere conſueuerant, & quibus infirmos quoſque oppreſſerant, confregerunt: & hoc non ſolum fecerunt, verũ etiam viros fortes, qui illudebant in igne, diſperdiderunt. Conſidera an poſſis viros fortes dicere illudentes in igne, fortitudines contrarias, quæ miniſtrant ardentibus iaculis diaboli, qui fortes & illudentes quondam in igne Iacob & Iſrael, habebant currus & equos, quibus conciti ferebantur in bellũ in die præparationis ſuę. Horum igitur curruum habenæ, & equites conturbabuntur in itineribus & collidentur in plateis: quando illuſtratione domini Iacob & Iſrael illuſtrato, tã dæmones quam hi qui eorum ſeruiunt voluntati, à domino ſubuertentur. Poſſumus hęc & de primo eius ad-

Matth. 8. d uentu intelligere, quando viri fortes & agitatores curruum, & equites loquebantur: *Quid nobis & tibi fili Dauid, veniſti ante tempus torquere nos?* Sed quoniam ſemel prophetiã contra Niniuen de conſummatione mundi accepimus, melius eſt vt dicamus, arma potentię diaboli tunc tolli ab hominibus & miniſtros eius fortes, qui illudebant hominibus in

Oſee 7. a igne. *Omnes .n. adulterantes quaſi clibanus corda eorum*: vincula quoque quibus captiui ducebantur in vitia, & aſcenſores curruum relaxari. Timebant enim equites in exitibus,

C hoc eſt, in conſummatione mundi, & confundentur & collidentur currus in plateis: quamuis enim *lata & ſpacioſa via* ſit, *quæ ducit ad mortem*: tamen preſſura temporis coartati, rectũ iter inuenire non poterunt: ſed in ſe inuicem colliden- Matth. 7. b

tur, & nihilominus ſpirabunt veterem furorem, & quaſi fulgura huc illucque diſcurrent. *Videbã*, inquit dñs, *ſathanam quaſi fulgur de cœlo cadentem*: Quod cum diabolus, & oẽs optimates eius intellexerint, recordabuntur conſummationis, quę olim fuerat prędicta, & fugient in diebus: Nequaquã .n. verſabũtur in noctib⁹, ſed lacreſcente die, tenebræ fugabuntur, & infirmabuntur itinere: non proficientes nec explẽtes conatus ſuos, & feſtinabunt ad muros. Tãtus quippe eos venientis domini terror inuadet, & tam imbecilles ad repugnandum erunt, vt ad terminos mundi fugiant, quibus quaſi muri mũdus includitur & ambitur, & pparabunt ſe ad reſiſtendũ. Quo modo ſi quis inimicum fugiat, non audens ei reſiſtere: cum ad ſolitudinẽ venerit, ſi forte hoſtis ſequatur, neceſſitate cogitur repugnare. Verum illis hoc cogitantibus vniuerſa q̃ ab eis obtenta fuerant & poſſeſſa, preferentur in medium, & aperientur portæ quas clauſerant, & regna eorũ cadent, & ſubſtantia, i. e. diuitię reuelabuntur. Ipſa a. mundi ſubſtantia, & omnes ancillę eius poſtquã ſe Chriſto ſubiecerint, & ei ſeruire cœperint, ducentur lętę atq; gaudentes, & ex intimo confeſſionis corde credentes (ita vt columbarum munditię comparentur) Luc. 10. c

D murmurabunt ſeu loquentur in cordibus ſuis: Et tunc adimplebitur, quod in ſexageſimo ſeptimo pſalmo de victoria dicitur Saluatoris: *Aſcendens in altum, captiuam duxit captiuitatem.*

b ¶ *Et Niniue quaſi piſcina aquarum aquæ eius, &c.*] Manifeſtum eſt quod ciuitatibus Niniue (quas filias eius ſcriptura cognominat) in captiuitatem deductis, ipſa Niniue, quę tantos nutrierat populos, vt piſcinarum aquis compararentur, inutilem habeat multitudinem: dum nullus eſt qui reſiſtat, & irruentium Babyloniorum impetum ferat. Habebat n. populos, qui tantummodo fugerent, & clamante matre: *State, ſtate*, claudite portas, muros aſcendite, hoſtibus repugnate: nullus eſſet qui reuerteretur: nemo qui reſpiceret ad matrem, ſed omnes terga vertentes, prædæ inimicorum desererent ciuitatem. Vnde dicitur ad Babylonios, quia illi fugerunt diripite argentum, & tanto tempore congregatas opes, ſubita vaſtatione prædamini. Non enim eſt finis diuitiarum, ſupellectilis & vaſorum, quæ in Niniue condita ſunt, nec poteſtis tantũ rapere, quantum ad diripiendum illa ſe pbet. Sed quia Niniuen ſpecioſam, i. e. mundum, ſemel diximus, videamus quæ piſcina ſit mundi. Non ait ſcriptura: ꝙ aquæ Niniue ſint quaſi aquæ maris, nec quaſi aquæ fluminum, nec quaſi aquę fontium, nec quaſi aquæ puteorum: ſed quaſi aquæ piſcinę: Vt quo modo in Hieremia populus arguitur, qui dereliquit fontẽ aquæ viuæ, & fodit ſibi lacus Hier. 2. a

contritos, qui non poſſunt aquam continere: ſic & Niniue omnes aquæ illæ ſint, quę de cœlo ceciderint, & antiquam altitudinẽ relinquentes, in ima delapſę ſunt. Omnia enim dogmata mundi huius, quæ extra fontem ſunt Eccleſiæ hortũmque ſignatum: nec poſſunt dicere: *Fluminis impetus lætificant ciuitatem Dei*: Nec de illis aquis ſunt, quæ ſuper cœlos Pſal. 45 a

laudant



HEB.

Diripite argentum, diripite aurum, & non eſt finis diuitiarum ex omnibus vaſis deſiderabilibus. a Diſſipata eſt, & ſciſſa & dilacerata, & cor tabeſcens, & diſſolutio genuum, & defectio in cunctis renibus, & facies omnium eorum ſicut nigredo ollæ. b Vbi eſt habitaculum leonum, & paſcua catulorum leonum: ad quam iuit leo, vt ingrederetur illuc: catulus leonis, & non eſt qui exterreat Leo cepit ſufficiẽter catulis ſuis, & necauit leænis ſuis, & impleuit præda ſpeluncas ſuas, & cubile ſuum rapina.

a Ecce

SEPT.

*diripiebant argentũ, diripiebant aurum, & non erat finis ornamenti eius: aggrauata eſt ſuper omnia vaſa concupiſcentiæ ſuæ. Excuſſio, rediſcuſſio, & ebullitio & cordis confractio, & diſſolutio genuum, & dolores ſuper omnem lumbum, & facies omnium ſicut aduſtio ollæ.*

E laudant nomẽ dñi, quamuis magna videantur, tamen parua ſunt, & anguſto fine concluſa. Nec moueat quempiam,

Eſaia 7. & 36. a quia piſcinam in malam partem accepimus: cum ſit illa piſcina, ad quã Eſaias filius Amos prophetæ iubetur aſcẽdere: Ibi enim cum additamento dicitur: Piſcinæ aquæduct⁹, & piſcina fullonis: quę ſordes lauare conſueuit, & maculas veſtium eluere. Quæ quia in ſublimi poſita eſt: ideo ad eam propheta iubetur aſcẽdere, & in occurſum regis de duobus ambuſtis torrib⁹ victoriã polliceri. Sequitur: *Fulgẽtes nõ ſteterunt*: habitatores videlicet Niniue. Primũ quidẽ Deum fugere nõ debuerant: deinde etiã ſi fugerant, aliquãdo ſtare debebant. Magna enim differẽtia eſt inter eum qui fugit & ſtetit, & qui fugiẽs nunquam ſtetit. Qui .n. ſtat, fugere ceſſauit, qui nõ ſtat, ſẽper in fuga profect⁹ eſt. In tãta ergo turba fugiẽtium, nullus erat qui reſpiceret, & ageret pœnitẽtiã & audiret loquentem domi-

Hier. 3. g. num: *Reuertimini ad me filii reuertentes, & ſanabo contritiones*

Pſal. 141. b *veſtras.* Vnde & ſanct⁹ loqui-

Leuit. 13 & 14. tur in pſalmis: *Periit fuga à me.* Hoc ipſum puto & lepræ ſignificare myſterium, ſuper qua in Leuitico dicitur. Cũ leproſus à ſacerdote extra caſtra fuerit ſeparat⁹: ſi ſteterit lepra, purum eſſe hominem & mũdari eum qui quaſi leproſus fuerat abiectus, & redire ad caſtra, & habitare in populo. Sin autem, inquit, diffuſa fuerit lepra, id eſt, non ſteterit, ſed creuerit, & in malo habuerit profectum, & mutauerit colorem priſtinæ ſanitatis: tunc lepra manifeſtiſſimè com-

Luc. 14. g probatur ab eo, qui habet ſciẽtiam inſpiciendæ & purgan-

F dę lepræ. Sed & nobis pręcipitur à vero Salomone, vt habitemus in Hieruſalem, nec vnquã egrediamur ex ea. Quod ſi fugerit nos id ꝙ ante nobis fuerat ſubiectum, & ierit Allyphylos, non egrediamur muros ciuatis noſtræ, nec ſe-

Matt. 8. c & 5. c quamur fugitiuorum veſtigia, ne dum volumus ſaluare fugientes, ipſi pereamus: quin potius dimittamus, vt mortui ſepeliant mortuos ſuos, & ſcandalizantẽ oculum, manum, & pedẽ, dum licet, eruamus, & abſcindam⁹ à nobis. Quod autẽ dicitur: *Diripiebant argentum, diripiebant aurum, & non erat finis ornamenti eius, aggrauata eſt ſuper omnia vaſa concupiſcentiæ ſuæ*: de aquis dicitur Niniue, & de fugiẽtibus qui fugerant & non ſteterunt, neq; erat qui reſpiceret: & qui nõ ſolũ fugiſſe & nõ reſpexiſſe contenti, inſuper diripiebãt argentum: quidquid in mundo videbatur eloquii diripiebãt aurum: quidquid præclarum ſententiarum erat in doctrina ſæculi, vt ornarent Niniuen: vt dogmata ſua omni ſenſuũ verborũque flore cõponerent. Propter quod aggrauata eſt Niniue ſuper omnia vaſa concupiſcẽtiæ ſuæ: quanto enim plus habebat multam auri & argenti poſſeſſionem, & variam ſupellectilem, quæ erat grauis: tanto magis ipſa aggrauabatur, quæ grauia diligebat. Vnde & iniquitas in Zacharia ſuper talentum plumbi ſedet, & Ægyptii qui erant peccatis graues, demerſi ſunt in mare vt plumbum. Et ex

Zach. 5. c Exod. 14. f Pſal. 37. a Matth. 14. d perſona peccatoris dicitur in pſalmo: *Quaſi on⁹ graue aggrauatæ ſunt ſuper me.* Et Petrus qui ante leuis pendulo greſſu calcabat vndas, poſtquam infidelitate aggrauatus, vorabatur à fluctibus, manu domini ſubleuatur.

a ¶ *Diſſipata eſt, & ſciſſa, & dilacerata, &c.*] Sub metaphora captiuæ mulieris, Niniue diſſipata, ſciſſa, lacerata deſcribitur: tabeſcente corde, diſſolutis genibus, renibuſq; confractis, & quod omnium habitatorum eius, pre terrore hoſtiũ, & magnitudine metus, facies in ollarum ſimilitudine videantur exuſtæ, tabidæ, & pallore deformes. Porrò iuxta Lxx. altius intelligẽdum eſt, quid ſignificet excuſſio, rediſ-

Eſaia 52. a Sec. 70. cuſſio. Qui de populo Dei eſt, & quaſi homo aliquãdo peccauit, & reuertitur ad priſtinum ſtatum, quaſi Hieruſalem dicitur ei: *Excute puluerem, & conſurge Hieruſalem.* Et qui

G talis eſt, vt poſtquam fuerit excuſſus, in ſagittas Dei trãſire mereatur, & à domino contra inimicos tẽdi, canitur de eo,

*Sicut ſagittæ in manu potentis, ita filii excuſſorũ.* Cumque veſti- Pſal. 126. a

gia eius quaſi ingrediẽtis ſuper terram aſperſa fuerint puluere, audiet à Saluatore, *Excutite puluerem pedũ veſtrorum in teſtimonium illis*: hauddubium Matth. 6. b

quin eos dicat, qui recipere noluerũt prædicãtes. Qui verò de Niniue eſt, quę aggrauata eſt ſuper omnia vaſa cõcupiſcentiæ ſuæ, iſte non ſemel excutitur, ſed frequenter. Et poſt q̃ rurſus fuerit excuſſ⁹, & ſuperficies illius emũdata (ne quod intrinſecus ſordiũ maneat) fit etiã ei ebullitio quæ ſignificãtius in Græco dicitur ἐκβρασμός: propriè ſiquidem ἐκβρασμός in iſtiuſmodi rebus ponitur: cum quod latebat intrinſecus, erumpit in faciem: Vnde papulæ quoq; quæ poſt ægrotationem naſcũtur in labiis, vocãtur ἐκβράσματα, & ſanitatis videtur indiciũ, morbum in ſuperficiẽ prorupiſſe. Non ſolum autem hoc remedium adhibetur Niniue, vt excutiatur crebro, & de vitalib⁹ eius ægrotatio latens cogatur exire: ſed etiã cordis confractio & diſſolutio genuũ pdicatur: vt quo modo Pharaonis durum & lapideum cor cõfractum eſt (quod quam diu habuit, Dei populum non dimiſit) ſic & Niniue fractum cor emolliatur & mutetur in carneũ, & rigida genua, quę prius Philip. 2. b

H Deo non curuabantur, diſſoluãtur, & flectantur Deo: ex quo omnis paternitas in cælo & in terra nominatur: *Et in nomine Ieſu omne genu flectatur cæleſtium, terreſtrium, & infernorum*: Vt poſtquam cognouerint creatorem ſuam audiant: *Cõfortamini manus diſſolutæ, & genua debilia.* Et dolores, inq̃t Eſaia 35. a

ſemper omnem lumbum. Iam ſupra diximus in lũbo coitũ ſignificari, & quod omnia opera quæ ad cõmixtionem pertineant, renum appellatione monſtrentur. Grandes igitur Iob 40. b

in cõſummatione dolores erant in renibus: quia draconis omnis virtus in lumbo eſt: & pro his omnib⁹ propter quæ præceſſit excuſſio, rediſcuſſio, ebullitio, & cordis confractio, diſſolutio genuum, dolores renum, erit facies omnium quaſi aduſtio ollæ: vt vel igni ardoriq; ſit proxima, vel nitorem amittens olei, nigreſcat in carbonum ſimilitudinẽ, & confuſione operiatur æterna: à qua ſanctus procul eſt dicens: *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui domine.* Reuelata Pſal. 4. b

enim facie gloriam Dei contemplatur. Et puto, quo modo 2. Cor. 3. d

alia eſt gloria ſolis, alia lunæ, alia ſtellarum, & ſtella à ſtella 1. Cor. 15. e

differt in claritate: ſic in reſurrectione mortuorum, & claritatis inter ſanctos, & nigredinis inter peccatores, magnam futuram eſſe diſtantiam.

b ¶ *Vbi eſt habitaculum leonum, & paſcua catulorum leonum: ad quam iuit leo, vt ingrederetur illuc: catulus leonis, & nõ eſt qui exterreat: Leo cepit ſufficienter catulis ſuis, & necauit, &c.*] Pro ſpeluncis & leænis, [illegible], id eſt, nidos & catulos, Lxx. tranſtulerunt, in cæteris idem ſenſus eſt. Adhuc autem de Niniue dicitur: quod habitaculum fuerit regum, & aula nobilium: ad quam perrexit leo rex Babylonius, id eſt, Nabuchodonoſor, & catulus leonis, ſubreguli quoque eius, & non fuit qui eis reſiſteret. Leo cepit ſufficienter catulis ſuis, & necauit leænis ſuis. Idem videlicet Nabuchodonoſor victoriæ cuncta iure poſſedit, & liberis vrbibuſque ſuis, vel certè vxoribus in ſeruitutẽ captiuos tradidit, & impleuit præda ſpeluncas ſuas: ſiue vt in Hebræo habetur, foueas ſuas, & cubile ſuum rapina: tam theſauros quam ciuitates, auro, argento, veſtibuſque omnique ornatu complens: vt quod Niniue habuerat Babylonque vicerat, poſſideret. Quia verò ſecundum ἀναγωγήν, & in Iona, & in hoc propheta Niniuen mundum iſtum interpretati ſumus: Et iuxta Ioannem: *Totus mundus in maligno poſitus eſt*: Poſtquam mundus pertranſierit habita- 1. Ioan 5. d



culum

A culum beſtiarum, & in quo paſcebātur leones: tunc admirantes exultanteſq; dicemus: Vbi eſt habitaculum leonum, ad quod iuit leo diabolus: de quo loquitur & Petrus: *1. Pet. 5. b* *Aduerſarius veſter diabolus, quaſi leo rugiens circumit quærens quem deuoret.* Et catulus leonis, antichriſtus, & (omnes doctrinæ peruerſæ) ſermo contrarius: *Audiſtis*, inquit Ioannes, *quia Antichriſtus veniet: nunc autem Antichriſti multi ſunt:* *1. Ioan. 2. c* tot enim Antichriſti ſūt, quot dogmata falſa. Et ante aduentū Chriſti nō fuit qui exterreret: Sed poſtquam dominꝰ noſter venit in mūdum, & Niniuen ingreſſus eſt, vidit quaſi fulgur ſathanam de cælo cadentē: *Luc. 10. c* *Eſa. 14. c* *Iudic. 14. n* Et cecidit de cęlo lucifer qui mane oriebatur. Venit enim verus Samſon ad Allophylos, & dū pergit in Thamnas (quod interpretatur conſummatio eius, vt pauperculam de gētibus duceret Dalilam) תמנתה interfecit leonē, cui venerat cōſummatio, & illo mortuo, comedit mella dulcedinis. Sed & verꝰ Dauid ſeruās oues patris ſui, apprehēdit leonē, & interfecit eū: *1. Reg. 17. d* *1. Par. 11. e* & Baneas (qui interpretatur ædificator dominꝰ) בניה deſcēdit in lacum ſæculi iſtiꝰ, qui calentes aquas refrigerare conſueuit, & interfecit leonem. Et in viſione Eſaiæ, quæ aduerſum quadrupedes cernitur: *Eſa. 30. a Sec 70.* primum de anguſtia harum dicitur beſtiarum: In tribulatione de anguſtia leo & catulꝰ leonis. Iſte leo antequā B interficeretur à Chriſto, plurimos cepit in prædam catulorum ſuorum, & necauit leūculis ſuis, ſatellitibus ſuis, videlicet dæmoniis. Vide hæreticorum conuēticula, & captos multos à leone non quæres. Conſidera mortuos, qui reliquere vitam, & eccleſias eorum nō vocabis ouile paſtoris, ſed leonis ſpelūcas quas impleuit cadaueribus & ſanguine mortuorū: *Pſal. 103. e.* *Poſuiſti*, ait Dauid, *tenebras, & facta eſt nox: in ipſa pertranſibunt omnes beſtiæ ſaltus: Catuli leonum rugientes rapere & quærere à Deo eſcam ſibi.* *Habac. 1. d* *Matt. 27. a* *3. Reg. 13. c* Difficile leo inuenitur in die, ſed ſemper in noctibus circuit: vt de eccleſia Chriſti rapiat: vt eſcis iuxta Habacuc ſaturetur electis. Deniq; Iudas de ouili Chriſti fuit, & raptus à leone ſuſpendio ſuffocatus eſt. *Hier. 5. b Sec 70.* Sed & ille propheta, cui præceperat dominus, ne comederet panes in regione ea, vbi vituli aurei erant, & mentita religio: quia comedit, à leone percuſſus eſt. Hieremias quoq; de peccatoribus loquitur: *4. Reg. 17. e* *Percuſſit eos leo de ſilua, & lupꝰ vſq; ad domos diſperdidit eos, & pardus vigilauit ſuper ciuitates eorum.* *Leuit. 22. c.* Omnes qui egrediuntur ex eis, capientur. In quo animaduerte quod nemo capiatur, niſi qui de ciuitatibus Dei fuerit egreſſus. In quarto etiam regnorum libro, habitantes in ciuitatibus Samariæ, & neſcientes iudicium Dei terræ, interficiebantur à leonibus: donec didicerunt colere Deum, *Ezech. 4. c* & à leonibus liberati ſunt. Ob hanc cauſam reor, & quodcunque à beſtiis captum eſt, in Dei ſacrificiis non offerri, & à propheta dici: *Iudic. 14. c* *Immundum, & captum à beſtia non eſt ingreſſum in os meum.* Interfectus eſt ergo leo, & falſis dogmatibꝰ confutatis, de comedente exiuit eſca, & de forti egreſſum eſt dulce.

HEB.

a Ecce ego ad te, dicit dominus exercituum, & ſuccendam vſque ad fumum quadrigas tuas, & leunculos tuos comedet gladius & exterminabo de terra prædam tuam, & non audietur vltra vox nūciorum tuorum.

CAPVT III.

HEB.

VÆ ciuitas ſanguinum, vniuerſa mendacii dilaceratione plena: non recedet à te rapina. Vox flagelli, & vox impetus rotæ, & equi frementis & quadrigę feruentis,

a ¶ *Ecce ego ad te, dicit dominus exercituū, &c.*] O Niniue, vniuerſa quæ dicta ſunt, me auctore patieris. Ego dominus ſuccendā vſque ad fumum, & cōſumptionem, currus tuos, & nobiles quoſque atq; ſubregulos gladio faciam deuorari. Nequaquam terras vltra vaſtabis, nec tributa exiges, nec audientur per prouincias tuas emiſſarii tui: Siue non audiam angelos, qui præſides tui ſunt, pro te deinceps deprecantes. Sed & ad mundum hæc ipſa dicuntur: in quo eſt multitudo, quæ per latam & ſpacioſam viā pergit ad mortem: quam cōminatur dominus igne ſuccenſam, fumo ſuæ malitiæ ſuffocari ex vanitate eius nimia. Leones quoque *Heb. 4. c* comedet gladius, viuens ſermo Dei & acutus, & ex omni parte elimatus: nec non pollicetur auferre ſe de terra prædam eius, vt nemo exinde capiatur in Niniue, & quaſi clemens tollit mala opera & comprimit ea, ne vox & ſonitus eorum vltra poſſit audiri. Vnde ait: Et non audientur vltra opera eorum. C

SEPT.

*Ecce ego ad te: dicit dominus omnipotens, & ſuccendam in fumo multitudinem tuam, & leones tuos comedet gladius, & auferam de terra prædam tuā, & non audientur vltra opera tua.*

CAP. III.

SEPT.

O *Ciuitas ſanguinum, tota mendax, iniquitate plena: non contrectabitur venatio. Vox flagellorum, & vox commotionis rotarum, &*

CAPVT III.

VÆ *ciuitas ſanguinū vniuerſa mēdacii, &c.*] Vbi nos poſuimus, laceratione plena: in Hebręo habetur a פרק מלאה quod interpretatꝰ eſt Aquila ἐξαυχενισμοῦ πλήρης, id eſt exceruicatione plena: *a perek melea.* Symmachus autē ἀποτομίας πλήρης, quod poſſumus dicere crudelitate vel ſeueritate plena: in altera eius editione reperi μελοκοπίας πλήρης, id eſt, ſectionibus carnium, & fruſtis per membra conciſis: deniq; ſtatim ſubiecit: vbi indeſinēs præda eſt. Porro Hebræus b פרק *b perek* non exceruicationē (pro qua in Aquilæ editione reperimus ἐξαυχενισμόν) ſed gubernaculum, id eſt, κυβερνισμὸν interpretatus eſt: vt oſtēderet & vrbem fuiſſe regalem, & velut in naui cūctarū gentiū tenuiſſe gubernaculū. Deſcribitur aūt potētia eiꝰ, id eſt Niniue, & ſub lamētatione crudelitatis arguitur: Væ ciuitas ſāguinum, in qua nulla veritas, ſed omne mendacium, plena rapina, & laceratione prædarū. Vox flagelli crudelis ſemper & ſæuientis imperii, & vox impetus rotæ. Vocem pro ſonitu accipiamus: rotā feruentem, per diuerſa diſcurſum, & equi fremētis, & quadrigæ feruētis, ſubauditur in omnibꝰ, vox. Tam pulchra autem iuxta Hebraicū, & picturæ ſimilis ad prælū ſe preparantis exercitꝰ deſcriptio eſt, vt omnis meus ſermo ſit vilior. Nam ait: Et grauis ruinę, nec eſt finis cadauerum, & aduerſarius intelligamus, qui ab eis ſunt interfecti. D Et corruent in corporibus ſuis, vel cadent à ſua multitudine, dum à ſe inuicem cōſtipantur, vel in cadaueribus corruent interfectorum: αὐτῶν enim & ſuis & eorum vtrumq; ſignificat. Propter multitudinē, inquit, fornicationum meretricis: quia cum multis gentibus fornicata eſt, & totius orbis, quē ſubiecerat ſibi, colebat idola: ſpecioſæ & gratæ, & habentis maleficia, manos ſignificat: quæ vendidit gentes in fornicationibus ſuis, & familias in maleficiis ſuis, id eſt, quę in cunctas gētes habuit poteſtatem. Hæc de Niniue ſunt dicta ſimpliciter. *1. Ioan. 5. d* Cęterū ſi rationabiliter, ꝑpter pulchritudinis nomen mūdum intellexīmus Niniuen: recte mundus, qui in malo poſitus eſt, ꝑpter multitudinē ſagittariorū, & corum qui velut gladiis homines linguis ſuis interficiunt, ciuitas ſanguinum dicta eſt. Vnde & cōſequēter tota mendax (quod ad peruerſitatē doctrinarum refertur) nō habente ſermone Dei, vbi caput in ea reclinet: cum peruerſa dogmata cūcta poſſideāt. *Pſal. 13. a* *Non eſt qui intelligat, aut requirat Deum: omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt: nō eſt qui faciat bonum: non eſt vſque ad vnum.* Quæ quamquā & nunc ex parte fiant, tamen in conſummatione magis complentur: *Matt. 24. b* *Gen. 10. a* quando multiplicata iniquitate refrixerit charitas multorum. Quanti capiuntur à Nemrod gigante, & venatore ſæuiſſimo, qui aduerſum Deum ſuperbiens, plures de ſalute eius ſuis pedicis innexuit: נמרד cuius non attrectabitur à multis præda ſiue venatio. Multos enim habet ſatellites, & ſecum pariter venatores: qui in eius venatione lætātur, & captiuorum morte ſe iactant. Sed & vox flagellorum auditur in mundo: quia multæ ſunt tribulationes iuſtorum: quibus qui flagellantur, clamitant, & doloris magnitudinē flebili voce teſtantur: Quando alius dæmone, alius ira, quæ furori ſimilis eſt, alius libidine, odio, inuidia, ſuperbia, corripiuntur: flagellum in eis Aſſyrii regis ſonat. Sed & in corporis malis, flagellum diaboli intelligimus, de quo ad iuſtum dicitur: *Pſal. 90. b* *Et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.* Quando



E Quando viderimus hūc morbo regio computruiſſe, & ſupereſſe cadaueri ſuo: aliū intercuti aqua, & tumenti natare corpore, creſcētibuſque mēbris, formam priſtini hominis decreſcere, quod nuper in hac terra vidimus: illum purulētias quaſdam, & vulnerati damna pulmonis egerere: iſtum humore in lapides deſiccato, vrinæ amaritudinē, & veſicæ tormenta ſentire: non dubitemus dicere vocem flagellorū eſſe Niniue: licet nonnulli hæc vel ex corrupto aëre, vel *Luc. 4. f* *Ibid 13. c* ex eſcarum & corporū diuerſitate accidere ſuſpicentur. Nos qui legimus, & febrē increpatam, & mulierē quę per decē & octo annos à diabolo fuerat ligata, dn̄o medicante curatam: ſciamus hæc omnia flagella eſſe Niniue. Vnde ſequitur: *Et vox cōmotionis rotarum:* dum huc atq; illuc genus raptatur humanū: & incertis per cuncta diſcurſibꝰ, vbi periculum, vbi ſalus ſit ignoramus: de qua rota & in principio Ezechielis ſcriptū eſt: *Ezec. 1. d* Et in pſalmo ſeptuageſimo ſexto legimꝰ: *Vox tonitrui tui in rota.* Habet autem Niniue & equū perſequentem, cuiꝰ hinnitus & vngula terrām fodiens, & pectus æſtuans ſemper bella deſiderat: loquente dn̄o contra diabolum: *Iob 39. c* *De lōge odoratur bellum:* Cum ſaltu & clamore non parcit fugiētibus, nec ſinit abire terga vertentes: F ſed perſequitur vt proſternat, interficiat, cōculcet, illudat. Eſt quoq; in Niniue & vox *quadrigæ feruentis*, quales puto habuiſſe Pharaonē, *Exod 15. d* quæ à domino ſubmerſæ ſūt. Ad hāc quadrigam quatuor iunguntur equi, quatuor ſcilicet perturbationes: de quibus & philoſophi diſputāt, & Maro nō tacet, dicens: *Vir. 6. Æn.* *Hi cupiunt, metuuntque, dolent, gaudentque.* His equis & hac quadriga Niniue cūcta perturbat. Sed & equitis aſcendentis vox in ea perſonat: qui arte quadam & gyro præparatus ad bellū nō abſque periculo contra ſe pugnantis incedit. Habet hic eques ſermonis gladium, exacutum cote Dialecticæ & Rhetoricæ artis oleo leuigatū: *2. Cor. 11. c* *Epheſ. 6. b* habet arma fulgētia, trāsfigurāte ſe ſathana in angelū lucis, quæ arma Apoſtolicæ armaturæ cōtraria ſunt. Nec mirū ſi in Niniue vulneratorū multitudo ſit, cum multitudo ſit ſagittarum. Et quo modo quatuor, quibus pugnamus & tegimur, ſunt ſcuta virtutum, prudētia, iuſtitia, temperantia, fortitudo: ita ecōtrariō quatuor vitia ſunt, ſtultitia, iniquitas, luxuria, formido: quibus ab hoſte percutimur: Quorum ſingula pullulantes habēt in ſe, ac multiplices ſpecies ſagittarum, quibus inferuntur vulnera: quæ niſi ſtatim medicina curauerit, fit grauis ruina, atq; vtinam tanti eſſent in Niniue, & leuiter caderent & leuiter vulnerati: quanti ſunt pro ruinæ pondere, vſq; ad inferna demerſi. Nec eſt finis gētibus eius: malitia eius finem non habet, & quantæ ſpecies peccatorum, tot gētes ſunt Niniue: quæ infirmabuntur in corporibꝰ ſuis à multitudine fornicationis. Quod licet poſſit & de eis accipi, qui propter res Venereas etiā corpore debilitati ſunt, & cum perditione animæ carnem quoq; frangunt cui ſeruiunt: Tamen gentes iſtæ, de quibus diximus, non cadunt, iuxta Hebraicū, niſi in corporibus ſuis, & nō offendūt (vt interpretatus eſt Symmachus) niſi in cadaueribus mortuorum: qui fornicationis multiplicatione proſtrata ſunt. In hoc loco Lxx. interpretes (cum ſecundū Hebraicum poſuerimus) propter multitudinem fornicationum meretricis, quaſi aliud voluerunt eſſe principium: vt dicerent: Præ multitudine fornicationis, & hucuſq; finita ſententia: poſtea inciperent, meretrix, ſpecioſa & grata, dux maleficiorum. Pro duce maleficiorum, Aquila & Symmachus tranſtulerūt: habens maleficia. G Nec mirabitur Niniuen ſcortorum iam eſſe gratiſſimam, qui tantam hominum multitudinem cum ea viderit fornicari, & maleficiis illius, & quibuſdam incantationibus ad amorem eius pene cunctos trahi. Hęc vendidit gētes in fornicationibus ſuis: *1. Cor. 6. d* quæ tollunt membra Chriſti, & faciunt membra meretricis, & tribus in maleficiis ſuis: Facit enim amare eas, quę odiſſe debuerāt, & deteſtari quę amare debebāt vt cum deceptæ fuerint (iuxta illud quod ſcriptū eſt: *Corrūpunt mores bonos confabulationes peſſimæ*) *1. Cor. 15. d* etiā alios malefica arte ſupplantēt. Legi in ſcripturis ſāctis in bonā quoque partem maleficos accipi: *Pſal. 57. a* *Et malefici incantantis ſapienter.* Sed ad hoc incantat talis maleficus, vt meretricis Niniue amore deuinctos, ad mentis ſanitatem retrahat.

HEB.

uentis, & equitis aſcēdentis, & micantis gladii, & fulgurantis haſtæ, & multitudinis interfectæ, & grauis ruinæ, nec eſt finis cadauerum. Et corruent in corporibꝰ ſuis propter multitudinem fornicationum meretricis ſpecioſæ, & gratæ, & habētis maleficia, quæ vendidit gentes in fornicationibus ſuis, & familias in maleficiis ſuis. a Ecce ego ad te, dicit dominus exercituum: & reuelabo pudenda tua in faciem tuam, & oſtendam gētibus nuditatem tuam & regnis ignominiam tuam. Et proiiciam ſuper te abominationes, & contumeliis te afficiam: & ponam te in exemplum, a Et

SEPT.

*& equi perſequentis, & currus feruentis, equitis aſcendentis, & ſplendentis gladii, & fulgentium armorum, & multitudinis vulneratorum, & grauis ruinæ, & non erit finis gentibus eius. Et infirmabuntur in corporibus eorum à multitudine fornicationis. Meretrix ſpecioſa & grata, dux maleficiorum: quæ vendit gentes in fornicatione ſua, & tribus in maleficiis ſuis. Ecce ego ad te, dicit dominus omnipotens, & diſcooperiam poſteriora tua ſuper faciem tuam, & oſtendam gentibus confuſionem tuam, & regnis ignominiam tuam. Et proiiciam ſuper te abominationem ſecundum immunditias tuas:* &

a ¶ *Ecce ego ad te, dicit dominus exercituum: & reuelabo pudenda tua in faciem tuam, & oſtendam gentibus nuditatem tuā & regnis ignominiam tuam: Et proiiciam ſuper te abominationes, &c.*] Quia vēdidiſti, ô Niniue, gētes in fornicationibus tuis, & familias in maleficiis tuis: & quaſi publicum proſtibulum cūctis diuaricaſti pedes tuos: propterea ego ipſe ad te veniā ſubuertendam: non mittā angelum, non credam aliis iudicium tuum. H Diſcooperiam pudenda tua in facie tua: vt quæ prius non videbas, ante tuum ponantur aſpectum. Oſtendam gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam: vt qui tecum fornicati ſunt, ipſi te deſpiciāt, irrideāt, contumeliis afficiant, & eris in exemplum vniuerſis videntibus. Hæc autem omnia ſub metaphora mulieris narrātur adulteræ: quæ cum fuerit deprehenſa, producitur in medium, & ante oculos omnium depompatur. Quod quidem per tranſlationem etiam ſuper Hieruſalem pleniſſimē in Ezechiele prophetalis ſermo deſcribit. Verius tamen & vtilius dicuntur ad mundum: ad quem ſecandum pariter & curandum verus medicus venit ē cœlo. *Ecce ego ad te, dicit dominus* omnipotens, *Ezec. 16.* quia omnipotens ſum, poſſum vniuerſos ſanare morbos, & quod eſt aliis impoſſibile, mihi poſſibile eſt. *Reuelabo poſteriora tua in facie tua*, id eſt virtutes meas, præcepta atque ſermones, quæ proieciſti poſt tergum tuum, licet non merearis, faciam te videre. Ego enim mandaueram tibi de ſermonibus meis: vt ſemper ante oculos tuos mouerentur, ligati eſſent atque penderent: *Num 15. d* Tu autem contempto iubentis imperio, poſt tua eos veſtigia reliquiſti; vt non ſolum non faceres, ſed nec dignareris quidem videre quod iuſſeram. Vel certè faciam te videre, & intelligere errores tuos: quos ante cum cæca ferreris & præceps, rebaris eſſe virtutes. Poſt hæc etiam gentibus, quas vendidiſti in fornicatione tua, oſtendam nuditatem tuam: vt nequaquam tui amore capiantur, ſed videntes ſordidum, & turpe corpus intrinſecus, cuius primum ſuperficie ducebantur, tecum deſinant fornicari. Regnis quoque, quæ maiora ſunt quam gentes, oſtendam ignominiam tuam: quam vt haberes, ipſa feciſti. *Et proiiciam ſuper te abominationem ſecundum immunditias tuas*: vt quo modo immunda es, ſic immunda videaris, nec decipias plurimos, qui tibi ante cohærentes, vnum tecum corpus efficiebantur. *Et ponam te in exemplum*, vt ſimilitudo formidata pœnæ, ſimilitudinem prohibeat delinquendi.

A a ¶ *Et erit omnis qui viderit te, &c. ſuper te caput, &c.* ]In Hebræo nō habetur caput, ſed nos appoſuimus, vt ſenſus manifeſtior fieret. Deniq; Symmachus ita interpretatus eſt: *Et omnis qui viderit te, recedet à te, & dicet: Diſſipata eſt Niniue: quis lugebit cum ea?* Porrò Lxx.

**Heb.**

a Et erit omnis, qui viderit te, reſiliet à te, & dicet. Vaſtata eſt Niniue: quis commouebit ſuper te caput? Vnde quæram conſolatorem tibi? c Nūquid melior es ab Amon, quæ habitat in fluminibus? aquæ in circuitu eius, cuius diuitiæ mare: aquę muri eius? Æthiopia fortitudo eius, & Ægyptus, & nō eſt finis: Aphri & Libyes fuerūt in auxilio tuo. Sed & ipſa in tranſmigratione ducetur in captiuitatem: paruuli eius elidentur in capite omnium viarum:

**Sept.**

*& ponam te in exemplum.* b *Et erit omnis, qui viderit te, deſcendet à te, & dicet: Miſera Niniue, quis gemet eam? Vnde quæram conſolationem illi, aptantem chordam? Apta chordam pars Ammon, quæ habitas in fluminibus: aquæ in circuitu eius: cuius principium mare eſt, & aqua muri eius: Æthiopia fortitudo eius, & Aegyptus, & non eſt finis fugæ tuæ; Phut & Lybies facti ſunt auxiliatores illius, & ipſa in tranſmigrationem ibit captiua: & paruulos illius*

b ¶ *Et erit omnis qui viderit te, &c.* ]Qui ruinas viderit Niniue, & poſitam eam omnib⁹ in exemplū, expaueſcet atq; mirabitur, & dicet: *Diſſipata eſt Niniue: quis commouebit ſuper te caput?* hoc eſt, quis dolebit ſuper te, quis tuus eſſe poterit cōſolator? quæ quādiu potēs fuiſti, quaſi crudelis domina nō miſerebaris ſenis, nec paruulū reſpiciebas: nec pręparaſti luct⁹ tui ſocium, quæ noluiſti conſortem habere regnandi. Qui aūt hæc terrena cōtēnit, & veneficæ Niniue maleficia deſpexerit, nec falſa pulchritudine ei⁹ fuerit irretitus (cū omnem illius turpitudinē intrinſec⁹ viderit, & cœperit odiſſe quod cæteri diligūt) refugiet & reſiliet ab ea, ſiue vt à Lxx. dicitur καταβήσεται ἀπὸ σοῦ: id eſt, *deſcendet à te.* Quādiu enim terrena honoramus, & putam⁹ eſſe ſublimia, velut in quodā ſuperbiæ culmine ſumus, & miramūr pulchritudinem Niniue: Cum autem cōſiderauerimus naturā eius: & omnia corporalia bona, quaſi
B humilia deſpexerimus, ſubiicientes non potentiæ manus Dei: tunc miſerebimur Niniue, & omnia terrena bona digna planctu iudicabimus, dicemuſq;: Miſera Niniue, quāti tuis laqueis irretiti ſunt: quantos alligatos vinculis tuis tenes: quis putas reſiliet à te? & deſcendet de ſuperba tua, & te miſeram iudicabit? Quod autem ait, quis: nō tam pro difficili, quam pro raro debem⁹ accipere, vt ſæpe diximus:
Matth. 26. d *Quis putas eſt fidelis, & prudēs diſpenſator?* Et: *Quis ſapiens, &*
Oſee 14. d *intelliget hæc?* Et: *Quis aſcendet in montem Domini?* Quis ergo
Pſal. 23. a gemet ſuper Niniue? Quis poterit inueniri, qui hoc tabernaculo prægrauatus cum Paulo dicat: *Miſer ego, quis me li-*
Rom 7. d *berabit de corpore mortis huius?* Videm⁹ quotidie, ſi cui vicinia mors venerit, & intellexerit ſe vel febre, vel vulnere, vel quolibet genere morborum de hoc mundo ſubtrahi, pauere, trepidare: & toto corpore tremiſcentem in Niniue hærere complexibus, & à ſpecioſæ meretricis corpore vix
מנחמים euelli. Quod autem ſequitur: Vnde quæram cōſolationem vel conſolatorem tibi, qui aptet chordam, adhuc ex perſona eius dicitur: qui reſiliet vel deſcendet à Niniue, & dicet: Miſera Niniue, quis demet eam? de confuſa ſæculi huius conuerſione diſputans: in quo nihil cuiquam poteſt placere perpetuū, ſed quod placuit, diſplicet, & quod diſplicuerat, ruſſus placet. Quis itaque poterit talis inueniri cōſolator, & vt ita dicam, ſcriptor lyric⁹ & citharœdus: quis poſſit diſſonantes chordas eius in vnam harmoniam contrahere: vocalem in laudes Dei efficere concentum? Hoc quod expoſuimus, qui aptet chordam vel aptantem chordam, & Græcè dicitur, ἁρμόσαι χορδὴν, nec in Hebraico, nec in cæteris inuenimus tranſlatoribus, ſe pro eo alterius ſermonis exordium: *Numquid melior es ab Amon, quæ habitat in fluminibus?* Vnde videtur mihi magis cum poſterioribus copulandum.

c ¶ *Numquid melior es ab Amō, &c.* ]Pro eo quod in Lxx. legitur: *Apta chordam pars Ammon*, & cæteri interpretes trāſtulerunt *Numquid melior es ab Amon?* Hebræus qui me in ſcripturis ſanctis erudiuit, ita legi poſſe aſſeruit: *Numquid melior es quam No Amon*, & ait c נא Hebraice dici Alexan-
מנא אמון driam: d אמון autem multitudinem, ſiue populos: & eſſe
c No ordinem lectionis: *Numquid melior es ab Alexandria populoſa*
d Amon ſiue *populorum*: quæ habitant in fluminibus: aqua in circumitu eius. Non quod eo tempore Alexādria vocaretur,
C quippe quæ lōgo poſt tempore ab Alexandro Magno Macedone nomen accepit. Sed quia ſub nomine primo, id eſt, No, ſemper Ægypti metropolis fuerit, & abundantiſſima populis. Denique & qui res geſtas Alexandri memoriæ tradiderunt, principem eam fuiſſe Ægypti autumant. Sed & propheta Hieremias Amō ſiue No, Alexādriam intelli-
Hier. 46. c gens in viſione contra Ægyptum, ad quam dicit: *Vitula formoſa Ægypt⁹, ſtimulator ab aquilone veniet ei:* hæc quoq; manifeſtius addidit: *Confuſa eſt filia Ægypti: tradita eſt in manu populi aquilonis, ait domin⁹ virtutum Deus Iſrael. Ecce ego viſi-*
e minuo Amon *tabo ſuper* e מנאמון, id eſt ſuper tumultum de Alexandria:
f Amon f אמון enim, vt diximus, po-
g me pulos: g מ præpoſitionem de,
h No ſignificat, h נא autem Alexādriam. *Et viſitabo*, inquit, *ſuper Pharaonem, & ſuper Aegyptum & ſuper deos eius, & ſuper reges eius, & ſuper Pharaonem, & ſuper eos qui in eo ſperant: & dabo in manus quærentium animas eorū, & in manu Nabuchodonoſor regis Babylonis, & in manu ſeruorū eius.* Dicitur itaq; ad Niniuē: Nūquid populoſior es, aut potentior Alexandria? Et deſcribitur ſitus Alexandriæ, quod ſit ſuper Nilum, & ſuper mare poſita hinc inde aquis & fluminibus ambiatur. Aqua in circumitu eius, cuius diuitię mare, aquæ muri eius, hinc. n. riuo Nili: inde lacu mareotico, ex alia parte mari cingitur. Quod autem Æthiopia &
i Cous Ægyptus, & Aphrica, pro quo in Hebræo ponitur i כוש, & Libyes in præſidio eius ſint, ipſe ſitus prouinciarum, &
D vrbis oſtendit. Et hęc igitur, quam meus, inquit propheta, ſermo deſcribit, capietur à rege Babylonio, & idem tu⁹ atque illius vaſtator erit. Quæ Ioſephus quoq; Iudaicæ ſcriptor hiſtoriæ in libris ſuis refert: Paruuli eius allidentur in compitis: nobiles eius diuidētur ſorte victorum, & potentiſſimi quondā principes captiui ducentur in catenis. Cum ergo hæc paſſura ſit Alexādria: & tu ô Niniue de eodem bibes calice, & inebriaberis, & conſopita iacēs deſpicieris, & in tantam venies neceſſitatem, vt à Babyloniis ſiue contra Babylonios ab inimicis tuis auxilium roges. Omnia firmamēta tua, & muri in ſublime porrecti & altitudines turriū, quas nunc inexpugnabiles putas, & viri fortes bellatoreſq; tui, primitiuis ficubus cōparabūtur, quę ſi cōcuſſæ fuerint leui tactu, in os cadent deuorātis. Nā quod apud Lxx. legitur: *Apta* ſiue *compone chordam*, adhuc ad Niniuē dicitur. Et eſt ſenſus: inordinatum & incompoſitum tuum, & in diuerſa diſcrepās, in chordarum ſimilitudinem apta Niniue: quia nihil tibi proderit ſpecies & magnitudo tua, quę præcipua habere te credis, niſi te aptaueris ad canendum. Cōſidera enim omnē partem ſortis filiorum Ammō, & quæcūque æſtimātur poſſidere bona, quomodo eos non defenderint ne irēt in captiuitatem, & ne paruuli eorum allidereutur in viis: Quid eis profuerunt flumina, iuxta quæ poſita eſt vrbs Ammō? Quid exceptis fluminibus tanta puteorum & fontium multitudo: incipiens à mari mortuo, & vallās regionē eius? Quid ei præbuere pręſidii Æthiopia & Ægyptus quondā fœderati ei⁹? Quo modo ergo illam non iuuit auxiliū ſociorū, ſic nec tu⁹ ô Niniue fugiēdi finis erit, ſed huc atq; illuc vaſtaberis. Quid loquar de Æthiopibus, & de Ægyptiis, qui præſules fuerunt filiorum Ammō, cum etiam Libyes ei fuerint fœderati? Et hæc igitur ducetur in captiuitatem, paruuli eius, quia ingredi nō valebūt, interficiētur in viis ante parentum ora proſtrati, & omnes opes eius ſorte à victoribus diuidentur. Nec quiſquam de principibus euadet, quia ferro & compedibus vincientur. Et tu ergo ô Niniue inebriaberis, & diues quondā atque ſpecioſa, quæ tantos amatores habebas, deſpicieris ab omnibus, & inimicis



E & inimicis perſequētibus quæres requiem & nō inuenies: Omnes bellatores tui & vniuerſa auxilia præda hoſtib⁹ erūt, & ſine vllo labore capientur in ſimilitudinem groſſorum ficus: quæ concuſſæ non in terram, ne ſaltē paruus labor ſit colligentiū, ſed ſtatim in os deuorātis cadēt. Hęc dicta ſint ἀδιφορητικῶς iuxta
Lxx. filios Lot ἀμμὰν appellant. Lxx. interpretes: ſemel. n. propoſitum nobis eſt, & vulgatā editionē ſequi, ne excetræ, & Sardanapalo aliq̄ reprehēdēdi occaſionē præbuiſſe videamur. Cęterum non ſatis mihi videtur cōgruere exemplum euerſionis Niniue cum filiis Lot, q vocātur Ammā. Primū
Gen. 19. ἀμμανα, meminit Stephanus de Vr enim Ammon dicitur, & non Ammā: deinde Ammana, quę nūc vocatur Philadelphia, nō eſt ſita ſuper flumina: nec opes illius de mari congregantur: quippe quę mediterranea ſit nec aquæ ſūt muri ei⁹, nec habet Æthiopiā & Ægyptum, & Aphricam, & Libyes fœderatos: cū hæc omnia & iuxta potentiā, & iuxta exēplum, & iuxta deſcriptionē loci & regionis, & amicarum gentiū, magis Alexandriæ coaptanda ſint, & nūquā potētiſſima ciuitas Niniue minori Philadelphię comparata, audiret à propheta: *Numquid melior es?* Cui autem dicitur: *Numquid melior es?* oſtenditur minor eſſe ca cui comparatur, & non debere eam indignè ferre ſi capta ſit, cum & maior & firmior & potentior quam natura loci, quam viris fortib⁹ ab eodem ſit hoſte ſuperata. Quia verò Niniuen, & mundum iſtum interpretati ſum⁹, præcipitur ei vt aptet & componat chordas ſuas, & ſe ad lugubre car-
F men paret: pars enim filiorum Ammon, quæ multo melior fuerat quā Niniue, & habitauerat ſuper flumina, quia in errore deprehenſa eſt, pœnas eam ſui ſceleris pependiſſe. Ac primū iuxta hiſtoriā Alexandrię dicendum, quod Ammon interpretentur populi, & ſit ſenſus iuxta leges Allegoriæ: Cōſidera populos eccleſiæ, quę habitat ſuper omnes prophetas, & habet doctores in circumitu ſuo: quorū de vētre manant flumina, cuius initium eſt mare: A lectione quippe legis, quæ ſine ligno Chriſti amara eſt, in ſimilitudinē myrrhæ ad eius myſterium peruenitur, quæ habet Æthiopiam in fortitudine: Æthiopia quippe præueniet man⁹ eius Deo,
Pſal. 67. g & Ægyptum in quam domin⁹ venit in nube leui: & Libyes
Eſaiæ 19. a qui ante habitabant in arentibus, & poſtea facti ſunt in auxilio eius. Et hæc ergo, ſi non ſe attēderit, & omni diligentia cuſtodierit cor ſuū, captiua ducetur, & plāget filios ſuos. Paruuli quoq; ei⁹ qui adhuc in principiis viarum ſunt, nec ad medium itineris peruenerunt, elidentur in ipſis principiis ſuis, & hoſtes ſæuiſſimi præclara quoque ei⁹ ſorte ſibi diuidere feſtinabūt, & optimates quos principes & prępoſitos intelligere poſſumus, vinctos catenis, & grauiſſimo cōpedum pondere præpeditos trahent in captiuitatem. Et tu ergo Niniue, homines videlicet infideles, homines mundo penitus inhærentes, ſenties ſupplicia: & conſopieris calice meo, cum illi quoque biberint, qui de mea parte fuerāt, & ſuo vitio corruerūt. Et deſpicieris à me, & quæris finē inter vitia & perturbationes quæ te premūt, & nihilominus ſtationē & finem malorum reperire nō poteris: ſed & omnes voluntates tuæ, & dulcedines, & potentiæ ſeculares, & dogmata, q̄ tibi videbaris habere firmiſſima, deuorabuntur à comedente, de quo per parabolam dicit Samſon: *De come-*
Iud. 14 c *dente exiuit cibus, & de forti egreſſum eſt dulce:* tūc enim fortia quæq; tua, & quæ dulces fructus ſpectantium oculis promittebant, ad primam arboris concuſſionem ruent in os diaboli deuorantis, à quo ſemper Niniue tenta fuerat & poſſeſſa. Porrò quod prætermiſimus: *Et nō eſt finis fugæ tuæ*, quia ad Niniuē dicitur, & inter ea quæ de Ammon ſcripta ſunt, poſitum eſt, & videtur extraordinariè in alieno loco inſertū, quaſi per ὑπέρβατον referamus ad Niniuen, vt ſit ordo: Et tu inebriaberis, & nō eſt finis fugę tuę, & eris deſpe-

**Heb.**

viarum, & ſuper inclytos eius ſortē mittent, & omnes optimates eius affigentur compedibus. Et tu ergo inebriaberis, & eris deſpecta, & tu quæres auxilium tuum ab inimico: Omnes munitiones tuæ ſicut ficus cū groſſis ſuis, ſi concuſſæ fuerint, cadent in os comedētis. a Ecce populus tuus, mulieres in medio tui: inimicis tuis adapertione pandentur

**Sept.**

*illius allident in principio viarum eius, & ſuper omnia inclyta eius mittēt ſortē: & vniuerſi optimates eius alligabuntur compedib⁹: Et tu inebriaberis, & eris deſpecta: & tu quæres tibi vt ſtet ab inimicis tuis. Omnes munitiones tuæ vt ficus, quæ groſſos habent, ſi commotæ fuerint, cadent in os comedentis. Ecce populus tuus quaſi mulieres in*

G cta, & cætera quæ dicuntur ad Niniuē: Et interpretabimur non eſſe finē fugæ Niniue à Deo, quia ſemper profectum habeat in fugiendo, & numquam velit conſiſtere, ſecūdum illud quod ſupra diximus: Et ipſi fugientes nō ſteterunt, & nō erat qui reſpiceret. Et dicemus ideo ſcripturam ſanctā his difficultatibus eſſe cōtextam & maximè prophetas, qui ænigmatib⁹ pleni ſūt, vt difficul-
Matth. 8. a tatē ſēſuum difficultas quoq;
Gen. 19. g ſermonis inuoluat, vt nō facile pateat ſanctum canibus, & margaritæ porcis, & prophanis ſancta ſanctorum Quod ſi voluerim⁹ Ammō interpretari ſuper filiis Lot, dicam⁹ Lot
מואב habuiſſe ex duabus filiabus duos filios, Moab & Ammō; quorū ſenior Moab interpre-
עמון tatur ex patre, ſiue aqua paterna: iunior vero Ammō, vel fili⁹ generis mei, vel populus no-
Dan. 13. f ſter. Et arbitror quo modo q
Ezec. 16. a ex Iuda natus fuerat, propter peccatum, dicitur ad eum: *Semen Chanaan, & nō Iuda.* Et in Ezechiele ad Hieruſalē peccatricē: *Radix tua, & generatio tua de terra Chanaā: pater tuus Amorræus, & mater tua Cethæa.* Sic eos, quicūque fuerunt de priori populo, hoc eſt de Iudæis, & de iuniori, id eſt, de noſtris, Moabitas & Ammonitas figuraliter appellari. Et quia declinauerunt à patre ſuo,
לוט (Lot quippe declinatio interpretatur) pœnæ ſubiiciendos, & paſſuros omnia quæ ſupra expoſuimus. Si autem ab his, qui ſancti quondā fuerant, Dei ſeueritas incipit, & illa quæ habitabat inter flumina, gehennę igne purgabitur, quanto magis Niniue, quæ ante non habuit legem, nec recepit iugum præceptorum Dei, propter ſuperbiam ſuam ad extremum in os corruet deuorantis?

H a ¶ *Ecce populus tuus: mulieres in medio tui: inimicis tuis adapertione pandentur portæ terræ, &c.* ] Adhuc ad Niniuen texitur dicentis eloquium: non mirum ſi fortes, & pugnatores tui in ſimilitudinem groſſorum ficus, ſtatim in os decidant deuorātis, cum populus tuus effœminatus ſit, & reſiſtere nequeat. Pandentur ergo portæ tuæ, & patebit ciuitas hoſtibus: robuſtiſſimos vectes, quibus claudebātur portæ, conſumet ignis. Hauri igitur aquam, & cura ne potus deſit obſeſſæ, muni turres, lateres confice, vt interrupta murorum ſtruas: prope eſt enim obſidio. Et cum hæc omnia feceris, quaſi à brucho humus, ita à gladio deuoraberis. Sed & cum multiplicata fueris vt bruchus, & vt locuſta in vnū pariter congregata, & cōgregaueris ſicut aſtra cæli diuitias tuas: ſicut locuſtæ & bruchus & parua genimina locuſtarū, quæ vocantur attelabi ſole incaleſcēte auolant, nec reperiūtur: ſic tu diſpergeris & fugies. Natura enim hæc locuſtarū eſt, vt in frigore torpētes per calorē volitent. Porrò attelabus quem ſignificantius comeſſorem interpretatus eſt Aquila, ἀττέλαβος.
parua locuſta eſt inter locuſtam & bruchum: & modicis pennis reptans potius quam volās: ſemperq; ſubſiliens, & ob hanc cauſam vbicumq; orta fuerit, vſq; ad puluerē cuncta conſumit, quia donec creſcant pennæ abire nō poteſt. Hæc iuxta Hebraicū propter lectoris faciliorem intelligētiam, ipſa ſcripturę calcans veſtigia, manifeſtius explanaui. Dicam autem & iuxta Lxx. cœptā τροπολογίαν ſequens, primum breuiter, id eſt, quaſi in Epitome, & poſtea latius de ſingulis diſſerēs: Populus tuus, ô Niniue, homines videlicet ſeculares, qui propriè vocantur populus vrbis Aſſyriæ: ita paſſionibus eneruati ſunt, & vitiis elāguerunt, vt imbecillitati mulierum cōparentur: nihil enim in animabus ſuis forte, nihil robuſtum poſſidēt & virile. Vnde inimici præualētes aduerſū eos, aperuerūt omnes ſenſus eorum, & per corporales ianuas introgreſſi ſūt. Et ſignāter ſēſus corporū oſtia Niniuiticæ terræ appellātur. Habēt aūt ex prima Dei cōditione etiā hi qui ſe vitiis manciparunt occaſionē cognoſcēdi Deum quaſi robuſtiſſimos vectes, quibus oppilēt & claudant portas ſenſuū. Sed & ipſos cōſumet ignis, qui à ſagittis

A ſagittis eſt allatus ardētibus: quamobrem dicitur ad Niniuen: Hauri tibi aquam, & aſperge te ſermone, atq; ratione, & occaſionibus intelligendi Deum, exercendarumq; virtutum, quæ tibi inſitæ ſunt, abutere ad præliādum. Verum tu diſſolutis manibus, id eſt, operibus voluptatis, quidquid in te habueras roboris, ꝑdidiſti: quamobrem cōuertere & age pœnitētiā: & rurſum obtine mutationes tuas. Et quia ſemel ingreſſa eſt lutū, & clauſa es corpore (ꝙ quaſi terra & paleis & aqua, ita carnibꝰ, ſāguine, venis, neruis, oſſibuſq; compactum eſt) ſuſtine iniuriā, & neceſſitates corporis: & cōculcare ab inimicis, & omnia ad conficiendam carnem, quæ pænitētia digna ſunt, patere. Semel enim aſſumēs lutū, & paleas, & inanibꝰ huius ſæculi negociis inuoluta debes per iniuriā ſpōte calcari: & tamē noli ſalutē penitꝰ deſperare, eſto confidēs: & corpus, id eſt, laterem tuum propter aſſumptū ſermonē, quaſi aquam in ſeruitutē redige, & ſubiice tibi, vt domineris lateri tuo: alioqn niſi hoc feceris, viuax te poſtea flāma conſumet: vel in pœnam per gehennam, vel ardentibus inimici iaculis ſuſcitata: & non ſolum igni vaſtaberis, ſed gladius quoq; te comedet, quaſi locuſta terræ virentia. Et hoc patieris ſi non fueris ſuper laterem, tuoq; pondere prægrauata: & omnem perdens volatum, tota detraheris in terram, ſicut bruchus repēte in terrā cadit, cum laſſo volatu vltra ire nō quiuerit. Habeto itaq; virtutes tam innumerabiles, vt bruchus: ne ita pōdere tuo ad
B terrā detraharis, vt bruchꝰ. Quæ vniuerſa perpeſſa es, quoniam multiplicaſti tibi diuitias, & negotiationes diuerſorū dogmatum: putans eas clariores eſſe ſtellis, & magis fulgere quam cæli ſidera. Hæc, vt dixi, ad comprehendendum ſenſum à nobis dicta ſunt breuiter: nunc ad exordium capituli reuertentes ſingula vt poſſumꝰ explicemus. Qui non dicat ſpecioſam Niniuē, animā natura pulchram, luxuria & voluptatibus huius ſæculi delinitam, in muliebres delitias perueniſſe, & virilitate perdita elanguiſſe in feminam? Si enim iuſti anima in perfectum virum veniens, & conditionis ſuæ ſeruās rigorē, adhærēſque Deo vnus cum eo efficitur ſpiritus: Cur non è contrario anima, quæ amat mundū, vnum cum mundo fiat, & in mollitiem redacta femineam,
Exod. 1. c virilem perdiderit rigorem? Ego puto ob hanc cauſam in Exodo præcipere Pharaonem, vt omne maſculinum, quod natum eſt Hebræis, mittatur in fluuium, & omne femineum viuificetur. Neque enim poterat rex Ægyptius qui
Ezec. 29. a dicit alibi: *Mea ſunt flumina, & ego feci ea*, quicquam aliud niſi hoc iubere: vt quodcumque eſt Hebræorum, & eorum qui per ſæculum iſtud tranſeunt forte & virile, mittātur in aquas, per fluenta earum deferatur in mare. Et è contrario quidquid femineum, molle & formoſum videretur in ſæculo, hoc viuificetur, adoleſcat & generet. Simulq; conſidera quod Ægyptius imperator viros Hebræorum non poſſit occidere, nec eos qui iam egreſſi ſunt de infantia: ſed quorum ætas adhuc tenera eſt, & molle corpus, & profectus incipiens: ſcit non poſſe nutriri feminas: niſi interfecti fuerint maſculi. Vult itaque in Hebræis quidquid forte eſt & virile, hoc gurgite ſui fluminis ſuffocare: vt quæ feminea ſunt, liberius ſola ſuccreſcant. Quod autem ſequitur: *Inimicis tuis apertione aperiētur portæ terræ tuæ:* intelligere poteris aſſumens de Hieremia teſtimonium, in quo ſcriptum
Hier. 9 f eſt: *Aſcendit mors per feneſtras veſtras.* Quodque per Hieremiam in feneſtris, hic in portis aſſeres demonſtrari, & has ipſas ad ſenſus referes. Sciens enim ſermo diuinus duplicis eſt ſenſus, ad diſtinctionem malorum ſenſuum, & in Prouerbiis ait: Senſum diuinum inuenies. Senſum autem hic non accipias pro animo & mente, quæ Græcè νοῦς dicitur, ſed pro αἴσθησις, à qua & quinque ſenſus nuncupati ſunt: viſus, odoratus, guſtus, tactus, auditus. Portæ itaque C terræ Niniue, corporales ſenſus intelligātur: Portæ autem Hieruſalē cæleſtis, omnis ſenſus diuinus, & de ſupernis veniens. Has portas Niniue aperit populus eius per viſum & auditū, & omnes reliquos ſenſus, quaſi per latam & ſpacioſam viā quæ ducit ad mortem corporales quęrēs capere voluptates, quibus claudūt homines Dei portas ſuas, obturātes aures ne audiāt iudiciū ſāguinis: claudētes oculos ne
Eſaiæ. 33 c videant iniquitatē: obturantes nares, ne vnguēta prima in effeminationē animæ ſuæ odore ſuſcipiāt: claudentes os gulæ, & vētri auido, & à tactu molli retrahētes manus ſuas, ne ad libidinē vēter exæſtuās, in femineos ardentem animā cogat amplexꝰ. Qui autē homines Dei ſunt, aperiunt ſenſus ſuos, id eſt, portas cæleſtis Hieruſalem: vt ad eos ingrediatur ſermo Dei. Malarum portarum illud exemplū eſt:
Pſal. 9. c *Qui exaltas me de portis mortis.*
Ibid. Bonarū hoc: *Vt annunciē omnes laudes tuas in portis filiæ Sion.* Quādo videris amatorē voluptatum magis quam Dei, & luxeriæ deditum: ſtatim de eo dicito: Inimicis ſuis aperuit portas terræ ſuæ, non enim amicis animæ ſuæ, ſed inimicis aperiūt portas terræ Niniue. Quod ſi & hi qui principes putantur in populo, eadē fecerint, de his quoq; dicere non timebis: Duces populi mei de domo delitiarum ſuarum eiecti ſūt. Si autē videris eos vo-
Amos 6. b luptatibus, & hinc inde ambiente luxuria pręceditos, nullam habere miſericordiā in pauperes, nec de populo Dei eſ- D ſe ſolicitos, aptabis eis quod ſequitur: *Qui dormiunt ſuper lectos eburneos, & fluūt voluptate in ſtratis ſuis: qui comedūt hædos de gregibus, & vitulos lactantes de armentis: qui bibūt defecatum vinum, & primis vnguentis delibuti ſunt, & nō patiebātur quidquam ſuper contritionem Ioſeph.* Porrò quod dicitur: *Comedit ignis vectes tuos.* huiuſcemodi eſt. Si quid naturalis boni in anima tua videbatur eſſe, quod in ſimilitudinem vectium hoſtes, qui per portas ſenſuum tuorum conabātur irrumpere, prohibere poſſet & repellere, hoc Babylonio igni ſuccenſum eſt. Nec nō aquam munitionis attrahe tibi, de ſer-
ὕδωρ περιοχῆς. mone Dei dicitur: vt circundet ſibi quaſi murum firmiſſimum, ſcripturarum doctrinam atque rationem, ne ad interiora eius poſſit hoſtis irrumpere. Obtine, inquit, munitiones tuas. Quidquid habes in te per naturam bonum, & optimi conditoris in te ſeruat exordium, hoc infelix anima Niniue, in defenſionem tui tene: nec patiaris de principali cordis effluere. Quod autem poſt hæc additur, *Incede in lutum, & conculcare in paleis.* Alius forſitan æſtimet dici de anima, quæ infixa in luto corporis & paleis huiꝰ mūdi, vacuis ſcilicet & caducis tota ſe verſans, cōculcetur à dæmonibꝰ. Mihi autem videtur hoc ad eam dici: ſuſtine tentationes, iniurias, quibus tradita es, pœnas quas merito tuo pateris: quia ſi ſupervacua huius mūdi, & fragilia graderis negotia, ſcias te pro remedio ſuſtinere: ſi tamē obtinueris ſuper laterem, & carnē animæ imperio ſubiugaueris. Denique ſequitur: *Ibi comedet te ignis.* Si non fueris ſuper laterem, & dominationem non habueris in carnem, ſed manſeris in latere, & amaueris paleas, & in carne iuxta carnem vixeris: nō ſolum ardētia inimici iacula te vorabunt, ſed & gladius eius interficiet, & in ſimilitudinem locuſtarum, quidquid in te virens videbatur, & naturæ bono ſponte germinās, auaro dēte conſumet, & quaſi bruchus volatu perdito, & grauatus pondere ſuo, ita & tu grauata onere peccatorum, detraheris in terram. Igitur ne talia & tanta patiaris, multiplicare vt bruchus, & quantum ille habet numerum, tantas tu habeto virtutes. Quæ enim multiplicaſti negotiationes tuas, & omni genere (quaſi cæleſtia cuperes poſſidere) per fas & nefas perituras tibi diuitiis congregaſti, debes multitudinē peccatorum multitudine exęquare virtutum.

Supra

HEB.

dētur portæ terræ tuæ deuorabit ignis vectes tuos. Aquam propter obſidionem hauri tibi, extrue munitiones tuas: intra in lutum & calca, ſubigens tene laterem: Ibi comedet te ignis, peribis gladio deuorabit te vt bruchus, congregare ergo vt bruchus, multiplicare vt locuſta. Plures feciſti negotiationes tuas, quam ſtellæ ſint cæli: Bruchus expanſus

SEPT.

*in te: inimicis tuis aperiēdo aperientur portæ terræ tuæ: comedit ignis vectes tuos. Aquam obſidionis hauri tibi, obtine munitiones tuas: ingredere lutum, & conculcare in paleis, obtine ſuper laterem: Ibi comedet te ignis, diſperdet te gladius & comedet te quaſi locuſta: aggrauaberis quaſi bruchus, multiplicare vt bruchus: multiplicaſti nego-*



E Supra iuxta Hebraicum vſque ad illū locum veneram, vbi dicitur: Sol ortus eſt, & auolauerūt: & nō eſt cognitus locꝰ earū vbi fuerint, & quid mihi videretur in contextu ipſius ſermonis dixi: Non quia Lxx. ꝓprii ſenſus videntur habere principiū, poſito eorum teſtimonio, cœptę explanationis ordinem ſequar.

a ¶ *Bruchus irruit & euolauit, &c.*] Videtur mihi multitudo Niniue abſq; rectore: ſine ordine hinc inde commixta, & quacunque impetꝰ tulerit ruens, brucho comparari, paruo animali & innumerabili: & ꝙ modicū quid ſe videatur eleuare à terra. Sed & alius qui Græcè dicitur ὁ συμμικτὸς, & Latine trāſlatus eſt in cōmixtū: quem nos poſſumꝰ vulgus ignobile, & de diuerſis gētibꝰ hinc inde populum cōgregatū intelligere, id eſt, nō ciues, ſed peregrinos. Vnde & popu-
Exod. 12. f Ἐπίμικτος πόλις lus Iſrael qui egrediebatur ex Ægypto πολὺ ὁ συμμικτὸς, hoc eſt, Ægyptiorū & Æthiopū, & variarum gētium, habuiſſe narratur. Et hic ergo, vt ita dicam, mixtitius Niniue, cōfertur exilienti attelabo & locuſtę, quæ in die frigoris, eo quod auolare non poſſit, reſideat in ſepe: & poſtea orto ſole illiꝰ ardore calefacta exiliat: & ad alias regiones auolans, nequaq̄ meminerit ſepis, in qua tēpore frigoris ſederat. Hæc περιφραστικῶς, vt ipſe prophetæ ſermo facilius poſſit intelligi, dicta ſint. Cæterum dubitare non poteris, multitudinem hominum, quæ per latam viam
F pergens, verſatur in mundo, bruchum dicere, cum videris eos totos terræ deditos, ſentētiæ leuitate, huc illucque diſcurrere, & ad ſublimiora volare nō poſſe. Cerne Romam, & Conſtantinopolim cum priori nomine inopiam priſtinā commutantem. Vide Alexādriam Ægypti caput, & cū fuerit vel pro penuria annonæ, vel (quod pudori ſit & rubori) propter aurigas & mimos & hiſtriones, ſeditio concitata, ruere populum in ſimilitudinem bruchi, & totum vitiis inhærentē, leuitate ſua, & per momenta mutatione ſententię huc illucque volitare, tūc vere poteris dicere: Bruchus impetu abiit & auolauit. Porrò quod ſequitur: *Exiliuit attelabus, & mixtitius tuus quaſi locuſta.* Mixtitium puto in hoc differre à brucho, quod bruchus imperitæ multitudini & innumerabili cōparatur: Mixtitius autē de cunctis gentibus hinc inde collectꝰ. Et quo modo alii ſunt in vrbibus ciues, alii peregrini, quibus placeat habitare in vrbe non ſua: Sic mixtitium puto qui habitat in Niniue, eos eſſe qui vidētur ſibi, iuxta opinionem ſuam aliqua ſequi dogmata veritatis, & in eo meliores eſſe brucho, ꝙ bruchus nihil aliud faciat, niſi ſemper in terra ſit, & abſq; alis cibo & vētri ſeruiat, attelabus autem ſaltem modicas aſſumat alas, & cum in altū volare non poſſit, tamen de terra exilire nitatur, & tandem perueniens in locuſtam, volitat quidem, ſed non eſt perpetuus volatus eius, deficientibus enim pennulis, & cōtractis frigore, etiam locuſta conſidet, & conſidet nō in frugifera arbore, & in virētibus foliis, ſed in ſepe ſentibꝰ virgultiſq; contexta, ſiue in maceria fortuitu hincinde lapide compoſita. Conſideremus ſapientes Græciæ & Ægyptiorum atq; Perſarum, Indorūque Gymnoſophiſtas, & Samaritanos, & varias inter ipſos ſentētias, & Iudæos Phariſæoſq; eorum, & Sadducæos, & eccleſiæ multiplices hæreſes: & videbimus attelabum à terra ſe paululum ſubleuantem, & locuſtam volantem quidem, ſed non pleno curſu, & quia nō habeat calorem ſolis iuſtitia, frigēte in Deum charitate, ſedere in ſpinoſis ſepibus. Omnia enim dogmata eorum cum frigeant, & volare non poſſint, ſedem ſibi & requiem inter Ariſtotelis & Chriſippi ſpineta reperiunt. Inde Eunomius profert: Quod natū eſt, non fuit antequam naſceretur. Inde Manichæus vt Deum à conditione malorum liberet, alterum mali inducit auctorem. Inde Nouatus ſubtrahit veniā, vt tollat pœnitentiam. Et vt ſimul breui cuncta cōcludam ſermone, de illis fontibus vniuerſa dogmata argumē- G tationum ſuarum riuulos trahūt, ita vt loca quoque ipſa de quibus argumēta ſumūtur τόπους ſuperſcripſerint. Hæc igitur locuſta quæ nuc ſedet in ſepibus, cum iudicii tempus aduenerit, & mūdus ad ortum ſolis incaluerit, dimittet ſedē & loca ſua, in quibus tempore frigoris inhærebat, & ad meliora cōuerſa prioris ſedis non recordabitur. Quod autē generaliter de iudicii tēpore diximus, & nunc ex parte intelligi poteſt, vt per eruditos & doctos viros huiuſcemodi locuſtis ſolis iuſtitiæ lumen oriatur, & relinquentes ſpinas ſuas in purum & liberum tranſeant volatum.

b ¶ *Dormitauerunt paſtores tui rex Aſſur: ſepeliētur principes tui: diſperſus eſt populꝰ tuus ſuper mōtes, &c.*] Nō mirū eſt ſi dormitauerūt paſtores tui, ô rex Aſſur, qui dominatꝰ es in Niniue, & ſepeliātur vel vagentur principes tui: reguli ſcilicet & omnium gentium duces, qui tibi antea ſeruiebāt, cum populus tuus mulieres fuerint in medio ciuitatis tuæ, & inimicis tuis apertæ ſint portæ eius, & omnis multitudo ſuper murum ſedens locuſtæ ſit comparata: quæ quaſi incaleſcēte ſole, ſic ad aduētū Nabuchodonoſor fugerit de ꝓpugnaculis, & inimicis terga verterit, nec inuentus ſit locus eius. Irato itaque Deo, quia populum eius vaſtaueras, ô Aſſur, &
Eſaiæ 10. a Sec. 70. ſublimaueras vſque in cœlū nidum tuum: vnde & magnus ſenſus diceris: deſtructa eſt ciuitas tua. Et cunctis principibus interfectis qui reſiſtere poterant aduerſariis, reliquus populus tuus imbellis & ignobilis, diſperſus eſt in mōtibꝰ, H & nemo de ducibus inueniri poteſt qui congreget eos, & de collectis rurſum cogat exercitum. Non eſt obſcurū vulnus tuum, nec talis plaga quæ medici poſſit curari manu. Omnes qui Niniuen ſubrutā & Aſſyrium regem ſuperatum audierint, & potentiſſimam vrbem, & regem dominatorem quondam vrbis vulneratum, & iacere ſeminecem, & in ſuo ſanguine volutari, vel ſtupebunt propter rei magnitudinem, & inſperatum nuncium, & comprimēt manus ſuas, vel certè præ magnitudine gaudii inſultantes tibi applaudent manibus, & quodā gaudii ſtrepitu concrepabūt. Nullus enim eſt qui poſſit ſuper te dolere, & euerſioni & vulneri tuo donare lacrymas: quia nullus eſt ſuper quē tua malitia non ſemper tranſierit. Et pulchrè tranſierit, non enim poteſt malitia regis Aſſyrii in hoſtibus eiꝰ iugiter permanere. Hucuſq; hiſtorię ordo ſit textus. Debemus autem & iuxta Hebraicum antequam editionem Lxx. diſſeramus (in illis enim longe alius & diuerſus eſt ſenſus) paululum ab hiſtoria in ſublime conſcendere, & docere quod in vltima prophetia Nahum ἀναγωγικῶς ad diabolum fiat. Senſum
Eſaiæ 10. c Sec. 70. magnum principem Aſſyriorum, qui quondam gloriabundus dixerat: fortitudinem faciam, & ſapientia intellectus, auferā terminos gētium, & vires earum depaſcar, & com-
Eſaia 14. c mouebo ciuitates quæ habitantur, & dicatur ei: *O lucifer qui mane oriebaris: qui mittebas igniculos tuos ad cunctas gentes: quo modo cecidiſti in terram, & contritus es?* Deſtructa eſt Niniue ciuitas tua ſpecioſa & potēs: in qua tantum tibi imperium
Matth. 4 b præſumebas, vt filio quoque Dei auderes dicere: *Hæc omnia tradita ſunt mihi: ſi procidēs adoraueris me, dabo tibi ea.* Dormitauerunt paſtores & reguli tui: qui non paſcebāt homines in ſalutem, ſed nutriebant eos interfectioni tuæ: vt ſaginatiores hoſtias deuorares. Omnis populus tunc & turba populorum, quæ te quondam colebat, deſeruit te & vrbem tuam, & confugit ad montes, & ſe ſub Apoſtolorum Chriſti atque doctorū latibulis collocauit, & interim nullus tuorum ducum eſt, qui turbam tuam quondam ad ſe reuocet. Plaga tua & vulnus tuum toto orbe perſonuit: omnes inſultauerunt tibi: qui tua quondam fuerant ſupplantatione decepti: aut nullus enim, aut rarus eſt, quem

HEB.

ſus eſt & auolauit. Cuſtodes tui quaſi locuſta, & paruuli tui quaſi locuſtæ locuſtarū, quę conſidunt in ſepibus in die frigoris: Sol ortus eſt, & auolauerunt, & non eſt cognitus locus earum vbi fuerint. b Dormitauerunt paſtores tui rex Aſſur: ſepeliētur principes tui: diſperſus eſt populus tuus ſuper montes, & non eſt qui congreget. Non eſt obſcura contri-

SEPT.

*negotiationes tuas ſicut ſtellas cæli. a Bruchꝰ irruit & euolauit: exiliuit quaſi attelabus commixtus tuus: ſicut locuſta quæ aſcendit ſuper ſepem in die gelu: ſol ortus eſt, & exiliuit, & non cognouit locum ſuum. Væ illis: Dormitauerunt paſtores tui rex Aſſur: conſopiuit fortes tuos, abiit populus tuus ſuper montes, & non erat qui ſuſciperet. Et*





non tu

A non tu aliquando deceperis, & per quem nõ tranſierit malitia tua. Et notandum ꝙ in quocũque ſteterit malitia diaboli, nõ poſſit inſultare ruinę eius & vulneri, cum ſit de paſtoribus & populo regis Aſſyrii: ſed in quo cũque pertrãſierit, ille inſultet ei, & bonis operibꝰ atque directis, quaſi manus ſuper eum concrepet. Et congruè iuxta Hebraicũ quidẽ hucuſque de mundi ruina dictum eſt: nouiſſimè de ipſiꝰ quoque diaboli, qui princeps mundi fuit. (*Mundus enim in maligno poſitꝰ eſt*) plaga & vulnere prædicatur. Apud Lxx. autem adhuc ad σύμμικτον, id eſt ad mixticiũ mũdi dicitur, quod paſtores eiꝰ dormierint, & vt dormirẽt, à rege ſint Aſſyrio conſopiti: atq; ita fiet, vt dũ apud eos deſcribitur, quid Aſſyrius exercuerit inter alteros, & nõ quid ipſe patiatur, de diaboli vulnere & plaga & interfectione ſit tacitum. Vę itaque his qui peruerſarũ doctrinarum magiſtri ſunt in Niniue. Et congruè ad eos dicitur: *Dormitauerunt paſtores tui*: dederunt enim ſomnum oculis ſuis, & palpebris ſuis dormitationem. Et propterea non inuenerunt locum domino, neque tabernaculũ Deo Iacob. Nec audierunt de Ephrata, id eſt, frugifera eccleſia: nec inuenerunt eam in condenſis ſiluarum. Non ſolum autem paſtores mixticii huius & locuſtæ, quæ imminẽte glacie ſedet in ſepibus, dormitauerunt, ſed à rege quoque ſunt Aſſyriorũ conſopiti. Scit enim rex Aſſyrius non poſſe ſe oues decipere, niſi paſtores ante conſopierit. Semper diaboli ſtudium eſt, vigilantes animas conſopire. Deniq; & in paſſione domini Apoſtolorum oculos graui ſopore premit, quos Saluator ſuſcitans ait: *Vigilate & orate, ne intretis in tẽtationem*. Et rurſum: *Quod vobis dico, omnibus dico, vigilate*. Et quia nõ ceſſat ſemper cõſopire vigilantes, quoſcumque ille deceperit, & quaſi ſuaui & pernicioſo carmine Sirenarum illexerit ad dormiẽdum, excitat ſermo diuinus & dicit: *Surge qui dormis, & eleuare, & illuminabit te Chriſtus*. In aduentu ergo Chriſti & ſermonis Dei, & doctrinę eccleſiaſticæ, & cõſũmationis Niniue ſpecioſiſſimæ quondam meretricis, eleuabitur & properabit

1. Ioan. 5.d
Pſal. 131. n
Marc. 14. d
Ibid. 13. d
Epheſ. 5. d
B

HEB.

contritio tua, peſſima eſt plaga tua: Omnes qui audierunt auditionem tuam compreſſerunt manum ſuper te: quia ſuper quem non tranſiuit malitia tua ſemper?

SEPT.

*Et non eſt ſanitas contritioni tuæ, tumet plaga tua: Omnes qui audierunt nuncium tuum, plaudent manibus ſuper te: quia ſuper quem non irruit malitia tua ſemper?*

C populus, qui ſub magiſtris ante fuerat cõſopitus, & ibit ad montes ſcripturarũ, ibique inueniet mõtes Moyſen & Ieſum filiũ Naue: montes, prophetas: montes noui teſtamenti, Apoſtolos & Euãgeliſtas: & cũ ad tales montes cõfugerit, & in huiuſcemodi montium fuerit lectione verſatus, ſi nõ inuenerit qui eum doceat (*Meſſis enim multa, operarii autẽ pauci*) tũc & illius ſtudium cõprobabitur, quia cõfugerit ad montes, & magiſtrorũ deſidia coarguetur: infert enim, Et nõ erat qui ſuſciperet. Sequitur: Non eſt ſanitas cõtritioni tuæ, tumet plaga tua. Propterea mixticiꝰ Niniue ſanari nõ poteſt: quia ſuperbiã non deponit, & recens ſemper vulnꝰ eſt, & quotidie diabolo feriente percutitur. Et poſt hæc omnia non eſt ſanitas contritioni eius: licet enim ſibi ſanus eſſe videatur, tamẽ anima eius fracta eſt & contrita, percutiẽte deſuper malleo totius terræ, & nõ ſanatur, quia sẽper erecta eſt. Si autem humilietur, & ſe Chriſto ſubiiciat: *Cor contritum & humiliatum Deus non deſpicit*. Et: *Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus*. In fine ponitur: Omnes qui audierunt nuncium tuum, plaudẽt manibus ſuper te. Super quem. n. nõ irruit malitia tua ſemper? Cum cœperis ὦ σύμμικτε ſupplicia ſuſtinere: omnes qui audierint nuncium, conſono crepitu & vocali (vt ita dicã) operum ſono atque cõcentu, inſultabunt tibi atque gaudebũt. Nullus enim eſt, aut certè rarus, in quem non irruerit ſiue ſuperuenerit malitia tua ſemper. Si enim συμμίκτοις vrbs Niniue paſtores habet & fortes, & omnis falſa doctrina & mendax opinatio ſcientiæ ἀσύμμικτος venit, timendum eſt, ne forte nullus ſit ſuper quem non malitia συμμίκτῳ venerit. Et diligenter obſerua, quia non dixerit: In quem nõ intrauit malitia tua σύμμικτε, ſed in quem non ſuperuenerit. Sæpe enim nobis falſorum dogmatum iacula ſuperueniunt, & quaſi in arcanũ animæ intrare deſiderant: ſed claudentibus nobis portas, ſuperuenit quidem σύμμικτος, & quantum in ſe eſt, irruit, & ſemper hoc facit: ſed auxiliante Chriſto domino, & omni cuſtodia ſeruante cor noſtrũ, irruit quidem, ſed ingredi non poteſt. D

Matth. 9. d
Hier. 10. d
Pſal. 50. d

*Commentarij Hieronymi in Nahum Prophetam ad Paulam & Euſtochium finis.*

DIVI



E

# DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN LIBRVM PRIMVM HABACVC, AC CHROMATIVM EPISCOPVM AQVILEIENSEM. C

## PROLOGVS.

*PRIMVM Chromati Epiſcoporum doctiſſime, ſcire nos conuenit, corruptè apud Græcos & Latinos nomen* ἀββακοὺμ *prophetæ legi: qui apud Hebræos dicitur* a חבקוק*, & interpretatur amplexus, ſiue vt ſignificantius vertamus in Græcum,* περίληψις*, id eſt, amplexatio. Deinde vbi Lxx. tranſlatores & Symmachus & Theodotio* λῆμμα*, id eſt, aſſumptionem interpretati ſunt: in Hebræo poni* b משא*, quod Aquila vertit, in pondus: ſuper quo in Nahum propheta plenius diſputauimus: Maſſa autem numquam præfertur in titulo, niſi cum graue, & ponderis laboriſque plenum eſt, quod videtur. Vnde neceſſe eſt & præſentem prophetiam habere aliquid auſteritatis: vt ſicut in Nahum pondus quod videbatur aduerſus Niniuen Aſſyriorum vrbem, graue erat: ita & in hoc quæratur, cui pondus ſit quod prophetæ reuelatur aſpectui. Quatuor autem prophetæ in duodecim prophetarum volumine ſunt: è quibus tres in principio* λῆμμα*, id eſt, pondus, titulum habent: Nahum, Habacuc, & Malachias. Porrò Zacharias in medio & circa finem duos huiuſcemodi ponit titulos, è quibus vnus eſt:* Onus verbi domini in terra Hadrach & Damaſci requiei eius: *alter in fine:* Onus verbi domini ſuper Iſrael. *De Nahum, orationibus tuis iam liber editus eſt: de Zacharia & Malachia, ſi vita comes fuerit, diſſeretur. Nunc Habacuc habemus in manibus: qui vel ex eo quod amabilis domini eſt, vocatur amplexatio: vel quod in certamen & luctam, & vt dicam, amplexum cum Deo congreditur: amplexantis, i. e. luctantis ſortitus eſt nomen. Nullus enim tam audaci voce auſus eſt Deum ad diſceptationem iuſtitiæ prouocare, & dicere ei: Cur in rebus humanis, & in mundi* πολιτείᾳ *tanta rerum verſatur iniquitas? Vſquequo domine clamabo, & non exaudies? Vociferabor ad te vim patiens, & non ſaluabis? Quare oſtendiſti mihi iniquitatem & laborem videre? Lacerata eſt lex, & non peruenit ad finem vſque iudicium: quia impius præualet aduerſus iuſtum: ideo egreditur iudicium peruerſum. Vides quod temeraria vox ſit, & quodammodo blaſphemantis, creatorem ſuum ad iudicium prouocare, & vas fragile aduerſum figulum, cur tale, vel tale factũ, diſputare? Nec non hoc animaduertendũ, quod aſſumptio vel pondus, quæ eſſe iam diximus, prophetæ viſio eſt, & aduerſum Montani dogma peruerſum intelligit quod videt: nec vt amens loquitur, nec in morem inſanientium fœminarũ dat ſine mente ſonum. Vnde & Apoſtolus iubet, vt ſi prophetantibus aliis, alij fuerit reuelatum, taceant qui prius loquebantur. Et ſtatim:* Non eſt enim, *inquit,* Deus diſſenſionis, ſed pacis. *Ex quo intelligitur, cum quis voluntate reticet, & alteri locum dat ad loquendum, poſſe & loqui & tacere cum velit. Qui autem in ecſtaſi, id eſt, inuitus loquitur, nec tacere nec loqui in ſua poteſtate habet. Illud quoque diſce (quia ſemel à me violenter exigis, vt quaſi gradus quoſdam & ſcalas ad altiora nitendi, hiſtoriam tibi interpreter) prophetiam eſſe contra Babylonem & Nabuchodonoſor regem Chaldæorum: vt quo modo prior propheta Nahum, quem Habacuc ſequitur, vaticinium habuit contra Niniuen & Aſſyrios (qui vaſtauerunt decem tribus, quæ vocabantur Iſrael) ita Habacuc prophetiam habeat aduerſus Babylonem & Nabuchodonoſor, à quibus Iuda & Hieruſalem, templumque ſubuerſa ſunt. Et vt ſcias eo tempore fuiſſe Habacuc, quo iam duæ tribus, quæ vocabantur Iudas, ductæ erant in captiuitatem: Daniel docere te poterit, ad quem in lacum leonum Habacuc cum prandio mittitur, quamquam apud Hebræos hæc ipſa non legitur hiſtoria. Igitur ſiue quis recipit ſcripturam illam, ſiue non recipit, vtrumque pro nobis eſt: aut enim recipit, & iam poſt factam rem liber Habacuc texitur, aut non recipit, & quaſi propheta ſcribit quæ ventura cognoſcit.*

a Habakkauk.
b maſſa In prohemio Nahum.
Zach. 9 a & 12. a
Eſai. 45. c.
F
1. Cor. 14 f
H
Dan. 14. f

## COMMENTARIORVM HIERONYMI IN HABACVC PROPHETAM LIB. I.

*ONus quod vidit Habacuc propheta, Vſque, &c.*] Interim ſecundum literam cauſatur aduerſum Deum propheta: cur Nabuchodonoſor templũ vaſtet & Iudam: cur Hieruſalem quondam vrbs Domini deſtruatur? Quare clamat populus & non exaudiatur: vociferetur ad dominum oppreſſus à Chaldæis, & non ſaluetur? Quare etiam ipſe propheta vel populus, ex cuius perſona nunc loquitur, ad hoc vixerit, & hucuſque perductus ſit, vt iniquitatem hoſtium, & ſuum videat laborem. Cur iniuſtitia præualeat aduerſum ſe? Et hoc dicit præ mentis anguſtia, neſciens aurum in igne conflari, & tres pueros de camino puriores exiſſe, quam intrauerunt. Sed & generaliter accipere poſſumus, quod ex perſona humanæ impatientiæ videns propheta peccatores abundantes & in ſæculo poſſidere diuitias: filios eorum quaſi nouellam plantationem in adoleſcentia ſua, & filias ornatas quaſi ſimilitudinem templi: cellaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud: oues eorum fœtoſas & multiplicatas in viis ſuis, & cætera quæ in cẽteſimo quadrageſimotertio pſalmo ſcribuntur, in querulam vocem & plenam doloris erumpat. *Quare reſpicis contemptores, & taces, conculcante impio iuſtiorem ſe: & facis homines quaſi piſces maris, & quaſi reptilia non habentia ducem?* Tale quid, & in ſeptuageſimoſecundo pſalmo legimus: *Mei autem pene moti ſunt pedes, pene effuſi*

HEB.

ONus quod vidit Habacuc propheta. Vſquequo Domine clamabo, & non exaudies: vociferabor ad te vim patiens, & non ſaluabis? Quare oſtẽdiſti mihi iniquitatem,

SEPT.

*ASSVMPTIO quam vidit Abacum propheta. Vſquequo Domino clamabo, & non exaudies? vociferabor ad te vim patiens, & non ſaluabis?*

Pſalm. 143 d
infr. eod. e
Pſal. 27. a

 ſunt

A ſunt greſſus mei, & reliqua. Et rurſum in eodem pſalmo: *Et ſi eſt ſcientia in Excelſo: Ecce ipſi peccatores & abundantes in ſæculo obtinuerunt diuitias*, & reliqua vſque manus meas. Hæc autem loquuntur neſcientes iudicia Dei inueſtigabilia, & pro- Rom. 11. b fundum diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ eius, quod non ita videat Deus, vt videt homo. Homo tãtum præſentia reſpi- 1. Reg. 16. b cit: Deus futura & æterna cognoſcit. Et quo modo ſi ęgrotꝰ & æſtuans febribus aquã frigidã poſtulet, & dicat ad medicũ: Vim patior, crucior, vror, exanimor, vſquequo medice clamabo & non exaudies? Et reſpondeat ei ſapientiſſimus & clementiſſimus medicus: Scio quo tẽpore debeam dare quod poſtulas, non miſereor modo: q̃a miſericordia iſta crudelitas eſt, & voluntas tua cõtra te petit. Ita & dominus noſter ſciẽs clementiæ ſuæ pondera atque menſuras, interdũ non exaudit clamantem, vt eum probet, & magis prouocat ad rogandum & quaſi igne excoctum, iuſtio- 1. Cor. 4. Pſal. 33. a rem & puriorem faciat. Quod intelligens Apoſtolus ſecundũ Matt. 10. c id quod miſericordiam eſt cõſequutus à domino, ait: *Non deficimus in tribulationibus*, & benedicit Deum omni tempore, & ſcit, quia qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. Et gloriatur in labore & dolore. Et cum Hieremia dicit: *Tribulationem & miſeriam inuocabo*. Vt quo modo alius inuocat B Deum erui à miſeria mundi, ſic ſanctus vir & bellator inuictus ad exercendum ſe & probandum, tribulationem & miſeriam venire deſideret.

a ¶ *Et factum eſt iudicium & cõtra, &c.*] Adhuc propheta vel populus loquitur ad dominũ, quod non veritate aduerſus ſe, ſed potentia iudicatum ſit, & nihil ex lege & iuſtitia ſuſtinuerit. Vnde & ipſum iudicium non habuerit finem ſuum. Finis autem iudicij eſt iudicare iuſtè. Et hoc quare loqui audeat, in conſequentibus monſtrat, dicens. Quia impius Nabuchodonoſor præualuit aduerſus iuſtum Iudam: & hanc eſſe cauſam, quod dixerit iudicium non perueniſſe ad finem, quia iniquum ſit & per- 4. Reg. 12. f Dan. 3. c Ibid. 5. a uerſum: vt Ioſias rex iuſtus à rege Ægyptio truceditur: vt Daniel, Ananias, Miſael, & Azarias ſeruiant, & imperet Babylonius imperator: Et inter ſcorta & cõcubinas ſuas, Balthaſar poter in phialis Dei. Hæc ꝓpheta de ſuorũ temporum ſtatu (ſequimur enim quia ſemel voluiſti & hiſtorię vilitatem.) Cæterum iuxta Lxx. cõmunis ad Deum querela ſanctorum eſt, quare contra eos iniuſtum iudicium fiat, & innoxium in perſecutionibus ſanguinẽ fundant: at ſi quãdo ante tribunal ſteterint iudicum ſæcularium, iudex acceptis muneribus, cõdemnet inſontem, & reũ liberet. Quod quidem non ſolũ de iudicibus ſæculi, ſed interdum de eccleſiarum quoq; principibus dici poteſt: quod ꝓpter munera lacerent legem, & non perducant vſq; ad finem iudicium, & impius præualeat aduerſus iuſtũ, & magis in iudicio peccatum diuitis quã pauperis veritas defendatur. Vnde querimonia eſt, iudicium exire peruerſum: ſed non de- Gen. 4. a Geneſ. 28. Exod. 1. Matt. 27. bemus ſuper hac rerum inæqualitate turbari, videntes & in principio mundi ab impio Cain interfectum Abel iuſtum, & poſtea exultãte Iacob regnare in domo patris Eſau, & Ægypti luto & latere affligunt filios Iſrael. Et dominus cõtra quem nunc querela dirigitur, crucifigitur à Iudæis, & Bar-

HEB.

tem, & dolorem, videre prędam & iniuſtitiam contra me? a Et factum eſt iudiciũ & contradictio potẽtior: propter hoc lacerata eſt lex, & non peruenit vſque ad finem iudicium: quia impius præualet aduerſus iuſtũ, propterea egreditur iudiciũ peruerſum. b Aſpicite in gẽtibus, & videte, & admiramini, & obſtupeſcite: quia opus factum eſt in diebus veſtris, quod nemo credet cum narrabitur. c Quia ecce ego ſuſcitabo Chaldęos, gentem amarã & velocẽ, ambulantem ſuper latitudinẽ terræ, vt poſſideat tabernacula non ſua. Horribilis & terribilis eſt: & ſemetipſa iudiciũ, & onus eius egredietur. Leuiores pardis equi eius, & velociores lupis veſpertinis, & diffundentur equites eius: equites namq; eius de longe venient,

SEPT.

*bis? Quare mihi oſtendiſti labores & dolores, videre miſeriam & impietatem? Contra me factum eſt iudicium, & iudex accipit: propterea lacerata eſt lex, & non peruenit ad finem iudicium: quia impius præualet aduerſum iuſtum, propterea egreditur iudicium peruerſum. Videte contemptores & reſpicite, & admiramini mirabilia & diſperdimini: quia opus ego operor in diebus veſtris, quod non credatis ſi quis narrauerit. Quia ecce ego ſuſcitabo Chaldæos, gentem amaram & velocem, quæ ambulat ſuper latitudinem terræ, vt poſſideat tabernacula non ſua. Terribilis & illuſtris eſt: ex ſemetipſa iudiciũ eius erit, & aſſumptio eius ex ſe egredietur. Et exilient ſuper pardos equi eius, & velociores erũt lupis Arabiæ, & equitabunt equites eius, &*

C rabas latro eligitur. Dies me deficiet, ſi voluero enumerare quo modo in iſto ſæculo impiis præualentibus opprimantur iuſti.

b ¶ *Aſpicite in gentibus, &c.* Symachus pro eo quod diximus: quia opus factũ eſt in diebus veſtris, interpretatus eſt: quia opus fiet in diebus veſtris: cætera ſimiliter. Rurſum in principio capituli, vbi in Hebraico ſcriptum eſt a ראו בגוים, & nos a reou baggoim. tranſtulimus: *aſpicite in gentibus*, & Lxx. poſuerunt *videte contemptores*: excepto Aquila & Symacho & Theodotione, qui cum noſtra interpretatione concordant: in alia quadam editione ἀπαιτῶμεν reperi, *videbitis calumniatores*, & in alia ſimiliter abſque auctoris titulo, *videbitis declinantes*. Igitur ad ſuperiores querelas cauſantis prophetæ & dicentis: *Vſquequo domine clamabo, & nõ exaudies*, & reliqua vſq; ad finẽ huius exordij: vox dñi reſpondẽtis inducitur: vt hanc iniquitatem, quam in ſolo Iſrael fieri putat, cernat in gentibus. Et quod Chaldæis non vt propheta arbitrabatur, Iudas tantum & Hieruſalem traditi ſint, ſed omnes per circumitum nationes, & tantum eum eſſe valiturum ruiturumq; poſtea, vt ſi quis prædixerit quod futurum eſt, pro rei magnitudine videatur incredulum. Sed & D hoc quod Lxx. & cæteri interpretes ediderunt: *Videte contemptores*, ſiue *videbitis calumniatores*, & declinantes, cum ſenſu huius loci congruit, & ex ipſo ſermone arguuntur audaciæ, & contemptus in dominum: ex quorum perſona propheta clamauerat, quare auſi ſint Dei contemnere maieſtatem, & temerare loqui, & quantum in ſe eſt, Dei prouidentiam calumniari, & declinare à domino coarguentes eum iniquitatis. Videbitis ergo contẽptores, & tunc admirabimini, & omnem veſtram querelam ꝓ nihilo computabitis, cum perſpexeritis me facere in diebus veſtris, ne fortè dicatis, quid ad nos pertinet de futuro? Opus quod tam grande erit, & veſtram omnem opprimet cauſationem: vt ſi quis nunc futurum eſſe prędixerit, fidem non facile accommodetis. Quod autem hoc opus ſit, in conſequentibus demonſtratur.

c ¶ *Quia ecce ego, &c.*] Quod vobis dixeram: *Aſpicite in gẽtibus, & videte, & admiramini & obſtupeſcite: quia opꝰ fiet in diebus veſtris, quod nemo credet cum narrabitur*: hoc eſt, quod ſequens ſermo deſcribit: *Ecce ego ſuſcitabo Nabuchodonoſor*, & Chaldæos gentem pugnaciſſimam & velocem: cuius roboris & ad bellandum audaciæ, omnes pene Græci qui barbaras hiſtorias conſcripſerunt, teſtes ſunt. Hæc non eſt contenta finibus ſuis, ſed huc illucque diſcurrens ſuper terræ latitudinẽ peruagatur. Et hoc eſt opus eius, non vt terrã vomere exerceat, ſed vt rapto viuat & gladio, & poſſideat vrbes non ſuas: antequam manum inferat, antequam prorumpat ad bellum, terrorem portat in vultu. Quod autem ait: *Ex ſemetipſa iudicium, & onus eius egredietur*: pro quo interpretatus eſt Symmachus: *ipſa ſibi indicabit, & decreto ſuo egredietur*: vel ita intelligendum eſt, de ſua gente conſtituet principes, & poteſtas eius & gladius aliarum gentium ſatellites non habebit: vel certè quo modo fecit, fiet ei, & ſic vaſtabitur, vt ipſa vaſtauit. Equi quoque & equites qui de longe venient, tam pernices ad perſequendum, & cuncta populanda



E populanda erunt, vt pardos ſuperẽt & lupos veſpertinos. Siquidem lupi ſæuiores eſſe dicuntur nocte vicina, & tota die fame ad rabiem concitati. Volabunt ergo equites nõ ad pugnandũ, quia nullus reſiſtet, ſed ad diſcurrendum vt aquila, (cui in volatilibus omnia ſubiacent) feſtinans ad deuorandum. Et quo modo ad flatum venti vrentis verentia cuncta areſcunt, ita ad aſpectum eorum omnia vaſtabuntur, tantuſq; erit numerus captiuorũ & prædæ, vt per ὑπερβολὴν etiam arenæ poſſit æquari. Ipſe quoque, id eſt, Nabuchodonoſor in vniuerſo orbe regnabit, & ante currum ſuum, triumphãs de regibus, eos habebit irriſui, & inter delicias computabit: tantæq; potentiæ & ſuperbiæ erit, vt naturam ſuperare contendat, & vrbes munitiſſimas robore ſui exercitus capere. Veniet enim Tyrum, & iacto in mari aggere, peninſulam faciet de inſula, & introitum inter fluctus maris in vrbem terra præbebit. Quam ob cauſam & ſuper omnem munitionem ridebit, & comportabit ag- Ezech. 29. Sec. 70. gerem, & capiet eam, id eſt, munitionem, ſiue Tyrum: quod quidem in Ezechiele perſpicuè demonſtratur, vbi dicitur: *Nabuchodonoſor rex Babylonis ſubiugauit exercitum ſuum opere magno aduerſum Tyrum. Omne caput caluum*, & *omnis humerus depilatus, & merces non data eſt ei, & exercitui eius contra Tyrum, & operi in quo ſeruiuit aduerſum eam*. Cum autem comporta- Dan. 3. Ibid. 4. c. uerit aggerem, & nihil viribus eius obuium fuerit, tunc mutabitur ſpiritus eius in ſuperbiam, & Deum eſſe ſe credens, imaginem auream ſtatuet in Babylone, quam vni- F uerſas gentes adorare compellet. Quod cum fecerit, tranſibit in beſtiæ figuram, & poſtea corruet. Pro quo Aquila & Symmachus tranſtulerunt, καὶ πλημμελήσει, id eſt, & delinquet: hanc habente ſcriptura ſancta conſuetudinem, vt a aſem. b אשם, id eſt, delinquet, ponat pro eo quod eſt deſinet eſſe quod fuerat. Tale quid & nos habemus in linguæ noſtræ idiomate, dicentes: vapulauit exercitus, pro eo quod eſt, interfectus & cæſus eſt, & peccauit vinea & ager, pro eo quod eſt, vindemia & fruges non habuere prouentum. Quod autem in fine capituli dicitur: Hæc eſt fortitudo eius Dei ſui, ἱερωνυμῶς eſt legendum, vt ſit ſenſus: Hæc fortitudo eius, quam dedit ei Bel Deus ſuus, ad cuius cultum omnes nationes etiam per ſcripturam & comminationem mortis ſæuiſſimo imperio compellebat. Hæc iuxta Hebraicum: nunc veniamus ad Lxx. vt præpoſitis ſingulis ſententiis, interpretationem allegoricam coaptemus.

¶ *Ecce ego ſuſcitabo Chaldæos gentem amaram, & velocem, quæ ambulat ſuper latitudinem terræ, vt poſſideat tabernacula non ſua*. Comminatur Deus aduerſum contemptores & calũniantes prouidentiam ſuam, ſuſcitaturum ſe Chaldæos, qui interpretantur quaſi dæmonia: vel angelos peſſimos ſignificans, qui miniſtrant furori eius & iræ, & tribulationi quam infert in peccatores: vel animas hominum peſſimorum, per quas mœrentes cruciat. Hi autem Chaldæi, gens Matt. 7. b Luc. 16. amara eſt & velox, non parcens, & cito explens quod ſibi fuerit imperatum. *Et ambulat ſuper latitudinem terræ. Lata* enim *& ſpacioſa via eſt quæ ducit ad mortem*: per quam ambula- Amos 7. b bat & ille diues in euangelio, qui fulgebat in purpura, & illa de quibus dicitur: *Qui dormiunt ſuper lectos eburneos, & delitiis affluunt in ſtratis ſuis*. Qui comedunt vitulos de armentis lactentes, & bibunt defæcatum vinum, & primis vnguntur Matt. 7. b 1. Cor. 6. a & 12. c vnguentis: qui quia in lata ambulant via latitudo terræ appellãtur, quæ Chaldæorum veſtigiis premitur: Noluerunt enim ambulare per arctam & anguſtam viam, quæ ducit ad vitam, & per quam ambulabat Paulus glorians in tribulatione & anguſtia. Ambulant autem Chaldæi ſuper latitudinem terræ, vt poſſideant tabernacula non ſua. Omnis enim rationabilis anima licet per vitium & culpam ſuã hoſpitium facta ſit Chaldæorum, tamen per naturam taber-

HEB.

veniẽt, volabũt quaſi aquila feſtinãs ad cõedendum. Omnes ad prædam venient; facies eorum ventus vrens, & congregabit quaſi arenam captiuitatem. Et ipſe de regibus triumphabit, & tyranni ridiculi eius erunt: ipſe ſuper omnem munitionem ridebit, & comportabit aggerẽ, & capiet eam. Tunc mutabitur ſpiritus,

SEPT.

*& impetu venient de longinquo, & volabunt quaſi aquila prompta ad comedendum. Conſummatio in impios veniet reſiſtentes faciebus eorum ex aduerſo, & congregabit quaſi arenam captiuitatem. Et ipſe in regibus delectabitur, & tyranni ludibria eius, & ipſe in omnem munitionem illudet, & mittet aggerem, & obtinebit eam. Tunc*

naculũ Dei eſt. Et quãquam in euangelio peſſimus dæmon G loquatur: *Vadam in domum meam vnde exiui*: non eſt ei cre- Matt. 12. d dendum: ſiquidem nulla rationabilis creatura ad hoc facta eſt, vt habitaculum dæmonis ſit. Sequitur: Terribilis & illuſtris eſt, ex ipſo iudicium eius erit, & aſſumptio eius ab eo egredietur. Terribilis eſt Chaldæus propter multa variaque ſupplicia quæ infert in cõtemptores. Illuſtris, quia aſſumit ſibi diuinitatis gloriam. Et per oracula ſua & falſa reſponſa, & curationes morborũ quos ipſe immiſerat, apud imperitos & in contemptores Dei videtur illuſtris. Erit enim contemptoris iudicium atque ſupplicium ex eo, hoc eſt, ex ſemetipſo, ſiue ex Chaldæo. Ipſi enim ſe- 1. Tim. 1. d cundum Apoſtolum tradetur ad pœnam, vt diſcat, non blaſphemare, à quo qui egerit pœnitentiam, & ad Deum conuerſus fuerit, egredietur: cum prius manibus illius teneretur, & eſſet Chaldæi aſſumptio. Si quando viderimus multo aliquem tempore ſeruiſſe diabolo, & poſtea ad Deũ eſſe conuerſum, dicamus de eo: Et aſſumptio eius egreſſa eſt ab eo. Quicũque enim egerint pœnitentiam, & dereliquerint dæmones, quibus quaſi equi prius ad ſedendum terga præbebant, & velocitate pardorum & luporum veſperæ equites ſuos abiecerint & eliſerint, & vacuo leuique dorſo ad eum portandum venerint, qui ſuper pullum aſinæ manſuetus & pauper aſcendit: Hi quaſi de longe properantes, & nõ contenti curſu & impetu, aſſument volatum, & venient quaſi aquila: vt ſermonis Dei veſcantur carnibus, & famem tanti temporis ſaturent. In eo .n. quod dicitur: καὶ ἐξιππάσονται οἱ ἱππεῖς αὐτοῦ, noſq; tranſtulimus: *Et equitabuntur equites eius*: iuxta ſenſum, quem ſupra poſuimus, interpretatus eſt Symmachus: *effundentur equites eius*, id eſt, corruent, & allidentur H in terram. Lupi autem Arabiæ, id eſt veſperæ & occidentis hi recte vocantur, quibus conuerſatio peſſima occubuit, & ante in caligine conſtituti, toto gradu veſperã derelinquũt: quam cum reliquerint & volauerint prompti, vt comedant carnes verbi Dei, tunc conſummatio veniet in impios, id eſt, in Chaldæos, qui reſiſtebant vultibus pœnitentium, ne reuerterentur ad dominum ſuum. Quamobrẽ conſummatio in impios veniet, reſiſtens vultibus eorum ex aduerſo. Cum autem illi fuerint conſummati, & de manibus eorum erepta captiuitas, tunc ſermo diuinus congregabit quaſi arenam Chaldaicæ captiuitatis, & delectabitur in regibus, & tyranni ludicra eius erunt: videns potentiſſimum quondam diabolum, & regna eius (quæ Saluatori quoque oſtendens ait: *Hæc omnia dabo tibi, ſi procidens adoraueris me*,) eius Matt. 4. a aduentu eſſe deſtructa: Delitiæ prudentiæ ſunt, & voluptas ſapientiæ cum ſtultitia deſtruitur, & tyrannorum quõdam potentia ſuperata atq; deiecta, vertitur in deriſum. Neque enim ſolꝰ draco formatus eſt, vt luſui haberetur à domino: Pſal. 103. d Iob. 40. c. Sec. 70. qui eſt principium plaſmationis eius, factus eſt angelis ludicrum. Neque illum ſolum dabit Deus, quaſi paſſerem paruulum: ſed ſi quis etiam alius crudelis, & mentis tyrannicæ fuerit, tradetur ſermoni Dei in deriſum. Et ipſe ait, in omnem munitionem illudet. Quæ autem eſt alia munitio, niſi illa de qua loquitur Apoſtolus: *Arma* enim *militiæ* 2. Cor. 10. a *noſtræ non carnalia ſunt, ſed potentia Deo ad deſtructionem munitionum, cogitationes deſtruentia omnem altitudinem eleuantem ſe aduerſus ſcientiam Dei*. Si quæ igitur fuerint vel in ſermonibus, qui promittunt in altitudinem & magnitudinẽ ſe habere contrariam veritati, munitiones, vel in omni gloria, atque diuitiis & fortitudine, quæ laudatur in ſæculo: omnia deſtruentur, & ſermo Dei vniuerſæ munitioni illudet. Et mittet aggerem, & obtinebit eam per aggerem, & terrena quæ profert, arguens eam fragilitatis in his quibus ſibi videbatur prius aliquid habere fortitudinis. Cum autem hoc fuerit expletum, tunc ſpiritus conuertetur, & nequaquam

A quaquã puniet vt ante punierat: ſed pertrãſiens peccatores rogabit ꝓ eis, & reconciliabit eos priſtino domino, in quibus omnibus oſtenditur fortitudo, qui tanta perfecerit Dei noſtri. Cernitis quã confragoſa loca ſint, & aduerſa hiſtorię veritati. Et quo modo ea quæ ſecundũ literam ſuper Chaldæis interpretati ſumus, nunc iuxta tropologiam videantur ſonare clementiam, & libertatem eorum qui de Chaldæorũ manibus euaſerint. Hiſtoria ſtricta eſt, & euagandi non habet facultatem: Tropologia libera & his tantum legibus circunſcripta, vt pietatem ſequatur intelligentiæ, ſermoniſque contextum: nec in rebus multum inter ſe contrariis violenta ſit copulandis.

a ¶ *Nonne tu à principio domine Deus meus, ſancte meus, & non moriamur: Domine in iudicium poſuiſti eum, & plaſmauit me vt arguam in diſciplina eius.*] Symmachus manifeſtius: Nonne tu à principio Domine Deus meus, ſancte meus, vt non moreremur: Domine ad iudicandum poſuiſti eum: fortem ad corripiendum conſtituiſti illum.

b ¶ *Numquid non tu à principio, &c.*] Ad prophetæ querimoniam dicentis: *Vſquequo domine clamabo, & non exaudies*, reſponderat Deus, dicẽs: *Aſpicite in gentibus & videte.* Et poſt præfationem intulerat: *Ecce ego ſuſcitabo Chaldæos gentẽ amaram & velocem.* Omniq; deſcriptione completa, vel de Nabuchodonoſor, vel de diabolo in fine

B memorat: Tunc mutabitur ſpiritus, & pertranſibit & corruet, hæc eſt fortitudo eius Dei ſui. Quod propheta audiens & intelligens: idcirco Nabuchodonoſor contra Iudam, ſiue diabolum contra credentes accipere poteſtatem, vt corripiat eos, & poſt correptionem ipſe quoq; puniatur in fine, reſpondit domino: Ergo ne tu es domine Deus meꝰ, ſancte meus: Hæc autem loquitur blandientis & pœnitentis affectu: qui à principio nos creaſti, cuius miſericordia hucuſque ſubſiſtimus. Non enim ſciebam tantum poſſe aduerſarios noſtros, nec noueram Nabuchodonoſor, vel diabolum mundi huius, & cunctarum accepiſſe gentiũ poteſtatem. Quantum igitur ad vires eius nullus noſtrum ei poteſt reſiſtere. Quantum autem ad miſericordiam tuam tuũ eſt omne ꝙ viuimus, quod non ab eo interfecti ſumus, & ad mortis opera perducti. Tu enim domine ad iudicandum poſuiſti eum, vt ipſe ſit inimicus & vltor, & vt per illũ corripias quicumque peccauerit tibi. Sed quia ſemel Chaldæos ſuper dæmonibus interpretati ſumus, & Nabuchodonoſor ſuper rege eorũ diabolo: debemus deſcriptionem diaboli, & potentiã eius breuiter perſtringere, vt iuſtè propheta dicat: Domine in iudicium poſuiſti eum, & fortem vt corriperes fundaſti eum. Suſcitatur aduerſum incredulos & cõtemptores natio dæmonum, amara ad puniendum, & vbiq; præſens. Ambulat quoq; vbicumq; terrarum eſt latitudo, vt poſſideat homines in quibus Chriſtus habitare debuerat. Horribilis atq; terribilis eſt, & difficile ab aliquo ſuperari poteſt, nec ante frangitur, niſi cũ magnitudine peccatorũ, & iniquitatis ſuæ pondere prægrauata ad conſummationem venerit. Equi eius & equites in ſimilitudinem pardorum & luporum ſemper ſanguinem ſitient, & deſiderabunt ꝑdas: ſimulabunt abſentiam, & dum non ſperantur, cito de longe venient. Volabunt quaſi aquila, quæ exaltans volatũ, ponere vult inter ſidera cæli nidum ſuum, & ſemper feſtinat ad prædam. Et in Ezechiele ſub figura Nabucho-

Eze. 16. c donoſor & regis Ægyptii ſuper diabolo deſcribitur. Nullus eſt dæmonum q parcat, omnes ad prædam feſtini venient: ante faciem eorũ ventus vrens: quidquid aſpexerint, quidquid vultui eorũ obuium fuerit, vrere deſiderabunt & perdere. Rex autẽ potentiſſimus erit in medio captiuorum, &

HEB.

ritus, & pertranſibit & corruit: hæc eſt fortitudo eiꝰ Dei ſui. b Nũquid nõ tu à principio domine Deus meus, ſancte meus, & non moriemur? domine in iudicium poſuiſti eũ & fortem vt corriperes fundaſti eũ. c Mũdi ſunt oculi tui, ne videas malum, & reſpicere ad iniquitatẽ nõ poteris. Quare nõ reſpicis ſuper iniquaagẽtes, & taces deuorante impio iuſtiorem ſe? Et facies homines quaſi piſces maris, & quaſi reptile non habens prin-

SEPT.

*Tunc mutabit ſpiritum & pertranſiet, & propiciabitur: hæc eſt fortitudo Dei mei.* a *Nonne tu à principio domine Deus meus, ſancte meus, & non moriamur? domine in iudicium poſuiſti eum, & plaſmauit me vt arguam in diſciplina eius. Mundus oculos, ne videat mala, & aſpicere ſuper dolorem non poteris. Quare non aſpicis ſuper contemptores, tacebis cum deuorauerit impius iuſtiorem ſe? Et facies homines quaſi piſces maris, &*

C eorũ numerum quaſi arenã maris à ſatellitibus ſuis hinc inde ſuſcipiet, & ipſe de regibus triumphabit, & tyranni ridiculi eius erunt. Multos enim ſanctos ſua ſupplãtatione decipiet, & eos qui ſibi videbantur potentiſſimi, & tyrannidẽ exercere cõtra dæmones, & eiicere illos de corporibus obſeſſis, ſubiiciet ſeruituti ſuæ, & riſui deputabit. Ipſe verò fortiſſimus coacta manu, & perditorum exercitu congregato, de omni munitione ridebit, & quidquid forte fuerit, nitetur euertere. Comportabit. n. aggerem, id eſt, circundabit opera terrena, & cum terra fuerit aggeſta, facile omnem capiet munitionem. Poſt tantam autem victoriam mutabitur ſpiritus eius, & pertrãſibit os eius vſque ad cœlum, & Deum ſe faciens, blaſphemare incipiet creatorẽ ſuum. Quod cum fecerit, corruet, & ruina eius oſtendet quã fortis diuinitas illius fuerit, & idolorum ſimulatio: ſub quorum imaginibus ſuo cultui homines ſubiugabat. Audiens igitur hæc propheta, quod tantus taliſque ſit rex mundi huius, vt cõgreget captiuitatem quaſi arenam maris, & triumphet de regibus, & tyranni ridiculi eius ſint, & de omni munitione rideat, & comportet primum aggerem, & poſtea capiat eam, & tantæ ſuperbiæ ſit, vt contra creatorẽ ſuum audeat reſiſtere & ſe facere quaſi Deum: Qui prius audacter loquebatur ad dominum, & ſe vel ſuũ populum, ſiue eos, ex quorum perſona quærebatur iuſtos eſſe memorarat: nunc in blandimentorum verba prorumpit & ait: Ergo ne tu à principio es domine Deus meus,

D ſancte meus? quodque non morimur, nec capimur à tanto hoſte, tuæ clementiæ eſt. Tu enim Domine conſtituiſti eum quaſi carnificem, & fortem feciſti eum: ita vt aut nullus aut rarus eius poſſit reſiſtere fortitudini. Porrò ſecundũ LXX. hoc quod in fine dicitur: *Et plaſmauit me, vt arguerem in diſciplina eius:* ad perſonam prophetæ referri poteſt: vt ſit ſenſus: Ego autem propterea inſpiratus ſum in prophetã, vt arguam delinquentes, & doceam domini diſciplinam. Quidam de domino dici putant, qui à patre idcirco plaſmatus ſit, & corpus aſſumpſerit, vt doctrina Dei patris homines erudiat. Sed hoc quam diſcordet à cõtextu ſuperiorum, & totius loci continentia, non tam mei erit iudicij quam lectoris.

c ¶ *Mundi ſunt oculi tui, &c.*] Tale quid & Hieremias ad Hier. 12. a Deum loquitur: *Iuſtus es domine, confiteor, veruntamen iudicia* Sec. 70. *loquar ad te. Quid eſt quod via impiorum proſperatur: abundauerunt omnes qui præuaricantur & delinquunt. Plantaſti eos & radicati ſunt: genuerunt filios & fecerunt fructum: prope es tu ori eorum: & longe à renibus eorum.* Ergo & Habacuc in eadem ſententia: Mundi ſunt, inquit, domine oculi tui, & ſcio quoniam malum iniuſtumque non libenter aſpicias, nec poteſt quiſquam de tua dubitare iuſtitia. Veruntamen cur pateris Babylonios tanta crudelitate iactari, & ab impio Nabuchodonoſor iuſtum opprimi Iſrael? non quod perfectus ſit qui opprimitur, ſed quod opprimente ſe iuſtior ſit. Et quo modo piſces, qui non habent principem, & irrationabilia iumenta, & multitudo reptilium abſque prouidentia ſubiacet fortiori, & quicunque plus valuerit viribus, dominatur in alterum: ſic inter homines animal rationale, & ad ſimilitudinem tuam conditum, non valebit ratio, non merita, ſed vires corporis, & irrationabilis fortitudo? Si autem voluerimus generaliter intelligere ſuper prouidentia, quærente propheta: Cur diabolus tantum valet in ſæculo, & dominante Deo alter exercet tyrannidem: Iſtiuſmodi ſenſus erit, & cum ſuperioribus hæc expoſitio iũgetur: Noui domine Deus meus, ſancte meus: quia te prouidente & defendente non morimur, & ſcio quia propterea poſuiſti aduerſa-



E uerſarium, vt ipſo quaſi carnifice corriperes, & non occideres peccatores. Noui quia nihil tibi placeat iniuſtũ, & oculi tui ab omni iniquitate ſint puri: nec videre poſſis dolores eorum, qui iniuſtitiæ ſunt ſubiecti. Veruntamen cauſam in-

Geneſ. 4. b Ioan. 2. a uenire non poſſum, cur Abel iuſtum Cain occidat iniuſtus, & taceas? Cur ſæuiente cęto & omnia deuorãte, non ſolũ mi-

Pſal 142. a nores piſciculi, ſed ipſe quoq; tuus deuoretur Ionas? Quare impius vincit, & iuſtus vincitur? Nec hoc dico ꝙ nouerim quemquam iuſtificari in conſpectu tuo, & abſq; peccato eſſe, & humanę fragilitatis ignarus ſim. Sed quo modo Sodo-

Hier. 3. c Luc. 18. b ma & Gomorra comparatione Hieruſalẽ iuſtæ ſunt, & publicanus in euangelio phariſæi collatione fit iuſtior: ita & iſte qui opprimitur à diabolo, peccator quidẽ eſt, ſed opprimẽte ſe iuſtior eſt. Quare igitur non eſt menſura, nec pondus: vt ſi ſemel iuſtus opprimitur & ſubiicitur, non impio, ſed iuſtiori ſe ſubiiciatur? Dicam quicquã ſine te fieri, & te nolente tantũ poſſe impium? hoc ſentire blaſphemum eſt. Cum itaq; tu ſis vniuerſitatis rector & dominus, tu neceſſe eſt facias ꝙ ſine te fieri non poteſt. Et hæc dicit, non quod ipſe propheta ſic ſentiat, vt ſupra teſtatus ſũ, ſed quod impatientiam huma-

F nam in ſua perſona exprimat: ſicut frequenter videmus A-

Roman 7. d poſtolum varias hominum in ſe recipere ſententias & nũc

Philip. 3. c dicere: *Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ eſt in mem-*

1 Cor. 13. c Phil. 3. c *bris meis.* Et quaſi incipiens ſit: *Fratres ego nõ arbitror me comprehendiſſe: & ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus.* Ac rurſus quaſi perfectus ſit: *Quodque ergo perfecti, hoc ſapiamus:*

1. Cor. 4. a cum vtiq; non ſit vnius atq; eiuſdem, dicere ſe ex parte cognoſcere, & eſſe perfectum: An ne forſitan putes non apoſtolicæ conſuetudinis, ſed noſtræ hoc eſſe argumẽtum, ipſe loquitur ad Corinthios: *Hæc autem fratres transfiguraui in*

Matt. 18. b Pſalm. 33. b *me, & Apollo propter vos, vt in nobis diſcatis.* Alioquin quo modo poteſt ſic habere Deus homines quaſi piſces maris, & veluti reptilia quæ non habent principem, cum angel. ſingulorum quotidie videant faciem patris qui in cælis eſt, & circundet *Angelus Domini in circuitu timẽtium eum, & eripiat eos.* Sicut igitur in hominibus etiam per ſingulos Dei currit prouidentia, ſic in cæteris animalibus generalem quidem diſpoſitionem & ordinem, curſumque rerum intelligere poſſumus. Verbi gratia: quo modo naſcatur piſcium multitudo, & viuat in aquis: quo modo reptilia & quadrupedia oriantur in terra, & quibus alantur cibis. Cæterum abſurdum eſt ad hoc Dei deducere maieſtatem, vt ſciat per momenta ſingula quot naſcantur culices, quotve moriantur: quæ cimicum & pulicum, & muſcarum ſit in terra multitudo: quanti piſces in aqua natent, & qui de minoribus maiorum prædæ cedere debeant. Non ſimus tam fatui adulatores Dei, vt dum potentiam eius etiam ad ima detrahimus, in noſipſos iniurioſi ſimus: eandem rationabilium quam irrationabilium prouidentiam eſſe dicẽtes: ex quo liber ille apocryphus ſtultitiæ condemnandus eſt in quo ſcriptum eſt, quendam angelum nomine Tyri præeſſe reptilibus: & in hanc ſimilitudinem piſcibus quoque & arboribus & beſtiis vniuerſis proprios in cuſtodiam angelos aſſignatos.

a ¶ *Totum in hamo, &c.*] Quia ſupra piſces nominauerat, dicens: Et facies homines quaſi piſces maris, & quaſi reptile:

c remes. quod ſignificantius dicitur in Hebræo c רמש, id eſt, κινούμενον: omne videlicet ꝙ moueri poteſt: idcirco μεταφορὰν piſcium ſeruat in cæteris, vt quo modo piſcator mittit hamũ, & re-

HEB.

principem? a totum in hamo ſubleuauit, traxit illud in ſagena ſua, & congregauit in rete ſuum. Super hoc lætabitur & exultabit, propterea immolabit ſagenæ ſuæ, & ſacrificabit reti ſuo: quia in ipſis incraſſata eſt pars eius, & cibus eius electus, propter hoc ergo expandit ſagenam ſuam, & ſemper interficere gentes non ceſſat.

SEPT.

*& quaſi reptilia non habentia ducem. Conſummationem in hamo ſubleuauit, & attraxit eum in reti ſuo, & congregauit eum in ſagenis ſuis. Propter hoc lætabitur & gaudebit: propterea immolauit ſagenæ ſuæ, & incendet reti ſuo, quia in ipſis incraſſauit partem ſuã, & eſcæ eius electæ: propterea expandit rete ſuum, & ſemper interficere gentes non ceſſat.*

CAP. II.

HEB.

SVper cuſtodiam meam ſtabo, & figam gradum ſuper munitionem, & contemplabor vt videam quid dicatur mihi, & quid

CAP. II.

SEPT.

*SVPER cuſtodiam meam ſtabo, & aſcendam ſuper petram, & contemplabor vt videam quid loquatur in me, & quid reſpon-*

te & ſagenam, vt quod hamus non potuit, rete comprehẽdat: ꝙ euaſerit rete, ſagenis latioribus circundetur. Ita & rex

G Babylonius cuncta vaſtauerit, & vniuerſum hominum genus ſuam prædã fecerit. Porrò quod ait: *Lætabitur atq; gaudebit, & immolabit ſagenæ ſuæ*, & ſacrificabit reti ſuo: Idolum

Dan. 3. a ſignificat quod fecit in campo Dura, & ſimulachrum Belis: cui quaſi grandi ſagenæ immolauit pinguiſſimas victimas, totas quas vicerat nationes ad cultum eius cogens. Ipſis quippe, hoc eſt, in idolis ſuis incraſſatum eſſe ſe credens, & ſuam partem, id eſt omnes ſe habere diuitias quaſi grandes piſces etiã principes quoque atque reges ſuo ſubiugauit imperio: quas eſcas electas vocat. Et quia ſemel piſcatione opulentiſſima ſaturatus eſt, & ſagenam ſuam, id eſt ſuum repleuit exercitum: propterea gentes interficere, id eſt ſemper pugnare, & iugulare nõ ceſſat. Porrò ſecundum LXX. impius diabolus (qui opprimit iuſtum, & habet homines quaſi piſces maris: & vaſtat cuncta quaſi reptilia non habentia ducem) miſit hamum ſuum contrarium ei hamo, à

Matt. 17. b quo per apoſtolum Petrum primus captus eſt piſcis, in cuius ore inuentus eſt ſtather. Et adhæſit hamo eius Adam, & attraxit eum foras de paradiſo rete ſuo, & cooperuit illũ ſagenis ſuis, variis & multiplicibus dolis atq; fallaciis. Idcirco lætabitur, & decipulas ſuas plus arbitrabitur eſſe quam præceptum domini. Et immolabit

H non hamo (qui peruerſus ſermo intelligitur, & adhuc in principio cõſtitutus) ſed reti ſuo, quia pinguiſſimas in ipſo hoſtias comprehendit. *Et per vnum hominem peccatores conſtituti ſunt plurimi*, & in Adam mortui ſumus, & vniuerſi deinceps ſancti cũ illo pariter de paradiſo eiecti. Vnde & cibi e- Rom. 5. d

ius electi ſunt: vt ſecundum Pſalmiſtam, quærat à Deo eſ- 1. Cor. 15. c

cam ſibi, prophetas ſubuertere volens & apoſtolos. Et quia primum decepit hominem, quotidie vniuerſum humanũ genus interficere non ceſſat. Poteſt autem & de hæretico- Pſalm. 103. c

rum accipi peruerſa multipliciq; doctrina: quod ipſi hamo ſuo & rete ſuo, & ſagenis ſuis plurimos piſces capiant, & multa reptilia comprehendant: & idcirco lætentur, & ſermonem ſuum, quo decipere & perſuadere potuerunt, quaſi Deum adorent, & illum colant, illum expoliant, ipſi omni arte deſeruiant, per quam ſciãt à ſe tantas victimas interfectas, & tantos potentium atq; ſanctorum eſſe deceptos: quos pinguem partem & electas eſcas ſcriptura nunc nominat. Propterea in ſimilitudinem beſtiarum, quæ guſtatum ſemel ſanguinem ſemper ſitiunt, expandunt rete ſuũ, & hoc omne eorum ſtudium eſt, vt non paucos, ſicut in principio, ſed plures interficiant. Non ambigit de interfectione multarum gentium, qui tantam hæreſeon & peruerſarum doctrinarum multitudinem diaboli viderit hamo, rete, ſageniſq; comprehenſam, & tamen capturæ eorum finis interitus eſt.

CAP. II.

*SVper cuſtodiam meam ſtabo, & aſcendam ſuper petram, & cõtemplabor vt videam quid loquatur in me, & quid reſpondeam ad correptionem meam.* Symmach. manifeſtius eſt proſequutus: *Quaſi cuſtos ſuper ſpeculam ſtabo, & ſtabo velut incluſus, & contemplabor vt videam quid dicatur mihi, & quid reſpondeam, & contradicam aduerſum arguentem me.*

c ¶ *Super cuſtodiam meam ſtabo, & figam gradum, &c.*] Pro munitione & petra, in cuius locũ Symmachus interpretatus eſt, concluſum: in Hebræo ponitur a מצור ꝙ Theodotio a maſor.

gyrũ: Aquila & Quinta editio, circinum tranſtulerunt. Pri- Sup. 1. d

mę cauſationi reſponderat dominus: *Aſpicite in gentibus & videte*

*videte & admiramini & obſtupeſcite.* Ad quam propheta quaſi A ſuperioris dicti agens pœnitentiam, temperauerat quidem quæſtionem, dicens: Domine Deus meus, ſancte meus, & non moriemur. Sed nihilominus cum veneratione & laudibus Dei ipſum fuerit ſciſcitatus: *Mundi ſunt oculi tui, vt non videas malum, & reſpicere ad iniquitatem neſcis. Quare non reſpicis ſuper iniqua agentes, & taces deuorante impio iuſtiorem ſe?* Et quæ eſſet iuſti deuoratio, exequutus in partibus eſt: vt fierent homines quaſi piſces maris, & quaſi reptilia. Et quod hamo & ſagena & rete ſuo omnes ad interitum traherentur, & nō eſſet finis interfectionis eorum. Itaq; quia propheta eſt & propterea quærit, & dubitare ſe dicit: vt quod illi reſponderetur, reſpondeatur omnibus: Stabo, inquit, in ſpecula mea, id eſt, in prophetiæ meæ ſublimitate & videbo poſt captiuitatem populi, & euerſionem ciuitatis & tēpli, & deinceps quid ſequatur. Vel certè ita: Cuſtodiā omni diligētia cor meū, & ſtabo ſuper Chriſtū petram. Et hoc gyro & circino quaſi muro ſepiar, ne ad me leo rugiens poſſit irrūpere, & videbo quid mihi poſt ſecundā quæſtionem reſpondeat Deus: & poſtquā mihi reſponderit, & me corripuerit male fuiſſe conqueſtum, quid ego quoq; ei debeam reſpondere. Eleganter autem & miro ſenſu humanam deſcribit impatientiam, quam in diſcrepationibus ſemper habere conſueuimus, vt antequam nobis ex aduerſo aliquis reſpondeat, & ſciamus in quo nos arguerit, ad reſpondendū paremur. B Ex quo oſtenditur reſponſionē non rationis eſſe, ſed contentionis. Si.n. eſſet ratio, reſpōſio debuerat expectari, & ſic videre vtrum reſpondere deberet, an conſentire rationabili reſponſioni. Sed & hoc notandū, ex eo quod dixerat. Vt videam quid loquatur in me: prophetiā, viſionem & eloquium Dei non extrinſecus ad prophetas fieri, ſed intrinſecus & interiori homini reſpondere. Zachar. 1. c Vnde & Zacharias: *Et angelus*, inquit, *qui loquebatur in me.* Et Pſal. 84. b in pſalmis: *Audiam quid loquatur in me dominus.*

**HEB.**

quid reſpondeā ad arguentē me. a Et reſpōdit mihi dominus, & dixit: Scribe viſum, & explana eum ſuper tabulas, vt percurrat qui legerit eum. Qui adhuc viſ⁹ procul, & apparebit in finē, & non mentietur: ſi moram fecerit, expecta illum: quia veniens veniet, & non tardabit. Ecce qui incredulus eſt, nō erit

a ¶ *Et reſpondit mihi dominus, & dixit, &c.*] Pro tabulis & buxo, quod Hebraicè dicit b לוחות: Symmachus interpretatus eſt paginas. (b. luhoth.) Et vbi Lxx. poſuerunt, iuſtus autem ex fide mea viuet: omnes æqualiter tranſtulerunt: ex fide ſua viuet. Deniq; Symmachus ſignificantius interpretans ait: Iuſtus autem per fidem propriam ſuam viuet: quod Græce dicitur ὁ δίκαιος τῇ ἑαυτοῦ πίστει ζήσει, c באמונתו quippe, quod interpretatur in fide ſua: ſi d ו & non e י litteram haberet in fine, (vt Lxx. putauerunt,) & legeretur f באמונתי, rectè tranſtuliſſent in fide mea. (c beemounatho. d iod. e vau. f beemounathi.) Nunc autem ſimilitudo literæ ו & י, q̄ menſura tantum inter ſe diſtāt, cauſa erroris fuit. Hoc quare dictum ſit, ſequēs diſputatio comprehendit: iuxta repromiſſionem quæ ad ſanctum virum in Eſaia fit, dicens: Eſaie 65. a *Adhuc loquente te dicam, ecce adſum.* Nunc quoq; prophetæ reſpondit dominus, & præcepit vt ſcribat viſionem, & digerat eam ſuper tabulas, id eſt, manifeſtius ſcribat. Tabulas autem puto illas, de quibus & Apoſtolus loquitur ad Corinthios: 1. Corin 3. a *Epiſtola noſtra vos eſtis, ſcripta in cordibus noſtris: quæ cognoſcitur & legitur ab omnibus hominibus: manifeſtati quoniam eſtis epiſtola Chriſti, miniſtrata à nobis, & ſcripta non atramento, ſed ſpiritu Dei viuentis: non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus.* Prouerb 3 a Sed & Salomon tale quid ſignificat in Prouerbiis, dicens: *Deſcribe eam ſuper latitudinem cordis tui.* Scribere autem iubetur planius, vt poſſit lector currere, & nullo impedimento velocitas eius, & legēdi cupido teneatur. Et hoc præcipit: quia adhuc viſio procul eſt, & in tempore conſtituto. Et cum finis rerum aduenerit, tunc etiam ille veniet, & probabitur prophetia vera opere completa. Quod ſi forte pro cupiditate tua, ô lector, & videndæ viſionis ardore, paulullum tibi viſum fuerit moram facere quod promiſſum eſt: noli deſperare venturum, ſed expecta patienter, me enim habes, qui tibi polliceor & dico: Veniens veniet, & non tardabit. C Si quis autem incredulus eſt huius ſponſionis meæ: & me dicente, veniens veniet & non tardabit: cœperit ambigere, & in ſe tacitus fluctuare, putans non eſſe venturum, quod moratur ad tempus, hic meæ animæ diſplicebit: iuxta illud: *Neomenias & ſabbata veſtra odit anima mea.* Eſaia 1. d

**SEPT.**

*ſpondeam ad corruptionem meam. Et reſpondit ad me dominus, & dixit: Scribe viſionem & manifeſte in buxum, & perſequatur qui legit ea. Quia adhuc viſio in tempus, & orietur in finem, & non in vacuum. Si defecerit, ſuſtine eum: quia veniens veniet, & non tardabit: ſi retraxerit ſe, non placebit animæ meæ*

Quod autē animam ſuam Deus dixit, pro mente & cogitatione debemus accipere: vt ſit intellectus, meo ſenſui diſplicebit. Sicut autem diſplicebit ille, qui me promittente dubitauerit venturū eſſe quod ſpondeo: ita iuſtus qui crediderit promiſſioni meæ, viuet in fide ſua. His quaſi lineis capituli huius pictura deſcripta eſt. Quod autem dicit huiuſcemodi eſt; ita duntaxat vt & trāſlationē Lxx. miſceamus. Scribe in corde tuo, & quaſi paruuli qui prima elementa accipiunt literarum, curuos apices & trementem manum in buxo erudiunt, & ad rectè ſcribendum meditatione conſueſcunt. Ita tu quoq; qui ex perſona ambigētis loquutus es populi, in tabulis cordis tui, & in buxo pectoris ſcribe ꝙ dico. Viſio enim eſt, quæ promittitur iuberurq; deſcribi, & ſcribi manifeſtius, vt nullo inuoluatur nubilo, & nullis ænigmatū obſcuretur ambagibus: manifeſta ſpes manifeſtam habeat ſponſionem. Hoc autem ô propheta præcipio, non quod tū neſcias, (non enim eſſes propheta ſi ignorares) ſed vt ꝙ tu manifeſtius ſcripſeris lector abſq; impedimento & difficultate poſſit legere atq; percurrere: quod Septuaginta tranſtulerunt: ὅπως διώκῃ ὁ ἀναγινώσκων, vt perſequatur qui legit: iuxta illum ſenſum, qui ad D Timotheum ſcribitur: 1. Tim. 6. c *Perſequere iuſtitiam, & pietatē, & fidē, charitatem, patientiā, manſuetudinem.* Et ad Romanos: Rom. 12 c *hoſpitalitatem ſectantes.* Et ad Corinthios: 1. Cor. 14. a *perſequimini charitatem.* Ipſa autem viſio, de qua tibi dixit: ſcribe viſionem & manifeſto buxo, vt poſſit perſequi qui legit, adhuc in tempore conſtituto eſt, de quo Saluator ait: Eſaia 49. c *Tēpore acceptabili exaudiui te, & in die ſalutis auxiliatus ſum tibi.* Et orietur in cōſūmatione mundi & in extrema diei hora: de qua loquitur & Ioannes: 1. Ioan. 2. c *Filioli, nūc hora nouiſſima eſt.* Et nō fruſtra veniet: ſaluabit enim multos, & cum reliquis Iſraelitici populi multitudinem gentium congregabit. Quod ſi paululum ſe ſubtraxerit, & votis tuis, ô lector, qui legere iuberis in buxo & in tabulis, quas propheta deſcripſit, venire tardius viſio cœperit: expecta eam, quia veniens veniet, & non tardabit. Si autem dubitauerit fides tua, & putaueris non venire quod ſpōdeo, habebis pro grandi pœna quod meæ animæ diſplicebis. Iuſtus autē, qui credit verbis meis, & de his non ambigit quæ polliceor, habebit præmium vitam ſempiternā. Nec ſtatim debes arguere vel in te interficiēdo, vel in illo viuificando ꝙ apud me acceptio perſonarum ſit: quia ipſe viuificationis ſuæ cauſa eſt, qui ex fide ſua viuit: ſicut tu ex eo ꝙ te ſubtraxiſti & credere noluiſti, diſplicuiſti animæ meæ. Manifeſtè autem in his de aduentu Chriſti prophetia eſt. Vnde & propoſita quæſtio ſoluitur, quod donec ille veniat iniquitas dominetur in mundo, & iudiciū non perueniat ad finem, & verus Nabuchodonoſor capiat rete ſuo, & ſagena homines quaſi piſciculos, & rationabile animal quaſi reptile non habens principem. Porrò quod ꝓ viſione interpretati ſumus, quia adhuc viſus procul, & ſi moram fecerit, expecta illum, id eſt, viſum: nō poteſt aliquis errore deceptus ꝓ viſione quæ eſt generis fœminini, viſum poſuiſſe, qui eſt generis maſculini, & minus vſitatum eſt in Latino. Siquidē g חזון ꝙ Aquila interpretatur ὅραμα τὸ μὲν, apud Hebræos (g hazon.) genere maſculino viſus dicitur, & vſq; ad finem ſub eodem genere viſionis, id eſt, viſus maſculina declinatio cōſeruatur. Lxx. autem dicentes γράψον ὅρασιν, id eſt, *ſcribe viſionem, & non tardabit. Si ſubtraxerit ſe, non placebit animæ meæ in eo:* primum interpretati ſunt viſionē genere fœminino: quæ apud Hebræos, vt diximus, generis maſculini eſt. Deinde, ſecundum Hebraicum genus, vbi declinatur maſculinè, ſuſtine cum



E ne eum, & non placebit animæ meæ in eo: ipſi quoq; maſculino genere declinauerunt. Cumq; vtiq; debuerint iuxta id quod primum interpretati ſunt viſionem, etiā reliquis fœmininū genus ponere viſionis, vt dicerent, expecta eam: quia veniens veniet: quod ſi ſe ſubtraxerit, nō placebit animæ meæ, in ea, id eſt, in viſione. Hoc propterea, ne ꝙ ſciebamus videremur tacere. Cæterum non ignoro ſecundū interpretationem eorū poſſe & ita accipi. Scribe viſionem, in qua Chriſtus repromittitur, & prophetiæ tuæ vel in buxo, vel in tabulis, vel vt Symmachus tranſtulit, paginis, hūc texe ſermonem: quod tēpore conſtituto, & in conſūmatione mūdi veniat filius meus, qui ſaluet oues perditas domus Iſrael, & alias quoq; oues antiquis ouibus copulet, & vnum efficiens gregē, iungat duas virgas, quas Ezec. 7. c יחזקאל Ezechiel, id eſt, virt⁹ Dei, ſociatas & ſibi inuicem cohærentes tenet in ꝓphetali manu. Quod ſi paululum, ô propheta, vel tu popule (ex cuius pſona dubitare viſus eſt propheta meus) ſe ſubtraxerit Chriſtus, & viſus fuerit retardare, expecta illū: veniens enim veniet & non tardabit, & cætera quæ iam ſupra expoſuimus. באמונתו באמונתי Rom. 8 c F Porrò quod Apoſtol⁹ Lxx. magis teſtimonio abuſus eſt ad Romanos ſcribens: Iuſtus autem ex fide mea viuet, & non eo quod habetur in Hebraico, cauſa perſpicua eſt. Scribebat enim Romanis, qui ſcripturas Hebraicas neſciebant: nec erat ei cura de verbis, cum ſenſus eſſet in tuto, & dānum ex eo præſens diſputatio non haberet. Alioquin vbicumque diuerſus eſt ſenſus, & aliter ſcriptus eſt in Hebraico, aliter in Lxx. nota eum his vti teſtimoniis, quæ à Gamaliele doctore legis didicerat.

**HEB.**

erit recta anima eius in ſemetipſo. Iuſtus autem in fide ſua viuet. a Et quo modo vinum potantem decipit, ſic erit vir ſuperbus, & nō decorabitur: qui dilatauit quaſi infernus animam ſuam, & ipſe quaſi mors, & non adimpletur. Et congregauit ad ſe omnes gētes, & coaceruauit ad ſe omnes populos. Nūquid nō omnes iſti ſuper eum parabolā ſumēt, & loquelam ænigmatum eius, & dicetur: Væ ei qui multiplicat non ſua: vſquequo & aggrauat contra ſe denſum lutum? nunquid non repente conſurgent qui mordeant te, & ſuſcitabūtur lacerantes te, & eris in rapinā eis? Quia tu ſpoliaſti gētes multas, ſpoliabunt te omnes qui reliqui fuerint de populis, ꝓpter ſanguinē hominis & iniquitatem terrę, ciuita-

a ¶ *Et quo modo vinum potantem decipit, ſic erit vir ſuperbus, & non decorabitur, &c.*] Cum hæc de Chriſti aduentu ſint repromiſſa, ſiue, vt quibuſdam placet, de viſionis fine, & de completione auxilij Dei, quod qui crediderit eſſe venturum, viuet ex fide ſua: qui verò incredulus fuerit domini animæ diſplicebit: Nabuchodonoſor rex Babylonius decipietur ſuperbia ſua. Et quo modo vinum contra potantem facit, & poſtquam ſurrexerit, neq; pes, neque mens ſuum officiū tenent: omniſq; lætitia & mentis exhilaratio vertitur in ruinā: ſic vir ſuperbus non decorabitur, nec voluntatem ſuam perducet ad finem, & iuxta Symmachum, οὐκ εὐπορήσει, hoc eſt in rerum omnium erit penuria. Qui quaſi mors & infernus non ſaturatur occiſis, & omnes gentes cunctoſq; populos ſuo imperio ſubiugans, finem auaritię non putauit. Nonne cum inebriatus fuerit poculo domini, & meraco calice cōſopitus, omnes ſuper eum per comparationem loquētur & πρόβλημα? Væ ei qui totum orbem vaſtans, non ſaturatur rapinis, nec deſinit expoliare iam nudos, & ad hoc tantum ſæuit vt deuoret, & iniquitatis & prædarum onere quaſi grauiſſima torque ſe deprimat. Simulq; conſidera quam elegāter multiplicatas diuitias dēſum appellauerit lutū. Nunquid non repente conſurgent Medi atq; Perſæ, qui Babyloniorum imperium deſtruentes, mordeant eum primum, & poſtea lacerent, fiatq; eis Nabuchodonoſor in rapinam, & vaſtator toti⁹ orbis expolietur à reliquis populis, qui manū & crudelitatem illius euadere potuerunt? Hoc autem ei fiet propter ſanguinem hominis, id eſt, Iudæ, & iniquitatē terræ, videlicet Iſrael, & ciuitatis, haud dubium quin Hieruſalem, & omniū habitantium in ea, generaliter populū ſignificans. G Diſcutiamus & Septuaginta: Omnia quæ de Babylone & Nabuchodonoſor diximus, referri poſſunt ad mundum iſtum, & ad diabolū: qui vere arrogans & ſuperbus, &

**SEPT.**

*meæ in eo. Iuſtus autem ex fide mea viuet. Qui autem arrogans eſt & contemptor, vir ſuperbus, nihil perducit ad finem: qui dilatauit ſicut infernus animam ſuam, & iſte quaſi mors non adimpletur. Et cōgregabit ad ſe omnes gentes, & accipiet ad ſe omnes populos. Nonne vniuerſa hæc aduerſum eum parabolam ſument, & propoſitionem ad narrationem eius, & dicent? Væ qui multiplicat ſibi quæ non ſunt ſua: Vſquequo aggrauat torquem ſuam grauiter, quia ſubito conſurgent mordentes eum & vigilabunt inſidiatores tui, & eris in rapinam illis? Quia tu expoliaſti gentes multas, expoliabunt te omnes reliqui populi, propter ſanguinem hominum & impietatis terræ, & ciuitatis, & omnium habitatorum eius. O qui multiplicat aua-*

aliquid eſſe ſe credens, nihil perducet ad finem. Siquidem conatus eius, & omnis labor habebit interitum: qui in ſimilitudinem inferni & mortis, nō ſaturatur occiſis, & omnium gentium deceptione lætatur & ad ſe populos congregat. Qui cum eum viderint miſſum in abyſſum, & tartaro traditum, ea que in propheris parabolicè & αἰνιγματωδῶς legerant, videntes eſſe completa, & interpretantes ſuper eo, conſona voce memorabunt. Væ diabolo, qui multiplicauit ſibi non ſua. Væ perdici, quæ congregauit quæ non peperit. Vſquequo? vel increpantium eſt vox iſta, vel iudicii diem demonſtrantium. Hier. 17. b Et aggrauans torquem ſuam infinito pondere. Et pulchrè qui arrogans & ſuperbus eſt (Superbia autem propriè in extenſione colli, & ceruicis erectione monſtratur) torques grauiſſima fit vt curuet quod fuerat erectum. Et iſtud eueniet, quia ſubito cōſurgent qui mordeāt eum: vel angeli cum quibus diabolus tradetur in pœnam: H vel qui ab eo tenti fuerant, agētes poſtea pœnitentiam, & ad Chriſti vexilla conuerſi, mordebunt eum, iuxta illud quod alibi dicitur: *Viri pacifici tui poſuerunt inſidias tibi.* Hier. 28. f Denique ſequitur: *Et euigilabunt inſidiatores tui*, id eſt, quos ante conſopieras, quos inebriaueras, illorum inſidiis ſubiacebis, vaſtantium regnum tuum, & eos qui captiui fuerunt in Chriſti turmas redigētium. Tu enim deprædatus es gētes multas, & Iudaicum populum ornatu & veſtibus, quas ei dederam, ſpoliaſti: idcirco omnes reliqui populi, qui tuo imperio non ſubiecere ceruicē, ſpoliabunt te, & nudum faciēt. Quia & tu interfeciſti gentes plurimas, & fudiſti ſanguinem earū. Sed & terræ impietas, id eſt, Iudaicæ, & ciuitatis Hieruſalē, & omnium habitatorum eius, (qui dixerunt aduerſum creatorem ſuum: Luc 23. c *Crucifige, crucifige eum: ſanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros*) Matth. 27. c reuertetur in caput tuum, & expoliationis tuæ cauſæ erunt. Poteſt autem hoc ipſum & de Antichriſto interpretari: qui in tātum erit arrogans & ſuperbus, vt in templo Dei ſeſſurus ſit faciens ſe Deum: 2. Theſ. 2. b Et quaſi infernus & mors tantos interficiet, & ad ſe congregabit, vt ſi fieri poſſit, decipiat etiam electos Dei. Matth. 24. b Congregabit quoque ad ſe omnes gentes, & vniuerſos populos in ſuum ducet errorem. Qui cum poſtea interfectum illum ſpiritu oris Chriſti viderint, 2. Theſ. 2. b intelligent vera eſſe quæ de eo ante prædicta ſunt, & dicent omnia quæ ſequuntur, eadem intelligentia qua expoſuimus ſuper diabolū. Quod autem dicit, expoliabunt te omnes reliqui populi propter ſanguinem hominum, & impietatem terræ, & ciuitatis, & omnium habitantium in ea, reliquos populos ſanctos intelligamus, qui Antichriſto nō ſeruierunt: à quibus expoliabitur impius propter impietatem quam exercuit in vniuerſam terram, & vaſtationem ciuitatis eccleſiæ & perſecutionem omnium qui habitauerunt in ea. Tanta enim vaſtitas, & tāta impietas in fine rerum Antichriſto ſæuiēte graſſabitur in eccleſiis, & multiplicata iniquitate multorū, intantum refrigeſcet charitas, vt dominus qui cordis arcana Luc 18. b cogno-

A cognoſcit, & quod futurum eſt non ignorat, dixerit: *Putas veniens filius hominis inueniet fidem ſuper terrã?* Poſſumus quoque ſecundum Ioannem apoſtolum, (qui ſcribit: *Sicut audiſtis, quia Antichriſtus veniet: nunc autem Antichriſti multi ſunt: vnde & cognoſcimus, quoniã nouiſſima hora eſt:*) Omnes hæreticos,

1. Ioan 4. a & vniuerſum dogma peruerſum, arrogantiũ ſibi ſcientiam, & ſimplicitatẽ Eccleſiæ contemnentium: qui nihil perducunt ad fidem, ſed delectantur mortibus plurimorũ: arrogantes & ſuperbos dicere & totam continentiam capituli ſuper eorum intelligentiam tẽperare. Qui verè multiplicant ſibi non ſua, & quaſi grauiſſimum lutum, & ponderoſam torquẽ, qua pertrahantur ad pœnas ſibi congregantes, ſpoliant gentes multas, & effundunt ſanguinem hominum, & impietatem exercent in eccleſiã, & in omnes habitatores eius. Sed reliqui populi eccleſiaſtici, videlicet viri, qui non fuerint eorum errore decepti, ſubito conſurgẽt, & euigilabunt, quaſi de graui ſomno, & mordebũt eos, & inſidiabuntur illis, & habebunt eos in prædam. Quidam putant hoc quod dicitur: Væ qui multiplicant ſibi quæ non ſunt ſua, & cætera, de diuitibus poſſe accipi, qui poſſeſſionũ terminos dilatant, & ea quæ nõ ſunt hominis, hominis arbitrantes, congregant ſibi, à quibus ſubito relinquentur. Quod autem non ſit hominis, id eſt, animalis rationalis terrena poſſeſſio, & dominus demonſtrat, dicens: *Si in alieno non fuiſtis fideles, quod veſtrum eſt quis dabit vobis?* totumque capituli textum ſuper hac perſona ediſſerunt. Sed neſcio an poſſint quæſtiones & ſolutiones propheticæ ordinem ſeruare.

Luc. 16. c

HEB.

tis, & omniũ, habitantiũ in ea. a Væ qui congregat auaritiam mala domui ſui, vt ſit in excelſo nid⁹ eius, & liberari ſe putat de manu mali. Cogitaſti cõfuſionẽ domui tuę cõcidiſti populos multos & peccauit anima mea. Quia lapis de pariete clamabit, & lignũ quod inter iun-

B a ¶ *Væ qui congregant auaritiam malam domui ſuæ, vt ſit, &c.*] Adhuc ad ipſum ſermo eſt, qui ſibi coaceruat mala, & diuitiarum multitudinem non intelligit cauſam eſſe ruinæ ſuæ domus: ſimulq; per metaphoram ſuperbiæ arguitur, quod ad auium ſimilitudinem in excelſo poſuerit nidum ſuum & arbitratus ſit erui ſe de manu mali, id eſt, numquam venire in hoſtium poteſtatẽ: quod ſuperbiæ conſilium & arrogans cogitatio finẽ habuit ignominiã. Interfeciſti populos multos, & in aliis occidendis contra animã tuam deſæuiſti, & in tãta crudelitate bachatus es, vt ſi dici poteſt: lapides ciuitatis, & lingua parietum, quos ſubuertiſti, tuam ferociam clamitent. Tale quid & dominus in euãgelio contra phariſæos obiurgantes quare non increparet pueros acclamãtes ſibi:

Matt. 21. b *Oſanna in excelſis filio Dauid: Benedictus qui venit in nomine domini, oſanna in excelſis. Nõ legiſtis,* inquit, *quia ſcriptũ eſt: Ex ore*

Pſal. 8. a *infantium & lactentium perfeciſti laudem? Et ſi iſti tacuerint, lapides clamabunt.* Licet enim pleriq; ita intelligendum putent: ſi Iudæi tacuerint, multitudo me gentium confitebitur: tamen hæc expreſſior & verior intelligentia: etiam ſi homines taceant, & ſignorum meorum multitudinem lingua inuidens non loquatur, tamen lapides ipſi, & fundamenta murorum & parietum ædificatio, meam poterunt magnitudinem perſonare. Quod vt ſignificantius fiat, ponamus literaturæ quoq; ſæcularis exempla. Criſpus loquitur in hiſtoria. Saguntini fide atq; ærumnis inclyti, per mortalium ſtudium maiores quam opibus: quippe qui etiam tum ſemiruta mœnia, domus intectæ parieteſq; templorum ambuſti, manus Punicas oſtentabant. Simile quid & Tullius ad Cæſarem pro Marcello: Parietes medius fidius C. Cæſar (vt mihi videtur) huius curiæ tibi gratias agere geſtiũt, quod breui tempore futura ſit illa auctoritas in his maiorum ſuorum, & ſuis ſedibus. Porrò quod nos interpretati ſumus: Et lignum quod inter iuncturas ædificiorum eſt, reſpondebit: pro quod Lxx. poſuerũt: καὶ κάνθαρος ἐκ ξύλου φθέγξεται αὐτά, id eſt, Et ſcarabeus de ligno loquetur ea: manifeſti⁹ more ſuo tranſtulit Symmachus: καὶ σύνδεσμος οἰκοδομῆς ξύλινος ἀποφθέγξεται αὐτά, id eſt, Iunctura ædificii lignea loquetur ea: Theodotio quoque: καὶ σύνδεσμος ξύλου φθέγξεται αὐτά, nec non & Quinta editio: καὶ σύνδεσμος ξύλου φθέγξεται αὐτά, quæ &

C ipſæ interpretationes cũ Symmachi & noſtra interpretatione concordant: quod enim lingua Hebraica dicitur b כפיס lignum ſignificat, quod ad continendos parietes in medio ſtructuræ ponitur, & vulgo apud Græcos appellatur ἱμάντωσις. Hoc eſt ergo iuxta hiſtoriã quod prophetalis ſermo ſignificat: lapides parietum qui à te deſtructi ſunt, & ligna eorum ambuſta tuam crudelitatẽ ſonabunt. Reperi exceptis quinque editionib⁹, id eſt, Aquilæ, Symmachi, Lxx. & Theodotionis, & quinta, in duodecim prophetis & duas alias editiones: in quarum vna ſcriptum eſt: *Qui lapis de pariete clamauit quaſi vermis in ligno loquens,* & in altera: *Lapis enim de pariete vociferabitur, & σκώληξ de ligno loquetur ea.* Sed & Aquila aliud quiddam quam nos diximus poſuit καὶ μᾶζα, id eſt, & maſſa de ligno reſpondebit. Quorum interpretatio quid ſibi velit, in Lxx. tranſlatorum expoſitione dicemus: in quibus pro væ, oppoſitũ eſt, & dirigitur ſermo vel ad diabolum, vel ad antichriſtum, vel ad hæreticos: qui multiplicant ſibi auaritiam malam. Mala autem dicitur auaritia ad diſtinctionem bonæ: vt ſit bona auaritia doctoris eccleſiaſtici, qui numquam ſatiatur multitudine ſectatorũ, & quanto plures habuerit diſcipulos, tãto magis ad doctrinæ ſtudium concitetur. Væ ergo ei qui multiplicat ſibi auaritiam peſſimam: vt congreget domui ſuæ conuenticula peruerſa, & ponat in alto nidum ſuum, vt eruatur de manu malorum. Pollicentur enim & diabolus, & antichriſtus, & hæretici, eos qui ſuum dogma ſuſcipiant, fore in cæleſtibus poſſeſſuros regna cœlorum, & gehennæ incendia non ſenſuros.

b caphis.

SEPT.

*ritiam malam domui ſuæ, vt ponat in excelſo nidum ſuum, & eruatur de manu malorum. Cogitaſti confuſionem domui tuæ, conſumpſiſti populos multos, & peccauit anima tua. Propter quod lapis de pariete clamabit, & ſcarabeus de ligno loquetur*

D Et cum hæc repromiſerint, conſilium ipſorũ ad perfectum venire non poterit: ſed erit conſilium confuſionis, & ignominiæ domus eorum: & poſtquam quæ fuerant repromiſſa, falſa ipſe rerum finis oſtenderit, tunc probabitur confuſionis eſſe cõſilium, non ſalutis. Iſte, vt diximus, peruerſitatis doctor cõſumpſit populos multos, & quanto plures habu[er]it in comitatu ſuo, tanto magis deliquit contra animam ſuam. Deniq; eccleſiæ eius lapides & κάνθαρος, id eſt ſcarabeus de ligno, clamabunt contra auaritiam ſuperbi: eo quod omnes gentes ſua perſuaſione deceperit. Lapides, ſtolida corda credentium doctrinis hęreticorum poſſumus intelligere, & ſcarabeum de ligno, magiſtros quoſque peruerſos, qui turpis lucri gratia aſſumentes prædicationem crucis, loquuntur ex vtero. Deus enim eorum venter eſt, & omnia ciborum cauſa faciunt, qui rediguntur in ſtercus, quia ſcarabeus vel cantharus vermis eſt ſtercoris, & ad hoc tantum aſſumunt crucem, vt auaritiam & ſuperbiam magiſtri ſui diaboli doceant ore viperino. Si quãdo videris hæreticorum quempiam quaſi recondita & occulta myſteria contra eccleſiam loqui, & domum diaboli domui præferre Chriſti, dicito: *Lapis de pariete clamat, & cantharus de ligno loquitur:* Legi in cuiuſdam volumine, propterea cantharum ſuper hęreticis intelligi, quia dogmata habeant ſtercori cõparanda. Vnde & Apoſtolus, doctrinæ veteris errorem dicit ſe reputaſſe in ſcybala, id eſt, in ſtercora: Non quod lex vetus, vt Manichæi arbitrantur, ad comparationem euangelii ſcybala computetur (quod impium eſt dicere, cum vnius Dei vtrumq; ſit teſtamentũ.) Sed quod doctrinę phariſęorum, & præcepta hominum, & δευτερώσεις Iudæorum ſtercora dicantur ab Apoſtolo. Scio quendam de fratribus, lapidem qui de pariete clamauerit, intellexiſſe Dominũ Saluatorem & ſcarabeum de ligno loquentem, latronem qui dominum blaſphemauerit: quod licet piè poſſit intelligi, tamen quo modo cum vniuerſo prophetiæ contextu poſſit aptari, non inuenio. Sunt nonnulli qui putent cantharum de ligno loquentem, & ad Saluatoris perſonam referri poſſe: quod impium eſſe ex ordine ipſo ſermonis apparet. Cantharus enim de ligno loquetur ea: non intelligitur in bonam, ſed in malam partem, id eſt, loquetur auaritiam peſſimã multiplicantis aduerſus domum ſuam, & confuſionem diaboli & cætera

Philip. 3. b σκύβαλα.



E & cætera quæ de iniquitate eius & ſcelere præceſſerunt. Quod autem ait Aquila, & maſſa de ligno reſpõdebit. Maſſam referimus ad illum ſenſum, quẽ dominus poſuit in euangelio:

Matth. 16. a *Cauete vobis à fermento phariſæorum.* Cumq; dubitarent Apoſtoli, & quidnam eſſet ſcire non poſſent Euangeliſta interpretatus eſt dicens: Dixerat autem eis de doctrina phariſæorum. Rectè igitur doctrina hęreticorum de ligno loquitur: aliter enim perſuadere nõ poſſunt, niſi gloriam ligni ſuæ peruerſitati præferant. Necnõ & illud quod dixeramus: Quia lapis de pariete clamabit ſicut vermis de ligno loquens, vel lapis de pariete vociferabitur & σκώληξ de ligno loquetur ea: Quidam è noſtris vermem in ligno loquentem illum eſſe

Pſalm 21. b aiunt, qui dicit in pſalmo: *Ego autem ſum vermis & non homo:* & auem vocalem ad eiuſdem

Ibid. 101. b perſonam referunt, qui ait: *Factus ſum quaſi paſſer ſolitarius in tecto,* & cætera his ſimilia.

HEB.

iuncturas ędificiorum eſt, reſpondebit. a Væ qui ędificat ciuitatem in ſanguinibus, & præparat vrbem in iniquitate: nũquid non hæc ſunt à domino exercituum? Laborabunt enim populi in multo igne, & gentes in vacuum & deficiẽt: quia replebitur terra vt cognoſcant gloriam domini, quaſi aquæ operientes mare. b Væ qui potum dat amico ſuo, mittens fel ſuum & inebrians, vt aſpiciat nuditatem eis. Repletus es ignominia pro gloria: bibe tu quoq; & conſopire: circundabit te calix dexteræ domini, & vomitus ignominiæ ſuper gloriã tuam. Quia iniquitas Libani operiet te, & vaſtitas

a ¶ *Væ qui ædificat ciuitatem in ſanguinibus, & præparat vrbem in iniquitate: numquid non hæc ſunt à domino exercituum? Laborabunt enim populi in multo igne, &c.*] Nulli dubium eſt quin iuxta litteram adhuc contra Nabuchodonoſor loquatur ſermo propheticus, & plangat eum quod ædificet Babylonem in

F ſanguinibus, & plurimorum ruinis ac mortibus illius mœnia conſtruat. Qui quia hoc fecerit vrbi quã in ſanguinibus conſtruxerat, poſtea quæ à domino inferantur auſcultat. Sequitur enim: *Numquid non hæc à domino ſunt exercituum?* id eſt quæ dicuntur: *Laborabunt populi in multo igne, & gentes in vacuum,* id eſt, incenſa Babylone, fruſtra populi laborabunt, & nitentur in nihilum, & deficient populi gentis Chaldaicæ. *Quia replebitur terra vt cognoſcat gloriam domini,* id eſt, cum Babylon fuerit euerſa, manifeſta fiet omnibus potentia virtutis Dei, quaſi aquæ operientes mare: ſic gloria domini in terra vniuerſa complebitur, ſicut aquæ alueum & fundum contegunt maris. Hæc diximus iuxta litteram. Cæterum perſpicuum eſt quod & diabolus, & Antichriſtus, & hæreticorũ peruerſa doctrina ædificẽt ciuitatem in ſanguinibus, id eſt, Eccleſiam ſuam in eorum quos deceperunt interitu, & præparent vrbem iniquitatibus: loquentes contra Deum iniquitatem, & ponẽtes in excelſo os ſuum. Quod cum fecerint manifeſtè oſtẽditur, quia ex ſemetipſis ædificent ciuitatem in ſanguinibus, & præparent eã in iniquitatibus. Sequitur enim: Non ſunt hæc à domino omnipotente, id eſt, talis ædificatio nõ eſt à domino ſabaoth: quem nunc Lxx. interpretati ſunt omnipotentem. Deficient enim multi populi, & quamuis infinitæ gentes in eorum ducantur errorem, tamen vel laſſabuntur, quod magis ſignificat ὀλιγοψυχήσουσι: vel certè coartabuntur in anguſtum, & Eccleſiæ multitudini non poterunt comparari. Illis quippe in igne deficientibus (quod ſentitur: aut diaboli principis ſui igne conſumptis: aut cer-

Luc. 21. f tè ſuccenſis igne domini, de quo ait: *Ignem veni mittere ſuper terram, & quã volo vt ardeat?* & de priori curſu retractis & agentibus pœnitentiam, & cœptum iter deſerentibus quod ſonat, ὀλιγοψυχία) *replebitur vniuerſa terra gloria domi-*

Pſalm. 18. a *ni:* quando ad prædicationem Apoſtolorum in vniuerſum orbem exierit ſonus eorum. *Sicut aquæ operientes mare:* id eſt, vt omnem ſalſuginem & amaritudinem ſæculi, quam terra biberat, pluente deſuper diabolo, aquæ domini operiant, & efficiant maris locum & amaritudinis priſtinæ

Pſalm. 31 non apparere. Vnde & in pſalmo dicitur: *Beati quorum re-*

G *miſſæ ſunt iniquitates, & quorũ tecta ſunt peccata.* Poteſt autem (quamquam non cõueniat ordini lectionis, nec ad præſentem ſcripturæ textum faciat) & ſuper Hieruſalem intelligi ciuitatem plenam ſanguine prophetarum, de qua ſcriptura cõmemorat, quod redundauerit in ea ſanctorum ſanguis à porta vſq; ad portam. Et quæ dicit in domini paſſione: *Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros.* Et ad quam Deus loquitur in Eſaia: *Cum leuaueritis manus ad me, non audiam vos. Manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt.* Hæc ædificata eſt in iniquitatibus, in qua, iuxta eundẽ prophetam, iuſtitia dormiuit. Nec eſt ædificatio eius à domino ſabaoth. Vnde & defecerunt populi multi in igne, & gentes multæ laſſatæ ſunt, eo tempore quo Veſpaſiani & Titi circundata eſt exercitibus, & ad diem ſolemnem Paſchæ venientes, vrbe quaſi carcere ſunt recluſi, & fame & penuria defecerunt, & vſque ad extremas ruinas Hadriani eos perduxit obſidio. Subuerſa autem ciuitate ſanguinum, & vrbe iniquitatum, & populis igne conſumptis, & gentibus quæ ad auxilium eorum venerant, huc illucque diſperſis, & dimittentibus laſſas manus repleta eſt vniuerſa terra gloria Chriſti, & quaſi aquis, ita ſermonibus & doctrina eius vniuerſus mundus coopertus eſt.

Matt. 23. g

Ibid. 27. e

Eſaia 1. d

SEPT.

*tur ea. Væ qui ædificat ciuitatem in ſanguinibus, & præparat vrbem in iniquitatibus: nonne hæc ſunt à Domino omnipotente? Et defecerunt populi multi in igne, & gentes multæ coanguſtatæ ſunt: quia replebitur terra vt cognoſcat gloriam Domini, quaſi aquam ad operiendum maria. Væ qui propinat proximo ſuo ſubuerſione turbida, & inebrians vt aſpiciat in ſpeluncis eorum: ſaturitatem ignominiæ pro gloria bibe tu, & commouere: circumdabit te calix dexteræ Domini, & congregata eſt ignominia ſuper gloriam tuam: Quia impietas Libani operiet te, & miſe-*

H b ¶ *Væ qui potum dat amico ſuo, mittens fel ſuum & inebrians vt ſpiciat nuditatem eius, &c.*] Pro ſubuerſione turbida Symmachus interpretatus eſt, καὶ ἀφιεὶς ἀκρίτως τὸν θυμὸν ἑαυτοῦ, id eſt, & emittens abſque iudicio furorem ſuum: Theodotio, ἀπὸ χύσεώς σου, quod interpretatur, diffuſione tua. Quinta editio, ἐξ ἀπροσδοκήτου ἀνατροπῆς τῆς ὀργῆς σου, quod ſignificat de ſubuerſione inſperata iræ tuæ. Aquila, ἐξ ἐκπέμψεως χόλου σου, quod poſſumus vertere, de emiſſione furoris tui. In alia editione reperi, οὐαὶ τῷ ποτίζοντι τὸν ἑταῖρον αὐτοῦ ἄελλαν πετομένην, quod ipſum in lingua noſtra ſonat: Væ qui potum dat amico ſuo turbinem volantem. Sed & alibi tranſlatum legi. Væ qui potum dat proximo ſuo, ἔκστασιν ἐχλυμένην, eſt amentiam turbidã. Hoc propheta, vt verbum Hebraicum משפח quod tranſtulerũt Lxx. ἀνατροπήν, id eſt ſubuerſionem, ſciri poſſit quãta apud omnes editiones varietate diſcordet. Igitur adhuc cõtra Nabuchodonoſor inuectio eſt: quod oblitus cõditionis ſuæ, & quaſi ignorans ſe eſſe hominem, alteri homini fel & amaritudinẽ propinarit. Poſſumus autem eum vel regẽ intelligere Iudææ, vel generaliter omnes homines, quod inebriauerit eos malis, vt videret Sedechiæ, & captiuorum omnium nuditatem. Pro quo interpretatus eſt Symmachus & Quinta editio, vt videret ignominias eorum. Dicuntur autẽ hęc per metaphoram ębrii hominis, & nuditate turbati: quod Nabuchodonoſor omnes inebriauerit calice furoris ſui, cunctoſq; expoliatos viderit & captiuos, & illi qui quõdam glorioſi fuerant, in vltimam redacti ſunt ſeruitutem, hoc enim eſt quod ait: *Repletus eſt ignominia pro gloria,* vt ſubaudiatur amicus & proximus ſiue conſors regni, qui tuum, ô Nabuchodonoſor, calicẽ bibit. Vade quia inebriaſti plurimos: tu quoq; bibe de calice domini, & cõſopire, circundaberis ſuppliciis dexteræ domini, & cum ignominia vomitus tui omnia quæ abſorbueras egeres, & de ſublimi gloria, ad vltima deduceris mala. Quia iniquitas Libani operiet te: ſuperbia, inquit, tua & euerſio templi, & rapina ſanctuarii te depopulabitur atq; vaſtabit. Et quia ſemel nominauerat montem Libanum, ſub eiuſdem trãſlatione, victimas & ſacrificia vel certe multitudinem populorum

A quæ interfecta eſt in Hieruſalẽ,animalibus vel beſtiis comparat,dicẽs:Et vaſtitas animalium opprimet te.Hoc autem 2.Reg.25 b omne patieris,quia vaſtaſti Iudam, ſubuertiſti terrã repro- Hier. 39. b miſſionis,& ciuitatem Hieruſalem,omneſq; habitatores eius. Audiui Liddæ quendam de Hebræis, qui ſapiens apud illos, & δευτερώτης vocabatur, narrantẽ huiuſcemodi fabulã. Sedechias,inquit,à Nabuchodonoſor rege cæcatus in Reblatha, hoc eſt, Antiochiæ, variiſq; irriſus modis, ductus eſt Babylonem.Vbi cum quadam die Nabuchodonoſor conuiuij feſta celebraret,iuſſit ei darẽ potionẽ, qua hauſta venter potãtis ſolueretur in fluxum, ac ſubitò introductũ ante ora epulantium, cõpulſumq; vi ventris pollutum eſſe ſtercore, & hoc eſſe ꝙ nunc hic ſcriptura dicat:Væ qui potum dat amico ſuo:mittens fel ſuum & inebrians,vt aſpiciat nuditatem eius, & ignominiã pro gloria, quod ſcilicet ille qui rex potentiſſimus fuerat ad tale dedecus per eum ſit deductus. Vnde & cõminatur ei Deus, quod & ipſe bibiturus ſit huiuſcemodi potionẽ,& paſſurus omnia quæ paſſus eſt Sedechias. Hoc quam ridiculum ſit,me tacente cognoſcitis. Si enim ꝙ ſequitur: Bibe tu quoq; & conſopire,& circumdabit te calix dexteræ domini,& vomitus ignominiæ ſup gloriam tuam,non de calice intelligunt,ſed de malis quę bibiturus eſt Nabuchodonoſor: ergo & ille calix quo Sedechiæ ꝓpinatum eſt,mala ſunt intelligenda: non vt illi volunt καθαρτικόν. Sin autẽ dicunt verè factum,& temperatam huiuſmodi potionem,vt ſupra retuli: ergo & calix iſte,quem bibiturus eſt Nabuchodonoſor καθαρτικῷ extimandus eſt plenus,vt Deus ſabaoth & dominus omnipotens pro vindicta magna Nabochodonoſor ꝓpinet καθαρτικὸν, & faciat eum ſuo ſtercore pollui.Hoc aduerſus Iudaicam traditionẽ. Veniamus autem ad intelligentiã ſpiritualem.

B Væ tibi diabole ſiue Antichriſte,vel hæreticorum dogma peruerſum: ꝗ doctrinis tuis,& potione turbida inebrias populos deceptorũ & ſubuertis priorem fidem: dans eis potionem, non de Siloa,non de Iordane,non de fontibus Iſrael,ſed de torrente Cedrõ,& de flumine Ægypti,de quo Hieremias dicit: *Quid tibi & via Ægypti, vt bibas aquam Geon?* pro quo in Hebræo Hier. 2. d ſcriptum eſt ⁱ שיחור, id eſt,turbidam atq; cœnoſam. ⁱſihor. Quamuis enim de paradiſo ſcripturarũ flumina Ægypti exire credantur,tamen quia conculcantur pedibus Pharaonis, perdiderunt ſplendorem ſuum, & violata luto Ægyptio, verſa ſunt in torrentes, de quibus ſanctus ꝙ euaſerit gratulatur, Pſal. 123. a dicens. *Torrentem pertranſiuit anima noſtra.* Quod ſi quis op- 3. Reg 17. a poſuerit torrentem Corath,de quo bibit Elias,& torrentẽ Pſal. 109 a alium,de quo dñs bibit in via: Ita enim ſcriptum eſt: *De torrente in via bibet*: Hoc dicendum,quia quicumq; in Ægypto fuerit,& in via huius ſæculi,quamuis Moyſes & Aaron, ꝗ́uis Hieremias ſit & Elias: tamen neceſſe eſt eum de tentationibus Ægypti & ſolitudinis bibere. Vnde & domini ſermo,qui ob hoc carnem aſſumpſerat vt biberet de torrente, Matth.27 d conſiderans maieſtatem ſuam,dixit: *Pater ſi poſsibile eſt,tranſeat calix iſte à me.* Ruſum videns ſe eſſe in Ægypto,& aquas non poſſe mundari,niſi ipſe potaſſet,ait: *Veruntamen non ſicut ego volo,ſed ſicut tu vis.* Hæc propterea,quia diabolus ſubuerſione & poculo turbido,ac peruerſis quibuſq; doctrinis 1.Theſ. 5. b inebriet ꝓximos,id eſt rationale animal,& faciat eos quos deceperit reſpicere ad ſpeluncas ſuas, Eccleſiæ enim dogmata libera ſunt,die gratulantur & lumine. Qui autem inebriantur,nocte inebriantur,& qui eos inebriant non ducũt Matth 21. b in atria domini,quæ nulla tectorum premuntur vmbra, ſed in ſpeluncas. Fecerunt enim domum patris,quæ fuerat domus orationis, ſpelũcas latronum , pollicentes initiationes quaſdam & myſteria,& recondita, ſolumq; hæreticis nota ſecreta, de quibus loquitur & Eſaias: *Et manu facta omnia* Eſaie 2. d Sec. 70. *abſcondent*: inferentes in ſpeluncas & in ſciſſuras petrarum, & foramina terræ. Non ingrediamur ergo in ſpeluncas hæreticorum, nec abſcondamur ibi , vbi impius Saul ſtercora 1. Reg. 24. a doctrinarum ſuarum egerere conſueuit,ſed magis aſcenda- 3. Reg. 19. b mus ad ſpeluncam excelſam montis Sina: vbi & Elias vidit Exod. 33. d dominum, & Moyſes poſteriora eius ante conſpexit. Et

C Eſaias de dño clamitans: Hic habitauit, ait, in ſpelunca ex- Eſaie 33. d Sec. 70. celſa. Si quis autem non habet poculum turbidũ & doctrinam hæreticam,& magiſter eccleſiæ eſt,omnia facit turpis lucri gratia,& vendit columbas in tẽplo, hoc eſt,dona ſancti Spiritus,& in cathedra ſacerdotali liberas ſuffocat aures: iſte non facit quidem domum orationis ſpeluncam latronũ, Matt. 21. b ſed facit domũ patris domum Ioann. 2. c negotiationis. Poſt hæc ſequitur:Saturitatẽ ignominiæ pro gloria bibe tu, & commouere, id eſt, ô diabole, ô dogma peruerſum: ô hæretice, qui te putabas calicem eſſe aureum quo inebriantur omnes gentes,vt viderẽt ſpeluncas & ſecreta tua,pro gloriæ magnitudine,replere ſaturitate ignominiæ,& reputare in vas fictile opera manuum figuli:bibe & tu de calice domini,de quo in Pſalm. 74 b pſalmo dicitur: *Calix in manu domini, vini meri plenus mixto: & inclinauit ex hoc in illud, veruntamen fex eius non eſt exinanita.* Et à priori ſententia cõmouere,& noli putare firma eſſe & ſtabilia in quibus primum ſtare cupiębas,quia circumdedit te calix dexteræ domini. Porrò quia propinaſti proximo tuo ſubuerſione turbida, congregabitur ignominia ſuper te, & ſuper gloriam tuam, quam primum te habere credebas,iſtudq; patieris,quia impietas Libani operiet te,ſecundum illud quod dicitur: *Et oratio eius fiat in peccatũ.* Libanus Pſal. 108. a enim mons iuxta Græcum ſermonem λίβανος eſt thuri, thus autem σύμβολον eſt ſpiritualis thymiamatis , quod eſt cultus Dei. Idcirco hæreticorũ peruerſa oratio, & non euangelica ſimplicitate directa, eis vertetur in peccatum, & impietas cultus Dei operiet eos. Vnde ſequitur: *Et miſeria beſtiarum terrebit te propter ſanguinem hominum, & impietates terræ & ciuitatis & omnium habitantium in ea.* Et eſt ſenſus:

D Eos quos tuis fraudibus decepiſti, & de ouibus Chriſti feciſti eſſe beſtias tuas:cum videris in miſeria,& pro errore ſuſtinere ſupplicia: tunc terreberis, tunc iacebis. Ac ne arbitreris me,quia Libanum & eius beſtias nominaui,de brutis animalibus, & non de hominibus loqui: manifeſtius tibi dico:Suſtinebis hæc,quia multorum hominum fudiſti ſanguinem , quos Deo perire feciſti. Et exercuiſti impietatem in terra viuentiũ , in terra manſuetorum, & impietas tua in ciuitate quoq; domini deſæuit, id eſt, in eccleſia eius, multoſq; qui habitabant in ea , impietatis tuæ feciſti eſſe participes. Hoc ſub perſona hæreticorum dictũ ſit. Cæterum ſi volumus de Antichriſto intelligere,ſiue de diabolo,qui operatur⁹ eſt in Antichriſto. Et iſte calice ſuo quo Chriſti cupiet ſubuertere diſciplinam,inebriabit plurimos,vt ebrii ingrediantur ſpeluncas eius , ſed poſtquã finis aduenerit, pro ea gloria qua ſe magnificauerat,implebitur ignominia. Implebitur autem,quia bibet ſuppliciorum calicem , & commouebitur,nequaꝗ̃ firmus in malitia ſua , ſed trepidus & ſero pœnitens. Circũdabit enim eum calix dexteræ domini,qui eſt dominus atq; Saluator: quando interfecerit eum ſpiritu oris ſui , & deſtruxerit illuminatione aduentus ſui. Tunc 2.Theſ. 2. c omnis ignominia,quã ſibi cogitationibus, factis, ſermonibus congregauit , veniet ſuper gloriam eius , vt quantum ante putabatur inclytus, tantum poſtea ignominia plenus ſit. Blaſphemauit enim in Deum, & impietas quã exercuit in Libano,operiet eum, & multorum hominum furor,qui aduerſum Dei eccleſiam debacchati ſunt,ipſi imputabitur: nec poterit eleuare ceruicẽ, ſed terrore deprimetur in terram. Multos enim homines interfecit, & totum orbem, id eſt,Eccleſiam Chriſti & habitatores eius,ſua impietate vaſtauit. Sciendum igitur & hoc capitulum, quod nunc expoſuimus, id eſt: *Væ qui potum dat proximo ſuo ſubuerſione turbida*,& priora tria in quibus dictum eſt: *Væ qui multiplicat ſibi quæ non ſunt ſua.* Et: *Væ qui congregat auaritiam malam domui ſuæ.* Et: *Væ qui ædificat ciuitatem in ſanguinibus* , & iuxta hiſtoriam , & iuxta anagogen , vel aduerſum Nabuchodonoſor,vel aduerſus diabolum & Antichriſtum & hæreticos poſſe æqualiter accipi.

a ¶ *Quid prodeſt ſculptile , quia ſculpſit illud fictor ſuus conflatile & imaginem falſam? quia ſperauit in figmento fictor eius, vt faceret ſimulacra muta.* ] Conſequenter ſuperioribus de

HEB.

vaſtitas animaliũ deterrebit eos de ſanguinibus hominũ, & iniquitate terrę & ciuitatis, & omnium habitantium in ea. a Quid pro-

SEPT.

*miſeria beſtiarum terrebit te: propter ſanguinem hominum , & impietates terræ, & ciuitatis , & omnium habitantium in ea. Quid pro-*



HEB.

prodeſt ſculptile , quia ſculpſit illud fictor ſu⁹, conflatile & imaginem falſam: quia ſperauit in figmento fictor eius, vt faceret ſimulacra muta. a Væ qui dicit ligno, Expergiſcere: Surge, lapidi tacẽti: nũquid ipſe docere poterit: Ecce iſte coopertus eſt auro & argento , & omnis ſpiritus non eſt in viſceribus eius. Dominus autem in templo ſancto ſuo : ſileat à facie eius omnis terra.

SEPT.

*prodeſt ſcuptile , quia ſculpſerunt illud : formauerunt illud conflatile , imaginem falſam? quia confidit fictor in figmento ſuo , vt faciat idola muta. Væ qui dicit ligno , Euigila & exurge , & lapide Eleuare: & ipſum eſt imago, & eſt productio auri & argenti ; & omnis ſpiritus non eſt in eo. Dominus autem in templo ſancto ſuo : reuereatur à facie eius omnis terra.*

E bus de Nabuchodonoſor dicitur ꝙ fabricatus ſit ſtatuam idoli Bel, & poſuerit eam in campo Δεειρᾶ: ſiue vt in Hebræo ſcriptũ eſt ᵏ דורא, ſuper quo plenius in Daniele legim⁹. ᵏdoura. Dan. 3. a Miratur itaq; ſcriptura regis amentiam & ſtultitiam: quia ipſe iuſſerit ſtatuam aureã fieri , & victor confidat in ſimulacro ꝙ finxit: quod quidem poſſumus & generaliter cõtra omnes idolorũ accipere occultores. Nec putemus vnum eſſe quod ſculpitur & conflatur. Sculpturam quippe poſſum⁹ in lapidibus & in marmorib⁹ accipere. Cõflatura verò in his metallis intelligitur, quę ſolui poſſunt atq; conflari: Verbi gratia,auro,argento,ære,plũbo, ſtannoq;. Hoc dictum ſit vt iuxta tropologiam ſcire poſſimus quid ſit inter ſculptile atq; conflatile. Legimus Deuter.17. c in Deuteron. *Maledictus omnis qui fecerit ſculptile, & conflatile, opus manuum artificis, & poſuerit illud in abſcondito.* Sculptile atq; conflatile reor dogmata eſſe ꝑuerſa quæ ab his à quibus ficta ſunt adorãtur. Vide Arium ſculpſiſſe ſibi idolum creaturæ, & adoraſſe quod ſculpſit. Cerne Eunomiũ conflaſſe imaginem falſam , & conflationi ſuæ curuare ceruicẽ. Signanterq; ſcriptura:Et ponet,inquit,illud in abſcondito. Habent enim & ipſi Orgia ſua , & quaſi pro perfectis quibuſq; diſcipulis tradũt abſcondita ſacramenta,quæ ſi ad lucem ꝓceſſerint, ſtatim quod ficta ſunt, arguuntur. Nihil igitur eis proderit ſculptura & conflatio ſua. Sculptura quæ refertur ad lapides,in his dogmatibus intelligitur quæ ſtultitiã primo fronte demonſtrant:

F Cõflatio eſt ibi,vbi aliqua videtur eſſe ratio ſapiẽtiæ ſæcularis,& veluti quodam auro ita diſciplinis philoſophorũ & ſplendore eloquentiæ idolum conflatum eſt. Nihil ergo proderit figmentum fictori ſuo. Et mutum ſurdumq; ſimulacrum adoratorem ſuum audire non poterit. Si quando videris aliquem nolle credere veritati,& oſtenſa ſuorũ dogmatũ falſitate in cæpto ſtudio perſeuerare, congruè poteris dicere: Sperat in figmẽto ſuo,& facit ſimulachra muta vel ſurda: ˡ אלמים ˡ κωφὰ quippe apud Græcos vtrumq; ſignificat, quamquam Symmachus ἄλαλα interpretans, muta magis videatur intellexiſſe quam ſurda. Nec moueat quempiam illud ἰδίωμα ſcripturarum, de quo Luc. 12. a ſæpe diximus: *Quis putans fidelis & ſapiens diſpenſator?* Et in a- Pſal. 106. d lio loco: *Quis ſapiens & intelligit hæc?* eo quod quis,vel quid pro raro accipiatur, cum poſſimus & de alio loco pro im- Roman. 8 g poſſibili hoc ipſum accipere : *Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio an anguſtia?* & cætera. Et de præſenti capitulo: Quid prodeſt ſculptile, quia ſculpſit illud fictor ſuus? In vtroq; enim impoſſibilitas demonſtratur: quod nec Apoſtoli charitatem vlla tribulatio & anguſtia diuidere poſſit à Chriſto: nec in idolis ſit vlla vtilitas.

a ¶ *Væ qui dicit ligno, expergiſcere: ſurge, lapidi tacenti, &c.* ] Et hoc ſimiliter vel aduerſum Nabuchodonoſor, vel aduerſũ omnes qui venerantur idola , accipi poteſt. Et deſcribitur error humanus, quod argentum , aurum, gemmas, & ſericum,quibus vel obuoluta, vel operta ſunt idola, præfulgore materiæ Deos exiſtimãt : cum formam quidem potuerit artifex dare,animam autem qua vegetantur artus nequiue- Pſalm 10 a rit. Et econtrario : dominus dicitur in templo ſancto ſuo: 1.Corin. 3. c non in templo manufacto,ſed vel in cœlis,vel in vnoquoq; Ibidem 6. b ſanctorum, iuxta Apoſtolum dicentem : *Anneſcitis quoniam* Ioann. 14. b *templum Dei eſtis, & ſpiritus Dei habitat in vobis?* Et alibi

G *Corpora veſtra templum Dei ſunt.* Vel in filio, ſicut ipſe ait : Pater in me manens, ipſe facit opera. Aut certè iuxta illud: ꝙ cœlos,& terras,& maria, & vniuerſum mundum, Spiritus intus alit, totamq; infuſa per artus, Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet: mundus omnis qui cælo conſtat & terra, & cœlorũ circulis clauditur, Dei dom⁹ eſſe perhibetur. Vnde & Apoſtolus confidenter: *In ipſo enim*, ait, *viuimus, & mouemur, & ſumus.* Actor. 17. f Quod ſi quis oppoſuerit : quo modo ſpiritus in idolis non eſſe dicatur, cum omnibus ſimulacris aſſideant im̃undi ſpiritus: diſcant ſcripturæ ſanctæ conſuetudinem, nũquam ſpiritũ peruerſum abſoluere, ſed cum additamento aliquo ſpiritũ nuncupari, ſicut ibi: *Spiritu fornicationis ſeducti ſunt.* Oſee 4. c Luc. 11. e Et in euangelio: *Cum autem ſpiritus immundus exiuit de homine*, & cætera his ſimilia. Spiritus autem vbicumq; ſolus & abſolute ſine aliquo additamẽto legitur, ſemper refertur ad bonam partem, id eſt , ad ſpiritum ſanctum , vt eſt illud Apoſtoli : *Qui ſeminat* Galat 6. b Ibidem 5. d *in ſpiritu, de ſpiritu metet vitam æternam.* Et alibi: *Fructus autem ſpiritus eſt charitas, gaudium, pax.* Et in alio loco: *Spiritu ambulate, & deſideria carnis non perficietis.* Neq; hoc dicimus, quod non & Spiritus ſanctus cum additamẽto ponatur: Vocatur enim & Spiritus ſãctus & ſpiritus principalis,& ſpiritus rectus,& ſpiritus Dei,& cætera his ſimilia: ſed quod ſpiritus ſanctus & cum additamento , & ſolus ſæpe ponatur : ſpiri-

H tus autem peruerſus nuſquam niſi cum additamẽto lectus ſit. Sed & illud dici poteſt, ſi quis contentioſe ſpiritum peruerſum in hoc loco voluerit accipere, quod aliud ſit. בקרבו *Omnis ſpiritus non eſt in eo*: Aliud ſi dixiſſet: omnis ſpiritus non eſt circa eum. Poteſt enim aſſidere ſimulacris, cæterum intrinſecus eſſe non poteſt. Vnde & Aquila ſignificantius vertit Hebraicum dicens: *Et ſpiritus eius non eſt in viſceribus*, ſiue *in medio eius*. Præterea ſciendum in quibuſdam Hebraicis voluminibus non eſſe additum, omnis: ſed abſolute ſpiritum legi. Quod ſi quis ratione ſuperatus in bonam partem acceperit ſpiritum, & quæſierit, cur cum de ſpiritu ſancto dictum ſit, cum additamento legatur: *Et omnis ſpiritus non eſt in eo?* Sciat omnem ſpiritum diuerſas gratias intelligi ſpiritus ſancti, vt ſit ſenſus: Nihil in ſe gratię, nihil poterit habere virtutis. Quod quidem & iuxta tropologiam magis intelligitur : quod in vniuerſis idolis hæreticorũ & figmentis diaboli, nulla ſit gratia Spiritus ſancti, ſed imaginẽ diuinitatis & pulchritudinem dogmatum pręferre videantur, cum in illis niſi ſpirans ſit & vitale. Dicamus & illud , ne lectorem videamur celaſſe quod nouimus : ſpiritum & ventum apud Hebræos eodem appellari vocabulo , id eſt, ˡ רוח , & pro ſenſu loci , vel ſpiritum accipi ſolere , vel ven- ˡrouach. tum : Ergo & in hoc loco , ſpiritum vel pro vento accipere poſſumus, quod nihil ſpiret in idolis : vel pro anima, quod ſimulacra inanimata ſint. Quod autem ſpiritus accipiatur pro anima , manifeſte ſignificat Saluatoris oratio: *Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum.* Luc. 23 f Neque enim Ieſus aut peruerſum ſpiritum ( quod cogitare quoque nefas eſt ) aut Spiritum ſanctum, qui & ipſe Deus eſt, patri poterat commendare,& non potius animam ſuã, de qua dixerat : *Triſtis* Matt. 26 d Ioan. 10. d *eſt anima mea vſque ad mortem:* &, *nemo poteſt eripere animã meam à me:* ſed voluntate mea depono animã meam, & ſponte mea rurſum aſſumo eam.

*Commentarij primi in Habacuc Prophetam finis.*

A

# DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN LIBRVM SECVNDVM HABACVC AD CHROMATIVM EPISCOPVM AQVILEIENSEM.

C

## PROLOGVS.

*ALTERVM, mi Chromati Papa venerabilis, in Habacuc librum ſcribimus proprium cantico eius opuſculum dedicantes: ſermonemque Epicum & pſalterij, id eſt, lyrico more compoſitum totis viribus aggredientes. Sibilet igitur excetra, & Sardanapalus inſultet, turpior vitiis quam nomine: nos cœptum carpamus iter, & orationibus tuis, qui carnem virtute ſuperaſti, manifeſtiſsimam de Chriſto prophetiam in octauo propheta, id eſt, reſurrectionis dominicæ numero diſſeramus.*

HEB. Oratio Habacuc prophetæ pro ignorationibus.
SEPT. Oratio Habacuc prophetæ cum cantico.

AQVILA & Symmachus & quinta editio, ſicut nos, pro ignorationibus tranſtulerunt: ſolus Theodotio ὑπὲρ ἀκουσιασμῶν, id eſt, pro voluntariis & pro his qui ſponte delinquunt. Hoc propterea vt intelligamus exceptis Lxx. nullum, orationem cum cantico tranſtuliſſe. Nam & in Hebraico habet a על שגינות, quod dicitur, ἀγνοημάτων, & nos tranſtulimus, pro ignorationibus. Eſt autem ſenſus: qui ſupra temerè dixerat: Vſquequo domine clamabo, & non exaudies? vociferabor ad te vim patiẽs, & non ſaluabis? Ac deinde in ſecunda querimonia: *Quare non reſpicis ſuper iniqua agentes, & taces deuorante impio iuſtiorem ſe?* Ad quod audierat: *Scribe viſum, & explana eum ſuper tabulas.* Et poſt cætera: *Ecce qui incredulus eſt, non erit recta anima eius in ſemetipſo: Iuſtus autem fide ſua viuet.* Et didicerat vel Nabuchodonoſor, vel diabolum, vel Antichriſtum poſitum in iudicio peccatorum, & fortem ad corripiendas gentes: nũc agit pœnitentiam, & plangit quod temerè ſit loquutus: petitque veniam, vt miſericordiam conſequatur, quia ignorans fecit: Vnde & Dauid: *Delicta*, inquit, *iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris.* Sunt qui putent orationem eſſe prophetæ, vt in aduentu Chriſti error auferatur hominum: vnde & prophetæ nomen ſit titulo prænotatũ, quod prophetico ſpiritu oret tolli caliginem, & reddi lucem: auferri imaginem, & tribui veritatem. Quod autem prophetia ſit, & totus cantici textus oſtendit, & maximè illud: In medio duorum animalium cognoſceris. Et: Cum appropinquauerint anni, notus eris. Et de iudicio: Cum turbata fuerit anima mea in ira, miſericordiæ recordaberis. Et rurſum de aduentu Chriſti: Deus ad Theman veniet, & ſanctus de monte vmbroſo & condẽſo. Necnon in futurũ: Pauebunt tabernacula terræ Madian, & aſcendes ſuper equos tuos & extendẽs extendes arcum tuum ſuper regna. Si autem aliquis quæſierit, quare ſolus Theodotio pro ſpontaneis tranſtulerit, poſſumus dicere: Vel confeſſionem prophetę, quod nõ aliqua neceſſitate, ſed ſponte peccauit, male ſentiens de iudicio Dei. Vel certè futuram gentiũ fidem demõſtrari, quod priorem errorem voluntariè relinquentes, in eum crediture ſint, qui in Cantico repromittitur. Legimus in pſalmo decimoſexto: Oratio Dauid, & in alio ſimiliter: Oratio Dauid. Et in octogeſimo nono: Oratio Moyſi hominis Dei. Et in centeſimoprimo: Oratio pauperis cum anxiatus fuerit, & coram domino effuderit precem ſuam, & ſicubi alibi nomen orationis infertur: attamẽ nullo loco cum Cantico legitur. Et neſcio, an decens ſit orare cum Cantico: niſi forte iuxta Lxx. orare dicimus prophetam pro aduentu Chriſti, & ipſum cum delectatione, & in pſalmis & Cantico prophetare: vt & in eo quod oratio eſt, deprecetur patrem, & in eo quod canticum patris qui miſerit filium, & filii qui venerit, laus dicatur. Hæc de titulo cantici. Videamus nunc quæ dicantur in Cantico.

a al ſigionoth. Sup. 1.c Ibid. d Sup. 2.a B Pſalm. 24.b D

## CAPVT III.

*Domine audiui auditionem tuam, & timui: Domine opus tuum in medio annorum viuifica illud.*] Pro eo quod nos & Aquila & Theodotio tranſtulimus, viuifica illud: Symmachus interpretatus eſt, reuiuifica illud: Quod autem Lxx. dixerunt, conſideraui, & obſtupui: nec in Hebræo habetur, nec apud quempiam aliorum interpretum, vt ſublatis his quæ in Hebraico non habẽtur, poſſit legi iuxta Lxx. Domine opera tua: in medio duorum animaliũ cognoſceris, quod quia ἀδιανόητον videbatur, ſuperiora coniuncta ſunt. Legitur autem in Hebræo a יהוה, id eſt, Domine: b פעלך opus tuum, c בקרב in medio, d שנים annorum e חייהו viuifica illud. Hoc propterea, vt quæ ſuperflua ſunt in Lxx. manifeſtè addita cognoſcamus. Hebræi iuxta hiſtoriam hunc locũ ita explanant: Domine audiui auditionem tuam, & timui. Audiui, inquit, pœnas quas Nabuchodonoſor & diabolo pręparaſti, in quibus dixiſti ei: *Væ qui multiplicat non ſua.* Et ſecundo: *Væ qui congregat auaritiam malam domui ſuæ.* Et tertio: *Væ qui ædificat ciuitatem in ſanguinibus, & præparat vrbem in iniquitate.* Et quarto: *Væ qui potum dat amico ſuo, mittens fel ſuum & inebrians.* Et quinto: *Væ qui dicit ligno, expergiſcere; ſurge, lapidi tacenti.* Et ſicut timore perterritus ſum, quod draco magnus tantis vulneribus confodiendus ſit, ſic deprecor domine, vt quod promiſiſti expleas, & finito tempore reddas Chriſtum tuum. Tu enim dixiſti: quia *adhuc viſus procul, & apparebit in fine, & non mentietur.* Viuifica ergo quod pollicitus es: hoc eſt, tuum imple promiſſum, non moriatur irritus ſermo tuus, ſed opere cõpleatur. Quod quidem iuxta nos, & de reſurrectione Saluatoris intelligi poteſt: vt ille qui pro nobis mortuus eſt, conſurgat à mortuis, & viuificetur. Iuxta Lxx. autem multo aliter eſt ſenſus & debemus etiã vulgatæ editionis explanationẽ ponere. Domine audiui in ſcripturis ſermonem tuum dante te mihi auriculam, iuxta illud quod loquitur Eſaias: *Addidit mihi auriculam* ad audiẽdum: ita audiui, vt tu vis audire ſermonem tuum: Et opera tua diligẽtius contẽplatus, (ne mihi diceretur: opera autem domini non reſpiciunt, & opera manuum eius non cõſiderant, ex creaturis intellexi creatorem, & per ſingulas quæ feciſti, & quæ quotidię operaris in vniuerſo mũdo, totus obſtupui, & ſenſu humanitatis amiſſo, in ſanctam amentiam ſum conuerſus. Vel certe admiratione turbatus, in laudes tuas trepidus erumpo, dicens: in medio duorum animalium cognoſceris: quod multi putant de filio intelligi & de Spiritu ſancto, eo quod

a adonai b polocha c beherebh d ſanim e chaiichu Sup. 2 Ibid. Ibid. Ibid. a Eſaie 50 Eſaie 5.

CAP. III. HEB.

Domine audiui auditionẽ tuã, & timui: domine

CAP. III. SEPT.

*Domine audiui auditum tuũ, & timui: domine con-*



E

quod pater per filium intelligatur & ſpiritum. Quæ quidem & duo Seraphim in Eſaia, & duo Cherubim, ſcribi interpretantur in Exodo: quę contra ſe reſpiciunt, & in medio habent oraculum, & in Eſaia velantia caput & pedes Domini in pręſenti tantum ſæculo volent, & alter ad alterum myſterium inclament trinitatis, & mittatur vnus de Seraphim (quod interpretatur ardens) & veniat in terram, & mundet prophetæ labia, & dicat: *Ignem veni mittere ſuper terram, & quã volo vt ardeat?* Hoc æſtimant alij, & ad hanc interpretationẽ multis ſcripturarũ vtuntur teſtimoniis. Porrò ſimplex interpretatio, & opinio vulgi de Saluatore intelligit: quod inter duos latrones crucifixus agnitus ſit. Qui autem melius, hoc dicunt, quod in prima Eccleſia, quæ de circuncisione fuit, & de pręputio cõgregata, duobus populus ſe hinc inde cingentibus intellectus ſit Saluator & creditus. Sunt qui duo animalia, duo intelligant teſtamenta, nouum & vetus, quæ vere animantia ſint, atque vtilia, quæ ſpirent, & in quorum medio Dominus cognoſcatur.

Eſai. 6. a Exod. 25. b Eſaia 6. a Luc. 12. f

HEB.

ne opus tuum in medio annorum viuifica illud. a In medio annorum notum facies. c Cum iratus fueris miſericordiæ recordaberis. d Deus ab auſtro veniet, & ſanctus de monte Pharan. Semper. e Operuit cœlos gloria eius, & laudis eius plena eſt terra. Splendor eius

SEPT.

*conſideraui opera tua & obſtupui in medio duorum animalium cognoſceris. Cum appropinquauerint anni cognoſceris. b Cum aduenerit tempus demonſtraberis, cum turbata fuerit anima mea in ira, miſericordiæ recordaberis. Deus à Theman venerit, & ſanctus de monte vmbroſo & condenſo. Dia-*

Symmachus interpretatus eſt εἰς τὸν αἰῶνα, id eſt in æternum. Theodotio εἰς τέλος, id eſt in finẽ. Quinta editio ipſũ Hebraicum סלה Deus ergo ab auſtro veniet, id eſt à meridie, à clara luce; & ab his qui appellantur filij dierum. Vnde & in Cantico Canticorum, Aquilonem ſponſus abigit, & auſtrum vocat dicens: *Exurge Aquila, & veni Auſter*: perfla hortum meum & fluant aromata mea. Deus ſemper in meridie eſt. *Vbi*, inquit, *paſcis, vbi cubas in meridie?* Et ad Abrahã, quando erat ſub quercu, non venit Deus niſi in meridie. Et Ioſeph, qui in typo pręceſſit Saluatoris, conuiuium fratribus facit meridie. Agnitio ergo Dei patris his qui digni ſunt, venit in pleno lumine. Et agnitio ſancti, id eſt, filij Dei, venit de monte vmbroſo & condẽſo. Mons vmbroſus atque cõdenſus, vel ipſe pater intelligitur, plenus virtutibus omniq; ſapientia, & maieſtate ſua cuncta protegens, & extendens alas, & confouens pullos ſuos. Vel certè paradiſus & cœleſtia plena Angelis, plena virtutibus, plena arboribus vberrimis. Atque vtinã & mihi contingat vt ad vocẽ meã, & ad expoſitionẽ, Deus veniat in claro lumine, & filius eius, de quo ſcriptum eſt: *Sancti eſtote quoniam ego ſanctus ſum*, de ſublimitate eloquij vmbroſi & condenſi, & ſcripturarum teſtimoniis hincinde contexti, & patrę ſimul filioque veniente, fiat eorũ auditor habitaculum, & compleatur ſcriptura, dicens: *Ego & pater meus veniemus ad eum, & manſionem apud eum faciemus.* Sed quia pro monte vmbroſo, & condenſo in Hebręo ſcriptũ eſt, mons f פארן & Pharan interpretatur os videntis: pulchrè iuxta interpretationem noſtram, de eruditi ſermone viri venit notitia filij, & nõ qualicumque ſermone, ſed de eo qui plenus eſt lumine, plenus oculis: vt manifeſtus & purus ad aures audientium deferatur. Quod autem ait, de monte, ſublimia dogmata intellige. Audiui ego Hebræum iſtum locum ita diſſerere: Quod Bethlehem ſita ſit ad auſtrũ, in qua natus eſt Dominus atque Saluator, & ipſum eſſe de quo nũc dicatur: Dominus ab Auſtro veniet, hoc eſt, naſcetur in Bethlehem, & inde conſurget. Et quia ipſe qui natus eſt in Bethlehem, legem quondam dedit in monte Sinai: ipſe eſt ſanctus qui venit de monte Pharan: Pharan quippe vicinus eſt locus monti Sina. Et quod infertur, diapſalma, id eſt, ſemper, habere ſenſum: ipſe qui natus eſt in Bethlehem, & qui in Sina, id eſt, in monte Pharan, legem dedit, ſemper in vniuerſis beneficiis pręteritis & præſentibus, & futuris auctor eſt & largitor. De diapſalmate, quod Hebraicè dicitur g סלה in pſalterio plenius diſputatum eſt. Simulque cerne iuxta Lxx. quod diapſalma non ponatur niſi in pſalterio, & in pręſenti loco. Ex quo intelligimus rectè à Lxx. orationis Canticum prænotatum.

G Cant. 4. d Ibid. 1. b Gen. 18. a & 43. g Leuit. 19. a & 20. b Ioan. 14 c f Pharan H g ſela

a ¶ *In medio annorum notum facies.*] Cum venerit, inquit, tẽpus & opere promiſſa compleueris, monſtrabis vera eſſe quę pollicitus es: Siue cum appropinquauerit conſummatio, & in extrema hora ad deſtruenda peccata venerit filiuus tuus, manifeſtius cognoſceris. Sequitur.

b ¶ *Cum aduenerit tempus demonſtraberis: cum turbata fuerit anima, &c.* Quod exceptis Septuaginta, nec in Hebraico, nec apud quempiam aliorum habetur interpretum. Et eſt ſenſus: Cum venerit tempus, de quo dicitur: *Tempore acceptabili exaudiui te*: tempus aduentus Domini Ieſu Chriſti: tunc ô Deus pater, cognoſcetur nomen tuum, quod ante occultum fuit hominibus, de quo dicit Dominus in Euangelio: *Pater reuelaui nomen tuum hominibus.* Quod autem infertur: *Cum turbata fuerit anima mea*: Apud Septuaginta interpretum editionem, cum poſterioribus copulatur, vt poſſit legi: *Cum turbata fuerit anima mea in ira*, hucuſque diſtinctio, deinceps inferatur: *miſericordiæ recordaberis*; quod ſcilicet prophetæ ſufficiat pro pœna ſola conturbatio, & ad iram Dei anima illius conturbata, nequaquam inferatur ſupplicium, ſed iram excludat miſericordia. Habet ira Dei menſuras, quantum & quanto tempore, & ob quas cauſas, & quibus inferatur, iuxta illud quod ſcriptum eſt: *Cibabis nos pane lachrymarum, & potabis nos lachrymis in menſura.* Quod ſi propheta turbatur ad iram Dei, & quia turbatus eſt, impetrat miſericordiam: quid nos ſperare, imo timere debemus: quorum omnia opera Dei digna ſunt ira? Quod autem ſequitur iuxta Hebraicum.

Eſaia 49. c F Ioan. 17. a Pſalm. 79. a

c ¶ *Cum iratus fueris, miſericordiæ recordaberis.*] Non debemus putare obliuiſci Deum, & poſt iram ſuæ miſericordiæ recordari, ſed quod nos cum in pœna poſiti putemus obliuiſci, iuxta illud: *Vſquequo domine obliuiſceris me in finem?* Nã & ſi quando tentationibus, quaſi fluctibus operimur, & rapida dæmonum aduerſus nos procella deſæuit, velut ad dormientem loquimur: *Exurge, quid dormitas domine?* Simulque Dei cerne clementiam: non dixit, cum intuleris ſupplicia miſericordiæ recordaberis: ſed cum iratus fueris. Qui autem iraſcitur, interdum non percutit, ſed tantummodo comminatur, quod & Apoſtolus ſentiens ait: *Reuelatur enim ira Dei de cœlo ſuper omnem impietatem & iniquitatem hominum.* Vbi autem reuelatur, non infertur, non percutit, ſed reuelatur vt terreat, & territis non inferatur.

Pſalm. 12. a Rom. 1. b

d ¶ *Deus ab auſtro veniet, &c.*] Et Aquila & Symmachus, & quinta editio ipſum Hebraicum poſuerunt e תמן: ſolus Theodotio quid ſignificaret Theman interpretatus eſt dicens: *Deus ab auſtro veniet, & ſanctus de monte Pharan*, in finem. Ex quo intelligimus à ſolis Lxx. poſitum ἐξ ὄρους κατασκίου δασέος, id eſt, de monte vmbroſo & condenſo. Sed & hoc quod Lxx. tranſtulerunt διάψαλμα, & nos poſuimus, ſemper:

e teman

e ¶ *Operuit cœlos gloria eius, &c.*] Pro eo quod Lxx. interpretati ſunt, & poſuit dilectionem robuſtã fortitudinis ſuæ, & nos diximus, ibi abſcondita eſt fortitudo eius, Aquila trãſtulit: Et poſuit abſconſionem fortitudinis ſuę: Symmachus, & poſuit abſconditam fortitudinem ſuam, ſolus Theodotio noſtrę tranſlationi congruens ait: Et ibi abſconſio fortitudinis eius: Verbum.n. h. שם pro qualitate loci, & poſuit intelligitur, & ibi: magiſque in præſenti loco ibi legendum eſt quam poſuit, vt ſit ſenſus & ordo ſententiæ: Cornua in manibus eius, & ſubaudiatur, ibi, id eſt, in cornibus abſcõdita eſt fortitudo eius. Manifeſtum eſt autem iuxta Hebraicum, quod in aduentu Chriſti cuncta repleta ſint gloria, ſecundum illud quod in Euangelio dicitur: *Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Et alibi: Pacẽ fecit in cœlis & in terra per ſanguinẽ crucis, & ſedit in dextera magnitudinis: velociter enim currit ſermo eius. Et alibi: *Domine Dominus noſter, quam admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra.* Et rurſum in pſalmo decimo octauo: *In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.* Splendor quoque eius, quaſi ſol iuſtitiæ clara luce radiauit

h ſam Luc. 2. b Col. 1. c Pſal. 147 a Pſalm. 8. a

A radiauit, & cornua in manibus eius, vexilla & trophęa cru-
Philip. 2. a cis, & in ipſis cornibus abſcondita eſt fortitudo eius. *Cum*
enim *eſſet in forma Dei, non rapinam arbitratus eſt æqualem ſe*
*eſſe Deo: ſed exinaniuit ſe, formam ſerui a cipiens: factus obediens*
Matth. 26. d *patri vſque ad mortẽ, mortẽ autẽ crucis.* In cruce ergo pauliſper
Luc. 23. f abſcondita eſt fortitudo eius,
quando dicebat ad patrem:
*Triſtis eſt anima mea vſque ad*
*mortem.* Et, *Pater ſi poſſibile*
*eſt, tranſeat iſte calix à me.* Et in
ipſa cruce: *Pater in manus tuas*
*commendo ſpiritum meum.* Por-
rò iuxta Lxx. in eo quod di-
ctum eſt: Operuit cœlos vir-
tus eius, noſſe debemus min⁹
eſſe quod operit, ab eo quod
operit: ſi tamen totum ope-
riatur, & non ex parte opertũ
eſt. Cum ergo virtus Dei ope-
riat cœlos, maior eſt cœlis vir-
tus eius, qua operiuntur cæli.

H E B.

eius vt lux erit: cor-
nua in manibus eius.
Ibi abſcondita eſt for-
titudo eius. a Ante fa-
ciem eius ibit mors,
& egredietur diabo-
lus ante pedes eius.
b Stetit, & menſus
eſt terram: aſpexit &
diſſoluit gentes, &
contriti ſunt montes
ſæculi:

S E P T.

*Diapſalma. Operuit cæ-*
*los virtus eius, &*
*laudis eius plena eſt terra.*
*Et ſplendor eius quaſi*
*lux erit: cornua in ma-*
*nibus eius: & poſuit di-*
*lectionem robuſtam forti-*
*tudinis ſuæ. Ante faciem*
*eius erit verbum, & egre-*
*dietur in campum poſt pe-*
*des eius. Stetit & commo-*
*ta eſt*

1. Cor. 1. d Cœlos autem eos eſſe qui portent imaginem ſupercęleſtis,
qui enarrent gloriam Dei, crebro legimus. Virtutem quoq;
Dei Dominum Saluatorem, Apoſtolus probat: Chriſtus Dei
virtus & Dei ſapientia. Hæc virtus omnium ſpiritualium vir-
tutum quaſi mater eſt: Verbi gratia, appellatur virtus, ſapien-
tia, fortitudo, iuſtitia, temperantia, veritas, ſanctitas, redem-
ptio. Chriſtus autem factus eſt nobis à Deo ſapientia, iuſti-
tia, & ſanctificatio, & redemptio. Hæ igitur ſpeciales virtu-
tes, in quibus Chriſtus oſtenditur (ſecundũ profectum eo-
rum, qui eum vel ſapientiam recipiunt, vel fortitudinem, vel
iuſtitiam, & cętera huiuſcemodi) cõtinentur in generali vir-
tute Dei, hoc eſt in domino Saluatore, atque in hũc modum
& de terra intelligimus, ꝙ qui primũ propter imaginem ter-
reni terra vocabantur, & dicebatur ad eos: *Terra es, & in terrã*
Gen. 3. d *ibis*: in aduentu Saluatoris laude Domini repleantur. Cũ autẽ
& cœli virtute Dei operti fuerint (protecti videlicet & ex
B omni parte veſtiti) & vniuerſa terra repleta laude Dei: tunc
ſplendor eius vt lux erit. Imaginem autem Dei & ſplendo-
rem gloriæ eius, eſſe Deum Saluatorẽ, Apoſtolus non tacet:
Hebr. 1. a Qui poſtquam nobis apparuit ſplendor gloriæ Dei, reuerſus
Ioan. 1. eſt ad priſtinam maieſtatem. *Et ſi enim noueramus Chriſtũ ſe-*
*cundum carnem, ſed non nouimus eum iuxta carnem*, verũ iuxta
ſpiritum: Quia *quod factum eſt, in ipſo vita erat, lux hominum*:
Ioan. 17. a quod & manifeſtius in Euangelio Saluator oſtendens ait:
*Pater glorifica me gloria quam habui apud te prius quam mundus*
*fieret*: vt poſt aſcenſionem ad cœlos ſit ſplendor quod lux,
hoc eſt id accipiat filius eſſe quod pater eſt. Quod autem ſe-
1. Reg. 2. b quitur: *Cornua in manibus eius*: moris eſt ſcripturarum, vt ſẽ-
per cornua pro regnis ponant. Nam & illud quod & Anna
Dan. 7. 7. b loquitur in primo regnorum libro: *Exaltauit cornu Chriſti ſui*,
Prou. 21. a magnificentiam regni Saluatoris ſignificat. Et in Daniele, de-
cem cornua, decem regna demonſtrant. Sic autem nunc di-
citur: *Cornua in manibus eius*: quo modo & alibi ſcriptũm legi-
mus: *Cor regis in manu Dei*, pro eo quod eſt, mens & princi-
pale cordis viri ſancti (qui pergit ad regna cœlorum, qui ad-
huc poſitus eſt in terra regnat corpori abſque peccatis) non
vagatur extrinſecus, ſed in Dei tutela ſitus eſt. Quia verò &
in Hebræo, & in cæteris editionibus, non habet ſcriptum
i iado Cornua in manibus eius: ſed in manu eius, quod dicitur
i יד manum Dei fortem atque robuſtã intelligamus filium
Eſai. 5. a eius. Et in hac manu omnia regna cœlorum, eorumque qui
ad cœlos nituntur aſcendere, poſita eſſe dicamus: quod &
Eſaias ſonat, dicens: *Vinea facta eſt dilecto in cornu, in loco vberi*:
pro eo quod eſt in regno. Ob hanc puto cauſam nullũ cor-
Pſalm. 19. c nutum animal inter immunda poni in Leuitico, & idipſum
& 91. b ſignificare vnicornem in pſalmis, ſiue μονοκέρωτα, & illud: *In te*
Pſalm. 43. b *inimicos noſtros ventilabimus cornu.* Quod autem iuxta Lxx.
legimus, *& poſuit dilectionem fortem virtutis ſuæ*: etiam hoc
de Chriſto intelligendum eſt: Quod Deus pater idcirco
cooperuit in cœlos virtute ſua, & terram repleuerit laude
& ſplendorem ſuum fecerit eſſe vt lumen, & regnum po-
ſuerit in manu filij ſui, vt faceret dilectum ſuum ab ho-
minibus diligi, & diligi non leuiter, ſed vehementer &
fortiter: vt qui eum fortiter dilexiſſent, & hærerent in dile-
C ctione eius, nemo tolleret eos de manu illius. E contrariò
diabolus facit amare nos mundum, & pro dilectione vir-
tutis diligere vitia, & non leuiter, ſed fortiter, ita vt de nobis
poſſit dici: Et poſuit Diabolus dilectionem fortem vitio-
rum ſuorum.

a ¶ *Ante faciem eius ibit mors,*
*& egredietur diabolus ante pe-*
*des eius.*] Pro eo quod nos
tranſtulimus mortem, in He-
bræo tres litteræ poſitæ ſunt,
k דבר, abſque vlla vocali, quæ
ſi legantur l דבר verbũ ſignifi- k daleth beth res
cat: ſi m דבר peſtem, quę Græ- l dabar
cè dicitur λοιμός. Denique & m deber
Aquila interpretatus eſt: Ante
faciẽ eius ibit peſtis: Symma-
chus: Ante faciem eius præce-
det mors: Quinta editio: Ante
faciem eius ambulabit mors:
Soli Lxx. & Theodotio, ſer-
monẽ pro morte interpretati
ſunt. Nec non in conſequenti verſiculo, vbi diximus: Egre-
dietur diabolus ante pedes eius, & Septuag. aliter tranſtule-
runt (iuxta quos poſtea diſputabimus) Aquila pro diabolo
tranſtulit volatile: Symmachus autẽ & Theodotio, & Quin-
ta editio, volucrem: quod Hebraicè dicitur n רשף. Tradunt n reſeph
autẽ Hebræi, quo modo in Euangelio Princeps dæmonum Matt. 12. d
dicitur eſſe Beelzebub: ita reſeph dæmonis eſſe nomen, qui
principatum teneat inter alios. Et propter nimiam velocita-
tem atque in diuerſa diſcurſum, auis & volatile nuncupetur:
Ipſumque eſſe, qui in paradiſo ſub figura ſerpentis mulieri
ſic locutus eſt, & ex maledictione qua à Deo condemnatus
eſt accepiſſe nomen: Siquidem reſeph, reptans ventre inter-
pretatur. Hoc eſt ergo quod dicitur: ſtatim cum venerit
Dominus, & in Iordane fuerit baptizatus, & ad columbæ
deſcenſum vox patris intonuerit: *Hic eſt filius meus dilectus,* Matth. 3. d
*in quo mihi complacui*: exeunti de aquis occurret diabolus,
& ante pedes illius ſtabit mors, & coluber antiquus, qui qua- D
draginta diebus tentauit eum in ſolitudine. Si autem iuxta
Septuaginta legerimus (ante faciem eius ibit verbum, & e-
gredietur in campos poſt pedes eius) hoc ſignificat, quod
ſermo Dei ante viſitationem eius, quæ nunc allegoricè facies
dicitur, præcedat & præparet corda credentium: vt praua in
rectum, & inæqualia ſternat in planum, & auditoris a-
nima quaſi conſectus ager, ſementem poſſit recipere ſpiri-
tualem.

b ¶ *Stetit & menſus eſt terram: aſpexit & diſſoluit gentes, &*
*contriti ſunt montes ſæculi: incuruati ſunt colles mundi, ab itine-*
*ribus æternitatis eius.*] Stans Saluator & cuncta perſpiciens,
& oculo ſuo vniuerſitatem mundi metiens, gentium mul-
titudinem diſſipauit: quibus diſſipatis & diſſolutis, con-
triti ſunt montes huius ſæculi, & incuruati ſunt colles hu-
ius mundi. Sunt enim & alij montes & colles, quos alit &
tranſilit ſponſus in Cantico Canticorum: de quibus & in Cant. 2. b
ſecundo graduum pſalmo dicitur: *Leuaui oculos meos in mon-*
*tes, vnde veniet auxilium mihi.* Montes autem ſęculi ipſi ſunt Pſal. 120. a
qui & montes tenebroſi, de quibus Hieremias pręcepit, Hier. 31. b
ne impingantur pedes noſtri ſuper eos. Iſti ſunt colles in
quibus regnabat Saul, quando interficiebat ſacerdo- 1. Reg. 22. c
tes Dei: Gabaa quippe collis interpretatur. Et eleganter גבעה
*incuruati ſunt*, inquit, *colles mundi.* Ante aduentum quip-
pe Saluatoris erecta ceruice gradiebantur, & ſuperbiam
eorum humiliare nemo poterat. Contriti autem ſunt &
incuruati ab itineribus æternitatis eius, id eſt, Dei: quia
æternitas illius ad nos venire dignata eſt: ſiue quod ſem-
per à principio mundi vſque ad incarnationem ſuam venerit
ad ſanctos, & factus ſit in ſingulorum manu ſermo Dei, at-
que in vniuerſis vincentibus ipſe ſuperarit, & æternum e-
ius iter incuruauerit, colles monteſque contriuerit. Hæc
per metaphoram iuxta Hebraicum dicta ſint: Porrò ſecun-
dum Lxx. poſtquam faciem Dei ſermo præceſſerit, & e-
greſſus fuerit in plana, Deus pater venit illuc, vbi ei ad
ſermonem ſuum regio præparata eſt, & venit poſt pedes
ſermonis ſui, & ſtat: numquam ante præcedens, ſed ſemper
expectans, vt ille ſibi muniat viam, vbi autem ſteterit iuxta
pedes



E pedes ſermonis ſui, ibi ſtatim terra, opera videlicet carnis &
corporum, non valentia ſuſtinere Dei pręſentiam, commo-
uentur: Cumq; cõmota fuerint, virtus ſermonis & præſen-
tia Dei reſpicit cunctas animarum gentes, quas cogitatio-
nes multiplices, & diuerſas ſentẽtias poſſumus intelligere,

H E B.

ſæculi: incuruati ſunt
colles mundi, ab iti-
neribus æternitatis æ-
ius. a Pro iniquitate
vidi tentoria Æthio-
piæ, turbabuntur pel-
les terræ Madian.
b Numquid in flumi-
nibus iratus es domi-
ne? aut in flumini-
bus furor tuus: vel in
mari indignatio tua?
Qui aſcendes ſuper
equos

S E P T.

*ta eſt terra: Aſpexit, &*
*diſtabuerunt gentes: con-*
*triti ſunt montes violen-*
*tia, tabuerunt colles, ſæ-*
*culi itineris ſempiter-*
*ni eius. Pro laboribus*
*vidi tabernacula Æthio-*
*pum, pauebunt & ta-*
*bernacula terræ Madi-*
*an. Numquid in flumi-*
*nibus iratus es domi-*
*ne? aut in fluminibus*
*furor tuus, vel in mari*
*impe-*

quæ illico diſſoluuntur ac ta-
beſcunt: Si quid etiam aduer-
ſum ſciẽtiam Dei ſe exaltaue-
rat in terra, & ſenſum occupa-
uerat audientis: hoc pręcedẽ-
te ſermone, & aduentu Dei,
confringitur atq; conteritur.
Montibus autem confractis,
contritiſq; ad aſpectum Dei,
colles liquidò conſumentur,
& redigentur ad nihilũ. Non
n. ſunt montes Dei, ſed mon-
tes ſæculi. Sẽpiternum enim
iter Dei reſpiciẽs ad quæ ſuus
ſermo præcedit, & ea in colli-
bus ſæculi, conſumet & de-
ſtruet eos. Poſſunt autẽ mon-
tes & dæmones intelligi, qui
verſantur in hæreticis, & eleuant ſe contra ſcientiam Dei:
colles quoq; aliæ dæmonum fortitudines, quæ faciunt ho-
mines, corporũ pulchritudinem, dignitates, diuitias, nobi-
litatem generis, cæteraque mundi bona admirari. Licet vi-
dere poſt aduentum ſermonis Dei, & Dei patris præſen-
tiam, quo modo humanæ animæ commoueantur, & om-
ne quod terrenum eſt diſſoluatur, & cogitationes priſtinæ
redigantur ad nihilum. Tunc deſtruuntur dæmones, tunc
ſæculi altitudines ad nihilum deducuntur, & omnis hære-
ticorum ſcientia, quæ primum tumebat, ad Dei ſermonis
aduentum humiliatur, & conteritur atque conſumitur. Et
quod prius pulchrum & maximum videbatur, quaſi de-
ſpectum abiicitur & paruum. Et hoc fit propter aduentum
Dei, & hoſpitium Chriſti: iuxta quod alibi ſcriptum eſt:
Leuit. 26. b *Inhabitabo in eis, & inambulabo, & ero Deus eorum, & ipſi erunt*
F *mihi populus.*

a ¶ *Pro iniquitate vidi tentoria Æthiopiæ: turbabũtur pelles ter-*
*ræ Madian.* Æthiopes tetri & amantes tenebras, & ab omni
Pſalm 75. c luce alieni, qui draconis carne veſcuntur (de quo ſcriptum
eſt: *Dediſti eum eſcam populis Æthiopibus*) dæmones intelligun-
tur: quorum fit tabernaculum quicunq; in hoc ſæculo pro-
pter honores & diuitias laborarit: quod ſignificanter ſub
vno verbo iniquitatis oſtẽditur: omnis enim diues, aut ini-
quus, aut hæres iniqui eſt. Vide homines maria tranſire,
ante potentum excubare fores, pati omnia quæ ſeruorum
conditio vix patitur: vt diuitias congregent, vt aliquam ac-
cipiant dignitatem: Et poſtquam hoc fuerint conſecuti,
tradere ſe luxuriæ & voluptatibus, & omni iniquitati: vt
quod auaritia congregauit, luxuria conſumat. Iſti ergo pro
laboribus ſuis efficiuntur hoſpitium dæmonum, & qui tẽ-
plum Dei eſſe debebant, fiunt tabernaculum Æthiopum.
מדין Sed & hoc quod ſequitur: *Turbabuntur pelles terræ Madian*:
ſiue pauebunt & tabernacula terræ Madian: eoſdem intel-
lige tabernacula Æthiopum, & tabernacula terræ Madian.
Poſtquam enim ditati fuerint, & per fas ac nefas ad altiſſi-
mum gradum conſcẽderint, tunc conſcientia peccatorum
ſuorum, ſemper mortem, ſemper iudicium formidabunt &
ad leuem febriculam, quaſi latrones in carcere, ita de æter-
nis ſuppliciis ſuſpirabunt. Madian autem in lingua noſtra
ſonat, ex iudicio, id eſt, in condemnationem, & oſtenditur
quod metu iudicii æternarumque pœnarum ſemper in for-
midine ſint, & cruciatus, quos ſentiunt ſe mereri, pauore
quotidiano ſuſtineant.

b ¶ *Numquid in fluminibus iratus es domine? aut in fluminibus*
*furor tuus, vel in mari indignatio tua? Qui aſcendes ſuper equos*
*tuos, &c.*] Vbi Lxx. diapſalma, & Aquila, ſemper: cæteri vt
ſupra ſimiliter tranſtulerunt. Et quia ad tropologicam in-
terpretationem feſtinat oratio: breuiter ſecundum literam
ſenſum capituli comprehendens, pergam ad reliqua. Si-
cut Iordanem, & mare ſiccaſti rubrum pro nobis dimi-
cans) non enim fluminibus & mari iratus es, aut quid-
quam inſenſibilia offenſionis contrahere potuerunt) ita
G nunc quadrigas conſcendens tuas, arcumq; corripiens, ſa-
lutem dabis populo tuo, & iuramenta, quæ iuraſti patribus
noſtris, & tribubus explebis in ſempiternũ: Quod autẽ di-
cit: Numquid in fluminibus iratus es domine, ait in flumi-
nibus furor tuus, vel in mari impetus tuus? dicit ambiguè,
& interrogãtis magis eloquio
quam probantis. Sunt enim &
bona flumina, ſunt & mala. Eſt
mare peſſimum, & eſt mare o-
ptimum. Bonorum fluminum
illud exemplum eſt: *Fluminis* Pſalm. 45. a
*impetus lætificant ciuitatem Dei.*
Et quod qui de aqua domini Ioann. 4. b
biberit, fluent de ventre eius
flumina aquæ ſaliẽtis in vitam
æternam: Malorũ illud quod
Pharao loquitur in Ezechiele: Eze. 29. a
*Mea ſunt flumina, & ego feci illa*:
in quibus draco habitat, &
multa his ſimilia. Quod autẽ
mare in bonam partem acci-
piatur: pſalmus viceſimus ter-
ti⁹ teſtimonio eſt, in quo tro-
pologicè de eccleſia dicitur, ἡ οἰκουμένη, id eſt, orbis terrarũ,
Domini eſt terra & plenitudo eius, orbis terrarum, & om-
nes qui habitant in eo: ipſe ſuper mare fundauit eum, & ſu-
per flumina præparauit illum, id eſt, orbem. Quod autem
à domino fundatur ſuper flumina, & præparatur ſuper ma-
re, vtique in bonam partem accipitur. Necnon & illud
quod de vinea dicitur, quæ tranſlata eſt de Ægypto: *Exten-* Pſalm. 79. b
*diſti propagines eius vſque ad mare, & vſque ad flumina flagella e-*
*ius*: vſque ad mare, puto quod in bonam partem poſſit ac-
cipi. Et dicimus verba diuina, quæ manifeſtiora ſunt, &
quaſi potum ſitientibus præbent, hæc dici flumina. Ea au-
tem quæ plena ſunt ſacramentis, & in profunda poſita (de Rom. 11. d
quibus dicit Apoſtolus: *O profundum ſapientiæ & ſcientiæ* Pſal. 129. a
*Dei.* Et propheta conſonat: *De profundis clamaui ad te Do-*
*mine*) mare in ſcripturis appellari. Hoc de eo quod poſſit & H
mare in meliori parte ſentiri. Quod autem accipiatur & in
contrarium, multa teſtimonia ſunt, de quibus illud in pſal- Pſal. 139. a
mis eſt: *Hoc mare magnũ & ſpatioſum, ibi naues pertranſibunt*: Matth. 4. d
*animalia parua cum magnis*: *Draco iſte quem formaſti ad illuden-* Zach. 3. a
*dum ei.* Et in euangelio, quando Saluator increpauit ven- 2. Tim. 4. a
tos & mare, & dixit ei: *Tace & obmuteſce.* Quod enim in-
crepantur malum eſt, iuxta illud Zachariæ: increpet domi-
nus in te diabole. Et ad Timotheum: *Argue, conſolare, &*
*increpa.* Propheta itaque ſciſcitante: Numquid in flumini-
bus iratus es domine, aut in fluminibus furor tuus, vel in Pſalm. 113. a
mari impetus tuus? nos dicamus, ſi Ægypti flumina ſunt,
& mare rubrum atque ſanguineum: iraſcitur dominus, &
percutit ea, & toto impetu fertur in gurgites, eleuantes 4. Reg. 2.
ſe contra ſcientiam Dei. Vnde mare vidit & fugit, præ-
ſentiam Dei ferre non ſuſtinens: *Et Iordanis reuerſus eſt re-*
*trorſum*, cedens gloriæ populi tranſeuntis, qui & ab Elia
ſcinditur, & ab Heliſeo. Vt autem manifeſtius loquar, hę-
reticorum eloquentiam, quæ contra veritatem & eccle-
ſiam fluit, intellige flumina, quibus iraſcitur dominus. A-
nimas verò eorum, qui circumferuntur omni vento do-
ctrinę, & ſemper malitiria fluctuant, & falſis gurgitibus
obruuntur, animaduerte mare, ſuper quod impetus domi-
ni fit: vt ſentiat eius aduentum, & ſciat quibus terminis & Iob. 38. b
obice concludatur, & audiat: *In te conterentur fluctus tui.* Sec. 70.
Quod ſi bona ſunt flumina, & bonum mare: lauatur in il-
lis Ieſus, & eccleſiam ſuam ſuper huiuſcemodi mare col-
locat. Poſt hæc ſequitur: *Qui aſcendes ſuper equos tuos, &*
*equitatio tua ſalus.* Quæro equos ſuper quos aſcendat
Dominus, & puto non eſſe alios niſi ſanctorum animas:
ſuper quas aſcendit ſermo diuinus, vt & ipſas ſaluet, &
alios per eas. Ponamus equorum exempla: Sponſus
loquitur in Cantico canticorum: *Equitatui meo in curri-* Cant. 1. a
*bus Pharaonis aſsimilaui te proxima mea.* Non quod Chri-
ſtus eccleſiam, vel ſermo Dei animam, quam ſponſam
ſuam vocat, quadrigis cõparet Pharaonis: ſed quod om-
nis anima quamuis ſancta ſit atque perfecta, ad Deum
comparata, quaſi currus Pharaonis ſit, & iumentum.

A Vnde & Moyſes loquitur ad dominum: *Ego autem ſum ἄλογος*, id eſt, irrationalis. Et Dauid: Exod. 4 c *Vt iumentum factus ſum apud te.* Pſalm. 72 Non ꝙ abſolutè iumẽtum ſit, ſed quod apud Deum iumentum ſit. His equis illi contrarij ſunt quos habet Pharao, & de quibus dicitur: Exod. 15 a *Equum & aſcenſorem proiecit in mare*: huiuſcemodi equitatio nõ ſalus eſt, ſed perditio. Quæramus & alios equos, quibus aſcendit dominus: In quarto 4 Reg. 6 c regnorum libro legimus ſurrexiſſe mane miniſtrum Heliſei, & egreſſum vidiſſe exercitum ambiẽtem ciuitatis muros & equos & curr⁹. Et poſtquã ad preces prophetę aperti ſunt oculi eius: *Aſpexit*, inquit, *& ecce mõs plenus equis, & quadrigæ igneæ in circuitu Heliſæi.* Diligẽter attendite quot equi videãtur & currus, & tamen in tantis millibus equorũ, & curruum nullus aſcenſor: horũ equorũ ille erat auriga & ille rector, de quo pſalmiſta Pſalm. 79 a canit: *Qui ſedes ſuper cherubim, oſtendere.* Talibus equis, taliq; 1. Reg. 2 b curru & Elias raptus ad cœlum eſt. Si quis autem de Zacha- Zach. 1 b ria Sec. 70 vult diſcere, qui ſint equi rufi, & qui nigri, & qui varij, & qui albi egredientes de myrthetis, & de montibus in profundo poſitis, ſiue, vt in Lxx. ſcriptum eſt, ęreis? in ipſo propheta, ſi dominus vitæ ſpatium dederit, conabimur explanare. Vidit & Ioannes equos candidos, & ſeſſores eorum, è Apocaly. 6 a quibus corpora in gloria reſurgentium puto eſſe equos cãdidos: ſeſſores autem ſanctorum animas. Si quis verò peccator eſt & mei ſimilis, ſedebit in equo nigro, & dicitur de Pſalm. 75 b eo: *Dormitauerunt omnes qui aſcenderunt equos.* Ibidem 32 d De talibus equis ſcriptum eſt: Fallax equus ad ſalutem: Gal. 5 c *Caro* enim *concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſapientia* eius *inimica eſt Deo.* Hoc B dictum ſit de his qui corpora diligunt, & in nigris ſedent equis. Nos autem animas noſtras in equos, & in currus domini præparemus: qui aſcendit in Paulo, aſcendit in Petro, & in huiuſcemodi curribus equitans, totum luſtrauit orbẽ. Intendens quoq; arcum ſiue ſagittas ſuas, ſceptra, id eſt, re- Hier. 18 a gna aduerſum quę Hieremias miſſus eſt, eradicauit, deſtruxit & perdidit: fecitq; vt non regnaret peccatum in morta- Matt. 4 b li noſtro corpore. Sceptra autem, id eſt, regna diaboli, quæ oſtendit & domino, intellige diuerſa peccata, auaritiam, luxuriam, iracundiam, detractionem, furta, periuria: aduerſum quæ ſermo Dei ſedens in equis, & in curribus ſuis intendit fulguris ſui contorta ſpicula, & interim non emittit, vt qui ad extentum arcum territus fuerit, emiſſionem non ſentiat ſagittarum. Et hoc facit ſemper: quod Aquila interpretatus eſt, pro diapſalmate. Semper enim ſedet in ſanctis ſuis, ſemper armatus eſt. Et acutas ſagittas in linguis eorum præparans equitat, & huc illucq; diſcurrit in orbis ſalutem.

a ¶ *Fluuios ſcindes terræ.* ] Quia ſuſcitauit dominus arcum ſuum, vt tribubus iuramenta redderet, quæ locutus eſt: cõſequenter dicitur: fluuios ſcindes terræ, id eſt, reges terræ aduerſum tuum populum dimicantes, diuides atq; diſperges. Iuxta Lxx. autem qui dixerunt: *Fluuiis ſcindetur terra*: primum ponamus exemplum, vt hoc quaſi gradu ad altiora veniamus. Legimus in his qui de mirabilibus confecerũt volumina, & qui olympiadas Græciæ ad noſtram vſq; memoriam perduxerunt, exponentes quid in ſingulis annis noui acciderit in mundo, quod inter cætera terræ motu eruperint flumina, quæ ante non fuerant, & rurſum alia abſorpta ſint & peſſumierint, quod ſcilicet omnes terrarum venæ, quaſi in humano corpore ſanguinẽ, ita in ſe habeant latentes aquas, quæ terræ concuſſione rumpantur, & maneant in flumina. Hoc ſi intelleximus, videamus animam humanam habere in ſe naturaliter aquas & fluuios, & per ſocordiã noſtram eos eſſe abſconditos, & non fluere. Cum aũt ad prædicationem ſermonis Dei concuſſa fuerint, & de priori ſtatu mota, tunc erũpere ꝙ latebat, & in refectionẽ Geneſ. 26 c potantiũ fluere. Hoc ipſũ reor & illud ſignificare in Geneſi ꝙ fodiuntur putei à ſeruis Iſaac, quod ab Abraham factos Philiſtim terra obruerant. Quãdiu viuit Abrahã, putei illius

HEB.

equos tuos, & quadrigæ tuæ ſaluatio. Suſcitans ſuſcitabis arcũm tuum, iuramenta tribubus quæ locutus es. Semper. *a* Fluuios ſcindes terræ. *b* Viderunt te, & doluerunt montes: gurges aquarum tranſiit: dedit

SEPT.

*impetus tuus? Qui aſcendens ſuper equos tuos, & equitatio tua ſalus: intendens extendes arcum tuum ſuper ſceptra, dicit dominus. Diapſalma. Fluuiis ſcindetur terra. Videbunt te, & dolebunt,* c *ſiue parturiẽt populi.* a *Diſ-*

non clauduntur: illo aũt mortuo, & puteis obturatis, ſi ſerui C fodiant, contradicunt Philiſtim, & iurgium eſt. Si verò ipſe veniat Iſaac, & fodiat puteum, & inueniat aquam, Philiſtim non valent contradicere. Vide Petrum & Paulũ, & de puteis Chriſti fluuiiſq; non ambiges. Cerne omnes Apoſtolos, & iam non quatuor flumina, ſed duodecim fluuios intelliges exire de paradiſo ſcripturarum. Iſti fluuij antequam terra commoueretur, latebant: & cũ eſſent in terræ venis, ſitientibus pocula non præbebant. Poſtquam verò ad aduentum Chriſti, orbis, & omnis terra concuſſa eſt, & ſubito proruperunt, & tunc completum eſt: Pſalm. 106 b *Poſuit flumina in deſertum, & exitus aquarum in ſitim: terram fructiferam in ſalſuginem, à malitia habitantium in ea. Poſuit deſertum in paludes aquarum, & terram ſine aqua in fontes aquarum, & habitare fecit ibi eſurientes, & conſtituerunt ciuitatẽ ad habitandum.* Poſtquam enim dominus venit in mundũ, & completum eſt illud quod dixit euangelio: *In iudicium ego in mundum iſtũ* Matth. 11. b *veni, vt qui non videbant, viderent; & qui videbant, cæci fierent:* Tunc terra Iſrael, de qua fluuij antę manabant, & irrigabãt vniuerſum Iudææ populum, aruit, & fontes illius obturati ſunt. Vniuerſus autem orbis, qui erat deſertus & ſterilis, & aquas prædicationis Dominicæ non habebat, verſus eſt in paludes aquarum, & quot doctores emiſit, tot habuit & fontes. Nec ſufficit eis, fontibus videlicet atque fluminibus irrigare orbis populos: ſed in vnaquaq; prouincia, eos qui eſuriebant & patiebantur famem ſermonis Dei, in vnum populum congregantes extruxerunt eccleſiam: quæ dicitur ciuitas ad inhabitandum, & quam lætificat impetus fluminis.

b ¶ *Viderunt te & doluerunt montes: gurges aquarum, &c.*] Solam noſtram editionem poſuimus, Pſalm. 45. a vt iuxta eam, id eſt, iuxta D Hebraïcum texentes conſequentiam loci, poſtea Lxx. cõmaticè per capitula diſſeramus. Viderunt te Deus, & doluerunt montes: excelſa ſcilicet regna, & ſublimes huius ſęculi poteſtates: & quadrigæ quatuor in Zacharia, quæ egrediuntur de mõtibus aëreis, hæ te viderunt & intremue- Zach. 6. a runt. *Et gurges aquarum tranſiit*: hoc eſt, omnis eorum impetus, & perſecutio qua vexabant populum tuum, poſtquam te viderunt, tranſiit. Tunc abyſſus, hoc eſt, inferi laudauerunt te, tunc etiam ſuperi, id eſt, angeli in plauſum ſuis manibus concreparunt: vt victorem veluti geſtu quodam & tripudio eleuatarum manuum demonſtrarent. Sol tuus & luna, & omnis ſplendor, quo prius illuxeras populo tuo, & malorũ poſtea pondere, vniuerſa fuerant tenebrarum horrore cooperta, receperunt lumen ſuum, & priſtinũ habuere fulgorem. Sagittæ tuæ & fulgurans haſta tua, id eſt, plagę tuæ, & eruditio tua, lumen tuo populo præbuerunt. Deniq; in luce ſagittarum tuarum, & in ſplendor haſtæ tuæ, quæ eos ad hoc corripuit vt emendaret, ambulauit populus tuus in fremitu tuo. Quando ergo populi tui vindicabis iniuriã, terrena regna calcabis, & omnes gentes admirari facies: quia egreſſus es in ſalutem populi tui, & veniſti ad eos cum Chriſto tuo: licet in Hebraico ſcriptum ſit: *Egreſſus es in ſalutem populi tui cum Ieſu Chriſto tuo*: o ישע enim Saluator in- o ieſagh. terpretatur. Veniente autem Ieſu Chriſto filio tuo, percuſſiſti Antichriſtũ de domo impij, hoc eſt in hoc ſæculo, quod in maligno poſitum eſt: ſiue ipſum diabolum percuſſiſti, qui impietatis caput eſt, & denudaſti fundamentum eius vſque ad collum, id eſt, abſconditã eius aperta feciſti, non ad breue tempus, ſed in perpetuum: hoc enim ſignificat p ſela. p סלה, id eſt, ſemper.

c ¶ *Et dolebunt* ſiue *parturient.* ] ὠδινήσουσι quippe vtrumq; ſignificat. Conſequenter rupta terra & fluuiis manantibus, populi qui de fluminibus Dei biberant, videbunt Deum atque parturient: Ex hoc enim ipſo quod vident Deum, ſtatim Dei verbo concipiunt & dicunt: Eſaia 26. a Sec. 70 *A timore tuo domine in vtero ſuſcepimus, & parturiuimus, & peperimus ſpiritũ ſalutis tuæ, quem fecimus ſuper terram: Beati*, inquit, *mundo corde, quoniam*



E *quoniam ipſi Deum videbũt.* Iſti itaq; populi loti à fluminibus Matth. 5. a non iam viderunt, ſed viſuri ſunt Deum, & cum viderint, cõcipient, vt poſſint fructus parere doctrinarum. Sed quia dicuntur populi, & populorum non eſt videre faciem Dei, licet in futurum extendatur oratio, videbunt & pariẽt: tamen iuxta tropologiam magis Hebraïcum ſequendũ eſt, vbi dicitur: Viderũt te, & pepererunt montes: mõtium enim eſt videre Deum, & parere filios, quos de Dei concepere ſermone.

a ¶ *Diſperges aquas itineris, &c.*] Diuerſæ aquæ ſunt: aliæ ſempiternæ, aliæ breues. De ſempiternis aquis, & quæ fluunt de fontibus Iſrael, dictũ eſt: Fluminib⁹ ſcĩdetur terra. De ſubditis, & ad tempus currẽ- Eccl 1 a Sec. 70. tibus: *Omnes torrentes vadunt in mare:* Taliũ enim aquarũ finis perditio eſt. De⁹ ergo omnes aquas, quę à peruerſis dogmatibus cõculcatę ſunt, diſperget, cum diſſipauerit conſilia principum, & ſapientiã mũdi huius. Si quando videris ad breue aliquam hæreſim floruiſſe, & poſtea Dei gratiã diſſipatam, dicito eſſe cõpletum: diſperges aquas itineris: Poteſt autẽ hoc quod dicitur, itineris ſubaudiri diabolici, vt ſit ſenſus: Aquas diabolus cõculcauit, & quæ multis in ſe prębuerunt iter, id eſt, multis patuerunt erroribus: diuidet dominus atq; diſperget. Vnde & cæteri interpretes furorem volentes hæreticum deſcribere, tranſtulerũt: Illiſio vel impetus aquarum tranſiet. Ferũtur enim prono eloquẽtiæ curſu & præcipites, vt quemcunque obuium & leuem inuenerint, ſecum trahant.

b ¶ *Dedit abyſſus, &c.*] Abyſſus ſæpe in bonam partem, ſæpe in malam, interdum indifferẽter accipitur. In bonam par- F tem: Pſal. 35 b *Iudicia tua abyſſus multa.* Et Ibid. 41. b *abyſſus abyſſũ inuocat*, & reliqua. Pſal. 76. d *In malam: Viderunt te aquæ Deus*, & reliqua. Sed & dæ- Luc. 8. e mones deprecantur ne mittantur in abyſſos, & in Geneſi, Gen 1. a Abyſſus ſuper quam tenebræ erant, neſcio an in bonam partem poſſit accipi. Indifferenter autem ibi ponitur: Ibid. 7 b rupti ſunt fontes abyſſi & cataractæ cæli apertæ ſunt: Et illud in centeſimo quadrageſimo octauo pſalmo: *Dracones & omnes abyſſi, ignis & grando & ſpiritus procellarũ*: niſi forte ex eo quod inter dracones, & ignem & grandinem ponitur, in malam partẽ trahendum ſit quod neſcio vtrum poſſit dicere, qui eã viderit cum ceteris in laudẽ domini concrepare. Si igitur in bonam partem acceperimus abyſſum, dicamus: diſperſis aquis itineris peſſimis, viderũt te ſapientes tui, & altitudinem ſcientiæ, quam habebant, ex tuo aſpectu mutuantes (quia viderunt te & parturierũt montes) quidquid de te prius opinati ſũt, in vocis ſuæ laudibus protulerũt. Et Eccl 1. a pulchrè opinationem phãtaſię, altitudinẽ vocat, iuxta Ie- Pſal. 41. b ſum filium Sirach, qui ait: Abyſſum & ſapientiã quis inue- Dan 2. g. ſtigabit? Vnde & de mõte modico; id eſt, aſſumptione humani corporis, quã Daniel lapidem abſciſſum de monte ſine manibus, id eſt, ſine opere nuptiali vocat: Chriſtus abyſ- Pſal. 67. c ſus, inuocat patrem alteram abyſſum in voce cataractarum ſuarum, vt det euãgelizantibus verbum virtute multa: Vel certè abyſſus nouum teſtamentum, in teſtimonium mõtis Ezec. 28. c Sec. 70. modici, à quo vulneratus eſt princeps Tyri, inuocat abyſſũ veteris teſtamẽti, vt per cataractas Chriſti, id eſt apoſtolos firmior fiat prædicatio. Si quis aũt voluerit hoc ꝙ dicitur: *Dedit abyſſus vocem ſuam*, altitudinẽ phantaſiæ ſuę, in malam partẽ accipere: illo vtetur argumento, quod poſt diſperſas aquas itineris (quæ vtiq; in malã partẽ acceptæ ſunt) & hoc rectè in contrario ſentiatur. Simulq; cerne ꝙ nõ dixerit altitudinem ſuã, ſed altitudinẽ phãtaſiæ ſuæ, id eſt vmbræ, & imaginis. Videtur .n. habere altitudinem & ſciẽtiã ſcripturarũ, ſed omnis eorũ altitudo veritati cõparata, phãtaſia eſt, & fruſtra extollit vocẽ, quia aquę itineris iã diſperſæ ſunt. Quæramus in ſcripturis, ſicubi phantaſiã in bonã partẽ inuenire poſſumus, & cũ raro vel nũquã fuerit inuẽta, firmius abyſſum, & phantaſiã eius in malã partẽ interpretabimur.

HEB.

dedit abyſſus vocem ſuam, altitudo manus ſuas leuauit. Sol & luna ſteterunt in habitaculo ſuo: in luce ſagittarum tuarum ibunt, in ſplendore fulgurantis haſtæ tuæ. In fremitu conculcabis terram: in furore obſtupefacies gentes. Egreſſus es in ſalutem populi

SEPT.

a *Diſperges aquas itineris.* b *Dedit abyſſus vocem ſuam, altitudinem phantaſiæ.* c *Eleuatus eſt ſol, & luna ſtetit in ordine ſuo.* d *In luce iacula tua ibunt in ſplendore coruſcationis armorum tuorum.* e *In comminatione imminues terram, & in furore detrahes gentes.* f *Egreſſus es in ſalutem populi*

c ¶ *Eleuatus eſt ſol, &c.*] Si ſimplicem interpretationem ſe- G quimur, ex præſentibus verbis profectus ſolis demõſtratur & lunæ, quod iuxta Eſaiam, in futuro ſæculo ſeptuplum ſol luceat, & luna ſolis fulgeat claritate: Quia enim Eſaie 30. f *creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis in libertatẽ gloriæ filiorum Dei*, Rom. 8. a quæ nũc vanitati ſubiecta eſt propter eum qui ſubiecit eam in ſpem libertatis. Cũ in conſũmatione mũdi omnis creatura fuerit liberata, liberabitur & ſol & luna, & in ſuo ſtabũt ordine. Quod ſi volueri- Malac. 4. a m⁹, ſolẽ iuſtitiæ Chriſtũ accipere, in cui⁹ pẽnis ſanitas eſt, & lunã, quæ huius ſolis ſplẽdore illuminatur, eccleſiã: nõ difficile eſt dicere, ꝙ lux vera, & lux hominum, & ſplendor gloriæ Dei, & ſplendor lucis æternæ eã illuminet, quæ nũc in iſto ſæculo iuxta proſpera atq; preſſuras creſcat atq; de- Phil. 2. b creſcat. Cũ autem ſol fuerit eleuatus, & iuxta Apoſtolũ, exaltauerit eum Deus, *& donauerit ei nomen ſuper omne nomẽ*: tunc etiam eccleſia quæ in præſenti ſæculo tenere ſuum ordinem nõ poteſt, ad ordinem debitum reuertetur, & nequaquam mutabitur, ſed fixo ſtabit gradu, & audiet cum Deut. 5. d Moyſe: *tu autem hic ſta mecum.*

d ¶ *In luce iacula, &c.*] Iacula Dei, id eſt, ſagittæ euntes atq; pergentes, non ad hoc mittuntur vt interimant, ſed vt illuminent. Ad harum ſagittarum iaculorũque diſtinctionem Chriſtus electum iaculum dicitur, per Eſaiã vociferans: Eſaia 49. a *Poſuit me vt iaculum electum, & in pharetra ſua abſcõdit me*, & dixit mihi: *Magnum eſt tibi hoc, vocari te ſeruum meum.* Hæc ſagitta plures habet ſagittas, quas mittat in vniuerſum orbẽ. Vnde & ſponſa electo iaculo vulnerata dicit: Cant. 2. a Sec. 70. *Vulnerata charitate ego:* Iuxta quod & nos poſſumus dicere: vulneratus 3. Reg. 10. a caſtitate ego, vulneratus ſapientia ego. Quo ſapientię iacu- H lo vulnerata & regina Auſtri nõ erat in ſe, & obſtupefacta plus inuenerat in verbo Salomonis quam ei fama narrauerat. Hæ igitur ſagittæ, quæ mittũtur in lucẽ, pergunt etiã ſplendore coruſcationis armorũ eius, id eſt Dei. Quicũque .n. armatus fuerit, vt ſtet contra verſutias diaboli, & accinctus armatura Apoſtoli, veniẽt ad illum iacula lucis, vt ad Epheſ. 6. b ipſum poſſit dici: Matth. 5 a *Vos eſtis lux mundi.* Si quis autem peccator eſt, & ingemiſcit ꝙ habitet in tabernaculis Cedar: Pſal. 119. b mittuntur ei ſagittæ potentis acutæ cum carbonibus deſolatoriis: vt primum compungatur ſermonibus Dei & dicat: Ibid. 31. c *Verſatus ſum in miſeria, cum infigitur mihi ſpina.* Et poſtquam compunctus fuerit, tũc ei deſolatorius per ſeraphim, id eſt, ardentẽ ſermonem Dei, carbo mittatur, qui nõ ſolum labia, quæ Eſaias tantũ habebat immunda, ſed omnes partes membro- Eſaia 6. c rum eius excoquat, & ad ſolitudinem peccatorum reducat.

e ¶ *In cõminatione, &c.*] Poteſt hoc in cõſummatione mundi accipi, quando frequẽtibus bellis interfecta multitudine rari homines reperientur, & hi qui noluerũt eſſe de populo Dei, ſed gẽtes & ethnici permanſerint, furore dñi deducantur ad tartarum. Sed melius eſt, vt imminutã comminatione terram, interpretemur opera terrena, & eos q cõſtituti in eccleſia peccatores nõ expectãt vt furore dñi corripiãtur, ſed audientes in ſcripturis, quę ſupplicia impẽdeãt peccatoribus, agunt pœnitentiã, & paulatim imminuunt terram ſuã, ad cælumq; proficiunt Si quis noſtrum cõminationem dñi reformidat, huic terra imminuitur: qui autẽ pſeuerat in gẽtiũ numero, & nõ vult eſſe de his quorũ terra decreſcit, nec de populo Dei, de quo dicitur: Videbũt te & parturiẽt populi: iſte cum gẽtibus detrahetur in pœnã.

f ¶ *Egreſſus es, &c.*] Primũ videamus quot ſint genera Chriſtorum, & poſtea tractabimus, quo modo egreſſus dñs in ſalutẽ Chriſtorum ſuorũ. Chriſti in veteri teſtamento dicebantur & patriarchæ: de quibus ſcriptum eſt in pſalmis: Pſal 104. b *Corripuit reges pro eis: nolite tangere Chriſtos meos, & in prophetis meis nolite malignari.* Et in primo Paralipomenõ libro, omnes qui de Ægypto egreſſi ſũt, Chriſti vocãtur. Chriſma,

A quoq; in Exodo ſacerdotale cõficitur: quo poſtea ſacerdotes in Leuitico referuntur vncti. Exod. 30. a Leuit. 8 b Eſt & aliud vnguentũ quo reges vnguntur in regno, quod in duo ſcinditur: Si enim 1. Reg. 16. c Dauid eſt & Salomon, id eſt fortis manu & pacificus, cornu 4. Reg. 9. a & 19. c vngitur. Si verò Iehu & Azahel ſunt, perfundũtur lenticula: vas autem fictile ſic vocatur id eſt, φακός. Sed & Cyrus Perſarum rex atque Medorũ, qui de captiuitate populum relaxauit (licet multi errent, & de domino Saluatore ſcriptum putent) audit per Eſaiam: Eſaiæ 45. a *Hæc dicit dominus chriſto meo Cyro: cuius tenui dexteram, vt audiret coram eo gẽtes, &c.* Et ad extremum dicitur: Tu autem non cognouiſti me: quod de Saluatore nefas eſt intelligere. Eſt 1. Reg 19. c vnguentum propheticum, quo præcipitur Eliæ, vt Heliſeum vngat in prophetam. Et ſuper omnia vnguentorum genera, eſt vnguentum ſpirituale, quod vocatur oleum exultationis: quo vngitur Saluator, & dicitur ad eum: Pſal. 44. b *Propterea vnxit te Deus, Deꝰ tuus oleo exultationis præ participibus tuis.* Participes autem eos puto, ad quos loquitur & Ioannes: 1. Ioan 2. c *Et vos vnguentum habetis à ſancto.* Eſt poſt modicum: *Hæc ſcripſi vobis de his qui ſeducunt vos: & vos chriſma quod accepiſtis ab eo maneat in vobis: Et non neceſſe habetis vt aliquis doceat vos: ſed ipſum chriſma docebit vos de omnibus, & verum eſt, & non mendacium, & ſicut vos docuit, manete in eo.* Ac ne fortè qui chriſma Leuit 14. a baptiſmi perdiderunt, deſperent in chriſmate reparando: ſcriptum eſt in Leuitico: Quod leproſus extra caſtra proiectus, cum ad ſacerdotem venerit, & lepra ipſius fuerit emundata: mittat ſibi ſacerdos oleum in manu ſiniſtra, & intincto digito ſepties aſpergat oleum coram domino, & tangat eodem oleo auriculam eius qui leproſus fuerat, & dextram manum, & dextrum pedem, & quod remanſerit B de vnguento totum mittat in caput eius. Cumque omnia hæc ritè compleuerit, tunc immolet holocauſtum pro eo, & ipſe Chriſtus vocetur Dei. Volo aliquid dicere, ſed timeo ne negligentibus occaſionem ruinæ tribuam, quod 2. Reg. 5. a & 19. in ſcripturis ſanctis idem homo frequenter vnctus inueniatur: Denique Dauid tertio vnctus eſt: quod nos non intelligamus ſuper eo qui peccauit, & iterum vngitur: ſufficit enim leproſo, vt poſt primum vnguentum perditum vngatur ſecundo, ſed ſuper eo qui per dies ſingulos proficit, & ſemper eius augetur vnctio, & de leproſi oleo migrat ad oleum populi atque ſanctorũ, & de oleo populi ad oleũ peruenit ſacerdotũ, à ſacerdotibus tranſcendit ad chriſma põtificis: à pontifice quoque ad regẽ: à rege ad patriarchas, & a patriarchis pergit ad Chriſtum, & vngitur oleo exultationis: quo qui fuerit linitus, vnus Deo efficitur ſpiritus, & vbi pater & filius eſt, ibi etiam ille erit. Verum hoc Pſal. 44. b rarum eſt, & ſunt vota credentium. Cæterum neſcio an ſequatur effectus. Dicitur enim, *vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ*, & reliqua; hoc eſt, eo oleo quod hi qui tui participes ſunt, aut raro, aut numquam poterunt inuenire. In horum Mich 1 a igitur Chriſtorum ſalutem egreſſus eſt Deus de loco ſuo: ſicut enim Micheas loquitur: *Et egreditur de loco ſuo vt ſaluet:* Quia enim hi qui indigebant ſalute, ad eum intrare noluerunt: Gen. 3 d ipſe egreſſus eſt de maieſtate ſua, & de loco ſuo, vt eos Ibid. 4. c qui foris erant duceret in terra manſuetorum, regionem- Sec. 70. que viuẽtium, de qua Adam fuerat expulſus, de qua egreſſus Cain inhabitauit in terra Naid. Sciendum autem vt ſupra diximus, quod vbi poſuerunt Lxx. plurali numero: vt ſaluares Chriſtos tuos: ibi eſſe in hebraico q לישע את משיחך, q leieſach eth meſihecha quod Aquila tranſtulit in ſalutem cum Chriſto tuo: non quod Deus egreſſus ſit, vt ſaluaret populũ, & ſaluaret Chri- Ioan 14 b ſtum ſuum, ſed quod in ſalutem populi venerit cum Chriſto ſuo, iuxta illud euangelii: *Pater in me, & ego in patre, & pater in me manẽs ipſe facit opera ſua.* Sed & quinta editio ſimiliter tráſtulit. Egreſſus es in ſalutẽ populi tui, in ſalutẽ cum Chriſto tuo. Theodotio aũt verè quaſi paup & Ebionita, ſed & Symmachus eiuſdẽ dogmatis, pauperem ſenſum ſecuti Iudaicè tráſtulerũt: *Egreſſus es in ſalutem populi tui, vt ſaluares Chriſtũ tuũ, & egreſſus es ſaluare populum tuũ*, ſaluare Chriſtũ tuum. Rem incredibilẽ dicturus ſum, ſed tamẽ veram. Iſti

**Heb.**

puli tui, in ſalutẽ cum Chriſto tuo: percuſſiſti caput de domo impii, denudaſti fundamentum vſque ad collum, ſemper. c Maledixiſti

**Sept.**

*puli tui, vt ſaluares Chriſtos tuos.* a *Miſiſti in caput impiorum mortem,* b *Suſcitaſti vincula vſque ad collum, in finem.* *Diui-*

ſemichriſtiani Iudaicè tranſtulerunt: Et Iudæus Aquila interpretatus eſt vt Chriſtianus. Sexta editio prodẽs manifeſtiſſime ſacramentum, ita vertit ex Hebræo: Egreſſus es, vt ſaluares populum tuum per Ieſum Chriſtum tuum: quod Græcè dicitur ἐξῆλθες τοῦ σῶσαι τὸν λαόν σου διὰ Ἰησοῦ χριστοῦ σου. Cui ſẽſui poteſt illud aptari: quod egreſſus ſit pater cum filio de Luc. 13. g templo & de ceremoniis Iudæorum, dicens: *Relinquetur vobis domꝰ veſtra deſerta:* & venerit ad ſalutem gentium, vt ſaluaret credentes per Ieſum Chriſtum filium ſuum.

a ¶ *Miſiſti in caput impiorũ mortem*] Non putemus de hac dici morte communi, qua om- Gen. 25. a nes morimur: *Et mortuus eſt Abrahã, & appoſitus eſt ad patres* Ioan. 19 f *ſuos:* & prophetæ, & ipſe Chriſtꝰ eſt mortuus, ſed mors miſ- 1 Pet. 2. d ſa eſt in iniquos: vt qui priꝰ viuebãt iniquitati, mortui peccato viuerent iuſtitiæ. Quod quidem & Anna in oratione 1. Reg 2. a ſua ſignificat: Dominus occidit & viuificat. Occidit enim peccatores mittens in capita impiorum mortem, vt viuificaret iuſtitiæ. Dicam aliquid audacius: Chriſtus ad hoc ve- 1. Pet. 3. c nit in mundum, vt in capita iniquorum mitteret mortẽ. Et ſicut ipſe peccato mortuus eſt ſemel, ſic & illi morerentur iniquitati, & qui facti fuerant participes mortis huius, vitę quoque participes fierent. Iuxta Hebraicum autẽ vbi ſcriptũ eſt: *Percuſſiſti caput de domo impii*, caput, vt dixi, principẽ huius mundi accipiamus, & domum ipſius mundum omnemq; animam peccatoris, in qua diabolus habebat hoſpitium. Idcirco autem percutitur caput in domo impii; vt illo percuſſo atq; eiecto, fiat domus Dei, & habitet ibi iuſtitia, & ambulet in ea. Et hoc dignum eſt ſentire de Deo, qui egreſſus eſt in ſalutẽ populi ſui cum Chriſto ſuo: vt percuſſo huiuſcemodi capite, ille fiat nobis caput, qui eſt omnis viri caput & eccleſiæ ſuę. Si quis ergo impii ſe adhuc ſen- 1. Cor. 11 a tit domum, filii Dei deprecetur aduentum, vt conteratur יסוד in ſe impii caput.

b ¶ *Suſcitaſti vincula vſque ad collum in finem.*] Suſcitauit dominus vincula charitatis, vt priori onere depoſito, & grauiſ- D ſimo iugo quo premebamur abiecto, leue Chriſti ſuſcipere mus iugum, & in curru illius poſiti, aurigam optimum portaremus. Quod quidem & Theodotio in bonam partẽ accipiens ait: Ornaſti fundamentum vſq; ad collum. Quinta Gen. 26. d editio: *Denudaſti*, ſiue *euacuaſti fundamentũ vſque ad collum, ſela*: id eſt, ſemper. Quia enim fundamentum Chriſti, quod erat in anima ſingulorum, allophili terra obruerant: egeritur congeſta humus, & nudatur optimum fundamentum, & ornatur, vt quod latebat appareat, & ſuam recipiat claritatem, & hoc fit in ſempiternum, quod Hebraicè dicitur r סלה. Simulque cõſidera, quod ipſi Lxx. rerum neceſſitate r ſela compulſi, (qui ſemper ſela interpretabantur diapſalma) nunc tranſtulerint, in finem.

c ¶ *Maledixiſti ſceptris eius, &c.*] Et nunc tãtum Hebraicum diſſerimus, vt ſeparatim de editione Lxx. diſſeramus: multum enim ab omnium tranſlatione diſcordat. *Maledixiſti*, inquit, *ſceptris*, id eſt, regnis eius: haud dubium quin impii, de quo ſupra dixerat: *Percuſſiſti caput de domo impii: denudaſti fundamẽtum vſque ad collum.* Intelligimus autem impium vel Nabuchodonoſor, vel omnem aduerſarium populi Dei. Et non ſolum ſceptris eius, ſed etiam capiti bellatorum quos percuſſeras: qui venerunt vt turbo, vt diſpergerent me, id eſt, vt euerterent Iſrael. & in diuerſum captiuum deducerent. Ita autem exultabant deuorantes pauperem, & ſubiectum ſibi Iſrael: quaſi hoc in abſcondito facerent, & nos ignorantẽ te deuorarent. Veniſti itaque ad prælium pro populo tuo, & quadrigas tuas immittens in aquas, hoc eſt in gentes multas, feciſti eis viam in luto aquarum multarum, id eſt, vt conculces eos, & quaſi lutum equorum tuorum & curruum vngula, & rota conteras. Quod autem ſequitur: *Audiui & conturbatus eſt venter meus: ad vocem:* (vt ſubaudiatur tuam) *contremuerunt labia mea: egrediatur putredo in oſſibus meis, & ſubter me ſcateat: vt requieſcam in die tribulationis, vt aſcendam ad populum accinctum noſtrum:* hic eſt ſenſus: Nunc libenter omnes patimur anguſtias & ad commina-



E cõminationem tuam totis viſceribus contremiſcimus. Nũc tremunt labia mea, & pauor mentis trepidę in ore ſignatur: & non ſolum iſtud, ſed etiam aliud vltro appeto & vltrò deſidero, ingrediatur putredo in oſſibus meis & ſubter me ſcateat, hoc eſt, libenter patior quod paſſus eſt Iob: non ſolum carnes meas, ſed medullas quoque oſſium cupio tabefieri, & ſtratum meum putredine corporis & innumeris ſcatere vermibus: vt poſtquã hic ꝓ peccatis meis hæc ſuſtinuero, requieſcam in die amara, in die tribulationis, in die neceſſitatis & anguſtiæ: *Et aſcendam ad populum accinctum*, fortẽ videlicet, bellatorẽ atq; pugnacẽ. Et pulchrè aſcendã: Ad accinctum enim populũ ſemper aſcenditur. Eleganterque noſtrũ. Qui enim tribulatus eſt & preſſuras libenter ſuſtinuit, & præſentibus malis fu- Gen. 25. a & 35. d & 49. d tura præmia cõpenſauit, noſtrũ audacter loquitur, vt iuxta Abraham, Iſaac & Iacob, & ipſe dormiat in ſenectute bona plenus dierum, & apponatur ad patres ſuos. Quod ſi quis dixerit: Ecce in hiſtoriæ expoſitione dum neſcis, allegoriæ clauſus es retibus & tropologiam hiſtoriæ miſcuiſti. Audiat non ſemper metaphoram, hiſtoriæ allegoriam conſonare, quia frequenter hiſtoria ipſa metaphoricè texitur, & ſub imagine mulieris, vel vnius viri de toto populo prædicatur. Et nunc ergo poſſumus dicere ex perſona populi, libenter captiuitatem ſubeo, æquo animo anguſtias ſuſtineo, & grauiſſimo Babyloniorum premor iugo. Et quidquid vltimæ & duræ neceſſitatis eſt, gaudens patiar: tantum vt eo tempore requieſcam, quo maledices ſceptris impij, & equi tui calcabũt lutum aquarum multarum, vt poſtea cum ſanctis tuis Zoro- F babel & Ieſu filio Ioſedech, & Ezdra ſacerdote, & Nehemia in terram repromiſſionis reuertar. Hucuſque ne omnino prętermittere hiſtoriam videremur, quodam modo vim fecimus intellectui, & in captiuitatem traximus ſententias non ſequentes: nunc ad Lxx. tranſlatores, & ad expoſitionem tropologicam reuertamur.

a ¶ *Diuiſiſti in ſtupore, &c.*] Sicut Eccleſiæ & omnis viri 1. Cor. 11. a Chriſtus caput: Ita cunctorum dæmonum qui in hoc ſæculo debacchantur, caput eſt Beelzebub Princeps dæmoniorum, & ſingulæ eorum turmæ habent capita & Principes ſuos. Verbi gratia: Spiritus fornicationum habent præpoſitum ſuum: Spiritus auaritiæ habent ἄρχοντα ſuum, Spiritus vanæ gloriæ, Spiritus mendacij, Spiritus infidelitatis habent præſides malitiæ ſuæ. Deus itaq; clementiſſimus, qui miſerat in capita iniquorum mortẽ: qui ſuſcitauerat vincula vſq; ad collum: in finem diuidit etiam capita potentium in ſtupore, vt primum Principes ſeparet à ſubiectis, & quaſi corpus decollet à capite, & vbi caput peſſimũ fuerat, ibi caput optimum reponatur: Ponamus exemplum, vt quod dicimus manifeſtius fiat, ſi quando tyrannus detruncatur, imagines quoque eius deponuntur & ſtatuæ, & vultu tantummodo commutato, ablatoque capite, eius qui vicerit facies ſuperponitur, vt manente corpore capitibuſque præciſis caput aliud commutetur. Hoc mihi intelligere libet de hæreticorũ cõciliabulis: quod capitibus hæreſeõ à cæteris populis ſeparatis, in loco eorũ caput eſſe Chriſtus incipiat. Simulque cõſidera ſcripturæ ſanctæ ſignificantiam, quod non dixerit, pręcidiſti, vel ſuccidiſti capita potentiũ, ſed diuiſiſti: quod n: Gen. 13. diuiditur non tam amputatur & perditur, quam ſeparatur in partes: Vt quo modo in fabricatione turris, lingua quæ malè vnita fuerat ſeparata eſt, & peſſimum fœdus vtili diuiſione conciſum: ſic & capita hæc quę cum corporibus ſuis inter ſe videbantur habere conſenſum (plura enim hęreticorum capita ſunt, quę cum diuerſos oculos habeant, tamen in vna, vt ita dicam, lingua blaſphemiæ, aduerſum Eccleſiam latrant) diuiderentur in partes, & à deceptis corporibus ſeparata, bono capiti locum facerent. Poſſumus hoc verſiculo vti: ſi quando reges & duces eorum Chriſtianum viderimus ſanguinem fundere, & poſtea vltionem Domini conſecutam. Quod dudum in Iuliano, & ante eum in Maximiano, & ſupra in Valeriano, Decio, Domitiano, Nerone

**Heb.**

xiſti ſceptris eius, capiti bellatorum eius, venientibus, vt turbo ad diſpergendum me. Exultatio eorum, ſicut eius qui deuorat pauperem in abſcondito. Viam feciſti in mari

**Sept.**

a *Diuiſiſti in ſtupore capita potentium.* b *Commouebuntur in ea, aperient frenos ſuos ſicut comedens pauper in abſconſo.*

c *Et ſuperduxiſti in mari equos tuos contur-*

G perſpeximus, & dicere ad Dominũ cum exultatione & oratione in cantico: Diuiſiſti in ſtuporem capita potentiũ, hoc eſt, in ſtupore credentiũ, vel in ſtupore cunctarum nationũ, quæ eos nõ putabant tam cito poſſe concidere. Dũ adhuc eſſem puer, & in grãmaticæ ludo exercerer, omneſque vrbes victimarum ſanguine polluerentur, ac ſubito in ipſo perſecutionis ardore Iuliani nunciatus eſſet interitus, elegãter vnus de ethnicis, quo modo, inquit, Chriſtiani dicunt Deũ ſuum eſſe patientem & ἀνεξίκακον: nihil iracũdius, nihil hoc furore pręſentius: ne modico quidem ſpatio indignationẽ ſuã deferre potuit: hoc ille ludens dixerit. Cæterũ Eccleſia Chriſti cum exultatione cantauit: diuiſiſti in ſtupore capita potentiũ. Loquar & ego aliquid huic ſimile: diuide domine in ſtupore omnium, A- 3. Reg 21. d & 18. a chab & Hiezabel, non quidem ego Elias, ſed tamen illi Achab & Hiezabel interfecerunt Naboth, & tulerunt vineam 3. Reg. 9. g & 10. a eius, & hortum ſuæ fecerunt luxuriæ. Inueniatur aliquis ſeruus tuus Abdias qui paſcat pauperem tuum, atque mendicum, fornicariæ ſanguis detur canibus, Achab impius & auarus iaculo Domini trucidetur.

b ¶ *Commouebuntur in ea, &c.*] Capita cum diuiſa fuerint à corporibus ſuis, & diuiſa non aliter niſi in ſtupore, ꝙ Gręcè dicitur ἐν ἐκστάσει: vnde ſecundum eam declinatur & dicitur ἐν αὐτῇ, hoc eſt, in ea: Aperient etiam frenos ſuos, ſiue eorum (vtrumque enim intelligi poteſt) vt illud imperium quo prius dominabantur in ſubiectis ſibi corporibus, relaxantes dent locum meliori equiti, & meliori aurigę. Et hoc H faciant quaſi comedentes pauperem in abſcondito: non habentes libertatem, nec ciborum aliquam abundantiam, ſed eſcas modicas, quibus veſcentes abſconditè, nullum vellent videre quod faciunt. Poteſt aliter interpretari: Capita cum diuiſa fuerint ſtupore, quaſi à cætero corpore decollata, aperient os ſuũ, ꝙ quaſi chamo condemnationis fuerat infrenatũ, & in ſimilitudinem veſcentium illiſis in ſe dentibus concrepabunt: volentia rurſum comedere, ſed vim deuorandi non habentia. Intellige quomodo poſt aduentum Chriſti capita dæmonum nationibus, quæ ſibi prius ſubiectæ fuerãt ſeparata, velint rurſum antiquã exercere potẽtiam. Sed quia amputata ſunt à corporibus, plenam veſcendi non habeant libertatem, comedunt quaſi pauperes, & non ſolum pauperes ſunt, ſed pauperes in abſcondito. Pauperes ſunt, quia priſtinas diuitias perdiderunt, comedunt abſconditè, quia ſemper ſedent in inſidiis, vt in occultis interficiant innocentem. Hæc capita eoſdem habent dentes, quos & ſagittas: Et quã- Pſalm. 9 a uis ante dixerit: ſuper ſidera cœli aſcendam, ponam in excel- Eſaiæ 14. d ſum nidum meum, & vniuerſum orbem quaſi oua contine- Abdiæ a bo in manu mea: tamen detrahentur de ſublimibus, & perdentia ſupellectilẽ priſtinam, omnemque ſubſtantiã domus ſuæ, vix quaſi pauperes clã comedere & mordere tacebunt. Scio multum Hebraicũ ab his quæ dicta ſunt diſcrepare: ſed facere quid poſſum, cui ſemel propoſitum eſt & ipſum Hebraicum, & vulgatas in toto orbe ſcripturas interpretari.

c ¶ *Et ſuperduxiſti, &c.*] Poſtquam miſerat Deus in capita iniquorum mortem, & conciderat capita potentium in ſtu- Pſalm. 73. c pore & confregerat ea in mari (ſcriptum eſt. n. in pſalmis: *Tu confregiſti capita draconis*) principibus interfectis ſiue confractis, & victo forti, venitur ad domum eius, & vniuerſa illius Marc. 3. c vaſa diripiuntur. Vaſa autem & domum fortis & ſupellectilem principis, quid aliud poſſumus interpretari, niſi mare huius ſæculi, in quo habitat draco? Superinducit ergo Deus egregius eques & auriga pręcipuus, equos ſuos, Angelos videlicet ſublimeſque virtutes, ſuper mare huius ſęculi, vt turbent aquas multas, dæmonia & contrarias poteſtates. Quod Apoc. 19 b ſi voluerimus de aduentu Chriſti interpretari, iuxta illud quod in Apocalypſi ſcribitur, quod ſermo Dei ſedeat in equo albo, & omnis exercitus in equis albis ſequatur eum: videbimus quo modo Chriſtus aſcenderit in Apoſtolis ſuis, di- Matt. 28. d cens eis: *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus, vſque ad conſummationem ſæculi.* Et *euntes ite, baptiʒate omnes gentes*, & reliqua.

Et poſtea

A Apoc.17.d Et poſtea conſcenderit in vno equo candido, quem alium nō puto eſſe, niſi Apoſtolum Paulum: ſuper quem equitans, omnem orbem circuierit. Aſcendit autē ſermo Dei in equis ſuis, vt turbarentur aquę multę, hoc eſt, vel populi multi, qui Matth. 7.b ante in mari erant, & à dracone tenebantur obnoxij (*lata* .n. *& ſpacioſa via eſt, quæ ducit ad mortem*, & turbarentur primū errorem priſtinum deſerētes: deinde cōturbati venientē equitem ſuſciperent.) Vel certe de quibus ſupra diximus, dæmonum cateruæ nequaquam ita dominarentur in mari, ſed turbatæ cederent & equitis pręliantis vulnera formidarēt: Atque vtinā & in me aſcendat verbum Dei, & per lanceam oris mei interficiat cū qui regnat in aquis multis: vt ad regis interitū, aquę, quę illis ſubiectæ fuerant, conturbatæ, præbeant colla equiti meo, redacti in vnam quadrigam, efficiamur Domini Cherubim: quod interpretatur ſcientiæ כרובים multitudo. Numquam enim auriga, ſic compoſitus, & ſic fertur ornatus, vt in his, qui ſcientiæ multitudine, & habenis inter ſe ſapientię copulantur.

¶ *Cuſtodiui & extimuit*, &c. *conturbata eſt fortitudo mea.* ] Siue, vt alibi ſcriptum reperimus, ἡ ἕξις μου: quod nos poſſumus dicere habitudo mea: diuerſa quippe exemplaria reperiuntur. Poſſunt autem hæc & ex perſona prophetæ dici ſuperioribus cohęrentia, quia miſiſti, ô domine, in capita iniquorum mortem, & ſuſcitaſti vincula vſque ad collum, & diuiſiſti in ſtupore capita potentium, & induxiſti in mare equos tuos, conturbantes aquas multas: Propterea ego omni cuſtodia ſeruaui cor meum, & contremuerunt viſcera mea, & B tota mea, vel fortitudo, vel habitudo turbata eſt, ne ſimilia ſuſtinerem. Poteſt quoque & quaſi ſuum habere principiū, narrante propheta timorem ſuum, & quomodo formidaret ne peccaret in aliquo, & ad vocem orationis labiorum ſuorum cōmonitus, tantum timuerit Deum: vt ingreſſus ſit tremor in oſſa eius, & ſub excelſa manu Domini poſitus, omni animæ ſuæ fortitudine vel habitu conturbatus ſit. Quod autē ait: *Ingreſſus eſt tremor in oſſa mea*, ἐμφατικώτερον accipiendum: vt videamus magnitudinem timoris Dei penetrantis vniuerſitatem animæ, & totum hominem commouentis ne quicquam faceret quod diſpliceret Deo. Et quia allegoricè iuxta membra corporis, animæ quoque membra ſcriptura cōmemorat, ventrem pauentem, eam virtutem accipiamus animæ, quæ ſpirituales cibos recipit, & labia, quibus ſecum mens loquitur, & oſſa, robuſta & ſolida dogmata, quibus tota animę compago ſolidatur. Hæc à me breuiter dicta ſunt. Si quis autem his ſagaciora & veriora repererit, illi magis explanationi præbere conſenſum.

b ¶ *Requieſcam in die tribulationis meæ, vt aſcendam ad populum peregrinationis meæ, &c.* ] Quia omni cuſtodia ſeruaui cor meum, & extimuit venter meus à voce orationis labiorum meorum, & ingreſſus eſt tremor in oſſa mea, & ſubter me conturbata eſt fortitudo vel habitudo mea, & propter tantam cuſtodiam à peccatis alienus effectus ſum: Idcirco nunc confidenter dico: requieſcam in die tribulationis, vt aſcendam ad populum peregrinationis meæ, id eſt, qui æque vt ego in hoc mundo peregrinatus eſt. Aſcendam autem deorſum poſitus, & quaſi de valle ad ſublimiora nitens tota auiditate contendam, vt tempore quo cæteri in tribulatione ſunt & anguſtia, mihi cura ſit de aſcenſu, quo modo cum populo peregrinationis meæ requieſcam in altioribus locis: Eſaia 14. b Diem autem tribulationis puto conſummationem eſſe mundi, de quo & Eſaias ait: *Dies Domini inſanabilis furoris & iræ, ponere orbem terræ vniuerſum in deſertum, & peccatores perdere.*

c ¶ *Ficus enim non florebit, &c.* ] Iuxta Hebraicum, in duo ſupra diximus: Ingrediatur putredo in oſſibus meis, & ſubter me ſcateat, vt requieſcam in die tribulationis, vt aſcendā

H EB.

mari equis tuis, in luto aquarum multarum. Audiui & conturbatus eſt venter meus: ad vocem contremuerūt labia mea. Ingrediatur putredo in oſſibus meis, & ſubter me ſcateat, vt requieſcam in die tribulationis meæ, vt aſcendam ad populum accinctum noſtrum. c Ficus enim non florebit, & non erit

S EPT.

*turbantes aquas multas.* a *Cuſtodiui, & extimuit venter meus à voce orationis labiorum meorum: Et ingreſſus eſt tremor in oſſa mea, & ſubter me conturbata eſt fortitudo mea.* b *Requieſcam in die tribulationis meæ, vt aſcendam ad populum peregrinationis meæ. Quia ficus non afferet fructum, & non*

C ad populum accinctum noſtrū: itaque præceſſerunt copulabuntur ſequentibus: Ideo tribulationem ad præſens volui ſuſtinere, & poſtea ad populum fortē aſcendere, quia veniet dies tribulationis & neceſſitatis, & cæteris in anguſtia conſtitutis, ego in tua maieſtate lætabor. Ficus. n. non florebit, & non erit germen in vineis: mētietur opꝰ oliuę, & arua nō afferent cibū, & cætera: Quæ quia non multum diſtant à Lxx. cum interpretatione eorum pariter diſſeramus. Cum venerit dies tribulationis, & ego aſcendero ad populum: qui mecum aliquando peregrinatus eſt: Vel certè cū venerit dies euerſionis Iudaicæ & populi prioris, & derelicta fuerit filia Sion ſicut tabernaculum in vinea, & ſicut caſula in cucumerario, & ſicut ciuitas quæ oppugnatur: ego Eſaia 1.c Ibid. 27.a Sec. 70. Eſaia 1.c qui de pereunte electus ſum populo (de quo dictum eſt: Niſi dominus reliquiſſet nobis ſemen, quaſi Sodoma fuiſſemus & quaſi Gomorra ſimiles eſſemus) copulabo me diſcipulis Chriſti: Quos quia in monte docet, turbis, & debilibus deorſum relictis, ego ad montana conſcendam. Ficus enim non dedit fructum, ad quam venit in Euangelio eſuriēs Dominus, & non inuenit in ea poma, & maledixit ei, dicens: Nō Matt. 21.b *afferes fructum vſque in ſæculum.* Et diligenter conſidera qd dixerit: *Non afferes fructū in ſæculū*: non ait, vſque in ſęcula Rom. 11. ſęculorū. Sed cū ſæculum iſtud pertranſierit, & intrauerit plenitudo gentiū: tunc etiā hæc ficus afferet fructus ſuos, & omnis Iſrael ſaluabitur. Hæc eſt ficus, ad quā tertio venit paterfamilias, & quaſi non facientem fructus vult ſubuertere: pro qua agricola, cui commiſſa fuerat, deprecatur vt det ei ſpatium, & dicit: *Domine dimitte eam & iſtum adhuc annum,* Luc. 13. b *donec fodiam circa eam, & mittam ſtercus, & ſiquidem fecerit fructū: ſin autem, tunc ſuccides eā.* Agricola iſte vel Gabriel eſt, D vel Michael, cui commiſſus eſt populus Iudæorum, qui dominum deprecatur in paſſione, & dicit: Domine da ei ſpatiū pœnitentiæ, & noli eos ſubuertere, & ſi quidem fecerint fructum: ſin autem tunc ſubuertes eos. Si fecerint, inquit, fructū: non dixit quid ſuſtinerent, neque dixit, ſi fecerint fructū permanebunt vt erant: ſed ſi fecerint fructum: ſuſpenſa ſententia eſt, vt ſubaudiatur transferes eos in Eccleſiam gentiū, & in alteram vineam tranſplantabis. Venit Dominus tertiò, & non inuenit in eis fructum. Dedit primum legem per Moyſen: ſecundò locutus eſt per prophetas: tertiò ipſe deſcendit. Et poſt paſſionem datis ad pœnitentiam quadraginta quatuor annis quia non fecerunt fructum, quartò ſubuerſi ſunt. Quod tamen noſtræ intelligentiæ derelinquitur. In parabola enim non ſcribitur quid poſtea fecerit paterfamilias: ſed quid tantū agricola deprecatus ſit. Ex quo animaduertimus eos qui de hac ficu fecerint fructus, ad populum gentium eſſe tranſlatos: ad quem aſcendit & propheta, dicens: Requieſcam in die tribulationis, vt aſcendam ad populum peregrinationis meæ. Eos autem qui non fecerunt fructus, & permanſerunt in duritia ſua, eſſe ſubuerſos. Hoc ipſum ſignificat & Ioannis vox in Euangelio: *Ecce ſecu-* Matth. 3. c *ris ad radices arborum poſita eſt: Omnis arbor quæ non fece-* Luc. 6. b *rit fructum, excidetur & in ignem mittetur.* Diximus de ficu, monſtrantes eam eſſe populum Iudæorum: dicamus Eſaiæ 5. a & de vinea: quod quidem facile intelliget qui Eſaiam le- Sec. 70. gerit: *Vinea facta eſt dilecto in cornu, in loco vberi.* Et poſtea: *Et expectaui vt faceret fructum: fecit autem ſpinas, & non* Hier. 2. b *iudicium, ſed clamorem.* Et in Hieremia: *Ego autem plantaui te vineam fructiferam totam veram: quo modo verſa es in amaritudinem vitis aliena?* Et manifeſtius in pſalmis: *Vineam* Pſalm. 79.b *de Ægypto tranſtuliſti: eieciſti gentes & plantaſti eam.* Hæc igitur vinea, ad quam pater familias ſępe miſerat ſeruos, vt acciperet de ea vinum, quod lætificat cor hominis: Mat. 21. d quia verſa eſt in amaritudinem, & nouiſſimè etiam patris familiæ filium auſa eſt interficere: non vuas faciens, ſed



E ſed ſpinas, & non iudicium, ſed clamorem (*crucifige, crucifige* Ioan. 9. c *eum, & non habemus regem, niſi Cæſarem.*) propterea extermi- Pſalm. 79. b nauit illam aper de ſilua, & ſingularis ferus depaſtus eſt eā. Rom. 11. c Oliuam quoq; populum ſynagogæ liquido comprobabit: qui in Apoſtolo fractos oliuæ ramos legerit, & nos de oleaſtro inſertos: vt in ramis intelligamꝰ multitudinem Iudaicam fuiſſe ſucciſam, in radicibus Apoſtolorum electionem eſſe ſeruatam, in quibus nos inſerti manebimus, ſi fecerimus fructum, & dicetur de Pſal. 127. a nobis: *Filii tui ſicut nouellæ oliuarū in circuitu mēſæ tuæ.* Multi putant ficum, & vineam & oliuam in myſterio accipi trinitatis, quod ficꝰ propter pomorū dulcedinem Spiritꝰ ſanctus intelligatur: Vinea ipſe Ioan. 15. a dn̄s noſter Ieſus Chriſtus, qui dicit in euangelio: *Ego ſum vitis.* Oliua autem Deus pater omnipotēs: à quo cuncta illuminētur, & de quo egrediatur lux, & ad quem poſſumus di- Pſalm. 35. c cere: O oliua *in lumine tuo videbimus lumē*, id eſt, in filio videbimꝰ Spiritū ſāctū. Ad has fructuoſas arbores, & vberrimā Iudic 9. b vineam, veniunt infructuoſa ligna in Iudicum libro, & rogant vt regnet ſuper ſe. Sed numquam ſuper ligna ſiluarū, quæ debentur incendio, regnat oliua, ficus, & vinea: ſed magis imperat eis ramnus plena ſentibus, & ericio ſimilis, Eſaia 14. c qui habitat in Babylone, & ſemper verſatur in foueis. Quæ arbuſcula non ſolum ſpinas habet, ſed & ignem: vulnerans & comburens quidquid attigerit. Deniq; egreſſus eſt ignis & conſumpſit ligna ſiluarum. Vt autem ſcias ſecundum ſuperiorem intelligentiam, in qua de ſynagoga dictum acce- F pimus: Ficus non faciet fructum, & non erunt genimina in vineis: non de fructibus dici, ſed de operibus bonis. In oliua manifeſtè ænigma aperitur, & dicitur: Mentietur opus oliuæ. Fructus enim quos afferre debuerant, in operibus demōſtrantur: mentietur autē opus oliuæ, aliud promittētis & aliud faciētis, dicentes ad Moyſen: *Omnia quæ-* Exod. 24. b *cūque dixerit, dominus faciemus*, & nolētes in eū credere, quia à Moyſe prędicatus eſt. Campi quoq; non faciēt fructum. Conſidera quod Hieruſalem quæ quondam ſita erat in montibu, *Et mōtes in circuitu eius, & fundamenta eius in mon-* Pſal. 124 a 86. a *tibus ſanctis:* nunc humilis appelletur atque cāpeſtris, quæ non ſolum homines, id eſt, rationabilia non alit animalia, ſed nec pecora quidem & boues: de quibus & Salomon Prou 27. e Sec. 70 loquitur in Prouerbiis: *Adhibe curam his quæ in campo ſūt regionibus, & attōde herbam, & congrega fœnum: vt habeas oues ad veſtiendum.* Boues quoque non erunt in pręſepibꝰ quia *vbi* Prou. 14. a *plena ſunt præſepia, manifeſta eſt fortitudo bouis.* Bos operarius Sec. 70. eſt: bos domini ſuſtentans iugum, bos in cuius veſtigium Eſaiæ 32. d Sec 70. qui ſeuerit, beatus eſt. Omnia hæc auferentur à populo: quia iniquè egit in Deum creatorem ſuum. Quod ſi nolueris diem tribulationis, diem conſummationis accipere: ad eos referes omnia, qui dicunt ſe eſſe de eccleſia, & non habent opera iuſtitiæ. Et ficus, & vinea, & oliua, myſteriū videlicet Trinitatis, non afferunt in eis fructum ſuum: & non ſolum frumenta & eſcas rationabilium: ſed nec cibū quidem habent in campis ſuis pecorum, & iumentorum, & præſepia eorum vacua ſunt, & pro excelſis montibus in planis humilibuſque verſantur.

a ¶ *Ego autē in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Ieſu meo, &c.* ] Ficu, & vinea, & oliua, iuxta quod expoſui, nō facientibus fructum ſuum, & Iudæorum agris non afferentibus cibos, abſciſis quoq; de ouili pecoribus, & armentis de G præſepibus, poſtquam audierūt à domino: *Relinquetur vo-* Matth. 23. d *bis domus veſtra deſerta*: populo etiā captiuitati tradita, & in toto orbe diſperſo: propheta de populo Iudæorum qui in- חבקוק terpretatur amplexatio (eo ꝙ amauerit dominū, & adheſerit ei, illique ſe iūxerit) ex perſona Apoſtolorum, & populi credētis in Chriſto loquitur: *Ego verò in domino gaudebo, & exultabo in Deo Ieſu meo*: Pro quo Lxx. trāſtulerūt τῷ σωτῆρί μου, id eſt, *ſaluatore meo*: Idipſum & Gabriele interpretāte: Luc. 1 b *Et vocabitur Ieſus: ipſe enim ſaluabit populū ſuū*: *Deus dominus fortitudo mea.* Nullam enim aliam, niſi in Chriſto habebo virtutem, & cunctas legis iuſtitias quiſquilias cōputabo. *Et ponet pedes meos quaſi ceruo-* Pſal. 90. c *rū*: vt calcē ſuper aſpidē & baſiliſcum, & quaſi puer paruu- Eſaiæ 11. b lus mittam manum in foramen, & extraham ſerpentem, ludāque de colubro. *Similis* Cant. 2. c enim *eſt fratruelis meus capreæ, aut hinnulo ceruorum.* Et quia ipſe eſt ceruus, mihi quoque donauit vt ceruus eſſē, ſublimis cornibus, findens vngulas, cibos ruminans, & ad odorem meum ſerpentes fugans: de quo dicitur in decimo ſeptimo pſalmo: *Qui perfecit pedes meos tanquā ceruorum, & ſuper excelſa ponet me.* Et in viceſimo octauo: *Vox domini perficiētis ceruos.* Ponet ergo pedes meos inter cæteros ceruos ſuos & ad cęleſtia perducet me, vt inter angelos canam gloriam domini, & ſuper terram pacem hominibus bonæ voluntatis annūciem. Canam autem victoriam eius, & triumphū, Luc. 2. b & trophæum crucis. Hoc iuxta Hebraicum & vnā editionem, ad tempus Iudaicæ euerſionis, & ad aduētum domini cuncta referamus. Si autē voluerimus de conſummatio- H ne mundi accipere, ſic exponendum eſt quo modo in Exo- Exod. 9 f do, quando percuſſa eſt Ægyptus, & percuſſit Deus vineas eorum, & ficus eorum, & occidit primitiua hominum, & iumentorum in grandine, & Ægyptias fruges bruchus, locuſtaque cōſumpſit: ficus in Ægypto nō attulit fructū: nec erant genimina in vineis eorum: mentiebatur (ſicubi tamē poterat reperiri in Ægypto) opus oliuæ, & campi eorū non dabant eſcas, & deficiebant, eo quod non haberent cibos pecora eorum, & nō erant boues in præſepibus. Populus autem Iſrael exultabat in domino, & gaudebat in Deo ſalutari ſuo. Sic in cōſummatione mundi, quando multiplicata iniquitate refrixerit charitas, & ficus non attulerit fructus, & vineæ nō habuerint vuas, & mētitum fuerit opus oliuæ, & campi nō germinauerint cibos, & cætera quæ ſequuntur: Tunc quicūque iuſtus & electione Dei dignus fuerit inuentus, loquetur exultās: *Ego autem in domino exultabo, gaudebo in Deo ſalutari meo: Dominus Deus fortitudo mea.* Et quaſi poſitus à Deo ſuper conſummationem ſæculi: vt poſtea ad ſuperiora conſcendat, & à Deo educatur ad ſummum, dicet: Et ponet pedes meos in conſummationem, ſuper excelſa imponet me: vt cum ab ἀγωνοθέτῃ Ieſu, qui primus in agone ſuperauit, præmium fuerit cantātibus poſitum: ego vincam in carmine eius, & manus meæ componant citharam & pſalterium, & omne organorum genus, ſcribamque panegyricum triumphanti. Et qui in principio locutꝰ ſum: *Vſquequo clamabo & non exaudies? vociferabor ad te vim patiens: & non ſaluabis?* & de iuſtitia eius iudicioque cauſatus ſum: poſtea laudabo æquitatem eius, & cantores meo carmine ſuperabo.

H EB.

erit germen in vineis: mentietur opus oliuæ, & arua non afferent cibum: abſcindetur de ouili pecus, & non erit argumentū in præſepibus. a Ego autem in domino gaudebo, & exultabo in Deo Ieſu meo. Deus Dominus fortitudo mea, & ponet pedes meos quaſi ceruorum. Et ſuper excelſa mea deducet me victori in pſalmis canentem.

S EPT.

*non erunt germina in vineis: mentietur opus oliuæ, & campi non facient eſcas: defecerunt, eo quod comederent oues, & non ſunt boues in præſepibus: Ego autem in domino exultabo, gaudebo ſuper Deo ſalutari meo. Dominus Deus fortitudo mea, & ponet pedes meos in conſummationem Super excelſa imponet me, vt vincam in cantico eius.*

*Commentariorum in Habacuc prophetam finis.*

DIVI

# DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN SOPHONIAM PROPHETAM AD PAVLAM ET EVSTOCHIVM.

## PROLOGVS.

*ANTEQVAM Sophoniam aggrediar, qui nonus eſt in ordine duodecim prophetarum, reſpondendum videtur his qui me irridendum exiſtimant, quod omiſsis viris ad vos ſcribā potiſſimum ô Paula & Euſtochium. Qui ſi ſcirent Holdam viris tacentibus prophetaſſe, & Deboram iudicem pariter & prophetam, hoſtes Iſrael, Barach timente ſuperaſſe, & Iudith & Heſter in typo eccleſiæ, & occidiſſe aduerſarios, & periturum Iſrael de periculo liberaſſe: numquam poſt tergum meum manum incuruarent in ciconiam. Taceo de Anna & Heliſabet, & ceteris ſanctis mulieribus, quarum velut ſiderum igniculos, clarum Mariæ lumen abſcondit. Ad gentiles fœminas veniam: vt & apud ſæculi philoſophos videant animorum differentias quæri ſolere, non corporum. Plato inducit Aſpaſiam diſputantem: Sappho cum Pindaro ſcribitur, & Alcæo Themiſta inter ſapientiſſimos Græciæ philoſophatur: Corneliam Gracchorum, id eſt, veſtram, tota Romanæ vrbis turba miratur: Carneades eloquētiſſimus philoſophorum, accutiſſimus rhetorum: qui apud conſulares viros, & in Academia plauſus excitare conſueuerat, non erubuit in priuata domo audiente matrona de Philoſophia diſputare. Quid referam Catonis filiam, Bruti coniugem, cuius virtus facit ne patris maritique conſtantiam tantopere miremur? Plena eſt hiſtoria tam Græca quam Latina virtutibus fœminarum, & quæ integros libros flagitet. Mihi tantum, quia aliud operis incumbit, in fine prologi dixiſſe ſufficiat: dominum reſurgentem primum apparuiſſe mulieribus, & Apoſtolorum illas fuiſſe apoſtolas: vt erubeſcerent viri non quærere, quem iam fragilior ſexus inuenerat.*

[4. Reg. 22. c; Iud. 4. &; Luc. 2. c; Luc. 24.; Mar. 16. b]

## COMMENTARIORVM HIERONYMI IN SOPHONIAM PROPHETAM.

VErbum Domini quod factum eſt ad Sophoniam filium Chuſi, filii Godoliæ, filii Amariæ, filii Ezechiæ, in diebus Ioſiæ filii Amon regis Iuda.

HEB.

a Congregans congregabo omnia à facie terræ, dicit dominus: cōgregans hominem & pecus, congregans volatile

SEPT.

*Defectione deficiat à facie terræ, dicit Dominus: deficiat homo, & iumenta: deficiant volatilia cæli, & piſces*

*VErbum domini quod factū eſt ad Sophoniā filiū, &c.*] Tradunt Hebræi cuiuſcūq; prophetæ pater aut au⁹ ponatur in titulo, ipſos quoq; prophetas fuiſſe. Vnde & Amos vnus de duodecim prophetis qui dixerat: *Non ſum propheta, nec filius prophetæ: ſed paſtor caprarum vellicās ſycamina*: patris nomen in titulo non habet. [Amos 6. d; Sec. 70.] Hoc ſi verum eſt: Sophonias propheta, quem nunc conamur exponere, nomine, vt ita dicam, prophetico, & glorioſa maiorum ſuorum ſtirpe generatus eſt: habuit enim patrem Chuſi, auum Godoliam, proauum Amariam, atauū Ezechiam, & talem quadrigam ipſe velut extremus auriga cōpleuit. Nomē Sophoniæ alii ſpeculā, alii arcanum domini tranſtulerunt. Siue igitur ſpecula, ſiue abſconditū domini interpretetur: vtrumque prophetæ conuenit: Dicitur enim ad Ezechielem: *Fili hominis, ſpeculatorem te poſui domui Iſrael.* Et in alio loco: *Non faciet dominus quicquam niſi reuelauerit diſciplinam ſuam ſeruis ſuis prophetis.* [Ezech. 3. d; Amos 3. d; Sec. 70.] Et noni pſalmi titulus, *pro abſconditis filiis* interpretatur. Iſte ergo propheta, qui erat in ſpelunca & in ſublimib⁹ conſtitutus, & nouerat myſteria domini, filius erat Chuſi, (qui interpretatur humilitas vel Æthiops meus: de quo poſtea tractabimus) habebat quoque auum Godoliam: qui dicitur magnitudo domini; & proauum Amariam, qui & ipſe vertitur in ſermonem domini, & atauū Ezechiam, qui ſonat fortitudinem domini. De fortitudine itaque domini natus eſt ſermo domini, & de ſermone domini nata eſt magnitudo domini, & de magnitudine domini, nata eſt humilitas, vt cum peruenerit aliquis ad perfectum, dicat, *Nō ſum dignus vocari apoſtolus.* [1. Cor. 9.; Pſal. 1. 30.] Et illud in pſalmis: *Domine non eſt exaltatum cor meū, neq; elati ſunt oculi mei.* Hucuſque quaſi prono lapſu, & per plana currentes, in eo quod Chuſi etiam Æthiops meus interpretatur, impegimus. [Gen. 10. c] Nam poſt tantas virtutes, quo modo nomē Æthiopis ſonare poterit in laudem? Et ſi quidem ſcriptura dixiſſet Chus, id eſt, Æthiops, videbatur indiſſolubilis quæſtio: Chus quippe natus eſt de Cham. Sed in eo ꝙ ait, Chuſi, hoc eſt, Æthiops meus, videtur ſonare myſteriū: quod ille qui quondā Æthiops fuerat, verſus in pœnitentiā (ſecūdū illud quod dicitur: *Æthiopia præueniet manus eius Deo.* Et in alio loco: *In conſpectu eius procident Æthiopes.*) [Pſal. 67. g; Ibid. 71. b] dicat cū ſponſa in cantico canticorū: *Nigra ſum, ſed ſpecioſa filia Hieruſalem.* [Cant. 1. c; Hier. 38 b] Legimus & in Hieremia Abdimelech eunuchum Æthiopem placuiſſe Deo: Et in actis apoſtolorum Æthiopem eunuchū reginæ Candacis tantū habuiſſe ſtudium ſcripturarū [Act. 8. c] & legis Dei, vt in vehiculo legeret, & ad adorandū dominū in tēplo eius veniret Hieruſalē. Vnde talis fides digno prēmio coronatur, & mittitur ad eū Philippus euāgeliſta, ſtatimq; docetur, credit, baptizatur, & ſalu⁹ eſt. Et nō ſolū eunuchus, ſed cū additamento viri ponitur eunuchus vir Æthiops. Quia enim eunuchus erat Chriſti, & ſe eunuchizauerat propter regnum cælorū, proptereaviri vocabulū non amiſerat. Rectè quoq; Sophonias quaſi filius Chuſi, id eſt Æthiopis, in conſequentibus libri de pœnitētia ſcribit Æthiopū; *Trās flumina*, inquit, *Æthiopiæ, inde deferēt hoſtias mihi.* [Infr. 3. b] Hæc de genealogia Sophoniæ, q prophetauit in dieb⁹ Ioſiæ. Quo modo autē dies dicūtur Eliæ, hi qui ab eo illuminati ſunt, ita & dies Ioſiæ, qui ſe leuauerat ad dominū, quia Ioſias interpretetur eleuatio domini, & fuit vir iuſt⁹, & de laudibus eius, regnorū quoq; & Paralipomenon ſcribit hiſtoria. [4. Reg. 23. a; 2. Para 34.; 4. Reg. 21.] Et habuit patrē Amon, auū Manaſſen. Legimus Manaſſen poſt multa ſcelera, & poſt captiuitatē, in Babylone egiſſe pœnitentiā, & ad meliora cōuerſū domini miſericordiā conſecutū. Vnde & fidei ſuæ, per quā crediderat Deo, filiū vocauit a אמון, Amon: Siquidē Amon fides interpretatur. [a Amon.] Simulq; cōſidera, quod nequaquā vt ſupra reges decem tribuū, id eſt, reges Iſrael ponantur: ſed reges tantū Iudæ. Iam enim decem tribus ab Aſſyriis ſub rege Ezechia patre Manaſſe deductæ fuerant in captiuitatem. [4. Reg. 17.] Hoc in prooemio & in titulo Sophoniæ generationis & temporis. Nūc videamus quid ipſa quoque prophetia contineat.

a ¶ *Cōgregans congregabo, &c.*] Hoc quod poſuimus, & ruinæ impiorum erunt, & in Lxx. infirmabuntur impii, de Theo-



HEB.

latile cœli, & piſces maris, & ruinæ impiorum erunt: & diſperdā homines à facie terræ, dicit dominus. a Et extendā manū meam ſuper Iudā, & ſuper omnes habitatores Hieruſalem: & diſperdam de loco hoc reliquias Baal, & nomina æditorum cum ſacerdotibus, & eos qui adorant ſuper tecta militiam cœli, & adorant, & iurāt in domino, & iurant

SEPT.

*ces maris: & infirmabuntur impii, & auferam iniquos à facie terræ, dicit dominus. Et extendam manum meam ſuper Iudam, & ſuper omnes qui habitant Ieruſalem: & auferam de loco hoc nomina Baalim, & nomina ſacerdotum cum ſacerdotibus, & eos qui adorant ſuper tecta militiam cæli, & eos qui iurant in domino, & iurant in rege ſuo,*

Theodotionis trāſlatione additū eſt, pro quo Symmachus interpretatus eſt, & ſcādala cum impiis, vt ſubaudiatur cōgregabuntur, ſiue deficient. Quinta autē editio, & infirmitas cum impiis deficiet. Debemus ergo, conſuetudinē noſtram ſequentes, primū hiſtoriam texere, & poſtea de ſublimiorib⁹ diſputare. Extremū quippe regnum duarum tribuum, quæ vocabantur Iuda & Beniamin, ſub Ioſia fuiſſe nulli dubium eſt. [4. Reg. 23 f] Illo. n. interfecto, filii eius, qui poſtea regnauerunt, & nepotes, non tā regnaſſe credendi ſunt, quam ludibrio habiti fuiſſe ab Ægyptio rege & Chaldæis, & variis captiuitatib⁹, mortibuſq; cruciati. Quia igitur popul⁹ poterat ſe excuſare in regib⁹ malis, & dicere: nos volum⁹ ſeruire Deo, ſed phibemur à regibus, datur rex iuſt⁹, quo zelāte zelum dñi, & populo nihilominus in Idolorum cultu pſeuerāte, iuſta irę cauſa profertur à domino, & prophetatur de euerſione Hieruſalem, & captiuitatē Iuda, & victoria Nabuchodonoſor: Dicitque dominus per prophetā: Nequaquam vltra tribuam pœnitentiā, ſed à facie terræ vniuerſa conſumam: non homo, nō iumentum, non volatile, non piſces maris remanebunt. Iram quippe dñi etiā bruta ſentiunt animalia: Et vaſtatis vrbibus, hominibuſq; interfectis ſolitudinem & raritatem beſtiarum quoq; fieri, & volatiliū piſciumque, teſtis Illyrium eſt, teſtis Thracia, teſtis in quo ortus ſum ſolum: vbi præter cœlum, & terram, & creſcentes vepres, & condenſa ſyluarum, cūcta perierunt. Hoc autem, inquit propheta, accidet, quia impiorum fuit nimia multitudo. Corruent itaque impii, & diſperdentur homines, & erit ſolitudo ſuper faciem terræ. Sed & de cōſummatione mundi idipſum accipere poſſumus: quod & homines & pecora, & volatilia, & piſces maris, & vniuerſa deficient, & infirmentur impii, & tollatur iniquitas à facie terræ. Quod ſi voluerimus & altius aliquid intelligere, (propter hoc quod dicitur à Lxx. *Defectione deficiat à facie terræ*) & defectionem in bonam partem accipere (iuxta illud: *Et deficiens mortuus eſt Abraham in ſenectute bona, ſenex & plenus dierum: & appoſitus eſt ad populum ſuum*, [Gen. 25. a] & de his quæ de Iſaac & Iacob ſcriptura refert) videbimus quo modo defectione deficiant à facie terræ: Et hoc eos implere præceptum: qui habentes conuerſationem in cœlis, & in carne non ſecundum carnem militantes (eo quod ſciant illos qui in carne viuunt Deo placere non poſſe) quantum in ſe eſt omnia agūt ne ſint in carne, ſed in ſpiritu, & à terra recedentes aiunt: *Conſuſcitauit, & conſedere nos fecit in cæleſtibus in Chriſto.* [Rom. 8. b] Quod ſi aliquis oppoſuerit aduerſum hoc, quod in bonam partem accepimus: defectione deficiat à facie terræ: illud quod de Iſmahel ſcriptum eſt: *Hi ſunt anni vitæ Iſmahel, centum triginta ſeptem, & deficiens mortuus eſt, & eſt appoſitus ad genus ſuum.* [Gen. 25. b; Sec. 70.] Reſpondebimus ei primum, & ipſum Iſmahel filium eſſe Abraham, & accepiſſe dona & partes à patre ſecundum menſuram ſuam: deinde abſolutum ſcriptum: *deficiens mortuus eſt*, & non addi (quod ſcriptum eſt de Abraham) *in ſenectute bona, ſenex & plenus dierum, & appoſitus eſt ad populum ſuū.* Siue de Iſaac: *Fuerūt autem dies Iſaac, quos vixit, anni centum octoginta quinque, & deficiēs Iſaac mortuus eſt, & appoſitus eſt ad genus ſuum, ſenex & plenus dierum*: [Ibid. 35. b; Sec. 70.] Nec non & de Iacob: *Et ceſſauit Iacob præcipiens filiis ſuis, & leuans pedes ſuper lectum defecit, & appoſitus eſt ad populum ſuum.* [Ibid. 49. d] Ex quo intelligimus aliud eſſe tantum deficere, & aliud cum defectione plures pariter habere virtutes. Quod autem primum dixerat generaliter: defectione deficiat à facie terræ: poſtea in partes diuiſit ſcriptura diuina: deficiat homo, & iumenta: deficiant volatilia cæli & piſces maris. Quatuor ſunt quæ iubentur deficere, primum homo rationabilis, deinde tria quæ ſubiecta ſunt homini, iumēta & volatilia & piſces, quæ puto & in octauo pſalmo poni: *Inſuper & pecora campi: Volucres cæli & piſces maris, qui perambulant ſemitas maris.* [Pſal. 8. b] Quod autē primum dixerat, oues & boues vniuerſas, quaſi præcipua de iumentis ſeparauit, & cum his quæ manſere iumenta, numerare eā noluit. Deficiat itaque homo, deficiāt iumēta, deficiant volatilia, deficiant piſces, & non dixit, deficiāt beſtiæ, deficiant reptilia terræ. Hæc enim nō debēt deficere, ſed perire: verum deficiant ea quæ poſſūt habere correctionē. Quo modo defecerūt Saræ muliebria, & iubetur Abrahā vt audiat quæcūq, Sara præceperit. [Gen. 18. b; Ibid. 21. b] Deficit quis vt homo, ſi contēnat humana, & nō vltra moriatur vt homo, & audiat: *Ego dixi dii eſtis.* [Pſal. 81. b] Deficit alius vt iumentū, qui ad altiora conſcendens non accuſatur ſermone prophetico: *Homo cum in honore eſſet nō intellexit, comparatus eſt iumentis inſipiētibus, & ſimilis fact⁹ eſt illis.* [Ibid. 48. d] Deficit quaſi volatile cœli, qui facit ſibi pēnas aquilæ, & reuertitur ad domum præceptoris ſui diues, & omnem deſerens paupertatem. [Prou. 23. a; Sec. 70.] Deficit quaſi piſcis maris, qui comprehenſus ſagenis domini, cum bonis piſcibus ſeparatur. [Matth. 13. f] Cū hæc iuxta præceptū domini fuerint perpetrata, infirmabūtur impii non habentes tantum roboris quantum prius. Sed & tollentur iniqui, nō dixit occidentur, ſed tollentur: vt ad meliora conuerſi, de impietate & iniquitate, ad pietatem iuſtitiáque tranſlati, incipiant eſſe quod ante non fuerant. Hæc ſecundum tropologiam: Debemus enim & maiorum interpretationem ponere. Iam in lectoris arbitrio erit, vtrum ſeueritatem an clementiam velit ſonare quæ dicta ſunt.

a ¶ *Et extendā manum meam, &c.*] Poſt impiorum ruinas, & iniquorum ablationes à facie terræ, conſequēter aduerſus Iudam & aduerſus Hieruſalem ex perſona domini dicitur: Et extendam manum meam ſuper Iudam, & ſuper omnes habitatores Hieruſalem (extenſio quippe manus geſtum percutientis oſtendit.) Et diſperdam de loco hoc reliquias Baal: Non quod ſecundum Lxx. nomina Baalim penitus eradenda ſint, ſed quod iuxta Hebraicū cultores eius è populo, qui pauci de cæde hoſtium remanſerant, in Iuda & Hieruſalem ſe comminetur auferre. *Nomina* quoq; *æditorū cum ſacerdotibus*: Quia in tātam Iudas & Beniamin venerāt impietatem, vt in templo domini (iuxta quod ſcribit Ezechiel, & regnorum quartus liber oſtēdit) ſtatuā Baal, quā imaginem cęli dominus vocat, ſtatuerint: & in eodem ſanctuario idola & dominum pariter venerati ſint: [Ezec. 8. b; 4 Reg. 10. & 17. c] Vnde ſignāter idolorum ſacerdotes, non b כהנים, id eſt, ſacerdotes, ſed æditos vel phanaticos appellauit, quod Hebraicè dicitur c הכמרים. [b hacchoanim; c haccemarim.] Et ęditos ergo, & ſacerdotes quondam Dei, & eos qui in domatibus adorabant militiā cæli, ſolē & lunam & aſtra reliqua, & qui iurabāt in nomine domini, & in nomine idoli Ammonitarū Melchom (quod à Lxx. in regem verſum eſt) auferet dominus de loco Hieruſalem, ſiue diſperdet: ἀπὸ κοινοῦ enim ſubauditur: Et diſperdam de loco hoc reliquias Baal, & diſperdam nomina æditorum cum ſacerdotibus, & diſperdā eos quia adorant ſuper tecta militiam cæli, & diſperdam eos qui adorant & iurāt in domino, & iurant in Melchom, & diſperdam eos qui auertūtur, ſiue declinant de poſt tergum domini, & qui non quærunt eum, ſiue non retinent. Auertuntur autem poſt tergū domini, qui relinquentes cultum eius iurant in Melchom, & adorant militiam cæli, & venerantur Baal idolum Sidoniorum. Hucuſque hiſtorię ſenſus expoſitus eſt: Videamus & Anagogen. Propter dominum, qui de tribu Iuda ortus eſt, & propter Hieruſalē, in qua regnauit Iudas, hoc eſt, dominus atque Saluator: dicamus *quando multiplicata fuerit iniquitas, & refrixerit charitas multorum*, & veniente [Matt. 24. a; Luc. 18. b]

domino

A
domino rara fides apparuerit in terra (intantum vt tententur etiam electi Dei) tunc extendere dn̄m ad ſupplicia peccatorum manum ſuam ſuper Iudam, qui ſibi videtur nomē domini confiteri, & ſuper Hieruſalem, eccleſiam quæ ex pace ſortita vocabulum eſt, & auferre de eccleſia nomina
בעלים
Baalim, quod interpretatur in ſublimiorib⁹. Auferat autem dn̄s nomina vanę glorię, & admirationis falſæ, quę verſātur
Iacob 2.
in eccleſia: In qua iuxta Iacobū veneratur *anulum aureum habens*, & cōtemnitur pauper: cum ad aduentum iudicis, & ſenatoris, & in cōmune omnium diuitum, plebs vniuerſa conſurgit, & ſācto pauperi ne ſtandi quidem inter cateruas potentum, & cōfeſſionis eorum tribuitur loc⁹: Sed & nomina ſacerdotum cum ſacerdotib⁹, qui fruſtra ſibi applaudunt in epiſcopali nomine, & in presbyterii dignitate & nō in opere. Vnde ſignanter nō ait, & opera ſacerdotūm cum ſacerdotib⁹, ſed nomina: qui tātūmodo falſa nomina præferūt dignitatū, & malis operibus ſua nomina deſtruunt.

*Et eos qui adorant ſuper tecta militiam cœli:* qui eleuantur aduerſus ſcientiam Dei, & omne quod geritur in ſæculo (fictā ſibi ſcientiam pollicentes) referunt ad ortus ſtellarum, & occubitus, & mathematicorum ſequuntur errores: Et eos qui adorant dn̄m & Melchō, qui ſæculo pariter & domi-
2. Tim. 2. a
no putāt ſe poſſe ſeruire, & duob⁹ dominis ſatisfacere, Deo
B
& mammonæ: qui militantes Chriſto obligant ſe nego-
Matth. 12. b
tiis ſæcularibus, & eandem imaginem offerunt Deo & Cæſari, & cum Chriſti ſacerdotes ſe eſſe dicant, filios ſuos cōſecrant Melchom, il eſt, regi ſuo. Recte enim habēt regem hominē, qui regē dominum perdiderūt, & qui per mala opera declinant à domino, & nō requirunt eum, nec retinēt ſua peccata fugientem. Si quis autem voluerit iuxta interpretationē nominum Iudæ & Hieruſalem ſuper anima vniuſcuiuſq; hoc ipſum intelligere, nō errabit quod auferat dominus vniuerſa quę diximus vel in conſūmatione mundi, vel in ſingulorum exitu, quando audient: *Stulte hac nocte*
Luc. 12. c
*auferetur anima tua à te.* Et extendat manum ſuam ſuper eū, qui dominum non confitetur, & ſuper eum qui ſenſum pacis ſe habere iactat, vt auferat atq; diſperdat de tali Hieruſalem omnem ſuperbiam, & falſos in Deum cultus, & variorum errores dogmatum, & ſeruitutem in Deum pariter & mundum, & per quotidiana peccata, auerſionem à domino & neglectum in Deum.

a ¶ *Silete à facie Domini Dei, &c.*] Pro eo quod Lxx. trāſtulerunt εὐλαβεῖσθε, id eſt timete, & nos poſuimus ſilete: in He-
has
bręo d הס, interiectio eſt imperantis ſilentium: qua ſępe vtuntur & comici: ſed & abſolutè præcipitur in cunctis ſilētium, quod dies ventura ſit domini. Diem autem domini, diem intelligamus captiuitatis & vltionis in populum peccatorem, & hoſtiam ſubuerſionis Hieruſalem, & ſanctificationē eorum quos dedicauit interfectioni: ſecundum illud quod dicitur in Hieremia: *Sāctifica eos in die interfectionis eo-*
Hier. 12. a
*rum.* Et eſt ſenſus: Venit contra impium populū olim prædicta captiuitas: iam prope eſt. Sub Ioſia enim rege prophetia texitur: hoc interfecto vaſtitas venit, de qua & in Eze-
Ezec. 7 a
chiele: *venit*, inquit, *finis: finis venit*, & cætera. Hæc mihi victima placet, has mihi hoſtias ſanctificaui. Poteſt autē hoc quod ait, ſanctificauit vocatos ſuos, & de Babyloniis accipi. quos in vltionē populi etiam ſeruos ſuos vocat vindicātes
Hier. 25. b
iniuriam ſuam. *Vocaui*, inquit, *Nabuchodonoſor ſeruum meum.* Et in eodem volumine non ſolum ſeruum, ſed columbam
Ibidem g
eum quoque vocat: *A facie gladii columbæ.* Porrò ſecūdum tropologiam, quia facies domini eſt ſuper facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum, & prope eſt dies iudi-
Pſal. 35. e
cii (qui ad comparationem æternitatis omne huius ſæculi tempus breue eſt) ſiue exitus ſingulorum, timeāt omnes & ſileant, ne facies dn̄i (de qua ſanctus ait: *Signatum eſt* Pſalm. 4. b
*ſuper nos lumen vultus tui domine*) peccatorum fœnum, ſtipulā, ligna cōſumat: Præparauit enim dominus hoſtiam ſuam totum Leuitici myſterium: quando per ignem & effuſionē ſanguinis, & verā oblationē, ſalui fient qui ſaluādi ſunt, & ſanctificabuntur vocati: Quidam de noſtris, diem domini, & hoſtiā eius, & ſāctificationem vocatorum, in aduentu Saluatoris intelligunt, quādo immolatus eſt agnus, & in ſāguine eius ſanctificati ſunt Apoſtoli, & cęteri qui per eos vocati ſunt.

C

HEB.

iurant in Melchom, & qui auertuntur de poſt tergum domini, & qui non quæſierunt dominum, nec inueſtigauerunt eum. a Silete à facie domini Dei, quia iuxta eſt dies domini: quia præparauit dominus hoſtiā, ſanctificauit vocatos ſuos. b Et erit in die hoſtiæ domini, viſitabo ſuper principes, & ſuper filios regis, & ſuper omnes qui induti ſunt veſte peregrina: Et viſitabo ſuper omnē qui arro-

SEPT.

*ge ſuo, & eos qui declinant à domino, & qui non requirunt dominum, & qui non retinent dominum. Timete à facie domini Dei, quia iuxta eſt dies domini: quia præparauit dominus victimam ſuam, ſanctificauit vocatos ſuos. Et erit in die hoſtiæ domini, & vlciſcar ſuper principes, & ſuper domum regis, & ſuper omnes qui induti ſunt veſtimentis alienis. Et vlciſcar ſuper omnes manife-*

b ¶ *Et erit in die hoſtiæ domini, &c.*] In die Iudaicę captiuitatis, quādo totus populus immolādus eſt, viſitauit dn̄s, & ſuper principes, qui manebibebāt ſiceram, & ſuper filios regis, vel omnes de ſtirpe regia vel certè propriè filios Ioſiæ, quos vel occiſos vel captos legim⁹, & ſuper omnes q induti ſunt veſte peregrina: hoc eſt, q p Dei cultu venerati ſūt idola. *Et ſuper omnes qui ar-*
*roganter ingrediuntur ſuper limen in die illa*, hoc eſt, aduerſum ſuperbos, qui cum quodam faſtu & dignitatis ſupercilio, עלכל הדולג
gradus templi & ſanctuarii limē aſcendunt. Porro, quia in eo vbi nos interpretati ſumus: *qui arroganter ingrediuntur ſuper limē*, poteſt intelligi ſecundum Hebraicum qui tranſiliunt limē, & hoc hiſtoricè ſentiendum eſt, vindicabo ſuper eos, qui iuxta Regnorum primum librum non calcant limen, idolorum ſuperſtitionibus ſeruiētes: Qui repleue- 1. Reg. 5. b
rūt domū dn̄i Dei ſui, non ſolum idolorū cultu, ſed iniqui-
tate, & ſcelere, & omni mendacio: vt ad errorem religionis D
iniquitas quoque in ſubiectos, & in proximos mendacium ingeretur. Sed quia ſemel & tropologice exponere cœpimus: Viſitabit dn̄s in aduentu & paſſione Saluatoris, id eſt, in die hoſtiæ filii ſui, ſuper pontifices & ſacerdotes populi Iudaici, & ſuper domū regiam. Vſque ad illud enim tēpus perſeuerauerunt reges Iudæ de ſtirpe Dauid, ſecundū pro-
phetiā Iacob, *non deficiet princeps ex Iuda, neque dux de fœmo-* Gen. 49. b
*ribus eius, donec veniat cui repoſitū eſt, & ipſe erit expectatio gē-tium.* Poſt hoſtiam enim domini ablatum eſt regnum à Iudæis. *Et ſuper omnes*, inquit, *qui induti ſunt veſtimentis alienis*, qui receſſerunt à protectione & indumento Dei, & ſuo errore cooperti ſunt. *Et vlciſcar ſuper omnes manifeſtè qui ſunt in veſtibulis*, hoc eſt, qui egreſſi ſunt de templo Dei, & cum deberent eſſe intrinſecus, propter peccata ſua egreſſi ſunt foras, & de eccleſia Dei receſſerunt, adimplentes templum eius impietate & dolo. Hoc intellectum ſit in primo Saluatoris aduentu. Quia autem de cōſummatione mūdi & die iudicii, quem omnes in die interpretantur domini, ſemel expoſuimus: Scire debemus quod illo tempore viſitet dominus ſuper principes, & ſuper paſtores: qui lac de ouibus comedunt, lanaſque tondentes non curant de contritione gregis, & ſuper filios regis, qui ſe iactant Criſtianos, & q regis Chriſti ſint filii gloriantur, & ſuper omnes qui induti ſunt veſtibus alienis. Veſtis filiorum regis, & principū indumentum Chriſtus eſt, quod accipimus in baptiſmo, iu-
xta illud: *Induite vos Chriſtum Ieſum.* Et, *induite vos viſcera mi-* Gal. 3. d
*ſericordiæ, bonitatis, humilitatis, māſuetudinis, patiētiæ*, & cæte- Coloſ. 2. 3. b
ra. In quibus præcipitur, vt induamur nouo homine cæle- Epheſ. 4 f
ſti iuxta creatorem noſtrum, & proiiciamus indumentum veteris hominis cum operibus eius. Cum ergo debeamus talibus indui veſtimentis, pro miſericordia induimur crudelitate: pro patientia, impatientia: pro iuſtitia, iniquitate. Et vt ſemel dicam, pro virtutibus, vitiis, id eſt, pro
Chriſto, Antichriſto. Vnde dicitur de iſtiuſmodi homine. Pſal. 108. c
*Et indutus eſt maledictione ſicut veſtimento.* Vindicabit quoque dominus manifeſtiſſimè in aduentu ſuo, etiam ſuper eos,



E
eos, qui cum bonis operibus in Eccleſia eſſe deberēt, eiecerunt ſe ob conuerſationem peſſimam, & traditi ſathanæ verſantur in veſtibulis, imo nec in veſtibulis, ſed ante veſtibula: quod ſignificantius Græcè dicitur ἐπὶ τὰ πρόπυλα. Et ſuper omnes vindicabit, qui variis iniquitatibus atque peccatis implent Eccleſiā, & impietatibus atque mendacio, & miſcent ſanguinem ſanguini. Quod ſi voluerimus hoc ipſum accipere ſuper animabus ſingulorum, Principes & domū regis, intelligam⁹ λογισμοὺς ἢ αἰσθήσεις, id eſt cogitationes & ſenſus, & ipſam animam, quæ debet eſſe hoſpitium regis, & iuxta ſuperiorem expoſitionem indumenta quoq; aliena, & oīa quæ ſequūtur, referamus ad vnūquēque credentium, qui cū debuerant induti eſſe Chriſto, & ſemper verſari intrinſecus, variis ſe peccatorū operuerunt veſtimentis, & egreſſi de Eccleſia, id eſt, cōgregatione ſanctorum, pro virtutibus impleuerunt templum corporis ſui iniquitate & dolo.

a *Et erit in illa die, dicit Dominus, &c.*] In die hoſtiæ Domini, quando extenderit manum ſuper Iudam, & ſuper omnes habitantes Hieruſalem, & hoſtilis eam vallauerit exercitus, erit vox clamoris à porta piſcium, & vlulatus à ſecunda, & contritio magna à collibus. Porta piſcium eam vocabant, quæ & Dioſpolim ducit & Ioppen, & vicinior mari
Nec 3. a
erat inter cunctas vias Hieruſalem, de qua & Ezdras refert: *Portam verò piſcium ædificauerunt filij Aſnaa, ipſi texerunt eam, & ſtatuerunt valuas, & ſeras, & vectes.* Quod autem ait, *& vlulatus à ſecunda*, ſecundi muri in eodem climate portam ſignificat, de qua & in regnorum libro ſcriptum eſt: *Et iuit*
F
*Helchias ſacerdos, & Abiham, Achabor, & Saphan, & A-*
4. Reg. 22. c
*ſaias ad Holdam prophetam in vxorem Sellum filij Thecuæ, filij Haras cuſtodis veſtium, & hæc habitabat Hieruſalem in ſecunda.* Contritionem autem magnam à collibus de monte Sion, & excelſiore vrbis parte loquitur, quia cum altiora & arx ciuitatis fuerint occupata, facilior eſt in prona deſcenſus. Si autem diem illam, quam Dominus comminatur, diem iudicij
Dan. 7. b
vt ſupra, voluerimus accipere: eo tempore quando vetuſtus dierum ſeſſurus eſt, & aperiendi libri, & pandendæ conſcientiæ ſingulorum: tunc implebitur vox clamoris à porta compungentium. Prima enim porta oculorum erit, qua exhibebuntur nobis peccata antè oculos noſtros, & omnis pompa & imago antiquorum ſcelerum & vitiorum atque luxuriæ proferetur in medium. Tunc illud erit verum quod ſcriptum eſt: *Ecce homo, & opera eius ante faciem eius.* Torquebit igitur conſcientia, & poſtquam compunctus clamauerit à prima oculorum porta, vlulabit etiam à ſecunda: quam & aures intelligere poſſumus. Per hos enim vel maximè ſenſus, quibus vitia illapſa fuerant, eorum pœna ſentietur: quando cernemus quod fecimus, & audientes ſermonem, docti, totumque ordinem peccatorum, in vlulatum compellemur: & conteretur in nobis quidquid fuerat excelſum, & propter cæcitatem & ſurdas aures ignorabatur à nobis. Vel certè cum verba ſublimia, & eruditio de excelſo veniens conteret nos atque confringet, & opere complebitur: *Rugie-*
Pſalm 37. b
*bunt à gemitu cordis ſui*: vt ſit ſacrificium Deo ſpiritus contri-
Ibid. 50. b
bulatus: In nobis, qui homines ſumus, & non tam grandia peccata fecimus, vt montibus comparentur, colles contriti ſunt: In diabolo autem & Angelis eius excelſa montiū conterentur. Multi putant iuxta hiſtoriam, quod ad Babyloniorum tempora retulimus, intelligendum eſſe de primo Saluatoris aduentu, quando popter peccata nimia & cla-
Matt. 27. c
morem populi concrepantem: *Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros*, circundata eſt ab exercitu Hieruſalem, & à duobus vrſis, Veſpaſiano videlicet & Tito, irridentium
4. Reg 2. d
puerorum turba conſumpta eſt. Quæ quidem intelligentia magis fidei noſtræ conuenit, ſed ita, vt ſciamus & priori hi-



ſtoriæ poſſe congruere: vel certè priorem captiuitatem ty- G
pum eſſe ſecundæ & perfectæ euerſionis Hieruſalem. Nec- eſaar haddagim
non & hoc animaduertendum (quia e שער הדגים manifeſte in Hebræo non portam compungentium, ſed portam piſcium ſonat) Allegoricè portam piſcium eſſe in Hieruſalē, per quam inferuntur boni piſces, qui à malis fuerīt ſeparati, & lugebunt cæteris introeūtibus, qui foris remanſerint. Vel certè in finem mundi, & in cōſummatione lugebunt à porta piſcium prima, qui ſuum baptiſma non ſeruauerūt: lugebunt à ſecunda qui non egerunt pro peccatis dignā pœnitentiam. Et erit magna cōtritio ſuper colles, qui nec pro peccatis incuruati ſunt vt ceruicem ſuam ſubmitterent, & ſua ſcelera deplorarent. Per has enim duas portas baptiſmi & pœnitentiæ in Hieruſalē, id eſt, in Eccleſiam Dei vel introitus vel reditus eſt.

HEB.

arroganter ingreditur ſuper limen in die illa: qui complent domum Domini Dei ſui iniquitate & dolo. a Et erit in die illa, dicit Dominus, vox clamoris à porta piſcium, & vlulatus à ſecunda, & contritio magna à collibus. b Vlulate habitatores pilæ, quia conticuit omnis populus Chanaan. c Diſperierunt omnes inuoluti argento

SEPT.

*nifeſtè qui ſunt in veſtibulis in die illa: qui complent domum Domini Dei ſui impietate & dolo. Et erit in illa die, dicit Dominus, vox clamoris de porta compungentium, & vlulatus à ſecunda, & contritio magna à collibus. Plangite qui habitatis conciſam: quia aſſimulatus eſt omnis populus Chanaan: Diſperierunt omnes*

b ¶ *Vlulate habitatores pilæ quia conticuit omnis populus Chanaan.*] Pila quę Hebraicè dicitur מכתש, & ab Aquila verſa eſt εἰς τὸν ὅλμον, non per breuem ſyllabam prima legenda eſt, ne σφαῖραν putemus, ſed per productam: vt de pila ſciamus dici, in qua frumenta tunduntur: vas concauum, & medicorum aptum vſui, in quo propriè ptiſanæ feriri ſolent. Dicat aliquis intellexiſſe ſe quid ſignificat pila, ſed ſcire velle cur in præſenti loco aſſumpta ſit. Quia ſemel deſcriptio eſt captæ vrbis, & dicitur: *Vox clamoris à porta piſcium, & vlulatus à ſecunda, & contritio magna à collibus:* Nunc idem deſcriptionis ordo ſeruatur, & de vlulatu dicitur eorum qui habitant in valle Siloe. Et pulchrè ſcriptura non dixit: qui habitatis in valle, qui habitatis in gurguſtio: ſed qui habitatis in pila. H
Quod ſcilicet quo frumenta feriente deſuper vecte contunduntur: Ita de porta piſcium, & de porta ſecunda, & de collibus proruens in vos decurret exercitus. Populum autem Chanaan appellauit populum Iudæorum: iuxta illud quod legimus in Daniele: *Semen Chanaan & non Iu-* Dan. 13. f
*da.* Et ad Hieruſalem: *Pater tuus Amorræus, & mater tua* Ezech. 16 a
*Cethæa.* Et in alio loco: *Chanaā in manu tua ſtathera iniquitatis.* Oſe. 12 b
Quod ſi voluerimus iuxta vtramque tranſlationem Tropologiam texere: recte ad vlulatum & planctum concitantur, qui in extremis peccatorū fæcibus habitant, & in ſcelerum
ſuorum ima demerſi dicunt: *Infixus ſum in limo profundi, &* Pſalm. 78. a
*non eſt*, inquit, *ſubſtantia.* Vnde additur: qui habitatis conciſam, hoc eſt, animam multis iniquitatibus vulneratam: ſiue Eccleſiam, quæ ſchiſmatibus hæreſibuſque lacerata eſt, & ad ſingula vulnera plangit filios interfectos. Quod autem dicit: *Conticuit*, ſiue *aſſimulatus eſt omnis populus Chanaan*, blaſphemiam eorum in die iudicij ceſſare ſignificat, & os quod in altum poſuerunt, linguamque ad terram vſque penetrantem, æterno ſilentio conticeſcere. Et quia peccatum peccauit Hieruſalem, & ideo in commotionem facta eſt, populus dicitur Chanaan, quod in-
terpretatur commotio. Non enim poteſt dicere: *Statuit* Pſalm 39 a
*ſupra petram pedes meos*: ſed incertus & fluctuans ſemper in motu eſt. Vnde & Noe vir ſanctus, poſtquam euigilauit
è ſomno, ex maledictione nomen impoſuit Chanaan, di- Gen 9. d
cens: *Maledictus Chanaan puer, famulus erit fratrum ſuorum.* Non ſolum autem Chanaan aſſimilantur peccatores, ſed pro qualitate & diuerſitate peccati, alius aſſimilatur Pharaoni, alius Nemrod giganti. Et econtrario per bona opera atque virtutes (quia & virtutum itinera ſunt diuerſa) ille ſpiritum aſſumit Abraham, hic Moyſi, alius Elię, quamo-
brem ab Apoſtolo dicitur: *Aemulamini chariſmata melio-* 1. Cor. 12. d
*ra.* Quia verò perfectus eſt (iuxta eam tamen perfectionem quam humana conditio poteſt capere) ſimilitudine Dei ſignatur.

c ¶ *Diſperierunt omnes inuoluti argento.*] Qui ſibi, inquit, in diuitiis confidebant, & tantas habebant opes, vt ſe

A vt ſe quaſi inuolutos & ſeptos ſuis diuitiis æſtimarent. Vel certè ſecundum LXX. qui erecti erant in ſuperbiam, & pauperes deſpiciebant, ira veniente vaſtati ſunt. Simulque conſidera, quod non dixerit: peribunt qui erecti ſunt argento: ſed iam nunc antequam eis veniat ſupplicij dies, in eo ipſo quod ſuperbiant, & ſemper de theſauris ſuis cogitent, & ſeruiant eis, perierint atque corruerint. Quod qui intellexerit, puto eũ non ſatis cupere diuitias: in quibus nõ peribũt, ſed perierunt qui erecti ſunt. Neque verò æſtimandum eſt eos ſolos periiſſe qui argento erecti ſunt: ſed iuxta hanc definitionem peribit, & ille qui in generis nobilitate ſe iactat. Qui gloriatur in dignitatibus peribit, qui inflatur peribit, qui in fortitudine corporis gloriatur peribit: peribit qui in fœmineo languore mollitꝰ comam nutrit, vellit pilos, cutem polit, & ad ſpeculũ comitur, quæ propriè paſſio & inſania fœminarum eſt. Si quis autem vult erigi, & ſuperbire ſancta ſuperbia, erigatur cum Apoſtolis, quando cũ dignus fuerit *pro nomine Ieſu Chriſti* Act. 5. g Rom. 5. b *contumeliam pati*, glorietur cum Apoſtolo: qui exultabat in tribulationib. ſciens quod *tribulatio operetur patientiam, patiẽtia ſpem, ſpes autem non confundat.*

HEB.

argento. a Et erit in tẽpore illo, ſcrutabor Hieruſalem in lucernis, & viſitabo ſuper viros defixos in fæcibus ſuis: qui dicunt in cordibus ſuis, non faciet bene Dominus, & non faciet male. b Et erit fortitudo eorum in direptionẽ, & domus eorum in deſertum: Et ædificabunt domos, & non inhabitabunt, & plantabunt vineas, & non bibent vinum earum: Iuxta eſt dies Domini magnus, iuxta eſt & velox nimis.

SEPT.

*nes qui erecti ſunt argento. Et erit in die illa, ſcrutabor Hieruſalem cum lucerna, & vlciſcar ſuper viros qui contemnunt cuſtodias ſuas, & dicunt in cordibus ſuis, non faciet bene Dominus, & non faciet malè. Et erit fortitudo eorum in rapinam, & domus eorum diſſipabuntur. Et ædificabunt domos, & non habitabunt in eis, & plantabunt vineas, & non bibent vinum earum, quia iuxta eſt dies Domini magnus, iuxta, & velox nimis.*

a ¶ *Et erit in die illo, ſcrutabor Hieruſalem in lucernis, & viſitabo ſuper viros defixos in fæcibus ſuis, qui dicunt in cordibus ſuis, nõ faciet bene Dominus, &c.* ] In tempore & in die captiuitatis B Hieruſalem, vel à Babyloniis vel à Romanis ( quia dereliquit legem Domini, & impiè egit in Dominum creatorem ſuũ ) ſcrutabitur Dominus cum lucerna omnia abſcondita Hieruſalem, & nullum inultum patietur effugere. Legamus Ioſephi hiſtorias, & ibi reperiemus ſcriptum, de cloacis quoque & ſpeluncis & antris & ſepulchris, extractos principes & reges & potentes & ſacerdotes, qui ſe in eis metu mortis abſconderant. Et viſitabo, inquit, ſuper eos, qui confidunt in corporibus ſuis, & in viribus ſuis, quas διασυρμικῶς, fæces vocat, ſiue peccata in quibus penitus fuere defixi. Qui tollentes prouidentiam, nec boni nec mali Deum auctorem eſſe dixerunt, hoc eſt, quod nec bonis bona, nec mala malis redderet, ſed quod fortunæ cuncta regerentur arbitrio, & caſu ferrentur incerto. In conſummatione autem mundi ( quia dies Domini ipſa intelligitur ) ſcrutabitur Dominus Hieruſalem, id eſt, Eccleſiam ſuam cum lucerna, & vlciſcetur ſuper viros contemptores, qui noluerunt ſuas ſeruare cuſtodias, id eſt, mãdata Domini contempſerunt, & inſuper ratione ſe peccare dicentes, blaſphemauerunt in cordibus ſuis, quod nihil prodeſſet benefacere, nec obeſſet male agere: quia nec bonorum operum præmium, nec malorum pœnam reſtitueret Deus. Rectè autem Hieruſalem, id eſt, Eccleſia ( quæ prius Iebus vocabatur, quod dicitur conculcata) quãdo conculcabatur à gentibus, & dæmonum ludibrium erat, dicta eſt Iebus, & poſtquam cœpit in ea pax habitare Domini, & factus eſt in pace locus eius, nomen Hieruſalem ſortita Pſalm. 75 a Matt. 24. b eſt. Quia igitur in nouiſſimo tempore, quod ſæpe iam diximus, multiplicata iniquitate, refrigeſcet charitas, & ſolis lumen recedet ab Hieruſalem, & tanta erit vaſtitas, vt difficilè ſaluentur etiam electi Dei. Tunc in lucerna ſermonis ſui atque rationis omnia vitia ſcrutabitur Dominus in Hieruſa- Matt. 12. c lem, & in medium proferet, & de ocioſo quoque verbo fiet iudicium & vindicta, non in peccatores ( poterat enim & peccatum veniam promereri ) ſed in contemptores, de qui- Habac. 1 b bus dicitur in Habacuc: *Videte contemptores, & aſpicite.* Et in Ibid. d Prou. 21. c alio loco: *Quare non reſpicis ad contemptores?* Ac deinde: *Qui autem arrogans eſt, & contemptor vir ſuperbus,* & cætera. Super his fiet vltio, qui cuſtodias Domini non ſeruauerunt, & dicũt in cordibus ſuis: Nõ faciet Dominus benè, & non faciet malè: non quod malè Deus faciat, ſed quod mala videatur pœ- C na eſſe ei qui patitur. Alioquin & ſcalpellus medici malus erit, qui reſecat vulnera, & putridas amputat carnes: Et pater malus, cedens filiam vt à vitiis corrigat, & magiſter malus corripiens diſcipulum vt erudiat. *Omnis enim diſciplina ad* Hebr. 12. b *præſens non videtur gaudij eſſe, ſed triſtitiæ: poſtea autem fructũ pacificum his, qui per eam eruditi ſunt, reddet.*

b ¶ *Et erit fortitudo eorum in direptionẽ, & domus eorũ in deſertum. Et ædificabunt domos, & non inhabitabunt, & plantabunt vineas, & non bibent vinum earum. Iuxta eſt dies Domini magnus, iuxta eſt & velox nimis.* ] Manifeſtum eſt quod iuxta vtramque captiuitatem omnis eorum ſit cæcus exercitus, & domus dirutæ, & agri vineæque vaſtatæ ſint, nec vltra eos Dei diſtulerit patiẽtia: Sed cũ dicerent ad prophetas: hoc in tẽpus erit & in dies longos, venerit eis dies Domini magnus vel velox nimis. Iuxta Tropologiam autẽ, cum venerit tempus iudicij, ſiue vniuſcuiuſque mortis & egreſſionis à ſæculo: tunc omnis fortitudo eorum in direptionem erit, vt quod male valebat, & erigebatur aduerſus Dominũ, infirmũ fractũque vertatur ad melius. Velut ſi quis fortitudinẽ latronis & piratæ & furis diripiat, infirmoſque eos reddat: prodeſt illis ſua infirmitas: debilitata enim membra, quibus prius non benè vtebantur, à malo opere ceſſabunt. Quod autem ſequitur: *Et domus eorum in deſertum*: Multi ſunt in Eccleſia ædificantes Sion in ſanguine, & Hieruſalem in iniquitate: quid prodeſt tales domus deſtrui. Legamus Leuiticum, vbi leproſa domus D Leuit. 14. e deſtrui iubetur. Et quia lepra permanens eſt & diffunditur, lapides eius & ligna & omnis puluis extra ciuitatem in locum immundum proiici iubetur. Sed & in Hieremiæ prin- Hier. 1. b cipio tale quid ſcribitur: *Ecce dedi ſermones meos in os tuum: ecce conſtitui te ſuper gentes & regna: eradicare, & ſuffodere, & diſperdere, & ædificare, & plantare.* Deſtruitur ædificatio peſſima, vt poſtea ædificatio bona conſtruatur, eradicatur iniqua plantatio, vt plantatio iuſta ponatur. Vnde & in Sa- Prou. 21 b Sec. 70. lomone legimus: *Melius eſt habitare ſub dio, quam in calce litis cum iniquitate, & in domo noua.* Quaſi bonus ergo Deus, domus eorum, qui erant defixi in fæcibus ſuis, & dixerant in corde ſuo, non faciet benè Dominus, & non faciet malè, deſtruit, nec eos in leproſis & immundis domibus habitare permittit: nec facit vt bibant vinum de vineis quas plantauerant. Si enim plantaſſent vineam Sorech, & vineam electam totam veram, bibiſſent vinum ſuum, & inebriati eſſent cum Patriarcha Noe, & Ioſeph in meridie. Sed quia di- Gen. 9. c 43. g xerunt: *Non faciet bene Dominus, & non faciet malè, & de vinea Sodomorum erat vinea eorum, & propago eorum de Gomorra: vua eorum vua fellis, & botrus amaritudinis eis: Furor draconum vinum eorum, & furor aſpidum inſanabilis*: propterea Deut. 32. e Hier. 9. c 23. d plantauerunt vineas, & non bibent vinum earum. Et myſticè dicitur de Sodoma & Gomorra, quod omnis plantatio eorũ perierit. Si enim permanſiſſent in eo quod cœperant, vt eſſent quaſi paradiſus Dei, & non finiſſent in malo, vt eſſent quaſi terra Ægypti, plantatio eorum vtique permanſiſſet. Tale quid & illud ſuper Ægyptiis ſonat in pſalmis: *Occidit* Pſalm. 77. e *in grandine vineas eorum, & moros eorum in pruina.* Quaſi clementiſſimus quippe Deus omnem Ægyptiam plantationem & arbuſculas, quæ in Ægypto radicatæ ſanguineos habent fructus, interfecit & ſubuertit, ne bibant quæ malè plantauerunt, & comedant ex eis fructum. Propè eſt dies Domini magnus & velox nimis, cui reſiſtere nemo poteſt. Propè autem eſt vel propter æternitatem, quia nihil ei longum eſt, vel propter pœnæ magnitudinem, quia patienti numquam longè videtur ſupplicium quod inferendũ eſt: Siue prope, vt ſupra



E vt ſupra diximus: cum exierimus à ſæculo, & vniuſcuiuſque mors conſummationem mundi fecerit, & non ſolum prope, ſed etiam velox nimis, vt velocitas aduentus eius in eo quod additur nimis oſtendatur.

a ¶ *Vox diei Domini amara, tribulabitur ibi fortis. Dies iræ, dies illa, dies tribulationis, & anguſtiæ,* &c. ] Iuxta ſuperiora, vel de Babylonica captiuitate accipe, vel de extrema quam paſſi ſunt à Romanis: ſuper quam & Dominus fleuit Hie- Matt. 23 d ruſalem dicens: *Hieruſalem Hieruſalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te miſſi* 2. Par. 24. c *ſunt,* & cætera. Vere enim expetita vindicta eſt *à ſanguine Abel iuſti vſque ad ſanguinem Zachariæ,* quem occiderunt inter templum & altare, & ad Matth. 27. extremum de Dei filio, dicentes: *Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros*: Experti ſunt diem amaram, quia ad amaritudinem Dominum prouocauerant: diem à domino cõſtitutã, in qua nõ imbecillis quilibet, ſed fortiſſimi viri deprimentur, & veniet ſuper eos ira in finem. Sæpe quippe & ante iram Domini ſuſtinuerunt, ſed ira illa non fuerat conſummationis & finis. Quid neceſſe eſt nunc deſcribere quantas in vtraque captiuitate ſuſtinuerint calamitates, & quo modo qui lucem Domini reſpuerunt, in tenebris & caligine verſati ſint, & qui noluerunt ſolennium dierum audire tubas, audierint clamorẽ bellantiũ? De ciuitatibus autem munitis & excelſis angulis Iudeæ, quod ad ſolum vſq; ſunt diruti, puto o- F culorũ magis eſſe quã auriũ iudicium: nobis præſertim, qui nunc in iſta ſumus prouincia, licet videre, licet probare quæ ſcripta ſunt. Vix ruinarum parua veſtigia in magnis quondã Ioſue 18. a 2. Par. 8. a vrbibus cernimus. Silo vbi tabernaculũ & arca teſtamenti Domini fuit, vix altaris fundamenta monſtrantur: Gabaa illa ciuitas Saulis vſque ad fundamenta diruta eſt. Rama & Bethoron, & reliquæ vrbes nobiles à Salomone conſtructæ, parui viculi demõſtrantur. Legamus Ioſephum & prophetiam Sophoniæ, illius cernemus hiſtoriam. Et hoc non tantũ de captiuitate dicendum eſt, ſed vſque ad præſentem diem, Matt. 21. d perfidi coloni poſt interfectionem ſeruorum, & ad extremum filij Dei, excepto planctu prohibentur ingredi Hieruſalem: & vt ruinam ſuæ eis flere liceat ciuitatis, pretio redimunt: vt qui quondam emerant ſanguinem Chriſti, emant lachrymas ſuas. Et ne fletus quidem eis gratuitus ſit. Videas in die quo capta eſt à Romanis & diruta Hieruſalem, venire populum lugubrem: confluere decrepitas mulierculas, & ſenes pannis anniſque obſitos, in corporibus & in habitu ſuo irã Domini demonſtrantes: Congregatur turba miſerorũ, & patibulo Domini coruſcante ac radiante ἀναστάσει eius, de Oliueti monte quoque crucis fulgente vexillo, plangere ruinas templi ſui populum miſerum: & tamen non eſſe miſerabilem: Adhuc fletus in genis & liuida brachia, & ſparſi crines, & miles mercedem poſtulat, vt illis flere plus liceat, & dubitat aliquis, cum hæc videat, de die tribulationis & anguſtiæ, de die calamitatis & miſeriæ: de die tenebrarum & caliginis, de die nebulæ & turbinis, de die tubæ & clangoris? Habent enim & in luctu tubas, & iuxta prophetiam, Thren. 5. e vox ſolennitatis verſa eſt in planctum. Vlulant ſuper cineres ſanctuarij & ſuper altare deſtructum, & ſuper ciuitates quondam munitas, & ſuper excelſos angulos templi: de quibus quondam Iacobum fratrem Domini præcipitauerunt. Hæc de captiuitate dicta ſint Iudæorum. Cæterum ſi diem Domini, vt ſupra, referamus ad conſummationem mundi, ſiue ad vniuſcuiuſque exitum vitæ: manifeſta erit interpretatio, quod vox diei Domini amara ſit, & neceſſitate plena & ira, & tribuletur ibi fortis: cum etiam qui ſancti ſunt 1. Cor. 3. c ſaluentur quidem, *ſed tamen ſic quaſi per ignem. Dies illa, dies tribulationis, & anguſtiæ, & calamitatis, & miſeriæ*: in qua G dicent: Væ nobis, quia miſeri facti ſumus. Dies tenebrarum. Hier. 4. d Sec. 70. Ioan. 8. c Omnis enim *qui male operatur, odit lumen, & non venit ad lucẽ,* & neceſſe eſt vt qui lumen oderit, eum tenebræ cõſequãtur: Dies erit nebulæ & turbinis: veniet enim ſuper eum tempeſtas Domini, & clangor tubæ, quam Apoſtolus ſignificat, dicens: *In nouiſsima tuba.* Erit enim dies tubæ & clangoris ſup 1. Cor. 15 g ciuitates munitas, quas ſibi in multitudine peccatorum cũ Cain ædificauerant: Et ſuper angulos excelſos, opera perverſa & à recta via dominantia. Vnde & à Saluatore arguuntur ὑποκρίται phariſæi, Matth. 6. a quod adorent in angulis platearum. Via enim recta & ten- Ibid. 7. b dẽs ad paradiſum arcta, & anguſta eſt, quæ ducit ad vitam. Via autem fracta habẽs angulos & tortuoſa, lata & ſpacioſa eſt, quæ ducit ad mortem. Simulque inter verba ſeueritatis domini cerne clemẽtiã: quod propterea amara ſit dies, & dies iræ, & dies tribulationis, & dies tubæ & clangoris: vt ciuitates male munitæ, & perverſi anguli deſtruantur.

HEB.

a Vox diei Domini amara, tribulabitur ibi fortis. Dies iræ, dies illa, dies tribulationis, & anguſtiæ: dies calamitatis & miſeriæ, dies tenebrarum & caliginis: dies nebulæ & turbinis, dies tubæ & clangoris, ſuper ciuitates munitas, & ſuper angulos excelſos. b Et tribulabo homines, & ambulabunt vt cæci, quia Domino peccauerunt: & effundetur ſanguis eorum ſicut humus, & corpora eorũ ſicut ſtercora: Sed & argentum eorum,

SEPT.

*Vox diei Domini amara & dura poſita eſt, fortis. Dies iræ, dies illa, dies tribulationis, & neceſsitatis: dies miſeriæ & perditionis, dies tenebrarum & turbinis: dies nebulæ & caliginis, dies tubæ & clamoris, ſuper ciuitates munitas, & ſuper angulos excelſos. Et tribulabo homines, & ambulabunt vt cæci, quia domino peccauerunt: & effundet ſanguinem eorum ſicut puluerem, & carnes eorum ſicut ſtercus boum:* Et argentum

b ¶ *Et tribulabo homines, & ambulabunt vt cæci, quia domino peccauerunt: & effundetur ſanguis eorum ſicut humus, & corpora eorum ſicut ſtercora,* &c. ] Non eſt difficile iuxta priorem ſenſum hæc fuiſſe perpeſſam dicere Hieruſalem, quæ propter crucem Domini ſuſtinuit: receſſit enim ab ea viſitatio Domini, & tribulati ſunt H omnes homines in tota Iudæa, & propter magnitudinem preſſuræ ambulauerunt vt cæci, quid agerent ignorantes. Et hæc paſſi ſunt, quia domino, id eſt, Dei filio peccauerunt. Nam quia fuderunt ſanguinem prophetarum & ſanguinem Chriſti, fuſus eſt ſanguis eorum ſicut humus in tota regione, & corpora eorum remanſerunt inſepulta ſicut ſtercora ſuper faciem terræ. Diuites quoque eorum, qui argentum & aurum iniquitate nimia congregauerunt, opibus ſuis de die iræ domini non potuerunt liberari: Ignis enim zeli domini ſuccenſus aduerſus eos, deuorauit omnem prouinciam. Nec grande fuit tempus in medio. Nam poſt quadraginta & duos annos dominicæ crucis circundata eſt ab exercitu Hieruſalem, & conſummatio illius facta eſt cum feſtinatione, & non ſolum illius, ſed cunctis terræ Iudeæ habitatoribus. In conſummatione autem vel mũdi vel vniuſcuiuſque, tribulabuntur omnes homines: qui homines permanſerunt, & mortui ſunt quaſi homines. Et ambulabunt vt cæci, quia lumen perdidere virtutum, & locum pœnitentiæ non habebunt, & hæc patientur quia domino peccauerunt. Si enim Dominus iuſtitia eſt, veritas, ſanctitas, cæteræque virtutes, quiſquis iniuſte fecit & mentitus eſt, & ſcorta vitiaque ſectatus eſt, Domino peccauit. Sed quod ſequitur: Et effundetur ſanguis eorum ſicut humus, & corpora eorum ſicut ſtercora boum: videtur abſurdum, vt in reſurrectione mortuorum, & in conſummatione mũdi atque iudicio, dicamus effundi ſanguinem, & corpora iacere quaſi ſtercora. Igitur illud quod ad Noe dicitur: *Et ſanguinem animarum veſtrarũ* Gen. 9. a *requiram de manu omnium beſtiarum, & de manu hominis, & de manu fratris requiram animam hominis: qui effuderit ſanguinem hominis, pro ſanguine eius effundetur ſanguis illius*: & in reſurrectione credere ridiculum eſt, & in vita hac ſtare nõ poteſt. Quanti enim effuderunt ſanguinem, & ſanguis eorum effuſus nõ eſt? & alij occiderunt hominẽ veneno vel ſuſpendio, & tamen cum homo mortuus ſit, nõ eſt ſanguis effuſus? Quo modo ergo Dominus eſt effuſurus ſanguinem eorũ in talionem: cum ille qui occidit, ſanguinẽ non effuderit? Sanguis igitur hominis, ζωτικόν, id eſt, vitale quo vegetatur, & ſuſtentatur & viuit, debet intelligi: quod qui effuderit, ſiue per ſcandalum, ſiue peruerſitate doctrinæ, in die iudicij effunde-

A fundetur ab eo, id eſt, quod ſibi videbatur habere vitale, cogetur amittere. Iuxta huiuſcemodi ſanguinem & caro intelligitur, de qua Eſaias ait: *Omnis caro fœnum.* (Eſai. 40. b) Et in Geneſi Dominus: *Non permanebit Spiritus meus in hominibus iſtis, quia caro ſunt.* (Gen. 6. a) Et Apoſtolus de vtroque: *Caro & ſanguis regnum Dei poſſidere nõ poterunt: neque corruptio incorruptionẽ hæreditabit.* (1. Cor. 15. f) In die ergo conſummationis, vel generalis vel ſpecialis, omnis ſanguis, qui effuſus eſt, clamabit ad Dominum, & apparebit in medio, & opera ſanguinis atque terrena, ſicut puluis iacebunt & ſtercora, & argentum & aurum diuites de die irę non poterunt liberare, audiente eo qui moritur: *Stulte hac nocte tolletur anima tua à te, quæ autem paraſti cuius erunt?* (Luc. 12. c) Non quod negemus aurũ & argentum diuites liberare de morte: *redemptio* enim *viri animæ, propriæ diuitiæ*: (Prou. 13. b) ſed quod eo tẽpore liberare nõ poſſint, quãdo diuitias neceſſitate dimittunt. Omnis enim terra, & vniuerſa quæ terrena ſunt, zelo Domini deuorabuntur. Et quod ait, zelo Domini, intellige adhuc amãtem Dominum. Niſi enim amaret humanam animam, nunquam zelaretur eam, & in ſimilitudinem mariti, peccatum vlciſceretur vxoris: qui ſi non amat, nec de adulterio eius iraſcit. B Et hoc faciet Dominus cum feſtinatione cunctis habitãtibus terram, his qui ſe penitus terræ dederunt, & non fuerunt aduenæ & peregrini, ſicut iuſtus, qui loquitur: *Aduena ſum ego in terra, & peregrinus ſicut omnes patres mei.* (Pſalm. 38. c) Et rurſum alibi nolens diutius in tabernaculo carnis habitare, lachrimabili voce teſtatur, dicens: *Heu mihi quia peregrinatio mea prolongata eſt.* (Ibid. 119. b) Etenim qui ſumus in tabernaculo corporis huius, ingemiſcimus conquerentes: *Miſer ego homo, quis me liberabit à corpore mortis huius?* (Rom. 7. d)

HEB.

eorum, & aurum eorũ non poterit liberare eos in die iræ Domini. Et in igne zeli eius deuorabitur omnis terra, quia conſummationem cum feſtinatione faciet cunctis habitantibus terram.

SEPT.

*tum eorum, & aurum eorum non poterit eruere eos in die iræ Domini. Et in igne zeli eius conſumetur omnis terra: conſummationem enim, & feſtinationem faciet ſuper omnes habitantes terram.*

CAP. II.

HEB.

Conuenite, congregamini gens non amabilis: priuſquã pariat iuſſio quaſi puluerem tranſeũtem diem: antequam veniat ſuper vos ira furoris Domini, antequam veniat ſuper vos ira indignationis Domini.

b Quęrite Dominũ omnes manſueti terræ, qui iudicium eius eſtis operati: quærite iuſtũ, quærite manſuetum, ſi quo modo abſcondamini in die furoris Domini. Quia Gaza deſtructa erit, & Aſcalon in deſertum: Azotum

CAP. II.

SEPT.

*Congregamini, & colligamini gens inerudita antequam ſitis ſicut flos pertranſiens diem: antequam veniat ira Domini ſuper vos, antequam ſuper vos irruat dies iræ furoris Domini.*

*Quærite Dominum omnes humiles terræ: iudicium operamini, & iuſtitiam quærite, & reſpondete ea, vt protegamini in die iræ Domini quia Gaza direpta erit, & Aſcalon in deſertum: & Azotus in meridie proiicietur, & Accaron*

CAPVT II.

*Conuenite, congregamini gens non amabilis: priuſquam pariat iuſſio quaſi puluerem tranſeuntem diem: antequam veniat ſuper vos ira furoris Domini, antequam veniat ſuper vos ira indignationis Domini.*] Poſt deſcriptionem malorum, quę in die ventura ſunt Domini (ſecundum duplicem captiuitatis expoſitionem quam ſupra diximus) populus ad pœnitentiam prouocatur, & dicitur ei: *Conuenite, & congregamini*: (וקושו Gal. 3. e) ſiue, vt in Septuaginta ſcriptum eſt, colligamini, id eſt, eſtote vobis (iuxta Apoſtolum) charitatis vinculo copulati: gens non amabilis, quæ amore Dei indigna es: ſiue gens inerudita, de qua dicitur in Deuteronomio: *Populus ſtultus, & non ſapiens.* (Deut. 32. a) Et in Hieremia: *Sine cauſa percuſsi filios veſtros, & diſciplinam non recepiſtis*: (Hier. 2. f) antequam fiat quod prophetatum eſt: antequam pręceptum ſequatur effectus (quod ita facile veniet quaſi puluis pertranſiens) antequam ſuper vos furor Domini compleatur. Simulque cerne Dei clementiam: ſuffecerat prudentibus malorum venientium impetum deſcripſiſſe: verum quia non vult inferre ſupplicia, ſed tantum terrere paſſuros: ipſe ad pœnitentiam prouocat, ne faciat quod minatus eſt. Generaliter autem tota multitudo credentium, & eorum qui Dei populus nuncupatur, in Eccleſiam congregatur, & dicitur ei: Conuenite in Eccleſiam, ſociamini vobis charitate & pace, ô gens inerudita, quæ non vis Dei recipere diſciplinam, nec habere ſcientiam mandatorum eius, ſed diuitiis & corporis ſanitate, & pulchritudine huius ſæculi, carnis quoque voluptatibus delectaris: C quæ tranſit quaſi flos qui in vna marceſcit die. Propterea autem dico vobis, conuenite, ſociamini: ne cum iudicij tẽpus venerit, & omnis gloria veſtra tranſierit, tunc velitis agere pœnitentiã, quoniã locus non erit pœnitentiæ, ſed pœnarũ. Quærat aliquis, quo modo hoc ipſum ſuper vnoquoque migrante de ſæculo poſſit intelligi. Dicitur ergo ad ſingulos: ô tu qui ſæculi negotiis occupatus, per diuerſa diſcurris, reuertere in ſanctorum Eccleſiam, & iunge te eorum vitæ & cœtui, quos vides placere Deo, & diſſoluta mẽbra animæ tuæ, nec ſibi cohærentia, in vnam ſapientiæ coge cõpagẽ, & illius hęre complexui, & audi myſtice: *Confortamini manus diſſolutæ, & genua debilia ſolidamini*: (Eſai. 35. b Sec 7. o.) Nec glorieris in bonis carnis, & eius flore qui præterit. *Omnis* enim *caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos fœni: Aruit fœnũ, & flos decidit: Verbum autẽ Domini manet in æternũ.* (Eſai. 40. b) Poſſumus hoc capitulo vti pro tẽpore: ſi quando viderimus aliquẽ honoribus ſæculi deditũ, & congregãdis diuitiis occupatum ad Eccleſiam vel raro, vel nunquam venire, & dicere ad eũ: congregare & coniungere populo Dei, qui Domini præcepta non audis: D antequam gloria tua pertranſeat, antequam dies tibi furoris Domini adueniat.

b ¶ *Quærite Dominum omnes manſueti terræ: qui iudicium eius eſtis operati: quærite iuſtum, quærite manſuetum, &c.*] Humilis terræ appellatur, qui non humilitate, quæ virtutem ſonat, ſed peccatis humiliatus eſt, nec poteſt cum Chriſto dicere: *Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde*, *Omnis* enim *qui ſe humiliat exaltabitur.* (Matt. 11. b Luc. 14. c) Et in alio loco ſermo ad ſanctum dirigitur: *quanto maior fueris, tanto magis humilia te ipſum, & coram Deo inuenies gratiam.* (Eccleſ. 3. c) Qui autem peccatis humiliatus eſt, & aggrauatus eſt conſcientia delictorum, ac loquitur: *Sicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me*, (Pſalm. 37. a) iſte debet audire: *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos.* (Matt. 11. d) Hoc dictum ſit principio ſecundum Septuaginta interpretes: Cęterum iuxta Hebraicum alter ſenſus eſt. Dicitur enim ad ſanctos: O vos qui mea præcepta cuſtoditis: qui in terra poſiti, & ſcientes quoniam omnis qui ſe humiliat exaltabitur, imitati eſtis manſuetudinem meam, & iudicium eſtis operati: quærite Dominum in manſuetudine veſtra. Et ſi vultis ſcire quis iſte ſit Dominus: quærite iſtum, quærite manſuetum. Pater enim *Omne iudicium dedit filio*, (Ioan. 5. d) qui iuſte iudicaturus eſt. Et quia manſueti eſtis: propterea quærite manſuetum, vt quicquid in veſtra manſuetudine minus eſt, ab eo qui fons eſt manſuetudinis impleatur. Hoc autem dico vobis: Si quo modo abſcõdamini in die furoris Domini, hoc eſt, ſi forte poſſitis ex eo quod quęſiſtis dominum, & iuſtitiam eſtis operati, iram Dei vitare venientis, & effugere captiuitatem, quæ vel à Nabuchodonoſor, vel à Romanis inferenda eſt populo Iudæorum. Si autẽ de his dubitat qui eius iudicia fecerit, dicẽs: Si quo modo abſcõdamini in die furoris Dñi: quid fiet de peccatoribus? Tanta n. vaſtitas Iudeæ terræ veniet, & tam ſublimis victor huc Babylonius aſcendet exercitus, vt etiam potentiſſimas vrbes Philiſthinorum, quæ



E quæ ſemper vobis æquo certamine reſtiterũt, eadem captiuitas apprehendat. Gaza enim deſtructa erit, & Aſcalon in ſolitudinẽ redigetur: & Azotum non furto, ſed bello, id eſt, manifeſta luce atq; victoria in captiuitatem trahent, & Accarõ, (עקרון) quæ interpretatur eradicatio, hoc ſuſtinebit, quod in ſuo vocabulo ſonat, id eſt, eradicabitur. Hoc iuxta literã, & Hebraicam veritatẽ. Iuxta Septuaginta autẽ pręcipitur humilibus terræ, de quib⁹ ſupra dictũ eſt, vt operẽtur iudiciũ, & quęrant iuſtitiã: quam non puto aliã eſſe præter Chriſtũ. Et quia omnis qui quærit inueniet, id quod inuenerint, aliis reſpondeant, hoc eſt, alios doceant. *Sapientia* enim *abſcõdita, & theſaurus non comparẽs, quæ vtilitas in ambobus?* (Eccleſ. 20 d) Et hoc inquit, præcipio vobis, vt in die iræ domini protegamini: vel in cõſummatione mundi, vel in exitu vniuſcuiuſque de ſæculo. Gaza enim & Aſcalõ & Azotus & Accaron diuerſa ſupplicia ſuſtinebũt: Gaza enim interpretatur fortitudo (עזה) eius. Omnes ergo qui ſibi applaudunt in fortitudine corporis, & potentia ſæculari, & dicunt cum diabolo: fortitudine faciam: (Eſa. 10. b Sec 70.) diripiẽtur in die iræ domini, & ad nihilũ redigentur. Aſcalon (אשקלון) quoque, quæ dicitur ponderata, vel ignis homicida, cum venerit dies iræ domini, ſceleris ſui menſuram ſentiet, & eodem quo operata eſt pondere deprimẽtur. F Et quia arſit ad effundendum ſanguinem, & multas ſcandalizauit animas, & impletum eſt in ea: *Virum ſanguinum & doloſum abominabitur dominus*: (Pſal. 54. d) non diripietur vt Gaza, ſed in ſolitudinem redacta, gehennæ ignibus vſque ad puluerem cremabitur. Necnon & Azotus quæ Hebraice dicitur a אשדוד, (a Aſdod) & in lingua noſtra ſonat, ignis generationis, clara luce vaſtabitur. Arſit enim libidine & generationis incẽdio debacchata eſt. Et quia *omnes adulterantes, quaſi clibanus corda eorum*, (Oſee 7. a) & ſagittis ardentibus vulnerati ſunt: non in tenebris, non in occulto iudicio, ſed in meridie, hoc eſt, quando ſancti plenam recipient claritatem, proiicientur in tenebras, & ſanctorum conſortium non habebunt. Sed Accaron, (עקרון) quæ interpretatur ſterilitas vel eradicatio, quia nullos fructus habuit, & peruerſitate doctrinæ ſuæ eradicauit plurimos: ipſa quoque eradicabitur. Has autem omnes varietates intellige in animarum vitiis atque peccatis, & quia *vnuſquiſque opus quale ſit, in die iudicii ignis probabit.* (1. Cor. 3. e)

a ¶ *Væ qui habitatis funiculum maris, gens perditorũ: verbum domini ſuper vos Chanaan terra Philiſtinorum, & diſperdam te, ita vt non ſit habitator. Et erit funiculus maris requies paſtorum, & caulæ pecorum: & erit funiculus eius qui remanſerit, &c.*] Quantum ad hiſtoriam, non eſt difficile interpretari: quia in ſuperioribus dixerat: Gaza deſtructa erit, & Aſcalon in deſertum: Azotum in meridie deiicient, & Accaron eradicabitur. Quatuor magnis Palæſtinæ vrbibus nominatis, nunc ad ipſam generaliter prouinciam patet ſermonem domini fieri & prædici ei: Væ qui habitatis funiculum maris, Babylonio veniente: quia & ipſi qui iuxta mare habitant, peribunt atq; tollentur. Quod autem terra Philiſtinorũ terra ſit Chanaan, nulli dubium eſt. Et diſperdam te, inquit, ita vt nullus ſit habitator, & in tantam venies vaſtitatem, quæ lętabaris in euerſione Iudææ, vt omnes tuæ vrbes munitiſſimæ in ouilia ſint paſtorum. Et poſtquam dominus viſitauerit populum ſuum, & fecerit eos regredi ſub Zorobabel & Ieſu, & ædificauerint templum, & extruxerint Hieruſalem: tu ita inculta eris, & ſic vepribus vrticiſque operieris, vt paſtores de reliquiis Iudæorum in Aſcalone poſt meridiem requieſcant, & in vrbe quondam nobili greges ſuos faciant accubare: & hoc fiet, quia dominus viſitabit plebem ſuam,



HEB.

zotum in meridie eiicient, & Accaron eradicabitur. *a* Væ qui habitatis funiculum maris, gens perditorum: verbum domini ſuper vos Chanaã terra Philiſtinorum: & diſperdam te, ita vt non ſit habitator. Et erit funiculus maris requies paſtorum, & caulæ pecorum: & erit funiculus eius qui remanſerit de domo Iuda: ibi paſcentur: in domibus Aſcalonis ad veſperam requieſcent: quia viſitabit eos dominus Deus eorũ, & auertet captiuitatẽ eorum. *b* Audiui opprobrium Moab, & blaſ-

SEPT.

*caron eradicabitur. Væ qui habitatis funiculũ maris aduenæ Cretenſium: verbum domini ſuper vos Chanaan terra Allophilorum, & perdam vos de habitatione. Et erit Creta paſcua gregum, & ouile pecorum: & erit funiculus maris his qui reliqui ſunt de domo Iuda: ſuper ipſos paſcentur in domibus Aſcalonis: poſt meridiem diuertent ÷ à facie filiorum Iuda, .. quia viſitabit eos dominus Deus eorum, & auertet captiuitatem eorum. Audiui opprobrium Moab, & contumelias*

& auertet captiuitatẽ eius, quod factum necne ſit, Deus viderit. G Neq; enim nunc nobis propoſitum eſt hiſtoriæ texere veritatem: ſed ea intimare noſtris, quę accepimus ex Hebræis. Iuxta ſpiritualem autẽ ſenſum & tranſlationem Lxx. difficilis intelligẽtia eſt, maxime quia & in interpretatione diſcordãt. Vbi enim nos trãſtulimus, gens perditorum: illi dixerunt πάροικοι κρητῶν, id eſt, aduenæ Cretenſium, & quod Hebraice ſcriptum eſt a גוי b כרתים. Pro c גוי, id eſt, gente, legerunt d גר, hoc eſt, aduenam, & pro e כרתים, quod dicitur, perditorum, nomen Cretæ inſulæ putauerũt. (a goi b Cerethim c goi d ger e Cerethim) Deniq; & Aquila & quinta editio interpretati ſunt, γένος ὀλέθειον, Et Theodotio, γένος ὀλέθείας, Symmachus quoque γένος ὀλεθρευόμενον, quæ omnia cũ interpretatione noſtra faciũt. Rurſum vbi nos diximus: Et erit funiculus maris requies paſtorum, & omnes interpretes huic tranſlationi cõgruerunt: ſcribitur in Lxx, καὶ ἔσται κρήτη νομὴ ποιμνίων, καὶ μάνδρα προβάτων, id eſt, & erit Creta paſcua gregis, & ouile pecorum. Igitur ſpiritualibus ſpiritualia comparantes, & vulgatæ editionis cœptam ſemel tenẽtes ſemitam, quærimus an alibi in ſcripturis ſanctis nomẽ Cretæ legerimus. Et, ni fallor, illud in promptu eſt: *Cretenſes ſemper mẽdaces, malæ beſtiæ, ventres pigri: teſtimonium hoc verum eſt*, (Titum 1. c) Qui fluctuãt & circũferuntur omni vento doctrinæ, in deceptione hominum, in verſutia erroris: H iſti cum debuerint in terra confeſſionis, hoc eſt in terra habitare Iudææ, voluerunt magis aduenæ eſſe Cretenſium: qui diuerſis maris fluctibus hinc inde tũduntur, & ſonãt ære Corybantino, & ſunt iuxta Apoſtolum quaſi cymbalum tinniens. (1. Cor. 13 a) Et quia aduenæ ſunt Cretenſiũ, ideo ſermo Dei, hoc eſt, comminatio fit ad illos. Et dicuntur terra Chanaan, ſemper in fluctu, ſemper in motu, & terra Allophilorũ: alieni enim à Deo, in funiculo maris, & in Cretæ regione verſantur. Fit itaq; ad eos ſermo Dei, vel in conſummatione & fine mundi, vel quotidie per eccleſiaſticos viros, & qui poſſunt cum Apoſtolo dicere: *An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Chriſtus?* (2. Cor. 13.) vt eiiciantur de Creta, & perdantur de priſtinis habitationibus ſuis: & illa regio quæ prius gregem perditum continebat, incipiat eſſe ouile pecorum Chriſti: & Iudas, id eſt, vera confeſſio, habitet in funiculis maris. Cumque iam cœperit eſſe mundus ad veſperam, & de multis vocatis pauci electi, (Matth. 20. b) & qui nunc reliqui vocantur de domo Iuda, pauerint eos qui primum in mari, & in Creta, & in mendacio paſcebantur: declinabunt in domibus Aſcalonis, id eſt, vbi prius ignis diaboli, & interfectorum manabat cruor: Aſcalon enim interpretatur ignis homicida. Et hoc fiet: quia viſitabit dominus populum ſuum, & hi qui ante facile capiebantur ſophiſmatibus hæreticorum, quaſi de captiuitate venientes, vincent aduerſarios ſuos, & habitabunt in tabernaculis eorũ. Quod autem legitur in Lxx. *A facie filiorum Iuda*, obelo prænotauimus: nec in Hebræo enim, nec apud vllum fertur interpretum, & contextum capituli ſenſumque conturbat: non quod difficile fuerit quomodocũque & hoc poſito ſententiam texere, ſed ſemel decreuimus veritatem interpretationis & lectoris magis eruditi, quam vulgi iudicium ſequi.

b ¶ *Audiui opprobrium Moab, & blaſphemias filiorum Ammõ quæ exprobrauerunt populo meo, &c.*] Quod excepto Daniele Propheta, (Dan. 7. f) qui quatuor regnorum ſæpius cernit viſiones, eorum differentias ſub aliis atque aliis imaginibus exponit, Eſaias, Hieremias, Ezechiel faciunt, vt poſt viſionem Iudæ aduerſum cæteras nationes, quæ in circumitu eius ſunt, vertant vaticinium, & iuxta ἰδιώματα ſingularum, quæ eis

HEB.

blaſphemias filiorum Ammon: quæ exprobrauerunt populo meo, & magnificati ſunt ſuper terminos eorum. Propterea viuo ego, dicit dominus Deus exercituum, Deus Iſrael: quia Moab, vt Sodoma erit, & filij Ammon quaſi Gomorra: ſiccitas ſpinarum, & acerui ſalis, & deſertum vſque in æternum: reliquiæ populi mei diripient eos: & reſidui gentis meæ.

SEPT.

*melias filiorum Ammon: in quibus exprobrauerunt populo meo, & magnificati ſunt ſuper terminos meos. Propterea viuo ego, dicit dominus virtutum Deus Iſrael: quia Moab ſicut Sodoma erit, & filij Ammon quaſi* Gomorra, *& Damaſcus, derelicta quaſi aceruus areæ, & diſſipata vſque in ſempiternum: & qui reliqui fuerint de populo meo, diripient*

A eis ventura ſunt nuncient, atq; in deſcriptione earum diutius immorentur. Hoc nunc propheta Sophonias quamquam breuiter, eodem tamen ordine facit. Poſt Philiſtim enim, contra quos ſupra cōminatio præcurrit. Gaza, inquit, deſtructa erit, & Aſcalon in deſertum, Azotum in meridie eiicient, & Accaron eradicabitur. Nunc aduerſus Moab & filios Ammon: ſiue, vt in Lxx. additū eſt, contra Damaſcum,
*Eſa* 17 *a* ארם quæ in Eſaia dicitur Aram, rexitur prophetia: eo ꝙ præbentes auxilia Nabuchodonoſor, vaſtauerint Iudæam, cōculcauerint ſanctuarium eius, templum quoque ſubuerterint, & ſubiugato populo Iſrael dn̄m blaſphemauerint. Nabuchodonoſor quippe atq; Chaldæi Iudæorū vrbibus ſubrutis cæteras gentes oppreſſerunt: & ita factum eſt, vt qui inſultauerant populo Dei, ipſi quoque eadem malorum anguſtia premerentur, & haberent conſeruum Iudam, quem putauerunt ſe habere ſubiectū. Igitur antequam veniat captiuitas ſub Ioſia adhuc rege, nec dū Hieroſolymis temploq; ſubuerſis, dirigitur aduerſum inſultantes prophetia: vt mala quondam populi Dei, cæterarum gentium leuarētur malis. Audiui, inquit, opprobriū Moab, quæ nunc Areopolis appellatur, & blaſphemias filiorum Ammon, quæ & ipſa vrbs Arabiæ ſecunda poſt Boſram Philadelphia dicitur: in quib. exprobrauerūt populo meo, & eiectis Iudæis, dilatauerunt in terra eorum fines ſuos. Propterea quia blaſphemauerunt me, & exprobrauerunt
B populo meo: Ego dominus exercituū, qui poſſum implere ꝙ comminor: & Deus Iſral, qui in populo meo ipſe patior iniuriam, faciam vt ſit Moab quaſi Sodoma, & filij Ammon
*Eſa.* 15. *Hier.* 48. quaſi Gomorra. Legamus huiuſcemodi viſiones in Eſaia & Hieremia, & eadem quæ nunc hic legimus, reperiemus. *Siccitas ſpinarum* & *acerui ſalis*, & *deſertum vſque in æternum:* pro quo neſcio quid ſibi volentes Lxx. *Damaſcum euulſam & derelictam* interpretati ſunt: niſi fallor, verbi ambiguita-
*f* mimſak *g* mem *h* daleth *i* Dammeſek te decepti: ſiccitas enim, quod Hebraice dicitur *f* ממשק: excepta prima littera *g* מ ſi mutetur & *h* ד accipiatur, eaſdem literas reliquas habet quas & Damaſcus, & poteſt legi pro ſuperiori verbo *i* דמשק. Quæritur autem quo modo iſtæ vrbes, hoc eſt, Moab & filij Ammon redactæ ſint in Sodomam & Gomorram, & quaſi ſpinarum ariditas, & acerui ſalis, vſq; in æternum non ædificentur. Et quod quidem vaſtatæ ſint quaſi Sodoma & Gomorra, exponendi nulla eſt difficultas. Verum hoc quod ſequitur: Deſertæ erunt vſq; in æternum: aut deſtructionem regni earum interpretabimur: quia poſtea ſubuerſæ à Chaldæis, regnū ſuum perdiderunt, & deinceps vel ab Antiochis, vel à Ptolomæis tentæ, nouiſſime Romano Imperio colla ſubmiſerint. Aut
*k* olam certe ὑπερβολικῶς dici accipiendum eſt, *k* עולם quippe & æternitatem ſonat & ſæculum: ex quo & pro vno ſæculo, & pro aliquāto tempore, & vna ætate accipi poteſt. Et qui reliqui fuerint de populo Iſrael, vaſtabunt eos, & blaſphemātia quōdam Chaldæorum auxilia poſſidebunt. Hoc autem eueniet eis pro ſuperbia eorum, quia blaſphemauerunt, & magnificati ſunt contra populum domini exercituum: qui dominus exercituū erit horribilis ſuper eos, & horror eius non interficiet ſuperbos: non blaſphemantium ſanguinem fundet, ſed diſperdet & attenuabit omnia idola eorum: vt qui prius tenebantur errore, & domini beneficia non ſentiebant, malorum neceſſitate preſſi, ſciant idolo nihil prodeſſe, & adorent eum vnuſquiſque de loco ſuo, omnes inſulæ gentium. Hucuſque iuxta Hebraicum.

¶ Nunc ad Lxx. interpretes reuertamur, cogamuſq; Iudæos, qui tantum ſequuntur hiſtoriam, exponere nobis, qn̄ Moab & filij Ammon facti ſunt quaſi Sodoma & Gomorra, & quaſi acerui ſalis, & deſertæ vſq; in æternum: debent

monſtrare ſulfureas pluuias, vineas, & terram in cineres fauillamque conuerſas: mare ſupra de puteis quondam ſalis, quod nūc mortuum dicitur, inundaſſe: quādo eos diripuerint Iudæi, qn̄ reſiduæ gentes Iſraeliticæ poſſederint eos. C
Aut quæ indignatio domini eſt pro blaſphemia & contumeliis attenuare & diſperdere eos? non Moab & Ammon, ſed vniuerſam terram, vt adorent eum ſinguli de loco ſuo, omnes inſulæ gentium? quod magis pro beneficio tribuet blaſphemantibus, vt ab errore redeant ad ſalutem. Quod ſi voluerint dicere poſt regreſſionem de Babylone has gentes populo Iſriel fuiſſe ſubiectas: primum auctoritatem poſtulamus ſcripturarum, vnde hoc factum probent: deinde cum minime potuerint demonſtrare, concedemus eis ex ſuperfluo, atque dicemus: Eſto accidiſſe quod dicitis, quæ iuſtitia Dei eſſet blaſphemaſſe auos, & exprobraſſe atauos, & poſtea nepotibus redditum: Cum vtique illa ſententia, qua antea dicebatur in lege, peccata patrum in filios in tertia & in quarta generatione reſtitui, per Ezechielem ſoluta ſit: vbi dicitur. *Viuo ego dicit Dominus: nequaquam dicetur hæc parabola: ſed anima quæ peccauerit, ipſa morietur.* Et ſimul animaduerte parabolam eſſe quod dictū eſt: nec id ſonare quod in ſuperficie literæ proferunt. Quod ſi iniuſtum eſt nepotibus reddere quod deliquerint aui: quanto iniuſtius pro ſtultitia Iudæorum hoc ipſum ſperare in conſummatione mundi fieri: quando non Chriſtus eorum, vt putant, ſed eſt venturus antichriſtus. Sicubi enim arctati fuerint in hiſtoria, vt doceant completum eſſe quod dictū eſt, ſtatim tranſiliunt ad futura Chriſti tempora, & omnia quæ non poſſunt exponere, poſt multa ſæcula ſibi repromittunt & dicunt, & Moab, & filios Ammon, & Ægyptum, & Philiſtim, & Idumæam, quæ nunc inſultant Iudæis, eo tempore puniendas. Interrogemus ergo eos, quare has potiſſimū gentes Deus puniat, & nō totum orbem in quo Iudæi longe lateque diſperſi ſunt. Si enim meretur Moab corripi, Iudæis inſultans, & filij Ammon, & reliquæ gētes in circumitu: quare Gallia non corripitur? quare Britannias in comminatione non ponit? cur Hiſpaniæ à pœna alienæ ſunt? quam ob cauſam de Italia nihil dicitur? de Africa cur tacetur? Et vt ſemel dicam, cum totus orbis Iudæos captiuos teneat, quid ſolæ gentes tantum commiſere flagitij, quæ in circuitu eius ſunt, vt ſolæ potiſſimum nominentur? Hæc cōtra Iudæos, & generalem eorum in omnibus prophetis, vbicumq; aduerſum gentes aliqua prophetia dicitur, explanationem: Nunc quod ſupra diximus, Damaſcum Hebraice non haberi, nec apud quemquam alium interpretem, etiam ex ipſo ſcripturæ ordine cōprobabimus. Ad id enim quod dixerat: Audiui opprobrium Moab, & blaſphemias filiorum Ammon, poſtea retulit: quia Moab, vt Sodoma erit, & filij Ammon quaſi Gomorra. Quod ergo ſequitur: Et Damaſcus deſerta, quaſi aceruus areæ: debuerat & de Damaſco aliquid præmiſiſſe: vt quo modo de duabus gentibus dixerat, Moab, vt Sodoma erit, & filij Ammon, Gomorra: quarum peccata ante iam dixerat: ſic & Damaſci vel opprobria, vel blaſphemias deſcripſiſſet, vt poſtea digne ſuppliciū videretur inferre. Sed & hoc ipſum quod dicitur: Quaſi aceruus areæ, quod Græce dicitur ὡς θημωνία ἅλωνος, putamus Lxx. ἁλὸς interpretatos, id eſt, ſalis: ſed ab imperitis qui θημωνίαν, hoc eſt, aceruum frumenti vel frugum putauerunt, pro ἁλὸς additis duabus literis ω & ν, quaſi ad conſequentiam frugum ἅλωνος, hoc eſt, areæ poſitum.
*Exod.* 20. *d* *Ezech.* 18. *a*
D

¶ Hoc de interpretationis varietate & errore ſit dictum, & de difficultate hiſtoriæ. Qui autem doctus vti eſt & ſpiritualibus ſpiritualia comparat, & nō quærit quæ deorſum ſunt, ſed ea quæ ſurſum, & cum Chriſto reſurgit ab inferis, & vete



HEB.

meæ poſſidebunt illos. Hoc eis eueniet pro ſuperbia ſua: quia blaſphemauerunt, & magnificati ſunt ſuper populum Domini exercituum. Horribilis Dominus ſuper eos, & attenuabit omnes Deos terræ, & adorabunt eum viri de loco ſuo omnes inſulæ gentium. a Sed & vos Æthiopes interfecti gladio meo eritis. Ex extendet manum ſuam ſuper Aquilonē, & perdet Aſſur, & ponet ſpecioſam in ſolitudinem, & in inuium & quaſi deſertum. Et accubabunt in medio eius greges, omnes beſtiæ gentium, & onocrotalus, & ericius in liminibus eius morabūtur: vox cantātis in feneſtra, coruus in ſuper liminari, quoniam attenuabo robur eius. Hæc

SEPT.

*pient eos, & reſidui gentes meæ poſſidebunt eos. Hoc erit eis pro contumelia ſua: quia exprobrauerunt, & magnificati ſunt ſuper dominum omnipotentem. Manifeſtus erit Dominus ſuper eos, & diſperdet omnes deos gentium terræ, & adorabunt eum ſinguli de loco ſuo omnes inſulæ gentium. Et vos Æthiopes vulnerati gladio meo eritis. Et extendam manum meam ſuper Aquilonem, & perdam Aſſyriū, & ponam Niniuē in ſolitudinem, & inaquoſam quaſi deſertum. Et paſcentur in medio eius greges, & omnes beſtiæ terræ & chamæleontes, & ericii in præſepibus eius cubabunt, & beſtiæ clamabunt in foueis ſuis & corui in portis eius, quia cedrus altitudo eius: Hæc*

E & veterem hominem deponens induitur nouo, & opprobria Moab, & blaſphemias filiorum Ammon ad magiſtros contrariorum Eccleſiæ dogmatum refert, qui & ipſi vidētur de genere eſſe Abrahā, & effugiſſe incendiū Sodomæ & Go-
*Gen.* 19. morræ, & habitare in Segor parua. Sed quia generatio eorū in tenebris eſt, & lumē veritatis nō poſſunt aſpicere (declinauerunt enim à Deo patre, ꝙ interpretat̄ ex nominibus
*Ibid. g* Lot & Moab) Dei eſſe filij ceſſauerunt (quod dicitur populus meus) & in tenebroſa ſpelunca concepti de inceſtis nuptiis ſubſtiterunt: ꝓpterea vſq; hodie ſimplicitati filiorū Iudę inſultantes magnificare cupiunt ſuper terminos eius poſſeſſionē ſuam, de quibus
*Prou.* 22. *d* *Sec.* 70. in Prouerbiis dicitur: *Nō trāſferas terminos ſempiternos, quos poſuerunt patres tui.* Vide hæreticos in dialectica ſibi & rhetorica & omnium ſophiſmatū dogmatibus applaudentes, contemnere Eccleſię ruſticitatē, & quaſi indignā myſteriis ſuis, q̄ ſibi quaſi idola confinxerunt, deſpicere, & habere ꝓ nihilo, & nō quęres quæ ſint opprobria Moab, & cōtumeliæ filiorū Ammon, in quibus exprobrauerunt populo Dei. Iurauit itaque dn̄s per ſemetipſū dicens: *Viuo ego dicit Dominus.* Et pulchrè ad diſtinctionem mortuorum deorū, q appellantur idola, ſe viuētē dicit Deus Iſrael, hoc eſt, populi videntis Deū, ꝙ blaſphe-
F mātes hæ gentes, id eſt, Moab & filij Ammon, de quibus ſupra diximus, ſicut Sodoma & Gomorra erunt. Videntur ſibi quidem in eo quod gentiles non ſunt, exiſſe de Sodomis & Gomorris, ſed quia blaſphemant populum Dei, & contra Iſrael faciunt, in Sodomam reputabuntur & Gomorram, & ita delebuntur, vt illæ deletę ſunt ante, nullum in ſe habentes veſtigium viroris & vitæ. Nec mirum ſi hoc de hęreticis intelligamus, quod reputentur quaſi Sodoma & Gomorra, cum etiam ad Eccleſiaſticos, qui Dei nō obſeruauere mandata, &
*Eſai.* 1. *a* egreſſi ſunt à præceptis eius, dicatur per Eſaiam: *Audite verbum domini principes Sodomorum, & attendite in legem Domini*
*Dan.* 13. *f* *populus Gomorræ.* Et ad presbyteros cupientes ſub figura Suſannæ, Eccleſię corrumpere caſtitatem, dicat Daniel, hoc eſt, iudicium Dei: *Semen Chanaan, & non Iuda.* Et vt ſciatis quotieſcunque Sodoma & Gomorra & Ægyptus nominantur, non de his dici prouinciis, quas oculis cernimus, ſed de aliis ſpiritualibus quibus ſermo propheticus comminatur, legite
*Apoc.* 11. *b* in Apocalypſi Ioannis: Locus autem in quo Dominus crucifixus eſt, *vocatur ſpiritualiter Sodoma & Ægyptus.* Si ergo Hieroſolyma, in qua crucifixus eſt Dominus, vocatur ſpiritualiter Sodoma & Ægyptus, quare non econtrario Ægyptus & Sodoma & Gomorra, ſi opera fecerunt Hieruſalem, & terræ Iudeæ, in terram ſortis domini transferantur? Deni-
*1. Reg.* 21. *a* que & Dauid non erat de ſacerdotibus, nec licebat ei comedere panes propoſitionis, ſed quia per ſingula creſcebat opera, & perſecutio Saul virtutum illius profectus erat: propterea in fuga ſua dum neſcit, ſubito antiſtes efficitur, & accipit panes propoſitionis, & non violat mandatum Dei.
דמשק Hoc totum diximus, quia Moab vt Sodoma erit, & filij Ammon vt Gomorra. Damaſcus quoque quę interpretatur, ſanguinem bibens, aut ſanguis ſacci, erit derelicta à Dei miſericordia, quaſi aceruus ſalis. Quia enim Princeps eius eſt rex
*2. Cor.* 11. *g* *Act.* 9. *d* *Leuit.* 2. *d* Aretha, & Damaſceni Paulum occidere cupiunt, & per murum in ſporta dimittitur: non dicitur ad Damaſcum: *Vos eſtis ſal mundi*: nec illud ſal vocatur, quod ſemper offer-

tur in victimis, ſed quod infatuatum eſt, & de quo in Euangelio ſcribitur: *Si autem ſal infatuatum fuerit, in quo ſalietur? ad nihilum eſt vtile, neque in terram, neque in ſterquilinium, ſed foras proiiciunt illud, vt ab hominibus conculcetur.* Et Moab igitur, & Ammon & Damaſcus, qui ſeſe aduerſus domini ſcientiam parauerunt, & blaſphemauerunt populum Dei, & dixerūt in eū plurimas contumelias, & voluerunt dilatare terminos ſuos in terra Eccleſiæ, & populum Dei poſſidere, deſertæ erunt & deſtructæ, & reliqui de populo Dei, hoc eſt, viri Eccleſiaſtici in ſcripturis domini cis eruditi eripient eos, & reſidui gentis dominicæ poſſidebunt eos, & hoc eis erit pro cōtumelia, qua exprobrauerūt, & magnificati ſūt contra dominū omnipotentē. Vide clementiā, vide miſericordiā domini: cōtumeliā patit̄, blaſphematur, diripiūtur termini eius & ille quid facit? Mittit ad reliquias populi ſui, de quibus diximus, vt ſibi blaſphemantes diuidat, & in ſuā ducat poſſeſſionem. Multo .n. ſtulto melius eſt ſeruire ſapiēti, & fatuitatē eius domini ſapientia corrigi, quam ſuæ eū ſtultitiæ derelinqui. Veniet itaque dominus omnipotens, & manifeſtus erit ſuper eos, (quē nūc neſciunt quē ignorant) & diſperdet omnia dogmata, id eſt, deos eorum, & diuerſarum gentium idola, vt poſtquam ſimulacra, quæ de ſuo ſibi ſenſu compoſuerant, euerſa fuerint, conuertantur gentes ad dominum, & vnuſquiſque in loco ſuo adoret eum quem neſciebat ante. G *Matt.* 5. *b*
H

a ¶ *Sed & vos Aethiopes interfecti gladio meo eritis, & extendet manum ſuam ſuper Aquilonem, & perdet Aſſur, & ponet ſpecioſam in ſolitudinem, & in inuium, & quaſi deſertum. Et accubabunt in medio eius greges, &c.*] Iudęi totum hoc capitulum, & duo ſuperiora contra Philiſtim & Moab & filios Ammon ad aduentum Chriſti referunt, quem putant in conſummationem mundi eſſe venturum: qui extruat Hieruſalem, & populum ſuum liberet de manu gentium qua tenentur, & hoc ſonare quod dicitur: Et adorabunt eum viri de loco ſuo omnes inſulæ gentium. Non ſolum autem ſuperiores gentes, ſed Æthiopes quoque & Aſſyrios & Niniuen vrbem Aſſyriorum eo tempore ponendam eſſe in ſolitudinem, & cubituras in ea omnes beſtias terræ: ſiue, vt in Hebræo ſcriptum eſt: omnes beſtias gentium: ex quo ſignificari putant de cunctis nationibus, quæ euerſuræ ſunt Niniuen. Et quia נינוה
Niniue ſpecioſa interpretatur, in pręſenti loco ſpecioſam referunt ad Babylonem. Et omne quod ſequitur: Onocrotalus & ericius in liminibus eius morabuntur, & cætera, Babyloni potius conuenire, cuius & in Eſaia eadem ſolitudo prædicitur. Et econtrario alij affirmant, manifeſtè de Aſſyrio *Eſai.* 13.
dici, de quo iam præceſſerit: *Et extendet manum ſuam ſuper Aquilonem, & perdet Aſſur, & ponet Niniuen in ſolitudinem.* Poſt Aſſyrios enim magis Niniuen intelligi, quam Babylonē, quę ciuitas Chaldæorum eſt. Quod autē ait Onocrotalū & ericiū in cardinibus eius, & coruū in ſuperliminari: ſolitudinis eſſe indicia, & onocrotalorum duo genera: aliud aquatile, aliud ſolitudinis. Et ꝙ ait, vox cantantis in feneſtra: vel dæmones intelligi, vel variarum voces volucrum, q̄ ſolent in deſertis vrbibus commorari. Præterea quod & nos & Lxx. ſimiliter tranſtulimus: *Coruus in ſuperliminari*: in Hebręo ponitur חרב quod ſecundum lectionis diuerſitatem, vel ſiccitas, *l* horeb
vel gladius, vel coruus accipitur. Vnde & Aquila, gladium, alij

A alij ſiccitatem interpretati ſunt. Et poſt euerſionem, quaſi inſultans ruinæ eius, ſermo propheticus loquitur: Hæc eſt ciuitas glorioſa habitans in confidentia, quæ dicebat in corde ſuo: *Ego ſum, & extra me non eſt alia amplius: quo modo facta eſt in deſertum cubile beſtiæ: Omnis qui tranſit per eam ſibilabit, & mouebit manum ſuam.*

HEB.

Hæc eſt ciuitas glorioſa, habitans in confidentia, quæ dicebat in corde ſuo: Ego ſum, & extra me non eſt alia amplius: quomodo facta eſt in deſertum cubile beſtiæ? omnis qui tranſit per eam ſibilabit: & mouebit manum ſuam.

CAP.

SEPT.

*Hæc eſt ciuitas malis dedita, quæ habitat in ſpe, quæ dicit in corde ſuo: Ego ſum, & non eſt poſt me amplius: quo modo facta eſt in ſolitudinem paſcua beſtiarum? omnis qui tranſit per eam, ſibilabit, & mouebit manus ſuas.*

CAP.

Iuxta hoc autē quod ſupra dixim⁹: aut verè in deſerta vrbe habitabūt beſtiæ, aut certè ſub beſtiarum figura multarū nationū varietas indicatur: Quod ſi quiſpiam quæſierit, quo modo iuxta hiſtoriā ad tempora Nabuchodonoſor hæc prophetia referatur: Æthiopibus etiam nuncupatis & Aſſyriis, quibus Medi & Perſæ nihil fecerint: legat hiſtorias & videbit Aſſyrios quoq; & Æthiopes Medis fuiſſe ſubiectos, & Cambiſis regnum & Cyri potentiam, & omnia quæ deinceps ſint ſecuta. Hęc Iudaicè dicta ſint. Cæterum ſi notauerimus, in omnibus ſcripturis Æthiopes eos appellari qui penitus invitia ſunt demerſi, ſecundum illud quod in Hieremia legimus: *Si mutabit Aethiops*

*Hier. 13.d* *pellem ſuam*: Æthiopibus ad meliora conuerſis, ſpes erit, nullumq; qui voluerit agere pœnitentiam, à ſalute alienum fore. Vnde & prius anima polluta, & delictorum ſordibus in qui nata dicit: *Nigra ſum.* Et poſtea in fine Cantici canticorum,

*Cant. 1.a* de eadem iam purgata & lota per pœnitentiam ſcribitur:

*Ibid. 8.b* *Quæ eſt iſta quæ aſcendit dealbata?* Moyſes quoq;, id eſt, lex

*Exod. 2. d* Domini ſpiritualis, Æthiopiſſam de gentibus duxit vxorem, & Maria, id eſt, ſynagoga Iudæorum, & Aaron, id eſt, carnale ſacerdotium, & non ſecundum ordinem Melchiſedech, murmurat aduerſum legem, ſed fruſtra: Statim enim ſynagoga perfunditur lepra, & extra caſtra proiecta, completo tempore, ipſo orante Moyſe, in caſtra reducitur. Æthiopiæ enim

*Pſalm. 67. g* manus iam præuenerat Deum. Comminatur itaque nunc

B ſermo diuinus his qui peccatis inhærentes, & obliti ſordibus delictorum nolunt ad meliora conuerti, & tenebroſum colorem eluere, & comminatur eis gladium, de quo puto

*Gen. 3. d* ſcribi & in Geneſi: Statuit Cherubim, & flammeum gladium qui vertitur ad cuſtodiendam viam ligni vitæ. Et in Eſaia:

*Eſaia 27. a* Inducet gladium magnum & ſanctum & fortem ſuper dra-

*Sec. 70.* conem colubrum tortuoſum, & interficiet eum in die illa: Et dicit eos vel vulnerandos, vel interficiendos gladio, vt timentes pœnas imitentur Niniuen, & agant pœnitentiam, & non ſuſtineant quę Dominus comminatur. Quod

*Hier. 18 b* quidem & Hieremiæ prophetia ſonat: *Loquar*, inquit, *ſuper gentem & ſuper regnum, & auferam & diſperdam eos, & ſi pœnitentiam egerint, & ego pœnitentiam agam de omnibus malis quæ locutus ſum vt facerem eis.* Et vt ſciatis propterea nunc Dominum comminari Æthiopibus gladium, vt eos ad meliora conuertat: poſt paululum in hoc ipſo libro de Æthio-

*Infra 3. b* pibus infert: *Vltra flumina Aethiopiæ inde ſupplices mei, filia diſperſorum meorum deferent munus mihi*: Siue, vt in LXX. habetur: *de finibus fluuiorum Aethiopiæ ſuſcipiam diſperſos meos, & offerent hoſtias mihi.* Poſt hæc non loquitur Dominus vt ſupra, ſed propheticus ſpiritus de eo: *Et extendet ma-*

*Hier. 1. c* *num ſuam ſuper Aquilonem, & perdet Aſſur.* Aquilonem de

*Sec. 70.* quo Hieremias ſcripſit: *Ab Aquilone exardeſcent mala ſuper*

*Prou. 25. d* *omnes habitatores terræ.* Et de quo Salomon commemorat.

*Sec. 70.* *Aquilo durus ventus*: nomine autem dexter vocatur. Propterea autem extendit inferentem ſuppliciа Deus manum ſuam, vt & Aquilo ſentiat pœnas, & hi qui in terra eius ſunt, ad

*Zach 6.a* quam iuxta Zachariam pergunt equi nigri, de quibus dicitur: Erant equi nigri, ibant in terram Aquilonis. Et pulchrè qui mouerit pedes ſuos, & receſſerit ab oriente (de quo idem propheta ait: *Ecce vir oriens nomen eius*) & ad occidentem reſpexerit ſtatim pergit ad Aquilonem, qui non eſt dex-

*Ibid 6.* ter, ſed nomine dexter vocatur. Quod quidem & corporaliter intelligitur: vt quicumque in oriente ſteterit, verterit, ſe occidentem reſpiciens, ad dexteram habeat Aquilonem: quem dextrum vocant qui flatu illius refrixerunt: qui tantum nomine dexter eſt, cæterum re & opere potius in ſiniſtra eſt. Poſtquā autē extenderit manum ſuam ſuper Aquilonem Dominus, perdet etiam Aſſur, qui interpre- C אשור

tatur εὐθύνων, quem multi putant dirigentem dici, ſed falſum eſt; εὐθύνων, enim coarguens dicitur, atque conuincens. Et quoniam diabolus ipſe eſt inimicus & vltor, & ipſe peccata ſuggerit, & poſtea in peccatis coarguit peccatores, idcirco εὐθύνων vocatur. Hunc ego eſſe reor principem Aſſyriorū, qui habitat ad Aquilonem, & metropolim habet Niniuen, & dicit in Eſaia: *Fortitudine faciam, & ſapientia intellectus auferā* *Eſaia 10 b*

*terminos gentium: & vires eorum depaſcar.* Porrò quod ſe- *Sec. 70.*

quitur de Niniue vaſtata: *Et paſcentur in ea greges, & omnes beſtiæ terræ, & camæleontes & ericij in præſepibus eius accubabunt, & beſtiæ requieſcent in cardinibus eius, & corui in feneſtris eius,* & cætera: Videtur mihi iuxta illud intelligi debere, quod vel in Iona, vel in Nahum propheta ſcriptum eſt. Et in Iona quidem Niniuen, id eſt, ſpecioſam, quę ad prædicationem Ionę, id eſt, columbæ, egerit pœnitentiam, Eccleſiam interpretati ſumus de gentibus congregatam. In Nahum verò ſuper mundo intelligentiam temperauimus, & de mundo quidem non difficile eſt interpretari & dicere: quod quando Æthiopes vulnerati gladio Domini fuerint, & extenderit manum ſuam ſuper Aquilonem, & perdiderit Aſſyrium principem mundi: etiam ipſe mundus cum principe ſuo pereat, & ad maximam ſolitudinem redigatur & nulli miſerabilis ſit, ſed omnes ad ruinam eius ſibilent, & moueant manus ſuas. De Eccleſia autem videtur prima fronte eſſe blaſphemum, quod ea futura ſit inuia & deſerta, & beſtiæ habitent in ea, & poſtea ei cum inſultatione dicatur: Hæc eſt ciuitas malis dedita, quæ habitabat in ſpe, quæ D

dicebat in corde ſuo: *Ego ſum, & non eſt præter me amplius:* *2. Tim. 3.a*

*quo modo facta eſt in ſolitudinem paſcua beſtiarum?* Sed qui conſiderauerit illud Apoſtolicum, in quibus dicitur: *In nouiſſimis temporibus inſtabunt tempora peſſima, & erunt homines ſui amatores, auari, arrogantes, ſuperbi, parentibus non obedientes, ingrati, ſceleſti, ſine affectione, ſine pace, accuſatores, intemperantes, crudeles, odio habentes bonum, proditores, temerarij, inflati, voluptatum amatores magis quam Dei: habentes formam pietatis, virtutem autem eius denegantes.* Nec- *Matt. 24. b*

non & hoc quod in Euangelio ſcriptum eſt: quod multiplicata iniquitate, refrigeſcat charitas multorum: in tantum vt in illo tempore compleatur: *Veruntamen veniens filius ho-* *Luc. 18. b*

*minis putas inueniet fidem ſuper terram?* non mirabitur de extrema Eccleſiæ vaſtitate, quod regnante antichriſto redigenda ſit in ſolitudinem: & tradenda beſtiis, & paſſura quæcumque nunc propheta deſcribit. Si enim Deus propter infidelitatem ramis naturalibus non pepercit, ſed fregit eos, & *poſuit flumina in deſertum, & fontes aquarum in ſitim,* *Rom. 11.c*

*terram fructiferam in ſalſuginem propter malitiam habitatorum* *Pſal. 106.d*

*eius*: cur non econtrario eos de quibus dixerat: *Poſuit deſertum in paludes aquarum, & terrā ſine aqua in fontes aquarum. & habitare fecit ibi eſurientes,* & cætera: & quos inſeruit de *Ibidem.*

oleaſtro in radicem bonæ oliuæ, ſi immemores beneficij receſſerint à conditore ſuo, & adorauerint Aſſyrium, euertat, & ad eandem ſitim reducat in qua prius fuerant? Quod cum generaliter in aduentu antichriſti, ſiue in fine mundi poſſit intelligi: tamen quotidie in his qui ſimulant ſe eſſe de Eccleſia Dei, & operibus negant, auditoreſque legis ſunt & non factores, accipi poteſt: quod fruſtra ſpecioſos ſe eſſe iactent, cum habitent in eis greges, vitiorum ſcilicet multitudo & bruta animalia corpori ſeruientia, & omnes beſtiæ terræ, quę corda eorum comedunt, & camæleontes, qui non habent vnum colorem, ſed diuerſis peccatis, nunc auaritia, nunc luxuria, nunc crudelitate, nunc libidine, nunc triſtitia, nunc exultatione per momenta mutantur. Et ericij in præſepibus eorum animal ſpinoſum & plenum ſentibus, & vulnerans quidquid contigerit. Sed & beſtiæ cubabunt in foraminibus, id eſt, in cordibus eorum, & corui



E corui immundæ aues in portis eorum, vel in ore, vel in auribus, quod aut loquantur ſemper, aut audiant mala. Poſt quę infertur & dicitur: ideo Eccleſiam hęc paſſuram fore, vel eſſe perpeſſam, quod in ſuperbiam ſe eleuauerit, & quaſi cedrus ſuum cacumen erexerit, malis operibus dedita, & nihilominus futuram ſibi beatitudinē repromittens, & in corde ſuo cęteros deſpiciens, nec putans quemquā eſſe præter ſe, & dicēs: *Ego ſum, & non eſt alia præter me vltra*: quo modo ergo facta eſt in ſolitudinē paſcua beſtiarū? Vbi enim prius habitabat pater & filius & Spiritus ſāctus, & Angeli eius miniſteriis præſidebant, tunc habitabūt beſtiæ: de quibus & pro-

*Pſalm. 73. d* pheta complorat, dicens: *Ne tradas beſtiis animam confitentē tibi. Omnis qui tranſibit per eā, ſibilabit & mouebit manus ſuas.* quod ſi de Angelis intelleximus, ita interpretabimur, cum tranſierint per eam Angeli, & non manſerint in ea, vt prius facere cōſueuerant, ſtupebūt & mirabuntur, & non eā fulcient & ſuſtentabunt ruentem manu ſua, ſed leuabūt manus & pertranſient. Vel certè cum ſibilo attollēt manus, & quaſi plangentes in morem lugentium congregabunt. Si autem hoc de diabolo & Angelis eius voluerimus accipere, qui vineā quoq; quæ de Ægypto

F tranſlata fuerat, vaſtauerunt: Dicemus per animam, de qua

*Pſalm. 79. b* Chriſtus receſſerit, & quæ prius templum Dei fuerat, & eſſe deſiuit, tranſire ſerpentem & ſibilare in ea, & venena ſuæ malitiæ euomere, & non ſolum hoc facere, ſed opera quoque ſua, quæ τροπικῶς manus vocantur, mouere. Ac ne putes, quia colubrum nominauimus, violenter nos manus colubri

*Prou. 18. d* pro opere intelligere, accipere teſtimonium Salomonis: *Mors & vita in manibus linguæ.* Hæc diximus, vt potuimus interpretationi allegoricæ ſeruientes. Si quis autem magis veriſimilia & habentia rationem, quam à nobis ſunt diſſerta repererit, illius magis lector auctoritate ducatur.

CAPVT III.

HEB.

VÆ prouocatrix & redempta ciuitas, columba, non audiuit vocem & non ſuſcepit diſciplinam, in domino nō eſt confiſa, ad Deum ſuum non appropinquauit. Principes eius in medio eius quaſi leones rugientes: iudices eius lupi veſperæ, non relinquebant in mane. Prophetæ eius veſani, viri infideles, ſacerdotes eius polluerunt ſanctum, iniuſtè egerunt contra legem. Dominus iuſtus in medio eius non faciet iniquitatē. Mane mane iudicium ſuum dabit in lucem, & non abſcondetur: neſci-

CAPVT III.

SEPT.

*O Illuſtris & redempta ciuitas, columba: non audiuit vocem, non ſuſcepit diſciplinam, in domino non eſt confiſa, & ad Dominum ſuum non appropinquauit. Principes eius in ea veluti rugientes leones: iudices eius ſicut lupi Arabiæ, non dimittebant in mane: Prophetæ eius portantes ſpiritum, viri contemptores ſacerdotes eius polluunt ſancta, & impiè agunt in legem: Dominus autem iuſtus in medio eius, & non faciet iniquitatem. Mane mane iudicium ſuum dabit in luce: & non eſt abſconditus:*

CAPVT III.

VÆ *prouocatrix & redempta ciuitas, columba: non audiuit vocem, &c.* ] Multi putant propter conſequentiam

*Sup. 2. d* ſermonis dici aduerſum Niniuen, de qua ſupra: *Et perdet Aſſyrium, & ponet Niniuen in ſolitudinem.* Sed numquam

*Hier. 25. g* ſcriptura Niniuen columbam vocaret, licet in Hieremia, à facie gladij columbæ, de Nabuchodonoſor dictum putent. Sed ſciendum quod alij econtrario aſſerant, pro columba

יונה ibi poſſe intelligi ἑλλάδα, id eſt, Græciam: vt ſit ſenſus: à facie gladij, Iona, id eſt, à facie gladij Græciæ: Iona enim tam columbam quam Græciam ſignificat. Vnde & vſque hodie Græci Iones, mare appellatur Ionium, & apud Hebræos permanet eorum vetus vocabulum. Sed & principes Romani apud barbaras nationes antiquum vocabulum retinentes, Cæſares appellantur. Omnis itaque contra Hieruſalem ſermo eſt: Væ ciuitas quondam columba, ſemper peccans, & captiuitatibus tradita, & rurſum redempta à domino. Vę ciuitas prouocatrix: quod ſignificantius Hebraicè

*a morea* dicitur [a] מוראה, id eſt, παραπικραίνουσα, quod poſſumus dicere, Deum amarum faciens, id eſt tuo vitio dulcem Dominum atque clementem vertens in amaritudinem, vt qui miſereri vult, punire cogatur. Non audiuit præceptum Domini, & correpta noluit ſuſcipere diſciplinam, nec prementibus malis aliquando eſt confiſa in domino Deo ſuo: nec ambula-

*Hier. 23.d* uit poſt tergū eius, nec dicēte eo: *Ego Dominus appropinquans, & non de longe*, ipſa ei appropinquare voluit. Deſcribuntur quoque principes eius, & iudices & prophetæ & ſacerdotes: vt in ciuitate populum, & in his quæ dixi nominibus dignitatum, principes accipiamus. Principes igitur eius quaſi leo- G

nes ſemper verſabantur in prędis, & ad effundendū ſanguinem ſubiectorum: Iudices eius rapaces, non dimittentes aliis quod poſſent rapere. Prophetæ eius inſanientes ſiue ſtupentes (quod Hebraicè dicitur [b] פוחזים: & Aquila tranſtulit *b pohazim*

ἐνθουσιαζόμενοι) loquebantur quaſi ex ore domini, & omnia contra dominum prędicabāt, Sacerdotes in loco ſanctuarij commiſere ſacrilegium, & cū contra legem ſaperent, ex lege victimas offerebant. Propterea quia illa egerunt iniuſtè, Dominus iuſtus non faciet iniquitatem, ſed reſtituet vrbi peſſimæ quæ meretur. Mane mane, id eſt, manifeſtè & abſq; aliqua ambiguitate faciet de ea iudicium, nec erit quod ab eo poſſit abſcondi. Et hoc faciet Dominus, vt correpta ciuitas conuertatur ad melius. Sed iniquus Iſrael nō cognouit confuſionem ſuam: nec intellexit: idcirco ſibi illatas plagas, vt ageret pœnitētiam. Vindicaui te, inquit, poſtea de gentibus, & deſtruxi imperia earū, vt qui per plagas me non ſenſeras, ſaltem per beneficia cognoſceres. Vel certè ſic intelligendum: Diſperdidi omnes ciuitates tuas ô Iuda, & omnes ſubiectos tibi pagos & tribus, & diuerſa confinia: & tāta hominum vaſtitas fuit, vt

non eſſet qui habitaret in vrbibus tuis, & poſtquā hoc feci, H

miſi prophetas meos conſurgens diluculo, & ad pœnitentiā prouocans, dixique: Feci quidem tibi hæc ô Hieruſalem, ſed feci vt timeres me, & ſuſciperes diſciplinam, & non periret habitaculum tuum, hoc eſt, templum, propter omnia ſcelera quæ geſſeras. At econtrario habitatores Hieruſalem, me eos ad pœnitentiam prouocante, quaſi de induſtria & ex contentione diluculo ſurrexerunt, vt feſtinatione, qua ad me redire debuerant, cōplerent omnes cogitationes ſuas, & opere demonſtrarent, quod mente conceperant. Hoc iuxta Hebr. Cæterum: Illuſtris & redēpta ciuitas Chriſti ſanguine, iuxta ſuperiora perſpicuè Eccleſia intelligitur, quæ & vocatur columba, propter ſimplicitatem multitudinis in ea credētium. Hęc non audiuit vocem domini, neque ſuſcipere voluit diſciplinam, nec confiſa eſt in domino, quia noluit appropinquare ad dominum Deum ſuum, vt mereretur veniam peccatorum. Fruſtra enim quis vocem domini Dei ſui audire ſe dicit, & confidere in domino, quando operibus fidem deſtruit, & magis mammonæ iungitur quā domino Deo ſuo, & duplici corde accedit ad eum, & duobus dominis, ſæculo & Deo militare poſſe ſe credit. Huius principes ſunt ſicut leones rugientes. Non ambigimus de rugitu leonum & diſcurſu quando viderimus principes eius ita in ſubiectos populos detonare, & voce, tyrannica rabidiſque conuitiis plebem conterere, vt non paſtorem in grege, ſed leonem inter ouiculas putes frendere. Iudices quoque eius quaſi lupi Arabiæ, occidentes veſpere, & nil relinquentes in mane, non aſpicientes ad ortum ſolis, ſed morantes ſemper in tenebris, & poſſeſſiunculas Eccleſiæ, & ea quæ in Dei donaria conferuntur, vertētes in lucrum ſuum, vt non habeant pauperes quod mane comedant, qui quaſi in nocte, & nullo vidente omnia populantur, & cum luporum more cuncta diripiant, ne paruos quidem cibos indigētibus derelinquunt. Prophetę etiam, id eſt magiſtri, qui ſe putant docere populos, & de ſcripturis ſermocinari: πνευματοφόροι, id eſt portātes ſpiritum, ſiue ſpirituales (& hoc ἱερατικῶς legendū) ſunt viri contemptores: non enim docere, ſed facere in Eccleſia conuenit, nō factis verba deſtruere. Cęterum tu cum alium doceas, & ipſe non facias, non tam doctor quam contēptor vocādus es, de

 quo

A quo & in Habacuc ſcribitur: *Videte contemptores, & reſpicite, & admiramini mirabilia, & diſperdimini.* Sacerdotes quoq; (Abac 1.b; 1 q 1, ſacerdotes.) qui Euchariſtiæ ſeruiũt, & ſanguinem domini populus eius diuidunt, impiè agunt in legem Chriſti: putantes εὐχαριστίαν imprecantis facere verba, non vitam, & neceſſariam eſſe tantum ſolennem orationem, & non ſacerdotum merita, de quibus dicitur: *Et ſacerdos in quo fuerit macula, non accedat offerre oblationes domino.* (Leuit. 21. c; Sec. 70.) Cũ hæc faciant principes, iudices, prophetæ, ſacerdotes Hieruſalé, nihilominus clemens & iuſtus eſt Dominus. Clemẽs in eo ꝗ à ſua Eccleſia nõ recedit. Iuſtꝰ in eo quod reddit vnicuiq; quod meretur. Poſtquam .n. aduenerit mane, & nox huius ſæculi pertranſierit, dabit in luce iudicium ſuum, & non abſcondetur vel ipſe vel iudiciũ eius. Et cũ cœperit à ſingulis exigere pecuniam quam eis commiſerat, non erit iniuſtus: nec faciet in perpetuum valere iniuſtitiam, ſed ſuperbos principes, quibus reſiſtit Deus detrahet de cathedris ſuis, & de culmine quod tenebant, & diſſipabuntur anguli eorum, id eſt, prauæ voluntates, & à recto itinere declinantes, in quibus ſemper & phariſæi orare conſueuerant, angulari lapide contempto. (Matt. 6. a; Eſai. 2. g) Puto autem quod & ſuperbis proſit detrahi eos de arrogantia ſua, & diſſipari angiportus & angulos eorum, vt poſtea recto itinere gradiantur. Denique ſequitur: *Et deſertas faciam vias eorum, eo quod non ſit qui pertranſeat*: ſecundum illud quod in primo pſalmo ſcriptum eſt:

B (Oſee. 2. b) *Et iter impiorum peribit.* Necnon & in Oſee vbi de Hieruſalem dicitur fornicante: *Ecce ego claudam vias eius ſpinis, & obſtruam itinera eius, & ſemitam ſuam non inueniet, & perſequetur amatores ſuos, & non apprehendet eos, & quæret eos, & non inueniet, & dicet: Vadam, & reuertar ad virum meum priorem: quoniam bene mihi erat tunc magis quam nunc.* Animaduerte quod niſi clauſę fuiſſent viæ, & obſepta itinera, & niſi deſtruxiſſet Dominus vias eius, numquam dicere potuiſſet anima fornicans: *Vadam & reuertar ad virum meum priorem.* Diſſipantur ergo itinera ſuperborum & anguli eorum, ne ambulent in ſuperbia & in prauitate, & vrbes eorum, quæ ædificatæ fuerant in arrogantia & ſuperbia, deſtruuntur, ne ſubſiſtant & habeant habitatores peſſimos. Ac ne quis putet nos vim facere ſcripturæ, diſcat ex conſequentibus: Hæc autem, inquit, feci vt dicerem eis: Ecce deſtructa ſunt itinera malitiæ: de cætero timete me, & ſuſcipite diſciplinam: ne & diſciplina mea pereat, fructum in vobis conuerſionis non inueniens, & omnia irrita ſint, per quæ vos volui corripere, & ille vobis ſermo qui in Hieremia ſcriptus eſt, poſſit aptari: (Hier. 2. f) *Sine cauſa percuſsi filios veſtros, diſciplinam non recepiſtis.* Vel certè timete me, & recipite diſciplinam, vt non pereant omnia de conſpectu Hieruſalem: nec penitus ad ſolitudinem deducatur ſuper his malis, in quibus comminatus ſum ei. Nec moueat aliquem (vt ſæpe iam dixi) quod hæc aduerſum Eccleſiam dicta interpreter, cum ſciat Hieruſalem in ſcripturis ſanctis ſemper typum habere Eccleſiæ: de qua qui peccauerit, vel in Babylonem abducitur: vel ſi ſponte deſcẽdere voluerit, in Hiericho à latronibus vulneratur. Quæ eſt enim ita illuſtris vt Eccleſia, quæ in toto orbe fundata eſt: ita redempta Chriſti ſanguine, & columba propter gratiam Spiritus ſancti, vt Eccleſia de gentibus congregata? (Luc. 10. e) in qua plurimi qui ſe dicunt in Chriſtum credere, nec audierunt vocem eius, nec receperunt diſciplinam, nec iuxta eum eſſe voluerunt. Quod autem dicitur: *Principes eius in ea ſicut leones rugientes*: ſcio offenſurum me eſſe plurimos, quod ſuper epiſcopis & presbyteris hæc interpreter, cum & presbyteri mali qui Suſannam violare cupierunt, cæteros presbyteros qui bene vixerint, non condemnent. Et mali principes quos deſcribit ſermo propheticus, non ſint bonis principibus cõtumeliæ. *Stulto* enim *flagellato inſipiens ſapientior erit*: ſi autem

C (Prou. 19. d; Sec7.o.) inſipiens ſapientior fit, quanto magis ille qui ſapiens eſt: Sed iudices eius ac principes capientes munera, vendenteſque iuſtitiam, nonne rectè appellantur lupi Arabiæ, vel veſpertini, ſicut Symachus tranſtulit? Non enim merentur lupi dici Beniamin: qui mane rapiunt, & ad veſperã dant eſcam, (Gen. 49. d) ſed lupi veſpertini, qui noctibus comedunt, & in mane nihil relinquunt. Quod autem ſequitur: Prophetæ eius πνευματοφόροι, id eſt portantes ſpiritum, viri contẽptores, nullũ moueat quod ſuper doctoribus interpretantes, eoſdem & prophetas dicamus & cõtemptores, cum & Apoſtolus pręcipiat: *Nolite contriſtare ſpiritũ ſanctum Dei, in quo ſignati eſtis in die redemptionis.* (Epheſ. 4. g) Et Dauid loquatur in quinquageſimo pſalmo: *Spiritum ſanctum tuũ ne auferas à me.* Niſi enim Spiritus ſanctus contriſtatus fugere conſueuiſſet prius hoſpitiũ, & dimittere habitaculũ ſuum, numquam & Paulus præcepiſſet quod ſupra dixi. Et Dauid poſt adulterium formidaret ne perderet quod acceperat: de quo & ad Hebræos ſcribitur: (Heb. 10. c) *Quanto arbitramini deteriora mereri ſupplicia eum qui filium Dei conculcauerit, & ſanguinem teſtamenti immundum duxerit, in quo ſanctificatus eſt, & ſpiritui gratiæ contumeliam fecerit?* Sed & in tertio Regnorum libro ſcriptum eſt, hominem Dei, haud dubium quin prophetã qui ad altare extructum, poſtquam dixerat in Samaria: *Altare, altare, hæc dicit Dominus: Ecce filius naſcetur domui Dauid*, & cętera: (3. Reg. 12. g; 3. Reg. 13. a) qui contempſerit verba Domini, & comederit apud pſeudoprophetam. (Sic enim locum iſtum exponens Ioſephus interpretatus eſt) interfectum eſſe à leone.

D Et ne putaretur caſus, & non iudicium domini, & pſeudopropheta qui eum deceperat, hoc futurum eſſe prædixit & ipſe leo contemptorem puniens, aſinum reſeruauit. Non ergo mirum ſi doctores, qui ſancto Spiritu pleni fuerãt, poſſint fieri contemptores, cum apud negligentes, & non omni cuſtodia conſeruantes cor ſuum, hæc ipſa cauſa frequenter ſoleat ſuperbiæ in dominum & contemptus exiſtere: quod habeant ſcientiam Dei, & nouerint multam bonitatem eius, quam abſcondit timentibus ſe, & contemnant diuitias bonitatis eius, theſaurizantes ſibi iram in die iræ & reuelationis. (Rom. 2. a) Sacerdotes quoque qui dant baptiſmum, & ad Euchariſtiam, domini imprecantur aduentum, faciunt oleum chriſmatis: manus imponunt, catechumenos erudiunt: Leuitas & alios conſtituunt ſacerdotes, non tam indignentur nobis hæc exponentibus, & prophetis vaticinantibus, quam dominum deprecentur, & ſtudioſe agant, ne de ſacerdotibus qui violant ſancta domini, eſſe mereantur. Non enim dignitas & nomina dignitatum, ſed opus dignitatis, & principes, & iudices, & prophetas, & ſacerdotes ſaluare conſueuit. (1. Tim. 3. a) *Qui epiſcopatum*, inquit, *deſiderat, bonum opus deſiderat.* Videte quid dixerit: bonum opus deſiderat, non dignitatem. Si autem deſpecto opere ſolam aſpexerit dignitatem, cito corruit turris in Siloa, & excelſa cedri fulmine feriuntur, & erecta ceruix frangitur, & cignus extento collo & in ſublime ſe tendens, inter immundas volucres computatur. (Luc. 13. a; Leuit. 11. c) Porrò quod expoſuimus iuxta Hebraicum: veruntamen diluculo ſurgentes corruperunt omnes cogitationes ſuas, pro quo in Septuaginta ſcribitur: præparare & conſurge diluculo, diſſipata eſt omnis frondoſitas eorum: quia multum ab Hebraico diſcrepat, & magis videtur iuxta Septuaginta cum poſterioribus concordare, in ſequentibus exponemus.

a ¶ *Quapropter expecta me, dicit Dominus, &c.* ] Hęc Iudæi interpretantur in aduentu Chriſti, quem ſperant venturum eſſe, & dicunt vniuerſis gentibus congregatis, & effuſo ſuper eas furore domini, in igne zeli eius terrã deuorãdã. (Gen. 11. a) Et ſicut ante ędificationẽ turris fuit, quoniã vna lingua omnes populi loquebantur: ita conuerſis omnibus ad cultum veri Dei loquuturos Hebraice, & totũ orbem domino ſeruiturum. Nos autem, qui non ſequimur occidẽtem literã, ſed ſpiritum viuificãtem, nec Iudaicas fabulas, audimus à domino: præparare, cõſurge diluculo: diſſipati ſunt omnes racemi eorũ: & præparati dicimus: (Pſal. 56. b) *Paratum cor meũ Deus, paratum cor meum*, Audimuſq; in Prouerbiis imperatũ: (Prou. 24. d) *Præpara in egreſſu opera tua:* Et illud quod in Leuitico ſacrate dicitur: (Leuit. 16. d) vbi ſeptimo menſe, decima die menſis offert Aaron ꝓ populo hircũ emiſſariũ, atque viuentem: & ponens manus ſuper caput eius, imprecatur ei cũcta peccata populi Iſrael traditque eũ in manus hominis pręparati, & mittit in eremum: intelligimus in nobis, & præparãtes nos veri imperio ſacerdotis, tollamus malũ de medio eccleſiæ. Cũq; hæc fecerimus, nox præterit, appropinquat dies, & quaſi in die honeſte ambulantes dicimus: Deꝰ *Deus meus ad te de luce vigilo.* (Pſal. 62. a; Ibid. 5. a) Statimque inferimꝰ: *Mane exaudies orationem meam: mane aſſiſtã tibi, & videbo.* Niſi enim præparati fuerimus, nõ nobis orietur ſol iuſtitiæ.

F Orto autẽ ſole omnes racemi de vinea Sodomorũ diſſipantur, & pereunt: vt nõ ſolum grandes botri, ſed etiã quod paruum eſſe videbatur in nobis, Chriſti lucerna radiãte diſpereat. Et pro his omnibus mercedem vobis pollicens Deus ait: Expecta me in die reſurrectionis meę in teſtimonium: Poſt vitia enim atq; peccata Deus reſurget in vobis. Et iuxta illud ꝗ in alio loco præcipit: (Eſa. 43. b; Sec. 70.) *Eſtote mihi teſtes, & ego teſtis, dicit dominus Deus, & puer quem elegi*, teſtis eſt nobis, pater cum filio & ſpiritu ſancto: (Matth 18. b) *vt in ore duorum, vel trium teſtium ſtet omne verbum.* Et magis mihi videtur ſic ſtare ſententia, & ſub his tribus teſtibus veritas confirmari, quam per literam. Duo enim fuerũt teſtes contra Suſannam, & contra ipſum dominum Saluatorem, & tamẽ non ſtetit verbum in ore eorum. (Dan. 13. d; Matth. 26. f; 3. Reg. 21. d) Contra Naboth quoque pene tota ciuitas dixit teſtimonium: conſenſuſque teſtium peſſimorũ non firmitatem habuit veritatis, ſed ſceleris coniurationem. Quia iudicium, ait, meum in congregationes gentium: vt ſuſcipiam reges in loco videlicet ſuppliciorum ſuorũ, vt effũdam ſuper eos iram meam, omnem iram furoris mei. Qui minor eſt, cito meretur veniam, & miſericordiæ proximus eſt. Potentes autẽ potenter tormenta patiẽtur. (Sap. 6. b) Vnde gentes & gentium multitudo congregatur ad iudicium: reges autẽ, id eſt, principes dogmatum peruerſorum adducũtur in pœnam, vt effundatur ſuper eos omnis ira furoris domini. Et hoc nõ crudelitate fit aliqua, vt arbitrãtur ſanguinarii Iudæi, ſed miſericordia & conſilio medicantis. Sequitur enim: *In igne enim zeli mei conſumetur omnis terra.* Gentibus quippe ad iudicium congregatis, & regibus ad ſupplicium, vt effũdatur ſuper eos ira, & non ex parte, ſed tota, & ira ac furore ſociato, cõſumatur in toto orbe quidquid terrenum eſt, quidquid ad opera terræ, id eſt, carnis pertinet: omnes eius vepres & ſpinoſa fruteta vaſtans, zeli mei vorabit incendium. Et tunc cõuertam ſuper populos linguam in generationem ſuam: vt vnuſquiſque errore depoſito, ad antiquum confeſſionis domini eloquium reuertatur, *& in nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtriũ & infernorum, & omnis lingua confiteatur dominum Ieſum in gloria Dei patris.*

G (Philip 2. b) Abiectiſque lateribus, & bitumine quæ habebamus pro lapidibus & luto: quibus erroris noſtri ſuperbiam extruebamus contra dominum: recipiamus linguam quã ante perdidimus, & ſimꝰ ſub iugo Chriſti dicẽtis: (Matth. 11. d) *Iugũ meum ſuaue eſt, & onus meũ leue eſt.* Notãdũ autem quod in eo loco, vbi nos interpretati ſumus: reddam populis labiũ electum: Pro electo, Septuaginta dixerunt, εἰς γενεὰν αὐτῆς, id eſt, in generationẽ eius: vt ſubaudiatur terrę. Et hinc error exortꝰ eſt: ꝗ verbum Hebraicum c ברורה quod Aquila & Theodotio electum: Symmachus mũdum interpretatus eſt: Septuaginta legerunt d דורה: e ר literam f ד exiſtimantes propter elementi nimiam ſimilitudinẽ, ꝗ paruo apice diſtinguitur. Nec nõ vbi nos tranſtulimus: in die reſurrectionis meę in futurum, & omnes interpretati sũt, teſtimonium: Hebræus qui me in ſcripturis inſtituit, aſſerebat g לעד in præſẽti loco magis εἰς ἔτι, id eſt, in futurũ debere intelligi, quam in teſtimonium: h עד enim quod ſcribitur per literas i ע & k ד: & ἔτι & μαρτύριον, id eſt, & futurũ & teſtimoniũ intelligi.

c beroura
d bedora
e res
f daleth
g lead
h ad
i ain
k daleth

H Poſſumus hunc locum & de primo Chriſti aduentu exponere: quoniã omni errore ſublato, dæmonibuſq; calcatis, & terrenis operibꝰ deſtructis, apoſtoli vniuerſis linguis locuti ſunt, & veteri errore ſublato, vnũ cõfeſſionis redditũ eſt labium. (Act. 2. d) Sed & reges qui deſtruuntur, & diuino cõſumuntur ardore, peruerſorum dogmatum principes ſentiendi ſunt.

a ¶ *Vltra flumina Aethiopiæ, &c.* ] Cum reddiderit dominus credentium populis labiũ electũ, & inuocauerint omnes nomẽ domini, & portauerint iugũ eius, tunc etiã vltra flumina Æthiopiæ (vnde venit regina Saba audire ſapientiã Salomonis) deferent victimas domino: (3 Reg. 10. a; Pſalm. 67. g; Exod. 2. d) Et *Aethiopia præueniet manus eius Deo*: veroq; legifero, qui decẽ plagis percuſſit Ægyptũ, nubet Æthiopiſſa, inuidente ſynagoga Hebræorum. Quod autem ait iuxta Hebraicum: *Inde ſupplices mei, filia diſperſorum meorum deferent munus mihi*, huiuſcemodi eſt: O Iſrael, ô ſynagoga quondam filia, quam in toto orbe diſperſi, licet inuideas, licet æmulatione crucieris, tamen de Æthiopia mihi victimę deferentur: id eſt, de gentilium populo In die illa, id eſt, quando gentium crediderit multitudo, etiam tu non penitus confunderis ſuper cunctis erroribus tuis: quibus præuaricata es in me, eligendo Barrabbam, & Dei filium crucifigendo. Tunc auferam de medio tui ſcribas & ſacerdotes & phariſæos magniloquos ſuperbiæ tuæ, & nequaquam te in monte ſancto meo vltra iactabis, ſed habebis populum pauperem, homines illiteratos, & piſcatores, qui ſperabunt in nomine domini. (Ioan. 18 g) Reliquiæ Iſrael, non multitudo quæ clamauit: *Crucifige, crucifige eum*: (Luc. 23. c) non pontifices & optimates, ſed reliquiæ nequaquam facient iniquitatem, nec loquentur mendacium in Chriſto veritati credentes: nec inuenietur in ore eorum lingua doloſa, ſcientes quod omne mendacium de diabolo eſt: quonam ipſi paſcentur, & dicent: (Ioan. 8 f; Pſalm. 22. a) *Dominus paſcit me, & nihil mihi deerit, in loco paſcuæ ibi me collocauit. Super aquam refectionis educauit me, animam meam conuertit: & non erit qui exterreat*, vincente fide credentium perſecutorum ſuperbiam.

Hoc

HEB.

neſciuit autẽ iniquus confuſionem: Diſperdidi gentes, & diſſipati ſunt anguli earum, deſertas feci vias eorum, eo quod non eſt qui tranſeat, deſolatæ ſunt ciuitates eorum non remanente viro, neque vllo habitatore. Dixi, attamen timebis me, ſuſcipies diſciplinam, & nõ peribit habitaculũ eius, propter omnia in quibus viſitaui eam. Veruntamẽ diluculo ſurgentes corruperunt omnes cogitationes ſuas. a Quapropter expecta me, dicit dominus, in die reſurrectionis meę in futurũ: quia iudiciũ meũ vt congregẽ gentes, & colligã regna, vt effũdã ſuper eas indignationẽ meã, omnẽ iram furoris mei: in igne enim zeli mei deuorabitur omnis terra. Quia tunc reddã populis labiũ electũ, vt inuocent omnes nomen domini, & ſeruiant ei humero vno. a Vltra flumina Æthiopiæ, inde ſupplices mei, filia diſperſorum meorum, deferent munus mihi. In die illo non confunderis ſuper cunctis adinuentionibus tuis, quibus præuaricata es in me: quia tunc auferã de medio tui magniloquos ſuperbiæ tuæ, & nõ adiicies exaltari amplius in monte ſancto meo. Et

SEPT.

*ditus, & neſcit iniquitatem in exactione, nec in ſempiternum iniuſtitiam. Detraxi ſuperbos, diſſipati ſunt anguli eorum, deſtruxi vias eorum vt penitus non tranſeant, defecerunt ciuitates eorum, eo quod nullus ſubſiſteret, neque habitaret. Dixi, veruntamen timebitis me, & ſuſcipietis diſciplinam, & non peribitis de oculis eius in omnibus in quibus vltus ſum ſuper eam. Præparare, conſurge diluculo, diſperierunt omnes racemi eorum. Propterea expecta me: dicit dominus, in die reſurrectionis meæ in teſtimonium: quia iudicium meum in congregationes gentium: vt ſuſcipiam reges, vt effundam ſuper eos iram meam omnẽ, iram furoris mei: quia in igne zeli mei conſumetur omnis terra. Quia tunc conuertam ſuper populos linguam in generationem eius: vt inuocent omnes nomen domini, & ſeruiant ei ſub iugo vno. De finibus fluminum Æthiopiæ ſuſcipiã diſperſos meos, afferẽt victimas mihi. In die illa non confunderis ex omnibus adinuentionibus tuis, quibus impie egiſti in me: quia tunc auferam à te detractionem contumeliæ tuæ, & vltra non adiicies vt magnificeris ſuper montem ſanctum meum. Et*

A Hoc de primo aduentu Chriſti intellectum ſit, quod Iudæi ſibi in fine promittūt, & ſperāt ſe habitaturos in Hieruſalem, & in morē pecorū corporalibus donis Iudæ opibuſq; complendos, & paſcendos herbis viridibus, & deletis cunctis gentibus ſibiq; ſubiectis, nullum poſſe reſidere qui eos exterreat. Nos autē accipientes ex hac fabula occaſionem veræ hiſtoriæ, dicemus omnē nigredinem animæ, & tetrū colorem, ac draconis venenū quo tincti fueramꝰ vitiis atq; peccatis, reddito nobis labio electo, ſiue mundo & cādido (vt interpretatus eſt Symmachꝰ) derelinquere nos in fluminibus Æthiopiæ peruerſorum dogmatū magiſtros, quibus ante irrigabamur, & cum diſperſis quōdam Iſrael Chriſto munera delaturos. In die illa, qua nobis Chriſti lumen fuerit exortū, dicetur ad ſingulos noſtrûm: Non cōfunderis ex omnibus tuis adinuētionibus, cogitationibꝰ videlicet peſſimis, quibus impie agebamus contra dominū. Et tolletur vniuerſa ſuperbia & contumelia, per quam erigebamur contra dominum, & contra mōtem ſanctum eius, dominum noſtrum & Saluatorē, & pro ſuperbis vaniſq; nominibꝰ, relinquetur in nobis populus māſuetus & humilis: vt nihil arrogans, nihil tumens, nihil ꝙ Deo diſpliceat cogitemus. B Simulq; cōſidera quod in die iudicii, & in cōſummatione mundi tollātur vniuerſa nomina dignitatum, & vnus populus remaneat, & grex ſub paſtore bono, ſit manſuetus & humilis. Tunc etiam populus Iſrael plenitudine gentium ſubintrāte (quia cōcluſit Deus omnes ſub peccato, vt omnibus miſereatur) timebunt nomen domini. Et reliquiæ Iſrael non facient vltra iniquitatem, per quam dominum negauerūt: nec loquentur vana, ineptas ſibi fabulas promittentes: nec inuenietur in ore eorum lingua mendacii, Chriſto per eos,
Rom. 11.e qui veritas eſt, loquente. Tunc enim paſcentur & ipſi in vno grege, & accubabunt in eccleſia, & veri Nabuchodonoſor impetus non timebunt. Hæc videntes & legentes tanta myſteria, clamemus cum Apoſtolo atque dicamus: *O profundum diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quam inſcrutabilia*
Rom. 11.d *ſunt iudicia tua, & inueſtigabiles viæ tuæ.* Quod quidē & propheta ſentiens & ſecum voluēs, de Dei iudiciis ſuſpicatus.
Pſalm. 76.b *In nocte cum corde meo exercebar, & ſcopebam ſpiritum meum, & dicebam*: Numquid in ſempiternum abiiciet Deus: aut non addet vt miſereatur vltra: aut continebit in ira ſua miſericordias ſuas? & dixi: Nunc cœpi: hæc eſt immutatio dexteræ Excelſi. Et eſt ſenſus: Hoc quod putabam dominum in æternum relinquere peccatores, & miſericordias ſuas ira ſuccedente cohibere: intellexi idcirco factum, vt immutatione dexteræ ſuæ, quæ Excelſi eſt dextera, vniuerſa mutaret, & miſerere-
Matth. 12.e tur his quos ante proiecerat. Et nos igitur & reliquiæ Iſrael, ſcientes quod reddituri ſumus rationem pro omni otioſo verbo, & quod diſperdet dominus vniuerſa labia menda-
Eccle. 1.a Pſalm. 38.b Luc. 10.c cia, non loquamur vanitatem. *Vanitas* quippe *vanitatum & omnia vanitas. Et vniuerſa vanitas omnis homo viuens* Nec ore noſtro mendacium proferamus: ſed accepta poteſtate calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones, & ſuper omnē virtutem inimici, nullam timeamus formidinem, nec luporum Chriſto cuſtode vereamur inſidias, ſed dicamus: *Dominus illuminatio mea, & Saluator meus, quem timebo?* & cætera quæ in viceſimo ſexto pſalmo continentur.

a ¶ *Lauda filia Siō, iubila Iſrael: lætare & exulta in omni corde,* C &c.] Non videatur mirum, vt ſæpe diximus, aliter Hebraica capitula, & aliter LXX. Græca videlicet Latinaq; finiri. Vbi enim in ſenſu diuerſa tranſlatio eſt, ibi neceſſe eſt diuerſa eſſe vel principia, vel fines. Iudæi cum Chriſto, quem putāt eſſe venturum, hæc ſibi omnia repromittunt, quæ nos qui Chriſtum ſuſcepimus, iam cū ipſo ſumus omnia cōſequuti. Si quis ergo Chriſtianorū, & maxime nouorum prudentiū (quorum nomina taceo, ne quemquā lædere videar) exiſtimat necdum prophetiam eſſe completā: ſciat falſo Chriſti portare ſe nomē, & Iudaicam animam circumciſionē tantum corporis non habere. Si enim hæc necdū facta ſūt, ſed futura, fruſtra credimus Saluatoris aduentum: fruſtra autem non credentes, intelligimus in nobis eſſe completū myſterium, quod temporibus æternis tacitū eſt, & nūc manifeſtatum eſt per ſcripturas propheticas, & aduētum domini noſtri Ieſu Chriſti.
Col. 1.d Denique cōſideremus ordinem lectionis, & videbimꝰ quod dicitur non ad Iudæos, ſed ad Chriſti eccleſiam pertinere. Poſt hoc enim quod præceſſerat (Iudicium meum in cōgregationes gētium, vt ſuſcipiam reges: vſque ad eum locum, vbi ait: *Vt inuocent omnes nomen domini, & ſeruiant ei ſub iugo vno, & vltra flumina Aethiopiæ ſuſcipiā in diſperſis meis,* D qui afferēt mihi victimas, & poſt reliquias populi Iſrael credētes in Chriſto atq; ſaluatas: de quibus dicitur: *Et timebunt nomen domini qui ſunt reliqui de Iſrael: & non erit qui exterreat eos*) Spiritus ſanctus de generali mundi conſummatione prædicans: Gaude filia Sion, prædica filia Hieruſalem, lætare & delectare de toto corde tuo, filia Hierſalem. Omnis quippe eccleſiaſtica anima, quæ in ſpecula conſtituta eſt, & contemplatur pacem, lætatur & gaudet iniquitates à ſe eſſe ſublatas, & redemptas ab eo qui pretioſo ſanguine omnes redemit. Chriſtus enim *factus eſt ſapientia nobis*
1. Cor. 1.d *à Deo, & iuſtitia, & ſanctificatio, & redemptio.* Et redemit nos rex Iſrael, qui habitat in medio noſtri, dicens: *Ego & pater*
Ioann. 14.e Leuit. 26.b *meus veniemus, & manſionem apud eum faciemus: & habitabo & ambulabo in eis, & vltra non videbimus mala,* ſolas virtutes cogitantes atque facientes. In illa die, dicit dominus, videntibus nobis pacē, & in ſublimi poſitis, ne diſſoluantur manus tuæ: qui & per Eſaiam dixit: *Confortamini manus diſſolu-*
Eſa. 35.a *tę, & opera tua robuſta ſint.* Dominus enim fortis, cui nemo poteſt reſiſtere, Saluator tuꝰ: ipſe tibi reddet lætitiam quā perdidiſti, & veteri homine proiecto, in nouo ambulare te faciet, & hæc faciet in dilectione ſua: non tuo merito, ſed miſericordia ſua. Et lętabitur in te & delectabitur, quaſi pinguiſſimam ſolemnitatis tuæ hoſtiam ſuſcipiens ſalutem tuam, & ipſe tibi dicet: congregabo contritos tuos: *Cor*
Pſalm. 50. Eſa. 42.a quippe *contritum & humiliatum Deus non deſpiciet: Et calamum contritum non confringet.* Hæc interim ſi voluerimus de ſecundo aduentu accipere Saluatoris. Porro quia propheta Zacharias ad ſimilem lætitiam cohortatur Sion & Hieruſalem, & hanc ipſam prophetiam Matthæus dicit in pri-
Matth. 21.a mo aduentu Chriſti eſſe completam: neceſſitate compellimur, imo ordine ipſo ducimur veritatis, quod in Sophonia dicitur, non futurum ſperare, ſed factum. Scriptum eſt
Zach. 9.d enim in Zacharia: *Gaude vehementer filia Sion: prædica filia Hieruſalem: ecce rex tuus venit tibi iuſtus & Saluator: ipſe humilis & aſcendens ſuper iugalem & pullum nouum.* Hæc iuxta Septuaginta dicta ſint. Cæterum iuxta Hebraicum, laudare iubetur

HEB.

Et derelinquā in medio tui populum pauperem & egenum, & ſperabunt in nomine domini. Reliquiæ Iſrael non facient iniquitatem, neque loquentur mendacium, & non inuenietur in ore eorum lingua doloſa: quoniam ipſi paſcentur, & accubabūt, & non erit qui exterreat. a Lauda filia Siō, iubila Irael: lætare, & exulta in omni corde filia Hieruſalē. Abſtulit dominꝰ iudiciū tuū, auertit inimicos tuos: rex Iſrael dominus in medio tui, non timebis malum vltra. In die illa dicetur Hieruſalem: noli timere Sion, non diſſoluantur manus tuæ. Dominus Deus tuus in medio tui

SEPT.

*Et relinquam in te populum manſuetum & humilem, & reuerebuntur nomen domini, qui fuerint reliqui de Iſrael: & non facient iniquitatem, & non loquentur vana, & non inuenietur in ore eorum lingua doloſa: quoniam ipſi paſcentur & accubabunt, & non erit qui exterreat eos. Gaude filia Sion, prædica filia Hieruſalem: exulta & delectare de toto corde tuo filia Hieruſalem. Abſtulit dominus iniquitates tuas, redemit te de manu inimicorum tuorum: rex Iſrael dominus in medio tui, non videbis mala vltra. In tempore illo, dicit dominus Hieruſalem, confide Sion, non diſſoluantur manus tuæ. Domi-*



E iubetur Eccleſia, & iubilare Iſrael, ſenſu videns Deum: & exultare atque lætari in omni corde locus pacis, ad quem
Ioan. 14.d dictum eſt: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis.* Abſtulit enim in fine & in conſummatione mundi huius iudicium eius, nequaquam eam iudicans atque corripiens, ſed ſaluans, & auertit inimicos eius, dæmonum turbas. Rex Iſrael Dominus in medio eius erit, nō timebit vltra malū. In die illa dicetur ad Hie-
Gal. 4.d ruſalem liberam, quæ non ſeruit cum filiis ſuis, ſed quæ eſt mater ſanctorum: Noli timere Siō (ipſa quippe eſt & Hieruſalem) nequaquam tua opera diſſoluentur: nec facies quæ te feciſſe lugebis. Dominus Deus tuus, qui ſaluabit te, fortis & potens, ipſe habitabit in medio tui: gaudebit ſuper te in exultatione & lætitia, & ſilebit peccata tua in charitate, qua te dilexit, & exultabit ſuper te in laude: vel quia laudabilis ſis, vel quia eū tuis laudibus canas. *Nugas*, ſiue, vt Aquila interpretatus eſt, *tranſlatos, qui à te receſſerunt, congregabo, quia ex te erant*: hoc eſt, hi qui per vitia atq; peccata de tuo ſinu fugerāt, & facti erant ſub dæmonum poteſtate, redintegrato omnium ſtatu venient ad te, & nequaquā vltra ſuper perditis filiis tuis patieris opprobria. Id quod diximus, nugas, ſciamus in He-
F bræo ipſum Latinum eſſe ſer-
l nouge monem [l] נוגי & propterea à nobis ita vt in Hebræo erat poſitum: vt noſſe poſſimus linguam Hebraicam omnium linguarum eſſe matricem: quod non eſt huius temporis diſſerere. Miror autem Aquilam & Septuaginta, pro eo quod nos interpretati ſumus, erant, in eo videlicet loco vbi diximus: *congregabo qui ex te erant*: pro *erant* interpretari voluiſſe οὐαί, ſiue ὤ: quod ſemper Aquila non pro plangendo, ſed
m haïou pro vocando & inclamando ponit: [m] הוי enim, cuius verbi
n haia initium eſt [n] היה præteritum tempus numero plurali ſignificat: erant, vel fuerant. Hæc ſcio moleſta eſſe lectori: qui ſi animaduerterit non me controuerſias & declamationes ſcribere, nec in locis exultare communibus: ſed commentarios, & commentarios prophetarum: reprehendet potius ſicubi rhetorum more ludere voluero, quam arguet in tantis obſcuritatibus, vt dignum eſt, immorantem.

a ¶ *Ecce ego interficiam omnes, qui aſlixerunt te in tempore illo, & ſaluabo claudicantem, & eam quæ eiecta fuerat congregabo, & ponam eos in laudem, & in nomen in omni terra confuſionis eorum. In tempore illo quo adducam vos, & in tempore*, &c.] Et hoc ſynagoga, quæ non claudicat, ſed vtroque truncata eſt pede, pollicetur ſibi in aduentu Chriſti ſui, quem ſperat eſſe venturum, & putat omnes gentes interficiendas à domino, quæ afflixerunt Iſrael, & ſaluandam ſynagogam, & eam quæ acceperat libellum repudij colligendam, & ponendos eos in laudem, & in nomen in omni terra captiuitatis ſuæ, in qua fuerant ante confuſi. Et hoc fieri eo tempore, quando captiuitas reducta fuerit Hieruſalem, & extructum templum, & reliquus ceremoniarum ordo ſeruatus. Hęc ſibi repromittit, & propterea non agit pœnitentiam, & dum
Gen. 29.d ſperat incerta, perdit certam ſalutem. Nec miror ſynagogam hæc dicere: quæ quia non recipit Chriſtum, oculos dolet, & cum Lia lippeſcit, & non amatur à Iacob, & Rachel ſuccedente negligitur. Chriſtianos miror, imo ſemi Iudæos, qui ſibi videntur eſſe de Eccleſia: ea dicere & ea profiteri, quę ſi vera ſunt, fruſtra credimus in Chriſtum, & omne noſtrum tollitur ſacramentum, & miſerabiliores ſumus omnibus hominibus, credentes eum veniſſe qui non venit. G Quia autem ſpes noſtra certa eſt, & Iudæorum caſſa ſunt vota: ſecundum priorem intelligentiam iam texamus præſens extremumque capitulum, & de Ieſu filio Sirach teſtimonium proferamus: *Qui mittit lapidem in excelſum, ſuper*
Eccleſ. 23.d *caput ſuum mittit.* Quia enim Sion & Hieruſalem in excelſo poſitæ ſunt: quicumque Sion detrahit & Hieruſalem, & mittit in eam contumeliarū lapides, in ſuum os caput iacit, & reuertetur opprobrium eius in caput ſuum, & dolor eius & *iniquitas ſuper verticem eius*
Pſalm. 7.d *deſcendet.* Quanti hodie exprobrant animæ, Dei myſteria cō ſectanti, volentique videre pacem eius, & dicunt: Inſanus eſt, & ebrius, & muſto plenus: hominum cœtus fugit: delitias aſpernatur, aurum pro luto cōputat, ſolam diligit paupertatem. Qui autem infideles ſunt, etiam crucem Chriſti exprobrant ei, & ſi quando eū in anguſtia viderint, & in tentatione, dicunt: Vbi ſunt miſericordiæ tuæ, & iuſtitiæ quas operatus es? Quid loquar de infidelibus, cum Eccleſiarum nonnulli principes huiuſcemodi hominibus exprobrent, & vitam ipſorum arbitrentur amentiam, & non præſentem laudent conuerſationem, ſed vetera peccata ex-
Eccleſ. 8.a probrent: nec audiunt eſſe pręceptum: *Noli improperare ho-*
H *mini qui conuertitur à peccatis ſuis.* Væ igitur ei, qui tulit opprobrium atque ſuſcepit, & huiuſcemodi ſe officio mancipauit, vt detraheret Sion & ciuitati Dei: quia pro hac iniuria vrbis ſuæ vltor eſt Dominus, & dicet ad Sion: Ecce ego faciam in te propter te, id eſt, faciam vltionem tuam, & ſaluabo afflictam: ſiue vt in Græco dicitur: ϗ σώσω τὴν ἐκπεπιεσμένην: id eſt, & ſaluabo expreſſam. Vt ſit ſenſus: Ego ſaluabo eam, quæ in præſentiarum quaſi vua & oliua, ita
Matth. 16.c tentationibus atque preſſuris, vt prælo & trabe preſſa eſt
Pſalm. 44.b & afflicta: vt vinum faceret & oleum, & de vino biberet Ieſus in regno patris ſui: de oleo autem vngeretur præ
Iob. 40.a Sec. 70. participibus ſuis. Ego puto propter expreſſionem talis vini & olei, Iob multa perpeſſum: poſtquam autem vinum & oleum fecerat, audiſſe à Domino: Putas me aliter tibi reſpondiſſe, niſi vt appareres iuſtus? Quaſi ad vuam & oliuam loqueretur: Exiſtimas me aliter te preſſiſſe & afflixiſſe atque contriuiſſe, niſi vt vinum de te & oleum exprimerem? Sequitur: *Et eam quæ repulſa fuerat, ſuſcipiam.* Videtur nos Deus repellere quando relinquit tentationi.
Iob. 10.c Vnde & Iob: *Viſitatio*, inquit, *Domini reſpexit me.* Et non ſolum iuſti loquuntur & dicunt: *Nunc autem repuliſti & confudiſti nos*: ſicut in quadrageſimotertio pſalmo ſcriptum eſt: Sed ipſe Dominus atque Saluator ex perſona hominis quem aſſumpſerat: *Tu autem*, ait, *repuliſti & deſpexiſti:*
Pſalm. 88.f *diſtuliſti Chriſtum tuum: ſubuertiſti teſtamentum ſerui tui.* Quod autem iuſtorum perſona ſit in quadrageſimotertio pſalmo dicentium: Nunc autem repuliſti & confudiſti nos, ex ſequentibus approbatur: *Hæc omnia venerunt ſuper nos, nec obliti ſumus te: neque inique egimus in teſtamento tuo: nec receſſit retro cor noſtrum.* Eam igitur quæ in tentationibus videbatur abiecta, ſuſcipiet Dominus in fine, & ponet eos in gloriam, & nominatos in vniuerſa terra: filios videlicet expreſſæ & repulſę, id eſt, Eccleſię. Quos autem alios poſſumus intelligere filios Eccleſiæ nominatos, niſi Apoſtolos? Vide mihi Petrum & Paulum & Matthæum & Ioannem, & conſidera hoc quod ad Abraham repromiſſum eſt:
Gen. 12.a *Magnificabo nomen tuum*, in illis opere perpetratum. Quotidie

HEB.

tui fortis ipſe ſaluabit: gaudebit ſuper te in lætitia, ſilebit in dilectione tua, exultabit ſuper te in laude. Nugas quæ à lege receſſerunt, congregabo, quia ex te erant: vt nō vltra habeas ſuper eis opprobrium. a Ecce ego interficiam omnes qui afflixerunt te in tempore illo, & ſaluabo claudicantem, & eā quæ eiecta fuerat congregabo, & ponam eos in laudem, & in nomē in omni terra confuſionis eorum. In tempore illo quo adducā vos, & in tempore illo quo congregabo vos: dabo enim vos in nomen, & in laudem omnib. populis terræ, cū conuertero captiuitatem

SEPT.

*Dominus Deus tuus in te fortis ſaluabit te: adducet ſuper te lætitiam, & inuocabit in charitate ſua, & lætabitur in te in delectatione, quaſi in die ſolenni. Congregabo confractos tuos: væ qui accepit ſuper eam opprobrium: Ecce ego faciam in te, propter te, in tempore illo, & ſaluabo expreſſam, & repulſam ſuſcipiam, & ponam eos in gloriam, & nominatos in omni terra. Et confundentur in tempore illo, quando bene vobis fecero, & in tempore cum ſuſcepero vos: quia dabo vos nominatos, & in gloriam in cunctis populis terræ, quando conuertero capti-*

A tidie nominantur in Eccleſia, quotidie magnificatur nomen eorum: non quod ipſis proſit à nobis in Eccleſia nominari: ſed quod nos magnificantes nomen eorum, & quę ſcripſerãt lectitantes, conſequamur ſalutem. In tempore, inquit, illo quoniam expreſſa & repulſa ſuſcepta fuerit, & filij eius poſiti in gloriam (Gloriatur quippe Dominus in athletis, cum eos viderit coronari: ſicut gloriatus eſt aduerſus diabolum de Iob. Vnde & Apoſtolus in profectu diſcipulorũ ſuorũ exultãs ait: *Etiã per veſtrã gloriã*) confundentur qui aduerſarij veſtri fuerant, & tulerant contra vos opprobrium, & tunc videbunt eos quos miſeros putauerant eſſe fœlices, & quos pauperes exiſtimabant atque deiectos, potentes fieri atque glorioſos. Tunc cernent captiuitatem eorum, per quam in hoc ſæculo duro fuerant imperio ſubiugati, reduci in cœleſtem Hieruſalem: ſeque reſurgere in opprobrium & in confuſionem æternam. Tribue nobis Ieſu Chriſte expreſſis & afflictis & repulſis in iſto ſæculo, vt nos recipias & ponas in gloriam: cõfundatur quod ſuperbit, ceſſent ſibila, venena torpeant, & confuſio eius proficiat ad ſalutem. Hęc iuxta Septuaginta. Hebraicum autem, quia excepto principio, de quo in fine ſuperioris capituli diximus, non multum ab eorum tranſlatione diſcordat, indigere expoſitione non arbitror. C

Iob 2. 2. Theſ. 2. d

HEB.

tem veſtram coram oculis veſtris, dicit Dominus.

SEPT.

*captiuitatem veſtram coram vobis, dicit Dominus.*

*Commentarij in Sophoniam prophetam finis.*

# DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN AGGEVM PROPHETAM AD PAVLAM ET EVSTOCHIVM.

## PROLOGVS.

Hier. 25. e Zach. 1. c

*SECVNDO anno Darij regis Perſarum filij Hyſtaſpis, ſeptuageſimum annum deſolationis templi fuiſſe completum, quem Hieremias vaticinatus eſt, Zacharias quoque propheta teſtis eſt: qui cum viſionis ſuæ titulum in ſecundo anno eiuſdem regis, vndecimo menſe ſabat, viceſimaquarta die præpoſuiſſet, adiecit dicens:* Domine exercituum, vſquequo non miſereberis Hieruſalem, & vrbium Iuda, quibus iratus es? Iſte ſeptuageſimus annus

B

eſt. *Sed & Ezdras extructo tantum altari, & iactis fundamentis templi, ad literas regis Artaxerxis prohibitum opus refert: Tunc intermiſſum eſt opus domus Dei in Hieruſalem: & non*

1. Ezd. 5.

*fiebat vſque ad annum ſecundum regni Darij regis Perſarum: ſtatimque addidit: Prophetauerunt autem Aggeus propheta & Zacharias filius Addo, prophetantes ad Iudæos, qui erant in Iudæa & Hieruſalem in nomine Domini* D *Iſrael: Tunc ſurrexerunt Zorobabel filius Salathiel, & Ieſus filius Ioſedech, & cæperunt ædificare templum Dei in Hieruſalem, & cum eis prophetæ Dei adiuuantes eos. Quo tempore apud Romanos ſeptimus à Romulo regnabat Tarquinius ſuperbus, habens annum imperij viceſimum ſeptimum: qui poſt octo annos expulſus eſt à Bruto: ac deinde rempublicam per annos quadringentos ſexagintaquatuor, vſque ad Iulium Cæſarem conſules adminiſtrauerunt. Hoc propterea ô Paula & Euſtochium diximus, vt de ipſo ſtatim titulo, qua ætate Aggeus propheta cecinerit, agnoſcatis. Sciendumque eſt interim iuxta literam, magni Spiritus Aggeum fuiſſe & Zachariam prophetas: vt aduerſum Artaxerxis regis edictum, & Samaritanos genteſque cunctas per circuitum, ædificationem templi impedientes, iuberent templum extrui: Zorobabel quoque, & Ieſum filium Ioſedech, & populum qui cum eis erat, non minoris fidei: vt prophetas magis audirent iubentes, quam prohibentis regis imperium.*

## COMMENTARII HIERONYMI IN AGGEVM PROPHETAM.

### CAPVT I.

IN anno ſecundo Darij regis in menſe ſexto, in die vna menſis, factum eſt verbum Domini in manu Aggei prophetę. a Ad Zorobabel filium Salathiel, ducem Iuda, & ad Ieſum filium Ioſedech, ſacerdotem magnum, dicens: b Hæc ait Dominus exercituum, dicens: Populus iſte dicit, nondum venit tempus domus Domini ædificandæ. c Et factum eſt verbum

*IN anno ſecundo Darij regis, in menſe ſexto, in die vna menſis factum eſt verbum Domini, &c.*] Quia populus qui videbatur ſibi rediſſe de captiuitate, necdum ædificauerat templum, nec muros extruxerat ciuitatis, nec habebat gloriam priſtinę Hieruſalem: ſed habitabat in domibus concauis, & vt ſignificantius Gręce dicitur κοιλοσάθμοις, id eſt, deorſum poſitis & in conualle demerſis. Propterea non ad eos fit ſermo Dei ſub rege Ezechia, ſiue Amon, ſiue Ioſia: qui quamdiu ſtabat Hieruſalem, populo Dei imperauerant: ſed ſub Dario rege, Perſarum principe: de quo & Daniel myſtice in ſuo volumine refert. Darius autem in lingua noſtra ſonat, generationes factæ, ſiue quæ fuerunt: quod Græce dicitur γενέσεις γενόμεναι. Nec merebatur abſque templo populus & deorſum habitans alium habere regem, niſi qui generationibus ſeruiebat, & amabat carnem, & primam ſententiam ineruditi adhuc hominis, & eiecti de paradiſo cuſtodiebat: *Creſcite & multiplicamini, & implete terram.* Ergo quia Darius amator erat coitus, & ſocius draconis (cuius omnis virtus in lumbo eſt) idcirco in ſecundo anno viſio populo cernitur: in immundo numero, & poſt vnionem virginitatis & paradiſi nuditatem, tunicas ſignificante pelliceas. Denique in Geneſi cum in primo die dictũ ſit, & in tertio, & in quarto, & in quinto, & in ſexto, poſt cõſũmationẽ operũ ſingulorũ: *Et vidit Deus quia bonũ eſt*: In ſecũdo, iuxta Hebraicũ & Aquilã & Sym. & Theod. nõ habetur. Neq; n. poterat ſecundus dies qui numerũ facit, qui ab vnione diuidit, quod bonus eſſet, Dei ſententia cõprobari. Menſis quoq; ſextus aſcribitur, qui non habet ſolennitates Dei, ſicut menſis ſeptimus: ſed vicinus eſt dierũ ſex, in quibus factus eſt mũdus. In quo laborat, & in ſudore faciei comedit panis, & terra generat nobis tribulos & ſpinas, & cum ſemẽtem

Dan. 5. g דריוש

Gen. 1. e Iob. 38. b



E tem acceperit tritici, lolio magis aueniſque fecunda eſt. Sed quia iam altare ædificatum fuerat, & aduerſum repugnantes hoſtes templum voluerant extruere, nec extruxerant. In vno die menſis ſexti, factum eſt verbum Domini in manu Aggei prophetæ, vt deſerens populus ſecundum annum Darij regis qui ab vnione diuidit, & ſextũ mẽſem, qui pręterierat, & qui numerus labori deputatur, ad vnionem reuerteretur Dei, & imparẽ numerum ſolumque ſequeretur, quem mundum eſſe gẽtilis quoque poëta nouit, dicens: Numero Deus impare gaudet. Fit autẽ verbũ Domini quærens ad quem veniat, & quem doceat, in manu Aggei prophetæ, qui bona habebat opera, & in cuius factis poterat Dei ſermo requieſcere. Porrò vbi manus ſanguine plenæ ſunt, & interficitur Ieſus, & audet populus dicere: *Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros*: ibi non fit ſermo Dei. Vſque hodie immundas habens manus carneus Iſrael, extendit eas ad Dominum: ſed quia ſanguine plenæ ſunt, loquitur ad eos Dominus per prophetam: *Si extenderitis manus veſtras, auertam oculos meos à vobis: manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt.* Non fit in manibus eorum verbum Domini: quia immundæ ſunt: non venit ad eos ſermo Dei, quia in ſe occidere ſermonem Dei. Nec putandum in manu tantum Aggei prophetæ factum eſſe ſermonem Domini: Sed quia Aggeus interpretatur feſtiuus: omnis qui poteſt feſta celebrare non in fermento veteris malitiæ & nequitiæ, ſed in azymis ſynceritatis & veritatis, poteſt Dei recipere ſermonem. Habeamus & nos mundas manus, & vocemur ἑορτάζοντες, id eſt, feſta celebrantes, & ad nos fiet ſermo Dei. Proponamus ante oculos noſtros, quia lex ſpiritualis eſt, ſpirituales ſolennitates, de quibus ſcriptum eſt: *Tribus temporibus mihi feſta celebrabitis in anno: Solennitatem azymorum cuſtodietis: ſeptem diebus comedetis azyma, ſicut præcepi tibi in tempore menſis nouorum: in ipſo enim es egreſſus ex Ægypto. Non apparebis in conſpectu meo vacuus: Et ſolennitatem meſſis primitiuorum de operibus tuis, quęcumque ſeminaueris in agro. Et ſolennitatem conſummationis in exitu anni in congregatione operum tuorum de agro.* Si voluerimus in nobis fieri ſermonem Dei, ſimus Aggei, id eſt, feſta celebrantes, & non appareamus in conſpectu Dei vacui: ſeminanteſque in ſpiritu, de ſpiritu metamus æternam vitam, vt celebremus ſolennitatem primitiuorum de operibus noſtris, quęcumque ſeminauerimus in agro, cui benedixit Dominus. Simus quoque Aggei, & per omnem vitam noſtram vſque ad conſummationem anni, id eſt, vſque ad exitum de ſæculo iſto celebremus feſta in operibus noſtris, quæ nobis orta ſunt in agro noſtro. Multa ſunt, & non huius temporis, quæ de ſolennitate dicantur, quibus poteſt de omni ſcriptura lector diligens coaptare intelligentiam ſpiritualem.

Matt. 27. d

Eſai. 1. d

חגי 1. Cor. 5. b

Exod. 23. c Sec. 70.

F

Gal. 6. b

a ¶ *Ad Zorobabel filium Salathiel, ducem Iuda, & ad Ieſum filium.*] Legimus in Paralipomenon: Iechoniæ qui in Babylonem ductus eſt, filium fuiſſe Salathiel, de quo natus eſt Zorobabel. Quod quidem & Matthæus generationem Saluatoris enumerans ait: Poſt tranſmigrationem autem Babylonis, Iechonias genuit Salathiel: Salathiel autem genuit Zorobabel, Zorobabel autem genuit Abiu. Hic Zorobabel de tribu Iuda, hoc eſt, de Dauid ſtirpe deſcendens, typus eſt Saluatoris, qui verè deſtructum ædificauit templum, id eſt, Eccleſiam, & reduxit populum de captiuitate. Et tam de veteris templi lapidibus, quam de nouis, qui prius fuerant impoliti, ædificauit Eccleſiam: id eſt, & de reliquiis populi Iudaici, & de gentium multitudine, Deo patri extruxit tabernaculũ. Interpretatur autem ſecundum multiplices Hebraici ſermonis accentus, vel ῥεῦσις παρακειμένη, id eſt fluctus adiacens, ſiue expoſitus, vel ortus in Babylone, vel Princeps de Babylone. Primæ interpretationi ille fluxus contrarius eſt, qui ſignificatur in vocabulo Iezabel, id eſt, fluxus vanus, vel fluxus menſtruatæ: qui vtique manifeſtè immunditiam ſonat. Sed & Zabulon, fluctus noctis exprimitur. Relinquentes ergo huius mundi vanum & ſordidum fluxum atque tenebroſũ, ſequamur fluxum Ieſu, qui nobis expoſitus eſt ad bibẽdum, & largiſſimo fõte ſe præbet, iuxta illud quod dicitur in Euãgelio: Stabat Ieſus in templo, & clamabat, dicens: *Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat.* Et hunc ipſum tunc poterimus bibere, cum petierimus à Deo patre, iuxta quod legimus: *Petite, & dabitur vobis.* Salathiel quippe interpretatur, petitio Dei. Et nemo venit ad Ieſum niſi eum adduxerit pater: Naſcetur ergo nobis fluxus, expoſitus per obſecrationẽ Dei, & erit de tribu Iuda, regia ſcilicet, & cõfitente vel laudante Deũ: quia Iudas vtrũq; ſonat. Porrò ortus in Babylone, ſecundũ hiſtoriã quidem verè de Zorobabel dicitur, quia ibi natus eſt. Sed & iuxta altiorẽ intelligentiam dominum noſtrum Ieſum ſonat, quia ipſe quoque natus ſit in confuſione huius ſæculi, & fuerit prope grauiſſimum flumen Chobar, & viderit magnam viſionem illam quam ſub typo eius Ezechiel in voluminis ſui cernit exordio. Quod autem dixi interpretari Zorobabel principẽ de Babylone, non quod verè Princeps interpretetur, hoc dixi: ſiquidem apud Hebręos ex tribus integris nomen eius traditur eſſe compoſitum: a זו enim dicitur iſte, b רב magiſter, ſiue maior, c בבל propriè Babylonium ſonat, & efficitur nomẽ Zorobabel, iſte magiſter de Babylone. Sed ad compendium intelligentiæ pro ſupradictis minutis, principem volui interpretari de Babylone, ſiue in Babylone. Vt quo modo Ieſus filius Naue (qui & ipſe in typo Saluatoris fuit) de ſolitudine populum in terram repromiſſionis induxit: Sic & iſte propterea ortus in Babylone ſit, vt eos qui erant in Babylone, reduceret in terram repromiſſionis de qua captiui abducti fuerant, & his qui erant in vinculis diceret: *Exite: & qui ſedebant in tenebris, illuminamini.* Sermo verò Domini, qui factus eſt in manu Aggei, non ſolum ad Zorobabel dirigitur filium Salathiel, de quo iam diximus: ſed & ad Ieſum filium Ioſedech ſacerdotem magnum. Quantum ad hiſtoriam pertinet, alter eſt Zorobabel de tribu regia, & alter Ieſus de tribu ſacerdotali. Quantum verò ad intelligentiam ſpiritualem: vnus atque idem eſt Dominus noſter atque Saluator, rex & magnus ſacerdos, cuius typum ſecundum id quod rex erat, portabat Zorobabel: ſecũdum id autem quod pontifex erat, portabat cognominis eius Ieſus, qui interpretatur Deo ſalus, id eſt, Domini ſalus, & eſt filius Ioſedech, quod & ipſum in linguam noſtram vertitur d יה, id eſt, Deus: e צדק, id eſt, iuſtus. Iuſtus enim & Sanctus Deus pater, & Deus filius, & non in ipſo iniquitas. Aduerſus Marcionem & cæteros hæreticos, qui alterius boni, neſcio cuius Dei filium, & non creatoris, quem iuſtum vocant, aſſerunt Dominum Saluatorem. Et verè eſt Ieſus magnus ſacerdos, cui omnes Dei antiſtites comparati, parui ſunt & nihil. Si enim iſte magnus dicitur ſacerdos, vtique ad diſtinctionem eorum dicitur, qui minores ſunt. Minores autem ſunt omnes, qui extra eum, & poſt eũ ſunt: vt quo modo primogenitus eſt omnis creaturæ, & primogenitus ex mortuis, ſic Princeps & magnus ſit in vniuerſis ſacerdotibus.

1. Par. 3. c

Matth. 1. b

זרבבל

איזבל

זבלון

Ioan. 7. f

Matth. 7. a

Ioan. 6. e

שאלתיאל

Ioan. 6. e

C

Ezech. 1. a

a zo b rab c Babel

Eſai. 49. b

D

יהושע d ia e ſaddi יהוצדק

b ¶ *Hæc ait Dominus exercituum, dicens: Populus iſte dicit, &c.*] Diligenter attende, quod non Zorobabel vel Ieſus dicant: *nondum venit tempus domus Domini ædificandæ*: ſed populus qui adhuc ſub Dario rege conſtitutus, necdum iugum ſeruitutis excuſſerat: Semperque qui captiuitate retinentur, & egreſſi ſunt de Hieruſalem, differunt & morantur ædificare templum Dei, & dicunt: nondum venit tempus domus Domini ædificandæ. Et tu quãdo videris aliquem egreſſum de Eccleſia, qui traditus fuerat ſathanæ *in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus fieret*, cogitare atque diſponere, vt ædificet templum per pudicitiam, quod per libidinem ante deſtruxerat, & tamen diem de die trahere: dic ad eum: Verè & tu de populo es captiuorum, & tu dicis: nondum venit tempus domus Domini ædificandę. Qui ſemel decreuit inſtaurare templum Dei, huic omne tempus aptum eſt ad ædificandum: nec rex diabolus poteſt impedire, nec hoſtes per circuitum, nec pietas ſimulata parentum, affinium, liberorum: ſtatim vt conuerſus inclamaueris nomen Domini, dicet: ecce adſum.

Col. 1. b

1. Cor. 5. a

c ¶ *Et factum eſt verbum Domini in manu Aggei prophetæ, &c.*] Siue, vt Septuag. interpretati ſunt, κοιλοσάθμοις, id eſt, concauis,

A cauis. In eadem die, qua ſupra, rurſum videtur hæc viſio: Et proficientibus prophetæ operibus, prophetæ quoque dona ſuccreſcunt, & habito pauliſper ſilentio, ad id quod dixerat populus: nondum venit tempus domus Domini ædificandę profertur Domini quaſi cogitata reſponſio, & dicitur ad eos. Ergo ne tempus eſt, vt vos habitetis in domibus deorſum ſitis, & in conualle poſitis, & mea domus quę in monte eſt, deſerta erit? ſiue, vt habetur in Hebræo: vt habitetis in domibus laqueatis, (id eſt ornatis atque cõpoſitis: & quæ nõ tam ad vſum ſunt quam ad delitias) & habitaculum meum, in quo fuerunt ſancta ſanctorum, & Cherubim, & menſa propoſitionis, pluuiis rigabitur: ſqualebit ſolitudine, ſole torrebitur? Porrò ſecundum anagogen, Omne tẽpus quo habitatio vallis eligitur, vel ſeruimus deliciis, importunũ eſt. Vnde & Stoici quibus curæ eſt verba ſingula definire, tempus dixerunt eſſe correctionis, ſiue efficientiæ: quod ſignificantius Græce dicitur χρόνον εἶναι κατορθώσεως. Omne enim tempus, in quo non virtutibus, ſed vitiis deſeruimus, perit, & quaſi non fuerit, reputatur in nihilum. Si quis ergo de nobis, vel in conualle habitat, vel in voluptate & luxuria ſæculari ſuam contignat domum: iſte templum Deo non ædificat, nec habet Dominus in eo vbi caput ſuum reclinet: & cum vulpibus ædificet domum, habitaculum quondam Dei patitur eſſe deſertum.

a ¶ *Et nunc hæc dicit Dominus exercituum: ponite corda veſtra ſuper vias veſtras.* Non ſit aliud loquentis tempus, & aliud facientis, pręcepta mea ſtatim in opus vertite: Dominus enim

B eſt omnipotens qui præcipit, & vtique non leue eſt Dei omnipotentis imperium. Habuiſtis hucuſque corda veſtra vitiis ſeruientia, ſine ordine, ſine pręceptore, quocumque trahebant deſideria pergentes. Nunc autem Dominus vobis præcipit, vt ordinetis in ſe charitatem, & ponatis corda veſtra ſuper vias veſtras: vt nihil abſque iudicio & conſideratione faciatis, ſed ſemper ante pedes veſtros legalis lucerna præcedat, & dicatis: *Lucerna pedibus meis lex tua, & lux ſemitis meis.* (Pſalm. 118 a) ] Vel certè ita: quia dicitis non eſt tempus ædificandæ domus Domini, & ipſi habitatis in habitaculis, quæ ſunt in ima demerſa, domus autem mea deſerta eſt: conſiderate iubente me Domino, & in memoriam redigite quę feceritis, & quę paſſi ſitis.

b ¶ *Seminaſtis multum, & intuliſtis parum, comediſtis, &c.* ] Omnis labor veſter, qui ædificaſtis domus veſtras & neglexiſtis domum Dei, non habuit euentũ. Seminaſtis enim plura, & multo minus quam ſatum fuerat congregaſtis: nec poteſtis dicere ideo famem ſequutam, quod in extruenda terra agricola ceſſauerit. Comediſtis quoque (ne forſitan è vobis quiſpiam diceret voluntarium fuiſſe ieiunium) & non eſtis ſaturati, quia paruos fructus congregaueratis in horrea. Vinum bibiſtis è vineis, ſed non tantum vt lætaretur cor veſtrũ, & diceretur de vobis: *Et vinum exhilarat cor hominis.* (Pſalm. 103. b) Habuiſtis pallium, ſed quod frigus non repelleret, nec ſeruaret calorem. Quicumque etiam veſtrum, ſine negotiatione, ſiue mercenaria manu mercedes congregauit, fruſtra labor ſine pretio laboris impenſus eſt. Omnes enim, velut ſi quis in pertuſum ſacculum mittat, pecuniæ defluxerunt. Sed & iuxta intelligentiam ſpiritualem, hi qui de Babylone reuerſi ſunt, & necdum ædificauerunt templum Dei, ſed ædificationem eius quotidie differentes dixerunt: Nondum venit tempus domus Domini ædificandæ: nec captiui ſunt, nec adhuc plena libertate donati: verum quaſi in meditullio quodam poſiti, ſeminauerunt multum, & intulerunt parum: comederũt, & non ſunt ſatiati: biberunt, & non ſunt inebriati: operuerunt ſe, & non ſunt calefacti: congregauerunt mercedes, & quaſi in pertuſum marſupiũ mitterent, perdiderunt. Si quando videris inter multa opera peccatorum facere quempiam nonnulla quę iuſta ſunt. Non eſt tam iniuſtus Deus, vt propter multa mala, paucorum obliuiſcatur bonorum: ſed

verbum Domini in manu Aggei prophetæ, dicens: Numquid tempus vobis eſt vt habitetis in domibus laqueatis, & domus iſta deſerta? a Et nunc hæc dicit Dominus exercituum: ponite corda veſtra ſuper vias veſtras. b Seminaſtis multum, & intuliſtis parum, comediſtis, & non eſtis ſatiati: bibiſtis, & non eſtis inebriati: operuiſtis vos, & non eſtis calefacti. Et qui mercedes congregauit, miſit eas in ſacculum pertuſum.

| HEB. | SEPT. |
|---|---|
| c Hæc dicit Dominus exercituum: Ponite corda | *Hæc dicit Dominus omnipotens: Ponite corda* |

C faciet eum illa tantum metere quæ in bonam terram ſeminauerit, & in ſua horrea congregare. Qui autem penitus ἄποτος eſt, iſte omninò non comedet, ſed tamẽ peribit. Porrò qui ſeminat multa & infert pauca, comedet parum, & nõ in ſatietatem, iuxta illud quod in maledictis Leuitici Dominus comminatur: *Et comedetis, & non ſaturabimini.* (Leuit. 26. d) Qui verò ſanctus eſt, vſque ad ſatietatẽ comedet, & explebitur in illo quod ſcriptũ eſt: *Iuſtus comedens reple: animam ſuam.* (Prou. 23. d) Similiter qui penitus non bibit, ſiti peribit: ſicut & in Iudith (ſi quis tamen vult librum recipere mulieris.) (Iudit. 12. d) Et paruuli ſiti perierunt. Qui autem parũ bibit, bibit quidem, ſed non vſque ad ebrietatem. Porrò qui poteſt dicere ad Dominũ: *Calix tuus inebrians quam præclarus eſt*, (Pſalm. 22 b) & inebriatur cum Noe, (Gen. 9. c) & licet in Ægypto conſtitutus, tamen in conuiuio Ioſeph, cũ Patriarchis & fratribus vino madet: (Ibid. 43. g) Iſte pręmagnitudine lætitię, & quotidiano gaudio cum Apoſtolis, verſus in ecſtaſin appellabitur muſto plenus. (Act. 2. b) Quo modo autem nõ ſit huic expoſitioni contrariũ illud quod filij Ionadab filij Rechab vinum non biberint, & laudentur à Domino, in Hieremia competentius diſſeretur. (Hier. 35. b) Poſt hæc dicitur ad eos qui negligebant ędificare templum Domini, *Operuiſtis vos, & non eſtis calefacti.* Quod intelligimus de centeſimotertio pſalmo, (Pſalm. 103. c) in quo de Deo dicitur: *Abyſſus vt veſtimentum amictus eius.* Quãquã enim ſecundum Hebraicam veritatem referatur ad terras quæ ambiantur Oceano, tamen ſecundum Lxx. tranſlatores qui dixerunt: τὸ περιβόλαιον αὐτοῦ, genere maſculino, & non αὐτῆς, genere fœminino: de Deo quod dictum eſt ſentire compellimur, eo quod inueſtigabilis ſit eius ſapientia, & ponat Dominus tenebras latibulum ſuum, & nõ indignis quibuſque eius ſacramenta prodantur. Vnde & iuſtus lętatur, & dicit: *In corde meo abſcondi eloquia tua, vt non peccem tibi.* (Pſalm 17. b)

D Hoc pallium de multiplicis ſapientiæ ſenſibus verbiſque cõtextum, (Pſalm. 128. b) non ſinit feruentes ſpiritu refrigerari: nec dilectionis calorem Borea flante frigeſcere. Qui verò medius eſt, & habet quidem pallium, ſed quo non totus operiatur, quo modo parum in horrea comportauit, & comedit, & non in ſatietatem, & bibit & non in ebrietatem: ſic operietur quidem ſenſuum operumque ſuorum pallio, ſed non calefiet. Qui autem propter nimiam animæ paupertatem non habet pallium, ideo non habet, quia multiplicata iniquitate charitas refrixit in eo. (Matth. 24. b) Vnde & iſtiuſmodi homini, cuius ab alio pallium poſſidetur, in lege præcipitur: *Reddes ei veſtimentum antequam ſol occidat: quoniam pauper eſt, & in ipſo habet ſpem.* (Deut. 24. b) Sed & hoc eis accidit qui habitabant in conuallibus, ſiue in laqueatis domibus, & dicebant: *Nondum venit tempus domus Domini ædificandæ*, vt mercedes in pertuſum ſacculum congregarent. Si quis è nobis bona operatur, & digna mercede (quam nobis redditurus eſt Dominus, de quo dicitur: *Ecce Dominus, & merces eius in manu illius, reddere vnicuique ſecundum opera ſua.* (Apoc. 1. c; Matth. 16. d; 1. Cor. 3. d) Et illud Apoſtoli: *Si cuius opus manſerit: quod ſuperædificauit, mercedem accipiet*) hic congregat conſeruandas manſuraſque mercedes, & virtutibus virtutes ſemper adiungens, coaceruat pecunias in ſacculum non pertuſum. Qui autem poſt bona opera non ſemel & bis, ſed frequenter peccat, & præteritam charitatem ſequentibus vitiis obſcurat & ſordidat, iſte in pertuſum ſacculum pecuniam congregat. Hæc autem omnia euenerunt eis qui dixerunt: *Nondum venit tempus domus Domini ædificandæ*, & cum ipſi habitarent in conuallibus, deſertam eſſe domum Domini patiebantur.

c ¶ *Hæc dicit Dominus exercituum: Ponite corda veſtra ſuper vias veſtras: aſcendite in montem, &c.* ] Rurſum vobis ego Dominus præcipio, qui & prius iuſſeram, vt ponatis corda veſtra ſuper vias veſtras, & conſideretis cuncta quę geritis, & relinquentes ſtudium domorum veſtrarum humiliũ aſcẽdatis in montem, vbi non ſunt ligna quæ comburantur, ſed quæ ad opera domus meæ proficiant, & vt hoc faciatis attẽtius,



E mihi ſcitote placiturum eſſe quod facitis. Aiunt Hebręi ſola tantũ ad contignandum ligna fuiſſe neceſſaria, ſtantibus muris templi poſt incendium. Hoc illi. Nobis autem pręcipitur, non extra vias noſtras ponere corda noſtra; ſed quæ prius poſueramus, rurſum ponere in viis noſtris, & poſt quã hoc fecerimus, aſcendere de domibus cõcauis in mõtem, vt cum peruenerimus ad ſermonis altitudinẽ, in quo neceſſaria ad ædificationẽ templi Dei ligna ſũt: de omni ſcripturæ ſanctæ monte (in quo varia virtutũ & paradiſi ligna plantata ſunt) pręcidamus ea, & ædificemus templũ dñi operib. bonis, & dogmatibus veritatis: ꝙ cum fuerit extructũ, placeat domino, vt glorificetur in eo. Igitur quia hæc mandata ſunt nobis, vt ponamꝰ corda noſtra in viis noſtris: aſcẽdamus in montẽ rationabilẽ, & ad ſingula problemata, congrua de teſtimoniis ſcripturarũ ligna quærentes, pręcidamus ea, & ædificemꝰ domum ſapientię in nobis: poſtquã enim hęc fuerit extructa, finis ędificationis eius erit, vt dñs glorificetur in nobis.

| HEB. | SEPT. |
|---|---|
| corda veſtra ſuper vias veſtras: aſcẽdite in mõtem, afferte lignum; & ædificate domum: & acceptabilis mihi erit, & glorificabor, dicit dominus. a Reſpexiſtis ad amplius, & ecce factum eſt minus: & intuliſtis in domum, & exufflaui illud. | *corda veſtra in vias veſtras: aſcendite ſuper montẽ, & præcidite ligna.* (*Cætera ſimiliter.*) *Reſpexiſtis in multa, & facta ſunt pauca: & intuliſtis in domum, & exufflaui illa.* |

b Quamobrem, dicit dominus exercituum: quia domus mea deſerta eſt, & vos feſtinatis vnuſquiſque in domum ſuam: propter hoc ſuper vos prohibiti ſunt cœli ne darent rorem, & terra continuit germen ſuum. c Et vocaui ſiccitatem ſuper terram, & ſuper montes, & ſuper triticum, & ſuper vinum, & ſuper oleum, & quæcumque profert humus, & ſuper homines, & ſuper iumenta, & ſuper omnem laborem manuum.

a ¶ *Reſpexiſtis ad amplius, &c.* ] Vt abiecta mora, & omni ambiguitate depoſita, ſtudioſius ædificetis domum meam:

F dico & aliud ꝙ vobis acciderit, qui diſtuliſtis ędificare domum meam: non vt ſupra: Seminaſtis multum, & quia ſementem terra non reddidit, intuliſtis parum: ſed cum iam candeſcerent ſegetes, & meſſium tempus inſtaret, & frumenta vos tenere in manibus putaretis, meſſuiſtis vacuos culmos, & inanes ſtipulas ſine ſpicarum frugibus congregaſtis. Plenæ erant areæ, ſpes in oculis, luctus in manibus. Sed & hoc quoque ipſum, quod vix de multa ſegete, & infinitis aceruis fuerat electum, intuliſtis in domum, & mea virtute diſperſum eſt. Exufflaui enim illud, & redegi ad nihilum: quia frumentum emortuum & vacui folliculi, quæ vtilia eſui ſunt, farinam & ſimilam non habebãt. Poteſt autem hoc quod dixit: intuliſtis in domum, exufflaui illud, & de donariis accipi, quæ offerebant in altari, & Deus exufflauerit ea: Sed quia dixit, intuliſtis in domum: ſi ea quæ illata ſunt donaria intelligimus, vtiq; in templo oblata dicimus: Et non nobis congruet: quia eo tempore domus Dei adhuc ædificata non fuerat: quod quidem vſque hodie pleriſque contingit, qui habitant in ædificiis humilibus, & quantum in ſe eſt, deſpiciunt deſolatam domum Dei, & cum poſſunt ædificare, contemnunt, & quaſi iam videntes maturas ſegetes, fructus ſibi ſuorum operum repromittunt, & fallente ſpe, pro magnis vix parua reperiunt. Sed & hæc quoq; parua, quæ in domum & horreum mentis condiderant, exſufflantur à ſermone Dei, quaſi indigna eius cuſtodia atq; tutela. Quoties vidi ego tam in doctrina quam in conuerſatione de quibuſdam ſperata plurima, & poſtquam ventum eſt vt haberent tempus meſſium, id eſt, tempus docendi, vitamq; ſuam in exemplum præbere populorum, de excelſo præcipitatos, & minus inuentum in eis quam opinio ſibi omnium promittebat. Vnde accidit vt paulatim negligentia ſubrepente, paruum quoq; ipſum, quod videbantur habere, perderent. Hoc autẽ idcirco perpeſſi ſunt: quia ſecuri fuerunt in priſtinis domibus ſuis, nec aſcenderunt ſcripturarũ montem, ædificationis de eo dominicæ ligna cædentes: nec extruxerunt in ſe quotidie domum domini: ſed deſpicientes eius deſolationẽ, etiam id perdidere quod ſe habere credebant. Supradicti enim mali hæc cauſa redditur.

b ¶ *Quamobrem dicit dominus exercituum, &c.* ] Non ſolum inquit, cœli pluuiam non dederunt, quibus irrigata humus fruges facit, ſed ne rorem quidem matutinum atque nocturnum, vt arentes agri, ſaltem humore modico temperarentur. Terra quoq; deuorauit, agricolis non reddituura ſe-

G mentem, & quæ ſponte ſolet gignere, auaro ſinu tenuit. Ego hũc arbitror eſſe rorem, de quo in benedictione dicitur ad Iacob: Det tibi Deus de rore cœli, (Gen. 27. d) & rorem Hermon qui deſcendit ſuper montem Sion, (Pſal. 132. a) & deſcendit non de aere, in quo multiplex volitat aquilarũ & accipitrum & vulturum numerus, ſed cœlo: vt ſi cuius anima ardet perturbationibus, & iaculo diaboli vulnerata eſt, refrigeretur hoc rore, & æſtus ſuos tẽperet. Quo retento terra quoq; non affert germẽ ſuum. Neq; enim ſine rore Chriſti poteſt vlla anima afferre frumenta.

c ¶ *Et vocaui ſiccitatem ſuper terrã, &c.* ] Pro ſiccitate Lxx. ῥομφαίαν, id eſt, gladium tranſtulerunt, ſed & in Hebraico tribus literis ſcriptum reperi f חרב: Quod g חרב legimus, gladium ſonat: ſi h חרב, id eſt, καῦμα, quod nos tranſtulimus ſiccitatẽ: licet melius in vrẽtem ventũ transferre poſſit. (f heth res beth; g hereb; h horeb) Et reuera, quoniam ſermo de terra eſt, & de agrorũ ſterilitate: magis mihi videtur vẽtus vrens in præſenti loco intelligi debere quã gladius: licet omnis plaga, quę propter peccata hominibus inferatur, poſſit & pro gladio accipi. Vocata eſt autem ſiccitas, ſiue gladius ſuper terram & ſuper montes: vt non proferant triticum, & vinum, & oleum, & quæcunq; ſponte generat humus. Præcedente autem fame, conſequenter ſuper homines, & ſuper iumẽta mors venit. Et idem gladius, vel vẽtus vrens, omnia quæ manus hominum laborauere, conſumit. Vocatur itaq; vel inducitur *viuens ſermo Dei, & efficax & acutus ſuper omnem gladium bicipitem*, (Hebr. 4.)

H vt anima negligens (quæ terra interpretatur arens, & magis in concauis habitare quã domum Dei extruere deſiderat) eius mucrone feriatur, & quidquid fructuum ſe putat habere, diſperdat. Infertur etiam gladius ſuper montes eleuantes ſe aduerſus ſcientiam Dei, & ſuper frumentũ, & vinum, & oleum: quibus quaſi cibis & potu & refectione, hæreticorum conciliabula deceptis populis blandiuntur. Congrue quis dixerit panem illorum eſſe panem luctus, (Oſe. 9. a) & furorem draconum eſſe vinum eorũ, & furorem aſpidum inſanabilem: (Deut. 32. a) Oleum quoq; repromiſſionem de cœleſtibus, quo quaſi vngunt diſcipulos, & laborum præmia pollicentur, quæ deteſtatur propheta dicens: *Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.* (Pſal. 140 a) Sed & alia, quæ abſq; auctoritate & teſtimoniis ſcripturarũ, quaſi traditione apoſtolica ſpõte reperiunt atq; confingunt, percutit gladius Dei: homines autem & iumenta, Vel λογισμοὺς καὶ αἰσθήσεις, id eſt, cogitationes & ſenſus eorum accipiamus. Vel certe rationabiles in eis & irrationabiles, id eſt, doctos & indoctos pariter, & omnem laborem manuum, & ieiunia eorũ & obſeruationes varias, & χαμευνίας, id eſt, humi dormitiones. Qui tribus quadrageſimis per annum ieiunantes, & ξηροφαγίαις humiliantes animam ſuam, & vel maxime de Tatiani radice creſcentes, ſuper huiuſcemodi laboribus audiunt: *Tanta paſſi eſtis ſine cauſa?* (Gal 3. a) Hęc autem vniuerſa quę dixi, poſſunt de Eccleſiæ rectoribus intelligi: qui ædificantes carnalem domum, liberiſque ſuis & poſſeſſionibus prouidentes, nõ curant, vel in ſeipſis extruere tẽplum Dei: vel Eccleſiam domini, quæ infecta & diruta eſt, inſtaurare, quorum ſępe vita & ſermo incongruus ſcandalizat plurimos, & de Eccleſia eiicit, & ad ſolitudinem perducit domum Dei. Nec hæc dicimus, quo vniuerſos generaliter accuſemus, ſed quod in omni officio & gradu ſint alii qui ædificent, & alii qui deſtruant templum Dei. Et propter eorum vitium, nec cœli rorẽ, nec terra det germen: ſiccetur humus, montes areant: triticum, & vinum, & oleum, & omnia quę terra gignit: homines quoq; ipſi & iumenta & vniuerſus labor manuum, ſecante gladio, & ſiccitate, vel vento vrente diſpereant.

A

a Et audiuit Zorobabel filius Salathiel, & Iesus filius Iosedech sacerdos magnus, & omnes reliquiæ populi vocem domini Dei sui, & verba Aggei prophetæ, ſicut miſit eum dominus Deus eorum ad eos, & timuit populus à facie domini. b Et dixit Aggeus nuntius domini de nuntiis domini, populo dicens: ego vobiſcum ſum, dicit dominus. c Et ſucitauit dominus ſpiritum Zorobabel filii Salathiel ducis Iuda, & ſpiritum Ieſu Ioſedech ſacerdotis magni, & ſpiritum reliquorum de omni populo: & ingreſſi ſunt, & faciebant opus in domo domini exercituum Dei ſui, in die vi ceſima quarta menſis, in ſexto menſe, in anno ſecundo Darii regis.

CAPVT II.

IN ſeptimo menſe, viceſima & prima menſis, factum eſt verbum domini in manu Aggei prophetæ, dicens: Loquere ad Zorobabel filium Salathiel ducem, & ad Ieſum filium Ioſedech ſacerdotem magnum, & ad reliquos populi dicens: Quis in vobis eſt derelictus, qui vidit domum iſtam in gloria ſua prima, & quid vos videtis

a ¶ *Et audiuit Zorobabel, &c.*] Diligenter attende: propter duas intelligētias Saluatoris in Zorobabel duce & Ieſu ſacerdote, ipſe enim & rex eſt & ſacerdos, ꝙ non dixerit Zorobabel & Ieſus timuerunt: ſed audientibus Zorobabel, & Ieſu, & populo verba Aggei prophetæ: quæ verba ſunt domini: ſolus populus timuit à facie domini, id eſt, ſola multitudo, quæ necdum in vnum perfectum virū venerat: nec ſpiritui copulatus id eſſe meruit ꝙ ſpiritus. Timuit autem
Pſalm. 33. c
populus à facie domini ſciēs quod *facies domini ſuper facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum.*

b ¶ *Et dixit Aggeus, &c.*] Quidam putāt & Ioannē Baptiſtā, & Malachiā, qui interpretatur Angelus domini, & Aggeum, quē nunc habemus in manibus, fuiſſe Angelos, & ob diſpēſationem & iuſſionē Dei aſſumpſiſſe humana corpora, & inter homines cōuerſatos. Nec mirum hoc de Angelis credi, cū pro ſalute noſtra etiam filius Dei humanū corpus aſſumpſerit, & ob hāc cauſam etiam de apocryphis præbent teſtimonium, vbi di-
Gen. 25. e & 32. f
citur: Quod Iacob qui poſtea vocat⁹ eſt Iſrael, Angelus fuerit, & propterea ſupplantauerit fratrē in ventre matris ſuę.
Luc. 1. e
Ioannem quoq; ad vocem Mariæ matris domini, exultaſſe
B
in vtero Helizabeth: Et omnium rationabilium vnam eſſe naturam, & ob hanc cauſam homines qui placuerunt Deo æquales Angelis fieri: Hoc illi ſentiant. Cæterū nos nuntiū
i malach
domini, id eſt Angelum, qui Hebraice dicitur i מלאך: ſimpliciter prophetam dictum recipiamus: ab eo quod domini voluntatē populo nuntiauerit: ſiue quia in multis locis dominus noſter atq; Saluator, Angelus Dei dicitur. Sicut ibi:
Eſai. 9. b
*Magni conſilii Angelus*: typum Saluatoris dicimus in Aggeo præcurriſſe. Porro ꝙ ait, nuntius domini de nūtiis domini: Tale eſt quaſi dixiſſet, propheta de prophetis. Quod ait, nūtius dñi populo dicens: Ego vobiſcum ſum, dicit dominus: Non loquitur ad Zorobabel & Ieſum, cū quibus & in quibus ſemper erat dominus (Semel enim eos diximus ſecundum diuerſas intelligētias in perſona Saluatoris accipi) ſed
1. Ioan. 4. d
ad populum, qui timuerat à facie domini. Qui quia populus erat, nōdum ad Dei venerat charitatem, quæ foras mittit timorē. Accipit ergo populus pro Dei timore mercedem, vt dñs cum illis ſit, & eſt ſenſus: Ego ero veſter adiutor: ædificate domū meā, q̄ in vobis deſtructa eſt: me in medio veſtri cōſtituto, nemo ædificationem veſtram prohibere poterit.

c ¶ *Et ſuſcitauit dominus ſpiritum, &c.*] Pro duce Iuda: Lxx. tranſtulerunt: ἐκ φυλῆς ἰούδα, id eſt, de tribu Iuda, & pro opere ἔργα, id eſt, opera: cætera ſimiliter. Vbicumq; autem nos ponimus, dominum exercituum: illi diuerſe, dominum omnipotentem, aut dominum ſabaoth, aut dominum virtutum interpretātur. Suſcitatur ergo ſpiritus Zorobabel, & ſpiritus Ieſu, interim ſecūdum literam, vt regnum & ſacerdotium ædificent templum Dei. Suſcitatur etiā ſpiritus populi, qui in eis ante dormiebat: non corpus, nō anima: ſed vt diximus ſpiritus, qui magis ædificare ſcit templum Dei: Et ingreſſi, foris enim fuerant, faciebant opera quæ digna erāt penetralibus domus domini: in eodē anno Darii regis, quo & ſupra: in eo menſe qui & in principio poſitus eſt, ſed nō in eodem die: Ibi enim vnus dies menſis ponitur: hic vero viceſimuſquartus, vt inter primum diem, quo dominus loquitur per Ægyptum, & viceſimumquartum quo ingreſſi ſunt, & faciebāt op⁹ in domo domini, viginti duo dies medii fuerint, quot & literæ ſunt apud Hebræos. Neceſſe enim habuerūt doceri, quæ eſſent elementa principii ſermonum Dei, quę eos prohiberēt dicere. Necdum venit tempus domus domini ædificandæ, & habitare in domibus concauis,

& vt ſupra dixi, in ima demergi. Prouocarētur vero ponere corda ſua ſuper vias ſuas, & meminiſſent propter negligētiam quanta perpeſſi fuerint. Et vt aſcenderent in montē & cæderent ligna, & ædificarent domum domini, & non paterentur ea quæ fuerant ante perpeſſi. Denique in his viginti & duobus diebus, timuit populus à facie dñi, & ingreſſi ſunt in die viceſimo quarto menſis, in ſexto menſe, anno ſecundo Darii regis, & faciebāt opus in domo dñi exercituū Dei ſui. Præcipitur autem nobis, vt ędificari poſſit dom⁹ ſpiritualis in ſacerdotiū ſanctum, ad offerēdas ſpirituales victimas placentes Deo, tales nos præbere: vt ſuſcitetur in nobis Spiritus ſanctus, & ingrediamur in domū dñi & faciamus opera domini: Iam enim Zorobabel de genere Dauid, & Ieſus ſacerdos in æternū ſuſcitat⁹ eſt à patre in virtute, ſecundum ſpiritum ſanctificationis de reſurrectione mortuorū: vt ille præſit operi, nos vero faciamus ipſo adiuuāte & diſponēte. Quæ tamen opera Dei facere ante nō poſſumus, niſi timeamus à facie dñi, & credamus, & ingrediamur templum Dei, & ea quæ domui Dei digna ſunt perpetremus. Quoniam vero adhuc in ſæculo ſumus, & tempus ædificationis noſtræ ſub Dario rege verſatur (in quo generationi, coniugiis carniq; ſeruitur) idcirco in ſexto numero quo factus eſt mūdus, & in ſecūdo anno, qui diuidit vnionem (materia enim in qua mundi reparatio ſoboliſq; conſiſtit, duplicem numerū diligit) ingredimur domū domini, & vtroq; populo congregato, extruimus templum Dei. Ex his enim duodecim numeris, viceſimi quarti numeri ſumma cōſiſtit: quia tam ex circumciſione, quam ex gentibus, Chriſti eccleſia prima quæ euerſa fuerat ædificata eſt. Sed & hoc poſſumus dicere, quia octauus numerus qui ſanctus eſt, & in veræ circumciſionis typo accipitur, triplicatus, viceſimum quartū numerū facit: figuraliter nos docemur, vt ædificemus domum domini in amputatione carnis, & vitiorum circumciſione, & verā puritatē eſſe credamus, in nomine patris & filii & Spiritus ſancti. Porro alius ſexies quartū ſupputauit numerum, & quatuor refert ad elementa mundi, ex quibus ſubſiſtimus, ſex vero ad conditionē mundi, in quo ipſa elementa verſantur. Et dicit: quia adhuc in materia ſumus, & graui corpore circumdamur, & ſeruimus generationibus: extruere quidem nos templum, & intrare in domum Dei, & quaſi de ſomno graui ſuſcitari ſpiritum noſtrum, ſed adhuc in viceſimo quarto die id ipſum facere.
C
D

CAPVT II.

*IN ſeptimo menſe, viceſima & prima, &c.*) Eodem anno, ſed mēſe ſeptimo, in quo ſolennitates Dei ſunt: prima & viceſima die menſis: id eſt, completis tribus hebdomadibus, & perfecta in myſterio trinitatis requie: Tertio factum eſt verbum domini in manu Aggei prophetæ, qui continuo labore ſudabat, vt ſemper in eo ſermo Dei haberet acceſſum. Præteritorum enim obliuiſcens, & in futurum ſe ex- Philip. 3. c
tendens, ita quotidie laborabat, quaſi præcedentium operū nihil haberet. Dicitur ergo ei: Loquere ad Zorobabel, & ad Ieſum, & reliquum populum: qui viderūt antiquā domum Dei, & nūc interſunt inſtaurationi eius: numquid ad cōparationē prioris nō talis eſt iſta quæ cernitur, vt quodāmodo nō eſſe videatur: Verum nolite deſperare, nec laſſas manus dimittite: ſed & tu Zorobabel, & tu Ieſu, & omnis popule, confortamini, & facite opus in domo mea: Ego enim ſum vobiſcū, & ſermo meus quē pepigi vobiſcū cum egrederemini de terra Ægypti. Et ſpiritus meus non recedet à vobis: nolite timere: ego ſum qui iubeo, dominus omnipotens,



videtis hanc nunc? numquid non ita eſt, quaſi non ſit in oculis veſtris? Et nunc confortare Zorobabel, dicit Dominus; & confortare Ieſu fili Ieſedech ſacerdos magne, & confortare omnis populus terræ, dicit Dominus exercituum. Et facite quoniam ego vobiſcum ſum, dicit Dominus exercituum: verbum quod pepigi vobiſcū cum egrederemini de terra Ægypti, & ſpiritus meus erit in medio veſtrū, nolite timere. Quia hæc dicit Dominus exercituum: Adhuc vnum modicū eſt, & ego commouebo cœlum, & terram, & mare, & aridam, & mouebo omnes gentes. Et veniet deſideratus cunctis gentibus: & implebo domum iſtam gloria, dicit Dominus exercituum. Meum eſt argentum, & meum eſt aurum, dicit Dominus exercituum. Magna erit gloria domus iſtius nouiſſimæ pluſquā primæ, dicit Dominus exercituum. Et in loco iſto dabo pacem, dicit Dominus exercituum.

HEB.

a In viceſima & quarta noni

SEPT.

*Viceſima & quarta noni*

E

potens, cuius dixiſſe feciſſe eſt. Quando primum teſtamentū dabam, & in Sina monte ſum viſus, commoui cœlum & terram, & mare rubrum & deſertum: vt vobiſcum ponerem teſtamentum: nunc autē polliceor vobis, me adhuc ſemel cœlum & terram & mare & aridam cōmoturum: vt illis commotis moueantur omnes gētes, & veniant iuxta Lxx. *quæ electa ſunt domini de cunctis gētibus*: Iuxta Hebraicum vero:
ובאו חמדת כל הגוים
*veniet deſideratus cunctis gentibus*, Dominus noſter atq; Saluator: Tunc implebo domum iſtā gloria maiore quam priorem, & ſemper vobis addā, dicit Dominus omnipotens. Et ne forſitan ſponſorem putetis infirmū: Meum eſt aurum, & meū eſt argētum, & meæ ſunt cunctæ opes. Ego in ornamētum templi aurum argentūq; donabo, vt maior fiat huius domus gloria, quam prioris. Et difficile videtur, ꝙ polliceor, & humana infidelitas ad maiora promiſſa ſemper hæſitat: propterea rurſū dico qui promitto: dominus omnipotens ſum. Porro quia ſcio ad ædificationem inclytæ domus
Philip. 4. b
& quæ ſuperatura ſit domum priſtinam, nihil ita facere, vt pacem, idcirco & hanc ſpondeo: Dabo enim in loco iſto pacem, dicit dominus exercituum: vt *pax, quæ exuperat omnem ſenſum*, cuſtodiat domum meam, & ſit in pace locus meus. Has interim παραφραστικῶς expoſitionis lineas duxerim, vt ex
F
his ad ſublimiorem intelligentiam etiam nobis tacentibus prudens lector aſcendat. Fit ergo ſermo Dei ad eos qui operari cœperant in domo domini omnipotentis, iam in requie: id eſt, in menſe ſeptimo, & in trinitatis pleniſſimo ſacramento, viceſima prima menſis, & ad Aggeum Dei feſta celebrantem: qui rurſum manum ſuam ſermoni domini præparauerat, & dicit ad eum: Loquere ad Zorobabel de tribu Iuda, & ad Ieſum ſacerdotem magnum: qui pro nobis & homo fieri dignatus eſt, & ſacerdos, & ad reliquias populi: ad comparationem enim totius orbis, parua pars fuit in principio credentium. Igitur quæ locutus ſit, audiamus. Fuit quon-
Oſee 2. d
dā in Iſrael domus Dei, quæ nunc ita deſerta eſt, vt nec fuiſſe credatur: ex quo quæ fuerat dilecta, & qui non populus Dei, cœpit eſſe populus Dei. Et eſt domus illa quondam glorioſa: nunc in conſpectu Zorobabel, & Ieſu, & reliquiarum populi quaſi non ſit. Hoc autem non ſolum de templi ædificiis, quæ cernimus corruiſſe, accipere debemus, ſed de omnibus quæ quondam præclara habuere Iudæi. Veruntamen quia facta eſt prior domus quaſi non ſubſiſtens: prouocatur Zorobabel dux & Ieſus ſacerdos, vt regnum Chriſti & ſacerdotium roboretur; & populus eius qui quondam terrę fuit populus, faciat opera in domo domini, & ſciat Deum ſibi eſſe præſentem, faciat quoque verbum, quod pepigit Dominus cum eis quando egrediebantur de terra Ægypti: Atque vtinam & nos egrediamur de Ægypto, vt verbum teſtamenti quod accepimus impleamus. Repromittit quoque Dominus Deus his qui faciunt opera in domo eius, & implent quem accepere ſermonem, ſpiritum ſuum, dicens: Et ſpiritus meus erit in medio veſtrū: Sacramentū cernite trinitatis: Ego ſum vobiſcum, & ſpiritus meus, & verbum, in quo poſui teſtamentum cum egrederemini de Ægypto. Quod autem dicit in medio veſtrum, iuxta illud ſentiendum eſt, quod in E-
Ioan. 1. d
uangelio ſcriptum legitur: *Medius enim veſtrum ſtat, quem vos neſcitis, qui poſt me veniet.* Hæc ergo dicit Dominus exercituum ad vos: qui videtis domum priorem ſic eſſe quaſi nō ſit. Moui cœlum, quando de cœlo audita eſt vox mea. Moui terram, quando priori populo tradidi teſtamentum, & in aduētu meo, caligo, turbo, & tenebræ cernebātur. Moui mare rubrum, quando viam prębui populo tranſeunti. Moui aridam, vel Ægyptum per plagas cultu Dei vacuā, vel ſolitudi-

nem per quam quadraginta annis circumduxi populū. Hæc adhuc ſemel mouebo: Quod factum cernimus in aduentu G
domini Saluatoris: Tempore quippe paſſionis eius, fugiente Matt. 27. f Luc. 23.
ſole, cœlum motū eſt, & tenebrę factæ ſunt ſuper omnē terram, ab hora ſexta vſq; ad horam nonam. Mota eſt terra, & ſaxa ſciſſa ſunt, & ſepulchra reſerata: motum eſt mare, dracone qui in eo erat interfecto: mota eſt & arida, infructuoſa quondam gentium ſolitudo. In hoc autem vniuerſitatis tremore, commotę ſunt etiam omnes gentes: Quia *in omnem* Pſal. 18. a
*terram exiuit ſonus* Apoſtolorū domini, & verba eorū penetrauerūt vſq; ad terminos orbis terræ. Ob id autē omnes motę ſunt nationes, vt ex earum motu veniret electa gentium multitudo, & quę vbicumque præclara ſunt. Verbi gentia: Electa de Corintho: quia multus erat in ea populus Dei. Electa de Macedonia: quia grādis in Theſſalonica Dei Eccleſia congregata non habebat neceſſarium vt de charitate doceretur. Electa de Epheſo, vt arcana Dei & nulli antęa reuelata ſacramenta cognoſcerent. Quid plura? omnes gētes commotæ ſunt, ad quas Saluator Apoſtolos miſerat, dicens; Matt. 28. d
*Euntes docete omnes gentes*: & ex multis vocatis pauci electi, primitiuorū Eccleſiam conſtruxerunt. Vnde & Apoſtolus 1. Pet. 5. d
Petrus, *Salutat vos*, inquit, *quæ in Babylone eſt electa, & Marcus filius meus.* Et Ioannes: *ſenior*, inquit, *electæ dominæ*: ac 2. Ioānis
deinde filios memorat electæ. Commotis ergo gentibus H
(quas quidem poſſumus & contrarias accipere fortitudines, non valentes ſplendorem domini ſuſtinere) venerunt electa omnium gentium, & repleta eſt gloria domus domini: *quæ eſt* 1. Tim. 3. d
*Eccleſia Dei viuentis, columna & firmamentum veritatis.* Hæc ſecundum Lxx. Cæterum in Hebraico melius & ſignificantius habetur, vt ſupra poſuimus: *Et mouebo omnes gentes, & veniet deſideratus cunctis gentibus.* Vere enim poſtquam ille venit, impleta eſt gloria domus domini. Et quantum dominus diſtat à ſeruo, tantum domus domini melior eſt cui præeſt dominus, à domo priore cui præfuit ſeruus. Quod autem ait, *meum eſt argentum, & meum eſt aurum, dicit dominus exercituum*: Non puto quemquam exiſtimare quod de argento loquatur & auro, quæ à diuitibus & regibus poſſidentur. Hoc enim modo, non ſolum argentum & aurum Dei eſt quaſi creatoris, ſed & cætera metalla, æs, ſtannum, plumbum, & quod domat omnia ferrum. Sed ego argentum, quo domus Dei ornatur, exiſtimo eloquia ſcripturarum, de quibus dicitur: *Eloquia domini, eloquia caſta: argentum igne examinatum,* Pſal. 11. b
*probatum terræ, purgatum ſeptuplum.* Et aurum, quod in occulto ſanctorum ſenſu, & in cordis verſatur arcano, & ſplēdet vero lumine Dei, quod & Apoſtolum de ſanctis qui ſuper fundamentum Chriſti ædificant, ſenſiſſe perſpicuū eſt: Aurum, argentum, lapides pretioſos: Vt in auro, ſenſus occultus ſit: in argento ſermo decens: in lapide pretioſo, opera Deo placentia. His metallis illuſtrior fit Eccleſia Saluato- 1. Cor. 3. c
ris, quam quondam ſynagoga fuerat: his lapidibus viuis ædificatur domus Chriſti, & pax ei præbetur æterna. Porro quod ſequitur in Lxx. Et pacem animæ in acquiſitionem omni qui creatur, vt ſuſcitet templum iſtud: quaſi ſuperfluū & vix cohærens (quippe quod nec apud Hebręos, nec apud alium quemquam interpretem fertur) omiſimus.

a ¶ *In viceſima & quarta, &c.*] Propterea & Lxx. interpretum editionē poſuimus, quia in quibuſdam verbis diſſonare videbantur. Et hoc quod dicitur: Propter munera eorū matutina, dolebunt à facie malitiarum ſuarum, & oderatis in portis: arguentes ꝙ nec in Hebr. nec apud alios interpretes inuenitur. Notandum autem quod in iſto loco: In viceſima & quarta die menſis noni anno ſecundo: non vt ſupra tertia

A vice dicitur: *Factum eſt verbum domini in manu Aggei prophetæ*, ſed *ad Aggeum prophetam*. Ibi enim (quia adhuc profectum habebat, & opera tantum mũda: cor autem illius necdum plenam ſapiẽtiam receperat: ſiue quia habitabat adhuc inter eos, qui dicebant: *Nondum venit tempus domus Domini ædificandæ*) in operibus tantũ eius ſermo factus eſt Domini. Hic autem, quoniam iam tẽpli iacta ſunt fundamenta, & ingreſſus eſt populus cũ principibus in domum Dei, & facit opus congruũ templo Dei, & audit myſterium: *Monebo omnes gentes, & veniet deſideratus cunctis gentibus*: & plenus eſt vaticinio: propterea ad totum Aggeum ſermo fit domini. De viceſimaquarta die & ſecundo anno iam diximus. Noni menſis numerus qui hic additur, numquam in bonam partem legitur: Paſcha immolat populus, & alias celebrat feſtiuitates: omnis eius ſolennitas die finitur octauo, nec ad nonum peruenit. Qui agnũ paſchæ præparant, tranſacta die non incipiunt præparare. Dies quoque propitiationis & expiationis menſis ſeptimi, poſt diẽ nonam celebratur. Et in Hieremia, ſicut legentibus poterit eſſe manifeſtum, Hieruſalem nono anno à Babyloniis oppugnatur. Quia igitur prophetia de immũditia populi futura erat, idcirco ſecũdo anno Darii, nonus mẽſis iungitur.

*Exod. 12 c. Ibidem a. Leuit. 23. c. — Hier. 39. a & 52. a*

B Rurſum quia datur locus pœnitentiæ, poſt immunditiæ correptionem, viceſima quarta die ſermo Dei fit ad Aggeum prophetam: vt quaſi ex perſona domini quæſtionem à ſacerdotibus ſiſcitetur ex lege venientem, & dicitur ei: Interroga ſacerdotes legem, dicẽs: Simulque conſidera ſacerdotum eſſe officij, de lege interroganti reſpondere. Si ſacerdos eſt, ſciat legem domini: ſi ignorat legem, ipſe ſe arguit non eſſe domini ſacerdotem. Sacerdotis enim eſt ſcire legem, & ad interrogationem reſpondere de lege. Quod quidem & in Deuteronomio legimus: vt ſicubi in vrbibus Iſrael queſtio fuerit exorta inter ſanguinem & ſanguinem, inter iudicium & iudicium, lepram & lepram, contradictionem & contradictionem: eant ad ſacerdotes atque leuitas, & ad pontificem, qui in diebus illis fuerit conſtitutus, & quærant ab eo legem domini: quibus reſpondentibus, faciant quod iubentur. Quod ſi non fecerint, exterminentur de populo. Et ne forſitan in veteri ſolum inſtrumento hæc præcepta videantur, loquitur & Apoſtolus ad Timotheum, Epiſcopum non ſolum irreprehenſibilem eſſe debere, & vnius vxoris virum, & ſapientem, & pudicum, & ornatum, & hoſpitalem, ſed etiam doctorem. Et ne caſu hoc dixiſſe videretur: Ad Titum quoque ſuper presbyteris (quos & epiſcopos intelligi vult) ordinãdis, eadẽ cautela ſeruatur. *Propter hoc reliqui te Cretæ, vt quæ reſidua erant corrigeres, & ordinares per ciuitates presbyteros ſicut ego præcepi tibi: Si quis eſt irreprehenſibilis, vnius vxoris vir: filios habens fideles, non in accuſatione luxuriæ, vel non ſubiectos. Oportet enim Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, ſicut Dei diſpenſatorem: non procacem, non iracundũ, non vinolentum, non percuſſorem, non turpis lucri cupidum: ſed hoſpitalem, pudicum, benignum, iuſtum, ſanctum, continentem, habẽtem in doctrina ſermonẽ fidelem: vt poſſit conſiliari in doctrina ſana, & eos qui contradicunt arguere. Sunt enim multi & non ſubiecti, vaniloqui & ſeductores, & maxime qui de circunciſione ſunt quibus oportet imponere ſilentium.* Hæc prolixius poſui, vt tam ex veteri, quã ex nouo teſtamento, ſacerdotum eſſe officiũ nouerimus, ſcire legẽ Dei, & reſpondere ad quæ fuerint interrogati. Nec ſimplicitatẽ & ciborũ continentiam in magiſtro ſufficere, niſi quod ipſe facit, poſſit & alios erudire. Certe quia reſponſuros puto hoc eorum eſſe qui ſe ab adoleſcentia ꝑparant ad docẽdũ, frequẽter autẽ iudicio domini, & populorũ ſuffragio in ſacerdotiũ ſĩplices eligi: Saltẽ illud

*Deuter 17. b — 1. Tim. 3. a — ad Tit 1. b*

Heb.

noni menſis, in anno ſecundo Darij, factum eſt verbum domini ad Aggeum prophetam, dicens: Hæc dicit Dominus exercituum: Interroga ſacerdotes legem, dicens: Si tulerit homo carnem ſanctificatam in ora veſtimenti ſui, & tetigerit de ſummitate eius panem, aut pulmentum, aut vinum, aut oleum, aut omnem cibum: numquid ſanctificabitur? Reſpondentes autem ſacerdotes, dixerunt: Non, Et dixit Aggeus: Si tetigerit pollutus

C habeant, vt poſtquam ſacerdotes fuerint ordinati, diſcant legem Dei, vt poſſint docere quod didicerint, & augeant ſciẽtiam magis quam opes, & nõ erubeſcant à laicis diſcere, qui nouerint ea quæ ad officium pertinent ſacerdotũ: magiſque noctes & dies in ſcripturarum tractatu, quam in ratiociniis & ſupputatione conſumant. Quid eſt autẽ quod ex perſona domini Aggeus interrogat ſacerdotes? Si tulerit homo carnem ſanctificatã in ora, ſiue in ſummitate veſtimẽti ſui, & tetigerit de ſummitate eius panem, aut pulmentum, aut vinum, aut oleum, aut omnẽ cibum: nunquid ſanctificabitur? Antequam de quæſtione tractemus, debemus interim iuxta literã noſſe quid ſit caro ſanctificata, & quid ſit immũdus in anima: Hoſtia quæ immolabatur in altari, carnes illius ſanctæ erant, & inter ipſas ſanctificatas carnes erat multa diuerſitas. Alias enim ſacerdotes in templi adytis comedebant: alias propinqui eorum domi: alias hi qui de ſacerdotibus videbãtur eſſe maculati: alias Iſraelitæ, qui nullam habebant immunditiam. Huius diuerſitatis plena ratio in Leuitico dicitur. Immundus autem in anima dicebatur, qui corpus mortui hominis attigerat. In quo animaduertẽdum, quamdiu anima in corpore ſit, immundum non eſſe corpus humanum: ſtatim vero vt ſpiritus vegetans artus receſſerit, immundum fieri quod terrenum eſt, ſicut in eodem Leuitico ſcribitur: *Et ait Dominus ad Moyſen, dicens: Dic ſacerdotibus filijs Aaron, dices ad eos: In animabus nõ cõtaminabũtur in gente ſua, ſed in cognatis qui appropinquant eis: ſuper matre, & ſuper patre, & ſuper filijs & filiabus, & ſuper fratre & ſorore ſua virgine, quę appropinquat ei, & non eſt tradita viro: ſuper his contaminabitur, & non polluetur repente in populo ſuo in contaminationem ſui.*

*Leuit. 6. & 7.*

D Conſidera his præcipi ſacerdotibus non ingredi ad quẽlibet mortuum, niſi ad eos cognatos & propinquos, de quibus ſupra dictum eſt. Sacerdos autem magnus, id eſt, pontifex, plus aliquid habebat à cæteris ſacerdotibus, & nec pietas illũ, nec affectus flectere poterat, vt immundus fieret in ſupradictis nominibus. Ait enim ſcriptura: *Et ſuper omnem animam, quæ mortua eſt non ingreditur: ſuper patre ſuo, neque ſuper matre ſua, & non contaminabitur.* Scientes ergo quid ſit caro ſanctificata, & immundus in anima, videamus propheta quid quærat. Si homo quicumque, non hic de pontifice dicitur, aut de leuita, ſed quilibet homo: vbi perſona non ponitur, paſſim omnibus licet carnem tangere. *Si tulerit*, inquit, *carnem ſanctificatam, & ligauerit in ſummitate veſtimenti ſui*, & ipſa ſummitas veſtimenti *panem tetigerit*, aut quamlibet aliam coctionem, aut vinum, aut oleum, aut omne extra hæc quo homo veſci poteſt: numquid panis, aut vinum, aut omnis cibus, tactu veſtimenti, in quo caro ſancta ligata eſt, ſanctificari poteſt? Et reſpondentes ſacerdotes dixerunt: Non poteſt: hoc eſt, nihil eorum ſanctificabitur de quibus quæris, ſed ita vnumquodque permanebit vt fuerat. Rurſum alia quæſtio proponitur ſacerdotibus: quod ſcilicet bene reſponderint ad ſuperiorem, & quaſi ſimilitudo problematis coaptatur, in qua imperitus facile labi potuit. Da enim aliquem neſcire legem, & ſicut reſpondit de ſanctificata carne, non ſanctificari panem, aut pulmentum, aut vinum, aut oleum, aut omnem cibum, & in hoc æque reſpondebit, & dicet: Pollutum in anima non contaminare ea quæ ſancta caro ſanctificare non potuit. Interrogat igitur, & dicit: Si tetigeritis qui pollutus in anima eſt (hoc eſt, qui contagione mortui eſt immundus effectus) ex his omnibus panem videlicet, aut pulmentum, aut vinum, aut oleum, aut reliquos cibos: numquid ex contactu eorum hęc quæ tetigerit polluentur? Et reſponderunt ſacerdotes (quorum Princeps erat

*Leuit. 21. a Sec. 70. — Leuit. 21. b*

Sept.

*ni menſis, anno ſecundo ſub Dario, factus eſt ſermo domini ad Aggeum prophetam, dicens: Hæc dicit Dominus omnipotens: Interroga ſacerdotes legem, dicens: Si ſumpſerit homo carnem ſanctam in ſummitate veſtimenti ſui, & tetigerit ſummitas veſtimenti eius panem, aut coctionem, aut vinum, aut oleum, aut omnem cibum, ſi ſanctificabitur? Et reſponderunt ſacerdotes, & dixerunt: Non. Et dixit Aggeus: Si tetigerit immundus in anima de omnibus his, contaminabitur? Et reſpon-*



E rat Ieſus filius Ioſedech: vnde & legem nouerant) dixerunt: Contactu eius qui immũdus eſt, omnia quę ab eo contacta ſunt, pollui. Et reſpondit Aggeus & dixit (de ſuperioribus tacẽs: ꝙ ſanctificata caro cæteros cibos ſanctificare non poſſit: & de ſecunda tantummodo quæſtione ſermonis ſui texẽs occaſionẽ) *Sic populus iſte, & ſic gens iſta ante faciẽ meã, dicit dominus*: Qui immundus eſt in anima, & morticiniũ tetigerit: omne ꝙ tetigerit, & quod obtulerit mihi, immundum erit. Quod autẽ dicit ſecundũ literã, huiuſmodi eſt: O popule, qui altari tantũ extructo, & diruta domo mea hoſtias mihi offers in altari, & victimis eius & carnibus te ſanctificari putas: ſcito nõ tã ſanctificari te ex hoſtiis, quæ templo diruto tibi prodeſſe non poterunt: quã cõtaminari omnia opera tua, & cuncta quæ agis, ex eo ꝙ negligis, & tuam magis domum quã meã extruere conatus es: Sanctũ quidẽ eſt quod offertur in altari: ſed non tam ſanctificaris ex hoſtiis, quam ex eo ꝙ in conuallibus habitas, & interes mortuis operibus, pollueris. Hęc iuxta hiſtoriã, quãquã ſpiritualis in ea intelligẽtiæ lineas duxerimus. Cæterum ſecundum ἀναγωγήν, Eccleſiaſticus vir, qui immolauit agnum immaculatum, & anniculum, & indutus eſt Chriſto: ſi tulerit de carnibus eius, & ligauerit in ſummitate veſtimenti ſui, & ipſa ſummitas tetigerit ſcripturarum panẽ: qui confirmat corda credentium:

*1. q. f. O propheta alias o popule.*

F aut coctionem, Apoſtolicas Epiſtolas, quæ quaſi veteris legis carnes concidunt & decoquunt, & conditas præbent eſui: aũt vinũ quod lætificat cor hominis: aut oleum in quo exhilaratur facies audientis: aut omnem cibũ: vel lac quo aluntur Corinthij, & olera quibus veſcuntur infirmi, & cætera his ſimilia: non ſtatim quaſi ſanctificata ea comedent, quibuſcumque data fuerint: Nõ enim ex eo quod dicuntur, ſed ex eo quod ſuſcipiuntur ſanctificant audientes: quia multi auditores legis ſunt, & nõ factores. Sed & ob id puto hæc vniuerſa quæ dixi, ex tactu veſtimenti ad veſcentes nequaquã ſanctificata deferri, quod ſummitate tantum pallij contingũtur, & ſanctificatæ carnes intrinſecus, humorem, ſanguinem, venas, neruoſque non norunt. Sicut igitur ſummitas veſtimenti dominici, & leuis tactus non ſanctificat, niſi cum qui comederit carnes agni, & ſanguinem eius biberit: Sic econtrario immundus in anima peruerſa quæq; doctrinæ, quodcumque tetigerint immundum faciant neceſſe eſt. Habent enim in ſacramentis panem & vinum & oleum & omnem cibum, ſed ſacramenta eorum quaſi panis luctus: omnes qui ea tetigerint, contaminabuntur. Legunt & ipſi ſcripturas, & quaſi de ſcripturarum teſtimoniis cõſpergunt panem, & tota nocte in clibano coquunt illum. Sed cum ad veſcendum datus fuerit, comedentes ad inſaniam prouocat. Habent pulmẽtum & coctionẽ, conantes iuxta peruerſitatis ſuæ ſenſum myſtica quæque de ſcripturis texere, & quaſi coquere, & cõdire carnes agni, ſed coctio illa perditio eſt. Habent & vinũ, ſed non de vinea Sorech, & quam plantauit dominus in Hieremia, Electam & totam veram, ſed de vinea Sodomorum. Habent & oleũ quod de veteris & nouæ ſcripturæ teſtimoniis violenter exprimunt, & quaſi in refectionem deceptis & laſſis mentibus pollicentur, ſed deteſtatur illud ſanctus, & dicit: *Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.* Habent & diuerſos cibos, multiplices videlicet variarũ ὑποθέσεων diuerſoſque tractatus: quos quia immundi ſunt qui ſcripſerunt, & de immundo ore prolati ſunt, omnis qui tetigerit immundus fiet, & in eorum trahetur errorem. Vnde reſpondit Aggeus: qui ſcit differentias ſolẽnitatum, & ob id fe-

*Pſalm 103. c — 1. Cor. 3. a Rom. 14. a — Hier. 2 d — Pſalm. 140. b*

Heb.

in anima ex omnibus his, numquid contaminabitur? Et reſponderunt ſacerdotes, & dixerunt: contaminabitur. Et reſpondit Aggeus, & dixit: Sic populus iſte, & ſic gens iſta ante faciem meã, dicit Dominus: & ſic omne opus manuum eorum, & quia quæ obtulerunt ibi, contaminata erunt. a Et nunc ponite corda veſtra à die hac & ſupra, antequam poneretur lapis ſuper lapidem in templo domini. Cum accederetis ad aceruũ viginti modiorum, & fierent decem, & intraretis ad torcular, vt exprimeretis quinqua-

G ſti ſortitus eſt nomen. Sic populus iſte, & ſic gens iſta: Iudęorum videlicet atque gentilium & hæreticorum omnium, in conſpectu meo, dicit Dominus: Omne, quod fecerint, quod mihi obtulerint, vel vota pro ſalute, vel pacifica, vel pro peccato, vel pro delicto, vel in holocauſtum: ſiue eleemoſynas, ſiue ieiunia, ſiue victus continentiam, & corporis caſtitatẽ: contaminata erunt in conſpectu meo. Quamuis enim ſancta videantur ſpecie ſui quæ feruntur à talibus: tamen quia tacta ſunt ab eo qui pollutus in anima eſt, omnia polluẽtur.

*1. q. 1. Sic populus iſte.*

a ¶ *Et nunc ponite corda veſtra à die hac & ſupra, antequam poneretur lapis ſuper lapidem in templo domini*, &c.] Licet omnia q̃ obtuliſtis mihi in altari quia templũ non ædificaueratis, cõtaminata fuerint (ſine extructione quippe tẽpli, donum omne pollutũ eſt) tamen nunc te hortor, ô popule, vt ſenſu ad præterita reuertaris, cõſidereſque quæ facta ſint: hoc eſt, ab hac die viceſimaquarta noni menſis anno ſecundo Darij: quid retro geſtũ eſt mente cõplectere, & propter quæ, quãta ſuſtinueris, vt cum deinceps proſpera tibi euenerint, ſcias qua cauſa euenerint. Ergo antequam inciperes ędificare tẽplũ, & lapidẽ ſuper lapidem ponere: cum accederes ad aceruum, & putares viginti te habere modios: nonne vix mediam partem colligere poteras? Siue iuxta LXX.

H cum mitteres viginti modios hordei in vas quod vocatur cypſale, & exiſtimares te quamquã hordeum mitteres iumentorum cibum, vel de ipſis viginti modiis eſſe ſecurum: non poſtea reuerſus ad vas vix decem modios reperiſti? Ad torcular quoque cum accederetis, & videretis vuas, & quinquaginta amphoras vobis oculi pollicerentur: non dico partem mediam, ſed vix viginti amphoras exprimere poteratis. Et hæc feci percutiens vos vento vrente, & corruptione aeris, & emorientibus frugibus, vacuiſque ſpicarum folliculis, & vinearum botris: vt malorum pondere vos ad meam notitiã prouocarem, & nec ſic fuit qui reuerteretur ad me. Hebræus totam loci huius continentiam ab eo quod ſcriptum eſt: *Et nunc ponite corda veſtra à die hac, & ſupra*: vſque ad eum locũ vbi ait: *Vinea, & ficus, malogranatum, & lignum oliuæ non floruit: ex die iſta benedicam*, ita expoſuit: Certe nũc templi fundamenta ſunt iacta: ex hac igitur die qua fundamenta ieciſtis (cum in præteritum vos ſterilitate, & fame, & grandine, & ſiccitate punierim, & non fuerit qui ad me per has plagas reuerteretur è vobis) ponite corda veſtra in futurum & deinceps, & videte quia omnia vobis proſpero curſu fluant. Hoc autẽ eueniet quia templum meum ędificare cœpiſtis. Nec in ſolo altari habentes fiduciam, ædificationem meæ domus cõtemnitis. Iuxta quem ſenſum breuiter poſſumus dicere: fruſtra aliquos munera offerre Deo, & eleemoſynis atque oblationibus putare Deum poſſe placari: cum ipſi non extruxerint in ſe tẽplũ Spiritui ſancto. Tunc enim proſunt eleemoſynę, & munera quæ offeruntur in altari, cum ſeipſum quis ædificauerit templũ Dei, & poſt ędificationem templi, dona obtulerit in altari. Porro ſecundum tropologiam, & ad nos dicitur, qui nunc in Ieſum Chriſtum credimus, ſi tamen credimus, & opere fidei oſtendimus veritatẽ: vt reuertamur mẽte ad illud tempus, qñ gentiles eramus, quotidie vitiis ſeruiẽtes: nec extruxeramus in nobis tẽplũ Deo. Quo modo autem architectus, & ſciẽtiſſimus cementarius lapidẽ iungit lapidi, & inferiorem ſuperiori calce gypſoque cõglutinat: Ita & architectus (quẽ ſe & Apoſtolus eſſe dicit: *Quaſi ſapiens architectus fundamentum poſui*, & quem de Hieruſalem ablaturũ ſe dominus cõminatur) nouit quo modo opera iungat operibus,

*1. Cor. 3 c — Eſaia 3. a*

Sept.

*reſponderunt ſacerdotes, & dixerunt: contaminabitur. Et reſpondit Aggeus, & dixit: Sic populus iſte, & ſic gens hæc coram me dicit dominus, & ſic omnia opera manuum eorum. Et quicumque appropinquauerit ibi contaminabitur: propter munera eorum matutina, dolebunt à facie malitiarum ſuarum, & oderatis in portis arguentes. Et nunc ponite ſuper corda veſtra à die hac & ſupra, antequam poneretur lapis ſuper lapidem in templo domini, qui eratis: Quando mittebatis in cypſelem, hordei viginti ſata & fiebant decem ſata hordei, & ingrediebamini tor-*

E bus, & paulatim extruat templum Dei. Fundamentum autem huius templi ponitur Ieſus: ſuper quem vnuſquiſque videat quid ædificet: Alius ædificat aurum, argentum, lapides pretioſos: alius ligna, fœnum, ſtipulam. *1. Cor. 3.* Et tribus bonis tria e contrario opponuntur mala. Iſti ſunt lapides, de quibus extructurū ſe Hieruſalē dominus repromittit: *Ecce ego præparabo tibi carbunculum lapidem tuum, & fundamenta tua ſaphyrum: & ponā propugnacula tua iaſpidem, & portas tuas de lapide cryſtallo, & murum tuum de lapidibus electis.* *Eſai 54. c Sec. 70.* Neq; n. putandum eſt ſecundū Iudaicas fabulas, & inepta figmēta, Deū auro & gēmis ædificaturum Hieruſalem, *Zach 9. d* & non viuis lapidibus, qui nunc voluuntur ſuper terram: & iuxta naturas lapidum, vel igniti fide ſunt, vt carbunculus, vel toti cœleſtes & in thronū Dei reducti, vt ſaphyrus: vel innocentia & bonorū operum ſimplicitate lucentes, vt cryſtallus. Dicitur ergo nobis, vt conſideremus, quę retro paſſi fuerimus antequam in nobis ædificaremus templum Dei. *Cum accederetis,* inquit, *ad aceruum viginti modiorum, & fierent decem:* ſiue iuxta Lxx. ὅτι ἐνεβάλετε εἰς κυψέλην εἴκοσι σάτα, καὶ ἐγένετο δέκα σάτα κριθῆς, id eſt, *cum mitteretis in cypſelen viginti modios hordei, & fierent decem modij hordei.*

H E B.

quaginta lagenas, & fiebant viginti. Percuſſi vos vento vrente, & aurugine, & grandine omnia opera manuum veſtrarum, & non fuit in vobis, qui reuerteretur ad me, dicit Dominus. a Ponite corda veſtra ex die iſta & in futurum, à die viceſima & quarta noni menſis, à die qua fundamēta iacta ſunt templi domini, ponite ſuper cor veſtrum. Numquid iam ſemē in germine eſt, & adhuc vinea & ficus & malogranatum, & lignum oliuæ non floruit? ex die iſta benedicam. a Et

S E P T.

*torcular, vt hauriretis quinquaginta amphoras, & fiebant viginti. Percuſsi vos ſterilitate, & corruptione aëris, & grandine omnia opera manuum veſtrarum, & non reuerſi eſtis ad me, dicit Dominus. Ponite corda veſtra à die iſta & in futurum, à quarta & viceſima noni menſis, & à die in qua fundamenta iacta ſunt templi domini, ponite in cordibus veſtris. Si vltra cognoſcetur ſupra terram area, & ſi adhuc vinea, & ficus, & malogranatum, & ligna oliuæ, quæ non ferant fructum? à die hac benedicam.* a *Et*

F *Gen. 26. c Gal. 3. a* Quidquid enim ante Chriſtum videbamur habere virtutū, bonorumque operum, non erat frumentum, ſed hordeum, & ipſum hordeū, non ſecundum ſpem & vota noſtra, quod de Iſaac legimus, centenas fruges dabat: ſed vix mediam partem laboris noſtri ex eo inuenire poteramus, & dicebatur ad nos: tanta paſſi eſtis ſine cauſa? Sed & cum intraremus ad torcular, & quinquaginta vini amphoras ſupputaremus (quem numerum completis ſeptem hebdomadibus vnio diuinitatis includit) & putaremus nos habere vinum quod lætificat cor hominis, ſubtrahebatur nobis Sanctus numerus tricenarius (in quo baptizatur Dominus, & Ezechiel viſionem cernit in prophetiæ ſuę exordio, & iuxta Hebraicum ſacerdotes accedebant ad miniſterium Dei) & relinquebātur viginti. *Luc 3. c Ezech 1. a Num. 4. a Sec. Hebr. nam 70. habent ibi 25.* Quem numerum amat Eſau: vnde & Iacob ſciēs eum hoc numero delectari: mittit quædam animalia in munere, viginti & viginti. *Gen 32. d* Simulque & cerne quod ipſe Iacob Sanctus (tamen eo tēpore quo non erat cum patre ſuo Iſaac, id eſt, riſu, & matre ſua Rebecca, id eſt patientia: ſed vicinos habebat Aſſyrios, & habitabat in Meſopotamia: hinc atque inde ſe cingentibus fluuiis) viginti annorum ſpatio, crudeliſſimo & auariſſimo ſeruiuit Laban. *יצחק רבקה* Nec moueat quempiā, ſi dicamus aliquos ante fidem Chriſti, & extructionem templi eius, mediā partē ſe laboris ſui poſſe percipere: cum apud incredulos nullus fructus ſit bonorum operum: Non enim viginti reponit & inuenit viginti, ſed ſi viginti repoſuerit, inuenit decē, id eſt, mediā partem laboris ſui. Iudæi & ethnici & philoſophi huius ſæculi, cęterique qui ſapientiam iactitant, in præſenti tantum tēpore conuerſationis ſuæ & laboris fructū & gloriam capiunt: omniſque ſpes eorum & merces futuri ſęculi tollitur. Hoc autem ideo fit, ne penitus deſperantes contemnant pœnitentiam: ſed aliquando conuerſi ponant lapidem ſuper lapidem, & ædificent templum Dei. Quod ſi in incredulitate permanſerint, id ipſum medium quod videbantur habere, perdent. Sequitur enim: *Percuſsi vos vento vrente, & aurugine, & grandine, omnia opera manuum veſtrarum.* Quidquid autem aurugine & grandine & vento vrente percutitur, in puluerem redigitur & fauillam: nihilque in eo quod ad vtilitatem & ad eſum perueniat, inuenitur. Quę quidem cuncta fecit Dominus: quia non eſt inuentus in eis qui reuerteretur ad eum. Quod ſi reuerſi

G fuerint, & ædificauerint templum domini, à die quæ ædificare cœperint, habebunt quæ prophetię ſermo ſubtexit.

a ¶ *Ponite corda veſtra ex die iſta & in futurum, &c.*] Expoſui, ait, vobis quæ ſuſtinueritis antequam inciperetis ædificare templum meum: Nunc exponam quæ vobis ventura ſunt proſpera, quia templum meū ædificare cœpiſtis. A die igitur viceſima quarta noni menſis, in quo templi fundamenta ſunt iacta, quāta rerum abundantia futura ſit, conſiderate. Nonus eſt menſis, quem nos Nouembrem, vel Decembrē dicimus. a ניסן enim apud Hebræos menſis eſt primus, qui appellatur menſis nouorū, eo tempore quo paſcha faciūt, id eſt, incipiēte veris exodio: qui ſecundum lunæ curſum ſæpe quandam partem mēſis Martij poſſidet, interdum incipit in Aprili. *a niſan* Ergo ſi niſan Aprilē intelligimus, nonus menſis ſecundum ſupputationem Hebræorum December erit, Igitur decimus eſt mēſis eo tempore quo ſemina latitāt in terra, nec futura fœcunditas cōiectari poteſt. Numquid iam ait ſemen in germine eſt? Quod melius Hebraicè dicitur, in folliculo, vt thecā frumenti ſignificet. Numquid vinea, & ficus, & malogranatū, & lignum oliuę florem ſuum dederunt? vt ex flore intelligatur & fructus. H Vtique nono menſe (vt diximus) Decembri, futurarū nulla ſigna ſunt frugum. Ne igitur dicatis hoc me prudenti ratione coniicere, & futuram fœcūditatem de floribus arborum herbiſque ſegetum ſuſpicari: ecce nulla ſigna ſunt, & tamen ego prædico vobis: quia cœpiſtis ædificare tēplum meum, ad benedictionem meam, frugum omnium fœcunditatem Hoc ſecundum Hebraicum diximus. Cæterum ſecundum Lxx. longè alter eſt ſenſus: quē & ipſum primum debemus iuxta literam exponere, vt poſtea cœptus tropologiæ ordo tractetur. Ponite corda veſtra à die hac, qua templum fundatum eſt, in futurum: & videbitis tantas futuras eſſe ſegetes, & tanta de cunctis agris frumenta portari, vt area neſciat fruges ſuas, ſiue vt non ſint areæ ſingulorum: ſed prę multitudine iungatur area areæ, & arearum ſeparatio neſciatur in terra. Vinea quoque & ficus, & malogranatum, & lignū oliuę, quæ prius veſtro vitio non afferebant fructus quia mihi necdum cœperatis ædificare templum, tanta vuarum & pomorū abundantia curuabuntur, vt manifeſta fœcunditas manifeſtam indicet benedictionem. Nonum autē menſem, nō in bonam partem accipi, & quartus regnorum liber & Hieremiæ narrat hiſtoria, in quo obſeſſa dicitur eſſe Hieruſalem. *4. Reg. 25 a Hier. 39. a & 32. b* Tamē quoniam in fine noni menſis templi fundamenta iaciuntur, hoc intelligere poſſumus, quod non incipiatur extrui templum domini, niſi mala opera finiantur. Vnde & in viceſimaquarta die menſis eiuſdem, fundamētū tēpli ponitur, in quo numero duplex δωδεκάς & tres ὀγδοάδες, quatuorque ἑξάδες ſunt: de quo iam ſupra plenius diſputatum eſt. Quicumque ergo Dei cultui ſe dedicauerit, & contempſerit ἀθυμον, id eſt, negligentem patronū (qui in Ezdræ volumine iuxta Lxx. interpretes templum Dei ædificari vetat) iſte neſcit menſuram frugum & mercedis ſuæ. *1. Ezdr. 3. f Gal. 6. b* Vel certe propter hoc quod dicitur: ſi adhuc cognoſcetur ſuper terram area: qui ſeminauerit in ſpiritu, & de ſpiritu meſſuerit vitam æternam: nequaquam ſibi theſaurizabit in terra, ſed omnia opera eius & mercedes operum in cœleſtibus colligentur. Vinea quoque, id eſt, ſermo Dei, cuius in vnoquoque pater agricola eſt: & ficus Spiritus Sancti dona dulciſſima, & malogranatū, Eccleſiaſtica dogmata, & ſciētia ſcripturarum, quæ ſponſæ genis in cantico canticorū comparatur, & ligna oliuæ dabunt refectionem & illuminatio- *Cant. 8. b*

nem



E nem cordis ei qui cœperit ædificare templum Dei. Quod autē vinea & ficus & oliua (pauliſper de malogranato differo) referātur ad perſonam Saluatoris, & Dei patris, & Spiritus ſancti, in Iudicum libro plenius legitur: *Iudic. 9. a* vbi vadūt infructuoſa ligna, vt conſtituant regem ſuper ſe, dicuntq; per ordinē vineæ & ficui & oliuæ, vt regnent ſuper ea, & tā vinea quam ficus & oliua renuunt tale imperium, nec dignantur ſuper infructuoſa ligna regnare. Tunc illa veniūt ad dignum ſterilitatis ſuæ regem, id eſt, ad rhamnū, ſpinoſum fruticem, & arbuſculam ſentibus vnciniſq; cōtextam, quæ teneat quidquid attigerit, & retentū vulneret, & vulneratorum ſanguine delectetur, inſuper & ignem emittat à ſe, & regnata ligna cōſumat. Referimus autem rhamnum ad diabolum, & ſecūdum virgulti naturam, illius naturam interpretabimur. Porro vinea & ficus & oliua ibi erunt, vbi malogranatum fuerit: quę arbor propter granorum nimiam multitudinem, & intertextis membranulis quandam geometricam compoſitionem, & diuerſas quidem manſiunculas, ſed tamen omnes vno cortice comprehenſas, ſemper in ſcripturis ſuper Eccleſiæ perſona ponitur.

a Et factum eſt verbum domini ſecundo ad Aggeum in viceſima & quarta menſis, dicens. Loquere ad Zorobabel ducem Iuda, dicens: Ego mouebo cœlum pariter & terram, & ſubuertam ſolium regnorum, & conteram fortitudinem regni gentium, & ſubuertam quadrigam, & aſcenſorem eius, & deſcendent equi & aſcenſores eorum, vir in gladio fratris ſui. In die illa, dicit dominus exercituum, aſſumam te Zorobabel filii Salathiel, ſerue meus, dicit dominus, & ponam te quaſi ſignaculum: quia te elegi, dicit dominus exercituum.

a ¶ *Et factum eſt verbum domini ſecundo ad Aggeum in viceſima & quarta, &c.*] In Lxx. addita ſunt, mare & aridam, & minus habet: Conteram fortitudinem regni gentium: ꝙ plenius ex ipſorum lectione noſcitur. Notandum autem ꝙ in eadem die, hoc eſt, in viceſima & quarta noni menſis (tacito menſis numero, quia de Chriſti prophetabatur aduentu, & de regno eius) ſecundo ad Aggeum ſermo fit domini noſtri non in manu eius, vt prius, neque ad Aggeum prophetam, vt in viſione quarta: ſed tantum ad Aggeum, id F eſt, ad domini feſta celebrantem: quia nequaquam venturum, ſed venientem nuntiaret & cerneret: Et quo modo Abraham vidit diē Chriſti, & lætatus eſt: Et Ioannes agnū Dei digito demonſtrauit: *Ioan. 8. g Ioan. 1. d* ſic & ille videns regnum filii Dei, haberet in ſe vniuerſas ſolemnitates. In hoc loco apud pleroſq; diuerſa ſententia eſt: Alii enim ſuſpicantur de primo eius aduentu dici: alii de ſecundo, quando in ſua maieſtate futurus eſt. Nos vtrumque ſuſcipimus: quia & tunc regnauit cum venit, & poſtea regnaturus eſt. Attamen ſi de fine mundi voluerimus accipere: illud dicimus quod Apoſtolus ad Corinthios loquitur: *1. Cor. 15. b* Deſtruendum omnē principatum,

G & omnem poteſtatē, & virtutem: vt ſit Deus omnia in omnibus Et quia myſticum eſt ꝙ dicitur, & ad finē rerum pertinet, idcirco iubetur propheta ſolùm Zorobabel loqui: quem in typo Chriſti propter aſſumptionē corporis ex ſemine Dauid proceſſiſſe monſtrauimus. Huic ergo dicuntur quæ in fine vētura ſint: quod tranſeat figura huius mūdi, & fiat cælum nouū & terra noua, *1. Cor. 7. b Apoc. 21. a* & deſtruat omnem principatum, & poteſtatē, & virtutem, & diſſipet ſedes regū: ſiue vt habetur in Hebræo, regnorū: *ממלכות* & interficiat omnem fortitudinem contrariam: vt ipſis quoq;, qui ante regnauerāt, & gētes ſub ſua tenuerant ditione, proſit regni eorum deſtructio, & omni præliandi ſtudio diſſipato, ſequatur pax: hoc eſt enim quod ait: Et ſubuertam quadrigam, ſiue quadrigas, & aſcenſores earū, & deſcendent equi & aſcenſores eorū. Et vt ſciatis in ſubuerſione quadrigarum & corruentium equitum, hoc ꝙ diximus ſignificari: videte quo modo de Chriſto dicatur in Zacharia, ꝙ veniat manſuetus rex, & aſcendens ſuper iugalem & pullū aſinæ nouellum, *Zach. 9 b* & diſperdat quadrigas ex Ephraim & equum de Hieruſalem: vt fiat vnus grex & vnus paſtor, & vtrumq; agmen tam de gentibus, quā de Iudæis, ſub pacifico paſtore teneatur. Vt autem hæc quæ peruerſa ſunt deſtruantur, vnuſquiſq; in gladio (quem ego puto ſermonem eſſe doctrinæ acutiſſimum, & peruerſa quæq; reſecantem) conſurget aduerſus fratrem ſuum, amputās omne cōtrarium. Sed horum vniuerſorum finis eſt optimus. *Eph. 6. d* Poſt deſtructionem enim ſoliorum, & fortitudines regnantium, & quadrigarum, & equorū & equitum, in die illa, dicit dominus omnipotens: Aſſumā te Zorobabel filium Salathiel ſeruum meum. Seruus autem dicitur propter corpus humanum quia tunc & ipſe filius ſubiicietur ei qui ſubiecit ſibi omnia, & in ſubiectis omnibus videbitur & ipſe ſubiectus. H *1. Cor. 15. e* Sed cum hoc fuerit impletum, ponet illum Deus quaſi ſignaculum in manu ſua. Hunc enim ſignauit Deus pater: hic eſt imago Dei inuiſibilis, & forma ſubſtantiæ eius, *Ioan. 6. c Hebr. 1. a* vt quicumque crediderit in Deum hoc quaſi annulo cōſignetur. Obſecro te lector, vt ignoſcas celeri ſermone dictanti, nec requiras eloquii venuſtatem, quam multo tēpore Hebreæ linguæ ſtudio perdidi: quamquam me Alecto ſemper infantem ac mutum fuiſſe autumet. Cui ego dicam: *Dominus dabit verbum euangelizanti virtute multa.* *Pſalm. 67. b*

*Commentarii Hieronymi in Aggeum prophetam finis.*

# DIVI HIERONYMI PRESBYTERI
## IN PRIMVM COMMENTARIORVM ZACHARIÆ, AD EXVPERIVM THOLOSANVM EPISCOPVM.

### PROLOGVS.

*VLtimo iam autumni tempore frater noſter, filius tuus, Siſinnius monachus, tuæ mihi dignationis epiſtolam reddidit: qua lecta, gauiſus ſum eſſe te ſoſpitem, & memorem mei, omniumque fratrum, qui in ſanctis locis domino ſeruiunt: in quorum refrigeriis facis tibi amicos de iniquo Mammona, & præparas æterna tabernacula, vt poſsis cum Dauid dicere:* Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum: concupiſcit & deficit anima mea in atria domini. *Si enim* paſſer inuenit ſibi domum: & turtur nidum ſibi, vbi ponat pullos ſuos: *Luc. 16. a Pſalm. 83. b* *cur tu qui Pontifex domini es, & calcas in fine mundi torcularia, vt ſitientibus populis ſanguinis* Chriſti *vinum tribuas, non libere proclamabis ac dices: Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum: beati qui habitant in domo tua? Audio te in valle lachrymarum, in loco quem Deus poſuit ad certamen, vt vincentibus coronam daret, aſcenſiones in tuo corde diſponere, & ire de virtute in virtutem, & imitari domini paupertatem: vt cum illo diues fias, & in te reclinet caput, & per ſingulos dies ſuſcipiatur, viſitetur, alatur, veſtiatur, & præcipue in ſanctarum ſcripturarum lectione feruere. Cumque tibi cuperem ingenioli mei aliquod offerre munuſculum, vt cœpta in duodecim prophetas explanatio perueniret ad calcem, ſuſceptum opus deſerere nolui: ſed quod & abſque te dictaturus eram, tuo potiſſimum nomini conſecraui, & gaudeo quod obſcuriſſimus liber Zachariæ prophetæ, & inter duodecim longiſſimus eo tempore differendus eſt, quo ob feſtinationem eius, qui reuerſurus eſt, nullam moram*

A *patitur interpretatio: ſed velim nolim ſaltem lucratiuis per noctem horis atque furtiuis dictare compellor, quod tibi dirigam. Scripſit in hunc prophetam Origenes duo volumina vſque ad tertiam partem libri à principio. Hippolitus quoque edidit commentarios, & Didymus quinque explanationum libros me rogante dictauit: quos cum aliis tribus in Oſee & Michea προσεφώνησεν: ſed tota eorū ἐξήγησις allegorica fuit, & hiſtoriæ vix pauca tetigerunt. Itaque imitari cupiens illum patrem familias, qui* profert de theſauro ſuo noua & vetera, *& ſponſam de Cantico canticorum,* Matt. 15. g *quæ dicit, Noua cum veteribus fratruelis meus ſeruaui tibi: hiſtoriæ Hebræorum tropologiam noſtrorum miſcui, vt* Cant. 7. d *ædificarem ſuper petram, & non ſuper arenam, ac ſtabile iacerem fundamentum quod Paulus architectus poſuiſſe ſe* 1. Cor. 3. b *ſcribit. Tuæ beneuolentiæ erit, non eruditionem noſtram, quæ vel nulla vel parua eſt, ſed pronam in te ſuſpicere voluntatem: vt nos ad cætera prouoces, & in longo ſcripturarum campo currere cohorteris. Si qui autem ſunt, quibus interpretationem & horum & aliorum voluminum ante promiſi, ignoſcant incredibili in te amori meo, & quidquid tibi ſcripſi, ſibi ſcriptum arbitrentur:* Charitas *enim* benigna eſt, *charitas* non æmulatur, non quærit quæ ſua 1. Cor. 13. b ſunt. *Sed iam tempus eſt, vt Zachariæ verba ponentes, Spiritu ſancto interpretationis vela pandamus.* C

# COMMENTARII HIERONYMI IN ZACHARIAM PROPHETAM.

## LIBER PRIMVS.

### CAP. I.

**HEB.**

IN menſe octauo, in anno ſecundo Darii regis, factum eſt verbū domini ad Zachariam filium Barachiæ, filiū Addo prophetam dicēs. a Iratus eſt dominus ſuper patres veſtros iracundia, & dices ad eos: Hæc dicit dominus exercituum: Conuertimini ad me, ait dominus exer-

### CAPVT I.

**SEPT.**

*IN octauo menſe anni ſecundi ſub Dario, factum eſt verbum domini ad Zachariā Barachiæ filium Addo, prophetam, dicens: Iratus eſt dominus ſuper patres veſtros ira magna: & dices ad eos: Hæc dicit dominus omnipotens, Conuertimini ad me, dicit dominus virtutum,*

IN *menſe octauo, in anno ſecundo Darii regis, factum eſt verbum domini ad Zachariam filium Barachiæ, &c.*] Secundo anno Darii filii Hyſtaſpis ſeptuageſimū deſolationis tēpli annum, qui ab Hieremia Hier. 25. e & 29. c prædictus eſt, fuiſſe completum, ipſe Zacharias teſtis eſt, dicens: *Domine exercituum, vſquequo non miſereberis Hieruſalem, & vrbiū Iuda, quibus iratus es? Ecce iſte ſeptuageſimus annus* Infra e B *eſt.* Nulliq; dubium quin Cyrus rex Perſarum, qui Chaldæorum deſtruxit imperium, primo anno regni ſui quinquaginta circiter millia hominum captiuorū de Babylone remiſerit in Iudæā: qui vaſa quoq; quæ Nabuchodonoſor abſtulerat, reddidit, & tēplū ædificari iuſſit in Hieruſalem: Principeſq; populus qui reuerſus eſt, conſtituit Zorobabel filium Salathiel, & Ieſum filium Ioſedech ſacerdotem magnum. Interfecto igitur apud Maſſagetas Cyro, qui triginta annis regnauit in Perſis à Tomyri regina Maſſagetarū, Cambyſes filius eius ſucceſſit in regnum: qui expletis octo annis, duos magnos fratres habuit ſucceſſores: quibus occiſis à populo, Darius filius Hyſtaſpis, ex ſententia ſeptem familiarum rex Perſarum conſtitutus eſt. Cui⁹ regni anno ſecundo factus eſt ſermo domini ad Aggeum prophetā, & ad Zachariam filium Barachiæ filium Addo. Super Aggeo iam diximus: de Zachariæ titulo pauca dicenda ſunt, Qui cum ſit filius Barachiæ, quæritur quare dicatur filius Addo: Nec ambigitur iuxta 2. Par. 12. d 3. Reg. 13. a Paralipomenon librū, quin ipſe ſit Addo, qui miſſus eſt ad Hieroboam filium Nabath, ſub quo altare diruptum eſt, & 2 Ezdr. 3 a manus regis aruit, rurſumque ad preces illius reſtituta eſt. Igitur à primo anno Cyri regis, vſque ad ſecundum annum Darii filii Hyſtaſpis, ſupputantur anni quadraginta: in quibus tantum altare fuerat extructum, & iacta templi fundamenta, vicinis in circuitu nationibus opus prohibentibus. & Cambyſe rege Perſarum, qui ſuper hac re ad principes 1. Ezdr. 4. 5. Syriæ κοίλης, & Phœnicis ac Samariæ literas miſerat: Super quo plenius Ezdras ſcribit hiſtoriam. Sed Aggeus in menſe ſexto, in die prima eiuſdem menſis, prophetare exorſus eſt. Zacharias vero in eodem quidem anno, ſed non in eodem menſe: Nam poſt duos menſes, octano ſcilicet anni menſe fudit vaticinium. Vnde recte iuxta ordinem duodecim prophetarum, ille decimus, & hic vndecimus ponitur. Magnæque confidentiæ eſt, imo ſpei fideique in dominum vt quod tanto tempore prætermiſſum eſt, vel rege prohibente, vel gentibus, ad commonitionem duorum hominum facere incipiant. Hæc iuxta hiſtoriam ſolito more præmiſſus: Nunc ſecundum ἀναγωγὴν breuiter diſſerendum eſt. Octauus apud Hebræos mēſis, qui apud illos a מרחשון: a marcheſnan. apud Ægyptios athyr, apud nos Nouember dicitur, hyemis exordium eſt: in quo æſtatis calore conſumpto, omnis terra virore nudatur, & mortalium corpora contrahuntur: nec eſt vlla ex lege ſolemnitas Scriptum eſt enim, Exod. 23. b quod ter per annum apparere debeat omne generis maſculini coram domino Deo noſtro. Prima feſtiuitas eſt Azymorum Phaſe, quod apud Deut. 16. Leuit. 23. f nos Græco Latinoque ſermone paſcha dicitur. Secunda pentecoſtes, poſt ſeptem D hebdomadas, in qua panes propoſitionis de nouis primum frugibus offeruntur. Tertia in menſe ſeptimo, tubarum, propitiationis & tabernaculorum, id eſt, σκηνοπηγίας, cuius extrema dies egreſſio ἐξόδιον. appellatur & terminus. Ergo in captiuitate populus conſti- Leuit. 23. f Sec. 70. tutus, & adhuc ſub rege Perſarum: necdum ædificato templo, necdum mœnibus muriſq; vrbis extructis: non videt prophetiam tempore lætitiæ, ſed poſt lætitiā. Et tamē quia habebat memoriam domini, & propter memoriam, benedictionem, & ob benedictionem, teſtimonium: Idcirco ad eū Zacharias filius Barachiæ, filius Addo mittitur. Zacharias interpretatur μνήμη κυρίου, id eſt, memoria domini: Barachia, benedictio domini: Addo, teſtimonium eius. Videamus ergo, ſermo domini, qui erat in principio apud Deum זכריה ברכיה עדו patrem, quid in Zacharia propheta ſit locutus ad populū.

a ¶ *Iratus eſt, &c.*] Ira domini non perturbationem eius ſignificat q iraſcitur, ſed eorū merita atq; peccata, in quos Dei ira deſæuit: alioquin dn̄s numquā iratus vlciſcitur, ſed ad hoc corripit, vt emendet. Vnde & propheta precatur in pſalmis: *Domine ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me.* Et in alio loco legimus: *Corripe nos domine: veruntamē, non in furore tuo, ſed in miſericordia.* Iratus eſt ergo dn̄s ſu- Pſal. 6. Hier. 10. d per patres eorū, qui nunc corripiūtur: nō iuxta Lxx. interpretes ira magna, ſed ira ſimpliciter. Si enī ira magna eſſet iratus, nunquam per Danielem & Ezecielem captiuos ad pœnitentiā prouocaſſet. Cumque in illos iratus ſit, ad vos loquitur domin⁹ exercituū: pro quo in Hebraico poſitū eſt b יהוה צבאות: quod interdum Lxx. omnipotentem, interdū b adonai ſebaoth virtutum, tranſtulerunt. Et loquitur: *Conuertimini ad me, & cōuertar ad vos:* iuxta illud q legimus: *accedite ad dominum, & accedet ad vos.* Quibus hoc contrarium eſt: receſſiſtis à me, & ego receſſi à vobis. Præcipit autem eis, vt reuertantur ad dominum, qui de Babylonia ſunt reuerſi, vt & dominus reuertatur ad eos: ne incipiant ſuſtinere filii, q quondam ſuſtinuerūt patres, ad quos ſimiliter prophetæ illius tēporis ſunt locuti. Notandum q in paucis verſiculis, breuibuſque ſenten-



**HEB.**

exercituū, & cōuertar ad vos, dicit dominus exercituū: Ne ſitis ſicut patres veſtri, ad quos clamabāt prophetę priores, dicentes: a Hæc dicit dominus exercituū: Cōuertimini de viis veſtris malis, & de cogitationibus veſtris peſſimis, & non audierunt neq; attenderunt ad me, dicit dominus. b Patres veſtri vbi ſunt, & prophetæ? numquid in ſempiternum viuent? veruntamen verba mea & legitima mea, quæ mandaui ſeruis meis prophetis, numquid non comprehenderunt patres veſtros? & conuerſi ſunt, & dixerunt: Sicut cogitauit dominus exercituum facere nobis ſecundum vias noſtras, & ſecundum adinuentiones noſtras, ita fecit nobis. c In die viceſima quarta vndecimi menſis Sabat, in anno ſecundo Darii, factum eſt verbum domini ad Zachariam filium Barachiæ, filium Addo, prophetam, dicens. d Vidi per noctem, & ecce vir aſcendens ſuper equum rufum, & ipſe ſtabat inter myrteta, quæ erant in profundo, & poſt eū equi rufi, varii, & albi, & dixi. Quid ſunt iſti domine mi? Et dixit ad me angelus, qui loquebatur in me: Ego oſtendā tibi quid ſint

**SEPT.**

*tum, & conuertar ad vos, dicit dominus virtutum. Et nolite fieri ſicut patres veſtri, quos arguerunt prophetæ, qui prius fuerant, dicentes: Hæc dicit dominus omnipotens: Conuertimini à viis veſtris peſſimis, & ab adinuentionibus veſtris malis, & non attenderunt, vt audirent me, dicit dominus. Patres veſtri vbi ſunt & prophetæ? nunquid in ſempiternum viuent? Veruntamen ſermones meos & legitima mea ſuſcipite, quæ ego præcipio in ſpiritu meo ſeruis meis prophetis, qui comprehenderunt patres veſtros, & reſponderunt atque dixerunt: Sicut præparatus eſt dominus omnipotens vt faceret nobis ſecundum vias noſtras, & ſecundum adinuentiones noſtras, ſic fecit nobis.* Quarta *& viceſima, vndecimo menſe, qui eſt menſis Sabat, in ſecundo anno ſub Dario, factus eſt ſermo domini ad Zachariam Barachiæ, filium Addo, prophetam, dicens: Vidi in nocte, & ecce vir aſcendens ſuper equum rufum, & ipſe ſtabat inter duos montes vmbroſos, & poſt eum equi rufi, & varii, & albi, & dixi: Quid ſunt iſti domine? Et dixit ad me angelus, qui loquebatur in me. Ego oſtendam tibi quid ſint hæc. Et reſpon-*

E ſententiis ſemper in Aggeo & Zacharia addatur: dicit dominus exercituum: vt ſciant dominum eſſe qui præcipit, & aduerſus regis imperium & hoſtes circumfrementes, & hac ad ædificationem templi fiducia concitentur.

a ¶ *Hæc dicit dominus, &c.*] Ex ſuperioribus pendet ſententia, & quæ ſequuntur prioribus coaptanda ſunt. Non enim Zacharias ad populū loquitur, ſed oſtēdit quid priores prophetæ ad patres eorū locuti ſunt: ad quos clamauerunt, dicentes: Hæc dicit dominus exercituum: Cōuertimini de viis veſtris malis, & cogitationibus veſtris peſſimis. Hoc clamabat Eſaias, hoc Oſee, Iohel, Amos, & Hieremias: vt vias malas deſererēt, & cogitationes peſſimas derelinquerēt, quibus & opere & mēte peccabāt: & nihilominus per prophetas dominum cōmonentem nō audierunt, neq; attenderūt: nequaquam prophetas qui eis loquebātur ſed me dicit dominus: In illis enim ego eram, qui loquebar & contemnebar. Vnde & dominus in euangelio: *Qui vos* Matt. 10. d *inquit, recipit, me recipit.*

b ¶ *Patres veſtri vbi ſunt, & prophetæ? numquid in ſempiternum viuēt, &c.*] Vbi ſunt, inquit, patres veſtri, qui nō audierunt, neq; attenderūt me? F vbi prophetæ veſtri? ἀπὸ κοινοῦ enim audiendum eſt: Patres veſtri vbi ſunt, id eſt, pſeudoprophetæ: numquam enim de ſanctis prophetis diceret: nūquid in ſempiternum viuent? Et his ergo qui peccauerūt, & noluerūt ad me reuerti, & his qui peccātes falſis pollicitationibus deceperunt morte ſubtractis, verba mea, q̄ per prophetas meos locutus ſum permanent in æternum: quæ comprehenderūt patres veſtros, & oſtenderunt vera eſſe quæ dixi. Qui patres veſtri rerum exitu prophetarum meorum in ſe vaticinia cōprobātes, conuerſi ſunt ad pœnitētiam, atque dixerunt: Sicut prædixit dominus exercituū vt faceret nobis, ſecundum opera noſtra atque peccata reddidit nobis. Legamus Da- Dan. 9. nielem ex perſona ſua & populi, domino cōfitentē, quod eum audire noluerint, & iuſte ſibi acciderint quæcumque perpeſſi ſunt.

c ¶ *In die viceſimaquarta vndecimi menſis Sabat, in anno ſecundo Darii, &c.*] Quidam pro vndecimo menſe ponunt duodecimum, & viceſimum quartum diem eiuſdem mēſis arithmeticis rationibus interpretantes, quadrangulum firmum & ſtabilem numerum ſuſpicantur: volētes certa eſſe & ſtabilia qui ſcribuntur: Nos autem dæcam⁹, quod in eodem anno Darii regis ſecundo, tertio menſe poſt primam viſionē, id eſt, vndecimo poſt octauum, qui apud Hebręos c ſebat appellatur c שבט, rurſum ad Zachariam factus ſit ſermo domini. Secundū numerum eſſe immūdum, & ad coniunctionem carnis & rerum ſęculi ac materiæ pertinentē, ſępe docuimus. Menſis autē vndecimus, qui appellatur d שבט, G d ſebat & lingua noſtra in virgā vertitur, auſteritatē & correptionem ſonat: iuxta illud Apoſtoli: *Quid vultis in virga veniam* 1. Cor. 4. d *ad vos?* Et pſalmiſtæ dicentis: *Virga tua, & baculus tu⁹ ipſa me* Pſalm. 22. b *conſolata ſunt:* Et eſt in acerrimo tempore hyemis: qui ab Ægyptiis Mechir, à Macedonibus, Περίτιος à Romanis Februari⁹ appellatur. Viceſima quoq; quarta mēſis dies, illuſtrē noctis vmbrā ſignificat: deficiēte luna in tenebras, & cęco ac perpetuo noctis horrore creſcente. Vnde cōgrue, qui adhuc in captiuitate erāt, & maiore ſui parte in Medis atq; Chaldæis & Aſſyriis exulabant, in ſecūdo anno & vndecimi mēſis, grauiſſimo frigore, & in viceſimaquarta die eiuſdem menſis, cernunt Iudaico populo quæ ſequūtur.

d ¶ *Vidi per noctem, &c.*] Primum diſſeramus hiſtoriā: Vidi, inquit, per noctem: nō in die ſicut Moyſes, qui Deum Exod 33. b Eſa. 6. a facie videbat ad faciē. Et Eſaias qui loquebatur: *Vidi dominum ſuper thronum excelſum, & eleuatum:* antequam populus duceretur in captiuitatē: antequā Hieruſalem deſtrueretur & tēplū: ſed adhuc in ſeruitutis malis populo cōſtituto, ea quę pro eis videt, cernit in tenebris. *Et ecce vir aſcendēs* H *ſuper equū rufum:* Hūc Hebræi Michaelem angelum putant, qui vltor iniquitatum & peccatorū ſit Iſrael. Et q ſteterit inter myrteta, quæ erāt in profundo. Myrtos volūt prophetas & ſāctos: qui in medio captiui populi verſabātur, & erāt in profundo. Virum autē, id eſt, Michaelē, equi rufi & varii & albi ſequebātur, ordine vt exiſtimāt cōmutato: vt albi Medos Perſaſque ſignificent: quia ſub ipſis dimiſſa captiuitas & tēplum inſtauratū eſt. Varii, Macedonas, quorum nōnulli amici, alii perſecutores fuerūt. Pleniſſime ſuper hoc Danielis vltima viſio Dan. 8. loquitur. Rufi vero regnū Romanorum cruētum & ſanguinarium, q populum interfecerit, templumq; ſubuerterit. Alii vero ordinē, qui ſcriptus eſt conſeruātes, virum qui aſcēderit ſuper equum rufum, & equos rufos & varios & albos, quatuor regna interpretātur. Primū & ſecūdum ſanguinarium, Aſſyrios & Chaldęos: quorum primi decē tribus ſub Salmanaſar duxere captiuas. Secundi Iudā & Ben- 4 Reg. 17 a & 25. a iamin incēſa Hieruſalem ciuitate temploq; ſubuerſo. Tertios & quartos varios & albos, Medos ſignificari putant & Perſas: quorum alii clemētes fuerunt: vt Cyrus, Darius filius Hyſtaſpis, & Aſſuerus, quē Græci Artaxerxen vocant, ſub quo Heſter impletur hiſtoria: alii crudeles, vt Cambyſes & cæteri. Vidēte ergo propheta virū aſcendentē ſuper equum rufum, & poſt eum equos rufos, varios, & albos, & ignorāte quod viderat, viſioniſq; ſuæ cupiente ſcire rationem, atque dicente: *Quid ſunt iſti domine mi?* Angelus qui

 loque-

A loquebatur in eo, promittit ſe eſſe dicturum, & illo reticẽte, vir qui ſtabat inter myrteta cõmemorat. Iſta ſunt regna quibus præcepit dominus vt perambularent terram, & ſuæ eam ſubiicerent poteſtati. Deniq; angeli, qui regnis & nationibus pręſidebant, non ad alium veniunt, ſed ad ipſum virum & angelũ domini, qui ſtabat inter myrteta, & dicũt: Perãbulauimus terrã, & ecce omnis terra habitatur, & quieſcit. Et eſt ſenſus: Omnia ſub nobis regna tuta ſunt & pacata, nec aliqua premũtur anguſtia. Ex qua reſpõſione, angelus qui interpellabat ꝑ Iſrael, occaſione accipit pro populo deprecandi, & dicit ad dñm: Cum omnis orbis quietus ſit & pacatus, quare dñe nõ misereris Hieruſalem & vrbium Iuda, maxime cum ſecundum promiſſa tua captiuitatis tempus expletũ ſit? Reſpõditque dñs angelo, qui loquebatur in propheta, verba bona, verba cõſolatoria: Bona de futurorũ promiſſione, conſolatoria de præſentium neceſſitate. Hæc iuxta literã, ne videremur celare noſtros quæ à peregrinæ linguæ magiſtris didicimus. Cæterum eccleſiarũ magiſtri, noctem in qua cernitur viſio, obſcuritatẽ myſticæ viſionis intelligunt. Pſal. 17. b *Poſuit* enim Deus *tenebras latibulũ ſuum.* Et iuxta LXX. interpretes de eo dicitur B Pſal. 103. a *Abyſſꝰ ſicut veſtimentũ amictus eiꝰ.* Vir autẽ qui aſcẽdebat ſuper equum rufum, dñs atque Saluator eſt: qui diſpẽſationẽ noſtræ carnis aſſumẽs, audit in Eſaia: Eſa. 63 a *Quare rubra ſunt veſtimẽta tua?* Hic qui nunc captiuo populo rufus oſtẽditur, in Apocalypſi Ioannis Apoc. 3 & 6. a in candidis veſtibꝰ, & in cãdido equo ſedere deſcribitur. Quod autẽ ſtare dicitur inter duos mõtes vmbroſos (licet in Hebręo nõ habeatur, duos) nouũ & vetus inſtrumentum: quod dẽſiſſimis foliis & nemore, & vmbroſis ſiluis dicitur eſſe coopertũ: quia multis obſcuritatibꝰ inuolutum eſt. Myrteta autem, quæ erant in profũdo, inter quæ ſtare deſcribitur, angelicas intelligunt poteſtates: quæ ei etiam in carne poſito miniſtrarunt. Vel certe montes (vt tollamus quod ſcriptum non eſt, duos) abſolute & abſque numero, plurimos ſanctos ſentire poſſumus, & Apoſtolos atq; apoſtolicos viros: qui totum orbẽ rufi & varii & albi peragraſſe memorãtur: Quorũ alii martyrio coronati ſunt, & appellantur rufi. Alii operibꝰ & doctrina & varietate ſignorum, varii nuncupãtur. Alii virginitatis integrorumq; dogmatum & puri cordis, quod cernit Deum, præmia ſuſceperunt. Denique interrogat propheta eundem virum, & angelũ qui ſtabat inter myrteta, & dicit: Qui ſunt iſti domine mi? Et angelus qui loquebatur in eo, ſenſus videlicet prophetalis, promittit ſe oſtẽſurum eſſe ꝙ cernitur. Cumque promiſerit, nõ ipſe reſpondit, ſed alter qui ſtabat inter myrteta, & dicit: Iſti ſunt, quos miſit dominus vt perambularent terram. A domino enim miſſi ſunt Apoſtoli, vt totum orbem euãgelica prædicatione complerent: qui poſtquam expleuerunt opus, reuerſi ſunt ad magni conſilii angelum, qui ſtabat inter eos, qui cum Apoſtolo loquebantur: 2. Cor. 2. d *Chriſti bonus odor ſumus, in his qui ſalui fiunt, & in his qui pereunt,* & inter vtriuſq; vocationis populos: Et dixerũt ad eum: *Per-*

HEB.

ſint hæc. Et reſpondit vir qui ſtabat inter myrteta, & dixit: Iſti ſunt quos miſit dominus, vt perambulent terram. Et reſponderunt angelo domini, qui ſtabat inter myrteta, & dixerunt: Perambulauimus terrã, & ecce omnis terra habitatur, & quieſcit. Et reſpondit angelus domini, & dixit: Domine exercituum vſquequo tu nõ miſereberis Hieruſalem, & vrbium Iuda, quibus iratus es? Iſte ſeptuageſimus annus eſt. Et reſpõdit dominus angelo qui loquebatur in me verba bona, & verba cõſolatoria. a Et dixit ad me angelus, qui loquebatur in me: Clama, dicens: hæc dicit dominus exercituum: zelatus ſum Hieruſalem, & Siõ zelo magno: & ira magna ego iraſcor ſuper gentes opulentas: quia ego iratus ſum parum, ipſæ vero adiuuerunt in malum. Propterea hæc dicit dominus, reuertar ad Hieruſalem in miſericordiis, & domus mea ædificabitur

*ambulauimus terrã*, impleuimus opus quod nobis iniunctũ eſt, & ecce omnis terra habitatur & quieſcit: quæ ante deſerta erat à Deo, nunc habitatio eius eſt: quieſcit à bellis, à vitiorum pręliis atq; peccatis: quia hæreditatẽ dñi ſuſcepit, reuertẽtis ad patrem, atque dicentis: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis.* Ioan. 14. a C Quod autẽ plena miſericordia poſtulatur: vt inſtãte anno ſeptuageſimo miſereatur Deus Hieruſalem, & vrbium Iuda: ad illam intelligentiam referunt: Quod quã diu vera pax veniat, & ſabbatiſmus, & ſeptemdecadarum numerus, id eſt, annꝰ ſeptuageſimus impleatur: nec Hieruſalẽ plenã recipiat libertatẽ (quæ interpretatur viſio pacis, & eſt Eccleſia) nec vrbes Iuda, animæ dominum cõfitentes. Deniq; dominus repromittit verba bona, & verba cõſolatoria: ꝙ nunc ex parte cernimus, & ex parte prophetamus. *Cum autẽ venerit quod perfectũ eſt, deſtruantur quæ ex parte ſunt:* 1. Cor. 13. c & liberati de Babylone huiꝰ ſæculi, clamemus: *In conuertendo dominus captiuitatem Sion, facti ſumus ſicut conſolati.* Pſalm. 125. a

a ¶ *Et dixit ad me angelus, qui loquebatur in me, &c.*] Adhuc verba bona & verba cõſolatoria hæc ſunt, quæ nunc propheta clamare præcipitur: ꝙ zelatus ſit dñs Hieruſalem & Sion zelo magno. D Qui autem zelatur, amare ſe eam quã zelatur oſtendit: nequaquam dicẽs per Hieremiam: Hier. 13 a *Sicut deſpicit mulier virum ſuum, ita deſpexit me domus Iſrael.* Cui per Ezechielem dominus loquebatur: Ezech. 16. c *Iraſcens iam non iraſcar tibi, & zelus meus receſſit à te.* Qui ergo zelatus eſt Hieruſalem & Sion (vna eſt autem & eadem ciuitas) nunc iraſcitur ſuper gentes opulentas: quas ſupra equos rufos & albos & varios nominauit: quod ipſe tradiderit eos ad corripiẽdũ, illæ vero ſęuierint in traditos: hic vt filium à pædagogo voluerit emendari: illę vt hoſtem interficere, & punire conatę ſint. Cui ſimile eſt illud in Eſaia: Eſa. 47. b Sec. 70. *Ego dedi eos in manu tua: tu autem nõ feciſti eis miſericordiam: Senis agrauaſti iugum valde, & dixiſti: ero in ſempiternum domina.* Zelus autem ἀνθρωποπαθῶς ſic accipitur vt ira. Ex quo loco conuincuntur hæretici, qui veteri detrahunt teſtamento: quod iraſcens Deus non perdere cupiat eos in quos iraſcitur, ſed emendare. Quia ergo, inquit, zelatus ſum Hieruſalem & Sion zelo magno, quas aduerſarii pluſquam volueram depreſſerunt: Idcirco hęc dicit dominus: Reuertar non in vna miſericordia, ſed in multis miſericordiis ad Hieruſalem: & domus mea, id eſt, templum ædificabitur in ea ſub Zorobabel, & Ieſu filio Ioſedech, & perpendiculum cementariorũ extẽdetur ſuper Hieruſalẽ. Poteſt Hieruſalem & Siõ viſio pacis & ſpecula, quæ non bella ſæculi, nec humilia atq; terrena, ſed pacem atq; cõcordiam, & cœlorum excelſa cõſiderat, Eccleſia intelligi: Cui propter vitia atq; peccata, & refrigeſcẽtẽ quotidie charitatem iraſcẽs dominus tradet eam perſecutionibus: vt quaſi in conflatorio mundum aurum appareat & argẽtum. Aduerſarii vero, quibus tradita eſt, eam delere nitẽtes, implent Hieruſalem cruore cæſorum à porta vſq; ad portam. Vnde dominus & miſericordiam repromittẽs rurſum,

SEPT.

*reſpondit vir qui ſtabat inter montes, & dixit ad me: Iſti ſunt quos miſit dominus, vt circuirent terram. Et reſponderunt angelo domini, qui ſtabat inter montes, atque dixerunt:* Circuiuimus *omnem terram, & ecce omnis terra habitatur, & quieſcit. Et reſpondit angelus domini, & dixit, Domine omnipotens, vſquequo non miſereberis Hieruſalem, & vrbium Iuda, quibus iratus es? Iſte eſt ſeptuageſimus annus. Et reſpondit dominus angelo qui loquebatur in me verba bona, & ſermones conſolatorios. Et dixit ad me angelus, qui loquebatur in me: Clama, dicens: hæc dicit dominus omnipotens: zelatus ſum Hieruſalem & Sion zelo magno, & ira magna ego iraſcor ſuper gentes, quæ ſuperimpoſitæ ſunt: pro eo quod ego quidem iratus ſum modicum, ipſi vero ſuperpoſiti ſunt in mala. Propterea hæc dicit dominus: conuertar ad Hieruſalem in miſericordia, & domus*

*mus*



E rurſum eam ædificaturum eſſe ſe dicit. Et perpendiculum ſiue funiculum ſecundum menſuras & ordines ſingulorum in ea eſſe tendendum. Quid ſit autem funiculus, ſequenti capitulo demonſtratur, vbi dicit propheta: Leuaui oculos meos & vidi, & ecce vir, & in manu eius funiculus menſorũ. Templum autem Dei, quod aduerſarij deſtruxerũt, poteſt & domini venerabile corpus intelligi: de quo ipſe dicebat: Ioan. 2. d *Soluite templũ hoc, & ego in triduo ſuſcitabo illud.* Quod in paſſione deſtructum, in reſurrectione ſuſcitatũ eſt, & omnium templorum ſeminariũ atque exordium fuit: de quibus & Apoſtolus loquitur: 2. Cor. 6. d *Vos eſtis templum Dei, & Spiritus Sanctus habitat in vobis.*

a ¶ *Adhuc clama, dicens,* &c.] Angelus qui ſupra dixerat ad prophetã: *Clama, hæc dicit dominus exercituum:* nunc quoq; impellit vt clamet, non vocis intentione, ſed mẽtis, hoc eſt, quod clamandum præcipit: Adhuc affluent ciuitates meæ bonis, quas nunc cernis à Babylonio igne vaſtatas: rurſum rebus omnibus abundabunt, & pręſentibus bonis præteritam miſeriam Dominus conſolabitur, & eliget Hieruſalem quam paulo ante proiecerat. Quod ſi referimus ad Eccleſiam, cui vera bona & perpetua pollicetur: illa bona eſſe credenda ſunt, de quibus ſcriptum legimus: *Videas bona Hieruſalem.* F Pſalm. 127 a Et in alio loco: Eſai. 1. c *Si volueritis, & audieritis me, quæ bona ſũt terræ comedetis.* Et illud: *Fidens eris in domino, & eleuabit te ſuper bona terræ.* Pſalm. 50. c Quę ſibi vir ſapiens, cui dominus incerta & obſcura ſuæ ſapientię reuelarat, ſpe futurorum promittit, & dicit: *Credo videre bona domini in terra viuentium.* Pſalm. 26. d His bonis poſt ſæuiſſimæ perſecutionis incendia, quæ & à gentilibus & ab hæreticis Arianis Eccleſię domini pertulerunt, pace reddita, videmus domini Eccleſias affluere, & conſolatam Sion & electam Hieruſalem, quas dudum abiecerat: Hoc ipſum & de templo domini, & de vnoquoque credentium intelligere poſſumus. Quidam conſolatam Sion, electã Hieruſalem, & cætera quæ in hunc modum à prophetis omnibus prædicantur, ad cœleſtem Hieruſalem referunt: quæ deſtructa per ruinam, per virtutes ædificanda ſit. Quæ nos omnia rectius ſuper Eccleſia interpretabimur.

b ¶ *Et leuaui oculos meos, & vidi, & ecce quatuor cornua. Et dixi ad Angelum,* &c.] Quatuor cornua, quæ ventilauerũt, & diſperſerunt Iudam, & Iſrael, & Hieruſalem, quatuor gentes eſſe: Babylonios, Medos, atque Perſas, & Macedonas ac Romanos, & nunc dominus à propheta interrogatus exponit, & Daniel pleniſſime replicat: Dan. 2. c Qui in viſione imaginis, quæ habebat aureum caput, & pectus argenteum, & ſubumbilicum æneum, & crura ac pedes ferreos & fictiles: has quatuor gentes interpretatus eſt. Et rurſum in alia viſione quatuor beſtias: Dan. 7. leænam & vrſum & pardum, & aliam horribilem beſtiam, cuius nomen non poſuit, eaſdem gẽtes ſub alia figura monſtrauit. Medos autem & Perſas vnum regnum eſſe poſt victoriam Cyri, non ambigit, qui & ſæculares & ſacras literas legerit. Et rectiſſimè pro regnis cornua poſuit: hanc habente ſcriptura ſancta conſuetudinem, vt regnum ſemper interpretetur in cornibus, vt eſt illud: 1. Reg. 2. b Luc. 1. g Dan. 7. b *Et exaltauit cornu Chriſti ſui.* Et in alio loco: *Et erexit cornu ſalutis nobis, in domo Dauid pueri ſui.* Et decẽ cornua in vltimo regnatura, idem Daniel propheta teſtatur. Eo ergo tempore, quo hæc viſio cernebatur, iam Babyloniorum regnum præ-

G terierat, inſtabat Perſarum atque Medorum, futurum erat Græcorum atque Macedonum & Romanorum. Quæ Babylonij, quæ Medi atq; Perſæ, quę Gręci, id eſt, Macedones fecerint Iudæ, Iſrael, & Hieruſalẽ, vir eruditus agnoſcit: maximè ſub Antiocho, cognomento ἐπιφανεῖ, ſub quo Machabæorum hiſtoria texitur. Poſt aduentũ quoq; domini Saluatoris, Luc. 19. g quãdo circundata eſt Hieruſalem, quę ſuſtinuerint Iſraelitæ, & Euangelium ante denuntiat, & Ioſephus hiſtoriæ Iudaicæ ſcriptor vernaculus pleniſſime edocet. Iſta cornua ventilauerunt, & diſperſerunt Iudam per ſingulos propemodum viros: vt nemo eorum graui malorũ põdere depreſſus leuaret caput. Quatuor quoq; fabros ſiue artifices, quos Gręci τέκτονας vocãt, non ipſe propheta conſpicit, ſed ei dominus oſtendit, & exponit qui ſint fabri & artifices, quos nos Angelos intelligimꝰ obediẽtes dominicæ poteſtati: vt quod gẽtes deſtruxerãt, iſti ędificent. Hoc autem, pro quo nos ex Hebræo interpretati ſumus: *Venerunt iſti deterrere ea*, regna videlicet: LXX. interpretati ſunt: *Venerunt iſti exacuere ea in manibus ſuis.* Exacuere autem pro deterrere accipiẽdũ eſt. Vel certe deterrere, vt omnia ſub Chriſti iugo colla ſubmittãt, & nõ (vt quidam interpretatus eſt) cum ex acuta fuerint, peiora fiant: H Si enim ad hoc veniãt Angeli vt malos peiores faciant, nõ fabri appellandi ſunt, id eſt, deſtructores malorum, & ædificatores bonorum, ſed & ipſi pro malis & deſtructoribus accipiendi. Et hoc notandum, quod iſta quatuor cornua gentium, vnum contra populum Dei cornu eleuauerint: non enim regnauerunt pariter, & ſimul oppreſſerunt Iſrael: ſed ſibi inuicem ſucceſſerunt: Babyloniis Medi & Perſæ: Perſarum regno, regnum Macedonum: regno Macedonum, imperium Romanorum. Hæc ſequentes hiſtoriæ ordinem diximus. Quod autem oculos propheta leuaſſe ſe dicit, illi ſpiritualiter ſenſui coaptandum eſt: Pſalm. 120 a *Leuaui oculos meos in mõtes: vnde veniet auxilium mihi.* Et: Ioan. 4. e *Leuate oculos veſtros, & videte regiones, quoniam iam albæ ſunt ad metendum.* Et quod in Eſaia legimus: Eſaia 51. b *Dixit Sanctus: leuate oculos veſtros, & videte quis oſtendit hæc omnia?* Eleuatione ergo oculorum opus eſt, & intelligentia ſpirituali: vt videamus contrarias fortitudines, quæ contra nos eleuauerũt cornu ſuum, & de quibus Apoſtolus loquitur: Epheſ. 6. b *Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem: ſed aduerſum principatus, aduerſum poteſtates, aduerſum mũdi rectores tenebrarum iſtarum, aduerſum ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus.* Hos quatuor aduerſarios, qui contra ſanctos ſemper dimicabant, Chriſtus oppreſſit adueniens. Et de his pſalmiſta congeminat: Pſalm. 90. a *Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem.* Poſſumus quatuor cornua, quæ regnauerunt contra populum Dei, & quatuor πάθη accipere, quę eruditi non verbum de verbo exprimentes κακοζήλως paſſiones, ſed perturbationes interpretantur, ægritudinem animi & gaudium, duo pręſentia: & duo futura, metum & cupiditatem: de quibus & illuſtris Poëta ſignificat: Hi metuunt, cupiuntque, dolent, gaudentque. Aduerſum has, quatuor fabri, & vt ita dicam, medici bonique artifices, non cernuntur à propheta: nec dum enim abſque oſtenſione Dei per ſe eos videre poterat, ſed oſtenduntur ei à domino, quatuor ſcilicet virtutes: prudẽtia, iuſtitia, fortitudo, temperantia: de quibus pleniſſimè in officiorum libris

Tullius

HEB.

in ea, ait dominus exercituum, & perpendiculum extendetur ſuper Hieruſalem. a Adhuc clama, dicens: Hæc dicit Dominus exercituum: adhuc affluent ciuitates meæ bonis, & conſolabitur adhuc Dominus Sion, & eliget adhuc Hieruſalem. b Et leuaui oculos meos, & vidi, & ecce quatuor cornua. Et dixi ad Angelum, qui loquebatur in me: Quid ſunt hæc? Et dixit ad me: Hæc ſunt cornua, quæ ventilauerunt Iudam, & Iſrael & Hieruſalem. Et oſtendit mihi Dominus quatuor fabros, & dixi: Quid iſti veniunt facere? Qui ait, dicens: Hæc ſunt cornua quæ ventilauerunt Iudam per ſingulos viros, & nemo eorum leuauit

caput

SEPT.

*mus mea inſtaurabitur in ea, dicit dominus omnipotens, & menſura extendetur ſuper Hieruſalem. Et dixit ad me Angelus, qui loquebatur in me. Adhuc clama, dicens: Hæc dicit dominus omnipotens: adhuc diffundentur ciuitates in bonis, & miſerebitur Dominus adhuc Sion, & eliget adhuc Hieruſalem. Et leuaui oculos meos, & vidi, & ecce quatuor cornua Et dixi ad Angelum, qui loquebatur in me, Quid ſunt hæc domine? Et dixit ad me: Hæc ſunt cornua quæ diſperſerunt Iudam, & Iſrael, & Hieruſalem. Et oſtẽdit mihi dominus quatuor fabros, & dixi: Quid iſti veniunt facere? Et dixit: Hæc ſunt cornua quæ diſperſerunt Iudam, & Iſrael confregerũt, & nullus eorum leuauit caput: &*

*egreſſi*

A Tullius diſputat, ſcribens proprium quoque de quatuor virtutibus librum. Qui ergo vitia deſtruunt, virtutes ædificant: omneſque ſancti, qui hæc remedia poſſidentes inſtaurant ſemper Eccleſiam, fabri appellandi ſunt. Vnde & Apoſtolus
1 Cor 3 b loquebatur: *Quaſi ſapiens architectus fundamentum poſui.* Et
Eſai. 3 a iratus Dominus, de Hieruſalē ablaturum eſſe ſe dicit architectum, & virum ſapientem.
Matth 13. g Et ipſe Dominus Dei omnipotentis filius & creatoris omniū, fabri filius appellatur. Legi in cuiuſdam cōmentariis, quatuor fabros, quatuor Euangeliſtas intelligi: qui oppreſſum Iſraelem, ſenſum videlicet videntem Deum, & Iudā, dominum confitentē, & Hieruſalem viſionem pacis, in priſtinam ſedem reſtituant, & quos vitiorum gentes diſperſerant de Eccleſia, per prędicationem Euangelij retraxerunt ad ſalutem.

CAPVT II.

ET *leuaui oculos meos, & vidi*, &c.] Qui prius oculis eleuatis in quatuor cornibus triſtia viderat: nūc rurſū oculos leuat vt videat virū de quo
Zac. 6. e ſcriptū eſt: *Ecce vir, oriens nomē eius*, de quo & ſupra legim[us]:
Sup 1. b *Et ecce vir aſcendens ſuper equū rufum, & ſtabat inter myrteta, quæ erant in profundo*, ſiue inter
Eſaia 15. c montes vmbroſos. Et de quo
B pater loquitur: *Hic ædificabit*
Ezec. 40. a *ciuitatem meam*: cuius artifex & conditor Deus eſt. Hic & ab Ezechiele cernitur, habens funiculum in manu, & calamum ad menſuram cubiti virilis, vt metiatur Hieruſalem: cuius deſcriptionem, id eſt, latitudinem & longitudinem, idem propheta myſtico ſermone proſequitur. Quidam putant hoc ex parte completum ſub Zorobabel, & Ieſu, & Ezdra, & Nehemia, & cæteris ducibus, ſiue regibus: qui vſq; ad aduentum domini Saluatoris populum rexerunt Iſrael. Alij vero, & maxime Iudæi, in mille annorum regno interpretantur, corporales corporalia requirentes. Noſtrorum autem plerique referūt ad cœleſtem Hieruſalem, & hanc dicunt iterum extruendam, quæ ruina animarum peccatricum fuerat deſtituta: Hoc hæretici
Hebr. 12. e ſuſpicentur. Cæterum nos, montem Sion, & matrem primitiuorum atque ſanctorum interpretemur Eccleſiam quę ædificata eſt in paſſione domini & reſurrectione, & quotidie ædificatur ab eo, qui nouit menſuras, & merita ſingulorum. Quod de Eccleſia diximus, poteſt & de animabus accipi credentium, quę quotidie ædificantur à domino, & cernunt pacem eius, quæ Apoſtolis eſt relicta.

Ioan. 14 g b ¶ *Et ecce Angelus qui loquebatur in me, egrediebatur*, &c.] Angelum qui loquebatur in propheta & ſtabat: ſiue, vt in Hebræo legitur, egrediebatur (hoc enim ſignificat יצא) Hebręi Michaelem putant: Et alterum Angelum, qui egrediebatur, & veniebat in occurſum eius, Gabrielem ſuſpicantur, qui loquitur ad Michaelem, vt loquatur prophetæ: quātam rerum omnium abundantiam, & multitudinem hominum & iumentorum, firmitatemque murorum habitura ſit Hieruſalem: quæ in præſentiarum vſque ad fauillam & cineres videatur eſſe deſtructa. Nos autem iuxta ſpiritualem
פרזות ſenſum hæc omnia interpretamur in Eccleſia: quæ abſque muro, ſiue vt Lxx. tranſtulerunt, κατακάρπως, id eſt, frugum omnium abundantia, habitetur, & habeat multitudinem hominum ac iumentorū, & dominus, ignis ſit in circuitu eius, & ipſe in medio illius verſetur in gloria. Iſta eſt ciuitas, de qua
Pſalm 86. a alibi legimus: *Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei.* Et rurſum:
Ibid. 47. a *Magnus dominus & laudabilis nimis: in ciuitate Dei noſtri, in mōte ſancto eius.* In hac quicumque
Pſalm. 52. b habitat, dicere poteſt. *Ego*
Ibid. 22. a *autem ſicut oliua frugifera in domo Dei.* Et: *Dominus regit me, & nihil mihi deerit: in loco paſcuæ ibi me collocauit. Super aquas refectionis educauit me.* Et habitabitur, inquit, Hieruſalē prę multitudine hominum & iumentorū abſq; muro, ſiue frugum omnium abundantia. Quidam, homines & iumenta duos populos interpretantur, Iudæorū atque gentilium: ꝙ illi qui in lege verſati venerint ad fidem Chriſti, homines appellati ſūt: nos autē qui poſt idololatriam quaſi in deſerto legis & ſolitudine fuimus prophetarum, & eius recepimus paſſionem, iumenta dici debemus. Alij autem rationabiles quoſque & ſcripturarum eruditos ſcientia, homines intelligi volunt: Iumenta vero ſimplices quoſque credentiū, & de his dici: *Homines & iumen-*
Pſal. 35. b *ta ſaluos facies domine.* Hęc iumenta & hæc animantia au-
Ioan. 10. a diunt boni paſtoris vocem, & cognoſcunt & ſequuntur eū: Qui ipſe eſt & paſtor, quia regit nos: & oſtiū, quia per illum
D in Eccleſiam & ad patrem ingredimur: & murus ignis in circuitu: vt credentes & habitantes in medio calefaciat, qui prius frigore charitatis intepuerant, & poſſint ſpiritu eſſe feruentes. Lupos autem & ſæuiſſimas beſtias (de quib[us] ſcri-
Rom. 12. c ptum eſt: *Ne tradas beſtiis animam confitentem tibi*: Et quo-
Pſalm. 73. d rum fructus eſt, fœnum, ligna, ſtipula, & afferunt tribulos &
1. Cor. 3. b ſpinas) ſuo igne conſumat, &
Gen. 3. c qui aduerſariis ignis eſt, ſit in medio credētium gloria. Quod autē murus Hieruſalem ſit dominus & in alio loco legimus: *Montes in circuitu eius, & dominus in circuitu populi ſui.* Hæc o-
Pſal. 124. a mnia Iudæi ſub ἠλειμμένῳ, quem ſibi ſpe vaniſſima repromittunt, putant carnaliter eſſe ventura: quod tantam Hieruſalē habitura ſit beatitudinem: vt præ multitudine hominum & omnium iumentorum, murum habere non poſſit: Sed murus ſit ipſius domini defenſio, & illius in medio habitantis gloria perfruatur.

c ¶ *O ô fugite de terra Aquilonis, dicit Dominus*, &c.] Plagæ orbis, quas Græci appellant κλίματα, iuxta ſitum Hieruſalem intelliguntur & templi. Aſſyrij ergo & Babylonij,
Hier. 1. c qui Dei populum vaſtauerunt habitant in terra Aquilonis.
Ezech. 24. Denique in Hieremia, olla quæ iuxta Ezechielem plena eſt carnibus (intelligitur autē vrbs Hieruſalem) à facie Aquil. accēdit: Quia igitur Angelus præceperat qui occurrerat Angelo prophetāti in Zacharia, vt loqueretur ad puerum (ad comparationem enim Angelicæ dignitatis, omnis humana natura pueritia nuncupatur: quia non Angeli in nos, ſed nos in Angelos proficimus) & diceret ei: *Abſque muro habitabitur Hieruſalem*, & reliqua: Nunc idem ad eos fit ſermo domini, qui habitant in Aquilone, vt à ventis quatuor congregentur, in quos fuerant toto orbe diſperſi, & reuertantur in Sion, q habitabant in Babylone. Vel certè ita: qui in quatuor plagis

HEB.

caput ſuum: & venerunt iſti deterrere ea, vt deiiciant cornua gentium, quæ leuauerunt cornu ſuper terram Iuda, vt diſpergerent eam.

CAPVT II.
HEB.

ET leuaui oculos meos, & vidi, & ecce vir, & in manu eius funiculus menſorum. Et dixi, Quo tu vadis? Et dixit ad me: vt metiar Hieruſalem, & videam quanta ſit latitudo eius, & quanta longitudo eius. b Et ecce angelus qui loquebatur in me, egrediebatur, & angelus alius egrediebatur in occurſum eius, & dixit ad eum: Curre, loquere ad puerum iſtum, dicens: Abſque muro habitatur Hieruſalē, præ multitudine hominum & iumentorū in medio eius. Et ego ero ei, ait domin[us], murus ignis in circuitu, & in gloria ero in medio eius. c O ô fugite de terra aquilonis, dicit dominus: quoniam in quatuor ventis cœli diſperſi

SEPT.

*egreſſi ſunt iſti vt exacuant ea in manibus ſuis. Quatuor cornua, gentes ſunt quæ leuauerunt cornu ſuper terram domini, vt diſpergerent eam.*

CAPVT II.

SEPT.

ET *leuaui oculos meos, & vidi, & ecce vir, & in manu eius funiculus geometræ: & dixi ad eū. Quo tu vadis? Et dixit ad me: vt dimetiar Hieruſalem, & videam quanta ſit latitudo eius, & quanta longitudo. Et ecce Angelus qui loquebatur in me, ſtabat: & Angelus alius egrediebatur in occurſum eius, & dixit ad eum dicens: Curre, & loquere adoleſcentulo illi, dicens: Frugifera habitabitur Hieruſalem, à multitudine hominum, & iumentorum in medio eius. Et ego ero illi, dicit Dominus, murus ignis in circuitu, & in gloriam ero in medio eius. O ô fugite de terra Aquilonis, dicit Dominus: quia de quatuor ventis cœli congrega-*



E plagis cæli diſperſi eſtis, fugite de terra Aquilonis: & ô Sion, quæ nunc habitas in Babylone, fuge & reuertere ad priſtinā ſedem. Quod autem tertio, caſu vocatiuo, dicitur ô, exhortatio ad fugam eſt: vt non ſemel, ſed crebrius ad fugiendum ſciant ſe eſſe commonitos. Dicendum & aliter. Aquilo ven-
Prou 27. c tus duriſſimus eſt, qui duriſſi-
Sec7. o. ma habitatorum ſuorum corda facit, & à quo ſuccēduntur
Hier. 1. c mala ſuper omnes qui habitāt in terra, & ad quem iuxta hūc
Infra 6. b ipſum Zachariam prophetam egrediuntur equi nigri, vt in ſua regione cōſiſtant. Ille quo-
Eſai. 14. d que qui in Eſaia gloriabundus dixerat: *In cœlum aſcendam, ſuper ſidera cœli ponam thronum meum: ſedebo in monte ſublimi*: ſuper mōtes excelſos in Aquilone, in frigidiſſimo terrarum loco regnum habere ſe iactat.
Eſai. 14 d Legimus in alio loco: *Ecce fumus ab Aquilone venit*, & q procul à ſancta vrbe diſceſſerant:
Ibid. 49. d dicitur de eis: *Ecce iſti de longe veniunt ab Aquilone & mari.*
Hier. 46. d Et per Hieremiam Spiritus ſāctus loquitur, prouocans eos qui in captiuitate ſunt, vt redeant Hieruſalem. *Vade & lege ſermones meos iſtos ad aquilonē, & dices: reuertere ad me habitatio Iſrael, dicit Dominus.* Pręcipitur itaq; nobis, qui habitauimus ad aquilonem, & calorem dominici feruoris amiſimus: qui diſperſi ſumus in orbe terrarum, & de quibus Euāgelium
Mar. 12. a prædicat: quod in quatuor vē-
F tos mittat Angelos ſuos dominus, & cōgreget nos, qui in huius ſæculi vitiis & confuſione verſamur: vt fugiamus in Sion Eccleſiam domini, & humilia relinquentes, in ſpecula eius & ſublimitate dogmatū conſiſtamus. Quod autem ſequitur: *Hæc dicit Dominus exercituum: poſt gloriam miſit me*, & reliqua: Vox Saluatoris loquentis inducitur: qui omnipotens Deus à patre omnipotente miſſum ſe eſſe dicit: non iuxta id quod omnipotens eſt, ſed iuxta id quod poſt glo-
Philip. 2. a riam miſſus eſt. *Qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, æqualem ſe eſſe Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit, formā ſerui accipiens, & factus eſt obediens patri vſque ad mortem, & mortem crucis.* Nec mirum quod Chriſtus dicatur omnipo-
Apoc. 1. b tens, ex cuius perſona legimus in Apocalypſi Ioannis: *Hæc dicit teſtis fidelis, initium creaturæ Dei: qui eſt, & qui erat, &*
Pſal. 23. b *qui venturus eſt, dominus Deus omnipotens.* Illud quoque quod in viceſimo tertio pſalmo legimus: *Leuate portas principes veſtras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ.* Rurſumque ab Angelis dicitur, ignorantibus myſterium incarnationis aſſumptæ: *Quis eſt iſte rex glorię? Dominus virtutum, ipſe eſt rex gloriæ*: refertur ad Chriſtum. Vbi enim nos legimus, Dominus virtutum: in Hebraico ſcriptum eſt a יהוה צבאות
a adonai ſebaoth quod à Septuaginta interpretibus παντοκράτωρ, id eſt, in omnipotentem vertitur. Ex quo intelligimus, vbicumque dominus virtutum de Chriſto dicitur, omnipotentem eum debere intelligi. Nec mirum ſi Chriſtus dicatur omnipo-
Matt. 28. d tens: Cui tradita eſt omnis poteſtas in cœlo & in terra.
Ioan. 17. b Et qui dicit: *Omnia quæ patris ſunt, mea ſunt.* Si autem omnia, id eſt, Deus ex Deo, dominus ex domino, lumen ex lumine: ergo & ex omnipotente omnipotens: neque enim fieri poteſt, vt quorū vna natura eſt, diuerſa ſit gloria. Miſſus eſt ergo poſt gloriam diuinæ maieſtatis ad gentes, quæ ſpoliauerant populum Dei: vt qui eos fuerant ante prædati, prædæ ſint ſeruientibus ſibi, & omnis quondam ſeruien-
G tium turba cognoſcat, quoniam Deus omnipotens miſerit eum. Quod autem dicit: *Qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi eius*: Tactum pro vexatione & iniuria accipe: iuxta il-
Pſal. 140. q lud quod legimus; *Nolite tangere Chriſtos meos, & in prophetis meis nolite malignari.* Qui enim ſanctos domini tetigerit, ſic eſt quaſi vexare cupiat pupillam oculi eius, & illum nitatur clara luce priuare, de qua loquitur in Euangelio: *Vos eſtis lux mundi.* Eleuat aūt Deus
Matt. 5. b manum ſuam, vt percutiat gētes aduerſarias; & populum ſuum vel Hieruſalem reducat vel in Eccleſiā. Gētes aduerſarias, iuxta tropologiam, cōtrarias accipe fortitudines; quæ quotidie peccatores ſuæ ſubiiciunt poteſtati, & ſibi eos ſeruire compellunt.

a ¶ *Lauda & lætare filia Sion, quia ecce ego venio*, &c.] Et hęc adhuc ex perſona domini intelligenda: quod hortetur populum ſuū de captiuitate in ſedē priſtinā reſtitutū gaudere atque lætari: quod ipſe dominus veniat & habitet in medio eius, & multæ gētes credituræ ſint in eū: de quibus dicit: *Po-*
Pſalm. 2. b *ſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatē tuam, & poſſeſſionē tuā terminos terræ*: Et habitet in medio eius, loquens ad diſci-
Matth 28. d pulos: *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſūmationem ſæculi.* Et poſſideat
H dominus Iudā partē ſuā confitentē & credētē nomini ſuo, & non alibi poſſideat, niſi in terra ſancta, ꝗ interpretatur Eccleſia, & eligat adhuc Hieruſalē, quā tentationi in perſecutionib. dereliquerat. Iudęorum alij putāt ſub Zorobabel & Ieſu & Ezdra & Nehemia hæc ex parte completa; maxime quoniam Hieruſalem eligitur, & poſſidetur Iudas: duæ videlicet tribus, quę reuerſæ ſunt de captiuitate Babylonica, & appellatæ ſunt Iudas, & non Iſrael, qui apud Medos huc uſque verſantur. Alij vero in futurum differunt, quod tunc crediturę ſint gentes in eum, qui mittatur à domino, & eligenda ſit Hieruſalem: cum vtique iam omnes gentes crediderint in dominum Saluatorem, nec poſſit eligi quæ omnino deſtructa eſt. Recte autem poſt captiuitatem filia
Pſalm. 52. b Sion prouocatur ad gaudium, de qua in pſalmo dicitur: *Cum conuerterit Dominus captiuitatem populi ſui: exultabit Iacob, & lætabitur Iſrael.*

b ¶ *Sileat omnis caro à facie domini*, &c.] Cum hæc ſe ita habeant, & poſſeſſurus ſit Dominus Iudam partem ſuam, & electurus Hieruſalem, omne hominum genus domini formidet aduentum: quia ſurrexit de habitaculo ſancto ſuo. Surgere autē dominus dicitur, & quaſi euigilare de ſomno, quando conſurgit in vindictam populi ſui: iuxta illud quod
Eph. 5. b ſcriptum eſt: *Exurge, vt quid dormis domine?* Siue iuxta Lxx.
Eſai. 5. d qui dixerunt, ſurrexit de nubibus ſanctis ſuis: Patriarchas, Prophetas, & Apoſtolos intellige: quibus mandauit Domi-
Eſaia 45. b nus ne pluant ſuper Iſrael imbrem. Iſtæ ſunt nubes, de quibus ſcriptum eſt: *Et nubes ſpargant iuſtitiam*: neque enim nu-
Luc. 21. c bes iſtæ corporeę, in quas aer denſior cogitur, poſſunt plue-
Eſaia 19. a re iuſtitiam. In his & cum his nubibus dominus in Euangelio venturum ſe eſſe dicit. Et in Eſaia legimus, ꝙ dominus in Ægyptum venerit in nube leui. Ægyptus mundus accipitur, in quē Dominus deſcendiſſe memoratur in carne: quæ ædita de vtero virginali, nullo humani ſeminis & peccatorum pondere grauabatur. Quod autem omnis caro non abſolute homi-

HEB.

diſperſi vos, dicit Dominus: O Sion fuge, quæ habitas apud filiā Babylonis: quia hæc dicit dn̄s exercituum. Poſt gloriam miſit me ad gētes, quę ſpoliauerunt vos: qui enim tetigerit vos, tangit pupillā oculi eius: Quia ecce ego leuo manum meam ſuper eos, & erūt prædæ his qui ſeruiebant ſibi, & cognoſcetis, quia dn̄s exercituum miſit me. a Lauda & lætare filia Siō: quia ecce ego venio, & habitabo in medio tui, ait dominus. Et applicabuntur gentes multæ ad dominū in die illa, & erunt mihi in populum, & habitabo in medio tui: & ſcies quia Dominus exercituum miſit me ad te. Et poſſidebit dominus Iudā partem ſuam in terra ſanctificata, & eliget adhuc Hieruſalē. b Sileat omnis caro à facie domini: quia cōſurrexit

SEPT.

*gregabo vos, dicit Dominus: In Sion ſaluamini, qui habitatis filiam Babylonis: Hæc enim dicit Dominus omnipotens. Poſt gloriam miſit me ad gentes, quæ ſpoliauerunt vos: quia qui tetigerit vos quaſi tangat pupillam oculi eius: Ecce ego inferam manum meam ſuper eos, & erunt prædæ his qui ſeruierant eis, & cognoſcetis, quia Dominus omnipotens miſit me. Lætare, & gaude filia Sion: quia ecce veniam, & habitabo in medio tui, dicit Dominus: Et confugient gentes multæ ad dominum in die illa, & erunt ei in populum, & habitabunt in medio tui, & ſcies quoniam Dominus omnipotens miſit me ad te. Et poſſidebit Dominus Iudam partem ſuam in terra ſancta, & eliget adhuc Hieruſalem. Timeat omnis caro à facie domini: quoniam ſurrexit*

A hominum & beſtiarum & volatilium & piſcium, ſed ſpe- Pſalm. 64. a cialiter hominum accipiatur, illa ſcriptura ſignificat: *Exaudi orationem meam, ad te omnis caro veniet.* Neque enim ad dominum omnis caro irrationabilium ventura eſt animātium: ſed illa quæ donum ſancti Spiritus ſuſceptura eſt, & de qua dicitur: Ioel. 2. g *Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem, & prophetabunt filij veſtri, & filiæ veſtræ.*

HEB.

xit de habitaculo ſancto ſuo:

SEPT.

*xit de nubibus ſanctis ſuis.*

CAPVT III.

HEB.

ET oſtendit mihi Ieſum ſacerdotē magnū, ſtantem corā angelo domini, & ſathan ſtabat à dexteris eius, vt aduerſaretur ei. Et dixit dominus ad ſathan: Increpet dominus in te ſathan, & increpet dominus in te, qui elegit Hieruſalem: Nūquid non iſte torris eſt erutus de igne? Et Ieſus erat indutus veſtibus ſordidis, & ſtabat ante faciem Angeli: qui reſpondit, & ait ad eos, qui ſtabant coram ſe, dicens: Auferte veſtimenta ſordida ab eo. Et dixit ad eum: Ecce abſtuli à te iniquitatē tuam, & indui te mutatoriis. Et dixit: Ponite cidarim mūdam ſuper caput eius. Et poſuerunt cidarim mundam ſuper caput eius, & induerunt eum veſtibus. b Et angelus domini ſtabat, & conteſtabatur Angelus domini

CAP. III.

SEPT.

*ET oſtendit mihi Dominus Ieſum ſacerdotem magnum, ſtātem ante faciem Angeli domini, & diabolus ſtabat à dexteris eius, vt aduerſaretur ei. Et dixit Dominus ad diabolum: Increpet dominus in te diabole, & increpet in te dominus, qui elegit Hieruſalem. Nonne iſte vt torris eſt erutus de igne? Et Ieſus indutus erat veſtibus ſordidis, & ſtabat ante faciem angeli: & reſpondit, & ait ad aſtātes coram facie ſua, dicens: Auferte veſtimenta ſordida ab eo. Et dixit ad eum. Ecce abſtuli à te iniquitates tuas: & induite eum poderem, & imponite cidarim mundam ſuper caput eius. Et impoſuerunt cidarim mundam ſuper caput eius, & circundederunt eum veſtimentis. Et Angelus Domini ſtabat & conteſtabatur Angelus domi-*

CAPVT III.

*ET oſtendit mihi Ieſum ſacerdotem magnum, ſtantem coram Angelo domini, &c.*] Antequam veniamus ad intelligentiam ſpiritualem, quo modo Hebræi locum iſtum ediſſerant, ſtrictim breuiterq; dicendum eſt, Ieſum ſacerdotē magnum, quem Græci ἀρχιερέα, Latini pōtificem vocāt, filium Ioſedech intelligi volunt, qui cum Zorobabel populo præfuit. Ex cuius dextris ſtabat ad- ן ט ש uerſarius, (hoc enim interpretatur ſathan) vt aduerſaretur ei. Et recte ſtabat à dextris illius, non à ſiniſtris: quia vera erat accuſatio: eo ꝙ & ipſe cū cæteris alienigenā accepiſſet 1. Ez. 2. a Malach. 2. vxorem: ꝙ in Ezdra & in Malachia, qui hūc prophetam ſequitur, pleniſſime ſcriptū eſt. Apoc. 12. Dixitq; dominus ad ſathā, ad accuſatorē, & ad aduerſarium eius (ipſe eſt enim inimicus, & vindex, ac accuſator fratrum ſuorum) *Increpet dominus in te ſathan* (vt pluit dominus à do- B Gen. 19. c mino) *& increpet dominus in te, qui elegit Hieruſalem.* Cum ergo de cunctis Iudæ vrbibus nunc electa ſit Hieruſalē (nequaquam ei imputante domino peccata quę fecit) cur quaſi torrem, quem vulgo titionē vocant, Ieſum conaris obruere, qui de Babylonica captiuitate quaſi ſemiuſtus euaſit? Quod autē ſequitur: *Ieſus erat indutus veſtibus ſordidis*, tripliciter interpretatur: Vel ob cōiugium illicitum, vel ob peccata populi, vel propter ſqualorem captiuitatis. Angelus autem, ante cuius faciem ſtabat Ieſus, præcepit cæteris Angelis ex perſona domini, vt auferrent ab eo ſordida veſtimenta: de quibus ſupra diximus. Qui cum præceptum opere compleſſent, rurſum idem Angelus loquitur ad Ieſum: *Ecce abſtuli à te iniquitatem tuam* (hæc ſunt ſordida veſtimenta) & indui te mutatoriis, hoc eſt Iſraelitem tibi coniugem copulaui: pro quo LXX. tranſtulerunt ποδήρη, quam nos tunicam talarem poſſumus dicere: eo quod vſque ad talos & pedes defluat. Quodque ſequitur: *Ponite cidarim mundam ſuper caput eius*: pro cidari a ſaniph in Hebræo legimus a צניף, quæ mitra à pleriſque dicitur, & in hac volunt intelligi ſacerdotij dignitatem, quod ablatis ſordibus peccatorum, mundum habuerit ſacerdotium: Hæc Iudæi. Noſtri autem ita diſſerunt: Sacerdotem eſſe Pſal. 109. b magnum, ad quem dicitur: *Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech.* Qui quoniam per ſe videri non Eſaia 9. b poteſt à domino, prophetę oſtenditur, ſtans coram Angelo domini: quem volunt magni conſilij eſſe Angelum: non quod alter & alter ſit, aut duas perſonas recipiamus in filio: ſed quod idem atque vnus, & quaſi homo ſordidatus oſtenditur, & quaſi Angelus mediator hominum & Dei apparere dicatur. Non autem eſſe Ieſum filium Ioſedech ex hoc conantur oſtendere: quod non ſit appoſitum in pręſenti loco, filius Ioſedech: qui in aliis locis, vbi vere de Ieſu dicitur filio Ioſedech, ſemper patris cognomine cenſeatur. C Stans igitur cernitur Ieſus, & ſtabili conſiſtens gradu, & ſathan ſtabat à dextris eius vt aduerſaretur ei. Hebr. 4. d *Tentatus* enim eſt *per omnem modum abſque peccato.* Matt. 4. a Et in Euangelio ad eum tentator accedit, quærens ſemper dextris eius & virtutibus contraire. Quodq; ſequitur. *Increpet dominus in te ſathan, & increpet dominus in te qui elegerit Hieruſalem*, ſic ediſſerunt: quia pater & filius dominus eſt, & in centeſimonono pſalmo legimus: Dixit Dominus domino meo, ſede à dextris meis. Dominus de altero domino loquitur: nō quod ipſe dominus qui loquitur increpare nō poſſit, ſed quod ex vnitate naturæ cum alter increpauerit, increpet ipſe qui loquitur: Ioan. 14. a *Qui enim videt filium, videt & patrē*: & iſte eſt qui elegit Hieruſalem, Eccleſiam quæ pacē domini cōtēplatur. Torris autem de igne erutus, rectiſſimè intelligi poteſt: qui cū in Babylone fuerit, non eſt Babylonio igne cōſūptus, nec flāma ſæculi huius attact⁹. Vnde & Moyſes in ſolitudine cer- Exod. 3. a nit viſionem magnam, in qua ardebat rubus, & non comburebatur. Hic Ieſus erat indu- 2. Cor. 5. d tus veſtibus ſordidis: qui cum non feciſſet peccatum, pro nobis peccatum factus eſt: & Eſaia 53. b *ipſe infirmitates noſtras portat, & pro nobis dolet, & nos reputauimus eum eſſe in dolore, & in* D *anguſtia. Ipſe vero vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, & infirmatus eſt propter peccata noſtra.* Et in Apoſtolo legimus: Gal. 3. b *Chriſtus redemit nos de maledicto legis factus pro nobis maledictum.* Hic in viceſimoprimo pſalmo loquitur: Longe à ſalute mea verba delictorū meorum. Et in ſexageſimo octauo pſalmo: *Deus tu ſcis inſipientiā meam, & delicta mea à te non ſunt abſcondita.* Quæ vniuerſa appellantur ſordida veſtimenta, & auferentur ab eo cum noſtra peccata deleuerit: vt quia ille ſordidis indutus eſt veſtibus, nos reſurgentes in eo audiamus poſt baptiſma: Candida ſint ſemper veſtimenta tua: credentiumque omnis Eccleſia audit per Eſaiam: *Lauamini,* Eccleſ. 9. b Eſaia 1. d *mundi eſtote.* Et de ipſa prophetatur in Cantico canticorum: Cant. 3. a *Quæ eſt iſta quæ aſcendit dealbata?* ποδήρη autem incarnationem eius accipe: quæ de terra eſt, & ſignificatur in pedibus. Cidarim mundam ſuper caput illius, ſplendorem diuinæ maieſtatis intellige: vt vnus atque idem ſecundum hominem ποδήρη, ſecundum Deum cidari ornatus eſſe videatur.

b ¶ *Et Angelus domini ſtabat, & conteſtabatur, &c.*] Hebræi cœptæ interpretationis ordinem proſequentes, ad Ieſum filium Ioſedech ab Angelo domini hæc dicta intelligunt: quod poſt ablationem veſtium ſordidarum, & reſtitutam mundi ſacerdotij dignitatem, præcipiatur ei, iuxta illud quod in Euangelio ſcriptum eſt: Ioan. 5. c *Ecce ſanus factus es, vltra noli peccare: ne quid tibi deterius fiat*: & repromittitur ei præmiū, ſi in viis domini ambulauerit, & eius pręcepta ſeruauerit: ꝙ & ipſe iudex ſit domus eius, id eſt, pontifex perſeueret in templo, & cuſtodiat atria eius atq; veſtibula, & det ei dominus ex Angelorum numero (qui eo tempore ſtabant ante cōſpectum eius) quorū circumualletur auxilio, & ab omni hoſtium fraude ſecurus ſit. Iuxta noſtros, qui hæc omnia refe-

runt



E runt ad dominum Saluatorem, hoc videtur eſſe difficile, ꝙ Ieſu ab angelo dicitur. Si ambulauerit in viis domini, & ei⁹ præcepta ſeruauerit: ipſe quoq; iudicet domum eius, & cuſtodiat atria illius, & det ei dominus ambulantes de his qui Philip. 2. a aſſiſtant ei. Quod facile ſoluitur: ſi conſideremus eum qui

HEB.

mini Ieſum, dicens: Hæc dicit dominus exercituum: Si in viis meis ambulaueris, & cuſtodiam meā cuſtodieris: tu quoque iudicabis domum meā, & cuſtodies atria mea, & dabo tibi ambulantes de his qui nūc hic aſſiſtunt. a Audi Ieſu ſacerdos magne, tu & amici tui qui habitant coram te: quia viri portendentes ſunt. Ecce enim ego adducā ſeruum meum orientem: quia ecce lapis quem dedi coram Ieſu: ſuper lapidem vnum ſeptem oculi ſunt. b Ecce ego cælabo ſculpturam eius, dicit dominus exercituum, & auferam iniquitatem terræ illius in die vna. In die illa, dicit dominus exercituum, vocabit vir amicum ſuum ſubter vineam, & ſubter ficum.

CAPVT

SEPT.

*domini ad Ieſum, dicens: Hæc dicit dominus omnipotens: Si in viis meis ambulaueris, & præcepta mea cuſtodieris, & tu iudicabis domum meam, & ſi cuſtodieris atrium meum, & dabo tibi qui conuerſentur in medio ſtantium iſtorum. Audi ergo Ieſu ſacerdos magne, & proximi tui qui ſedent ante faciem tuam, quia viri τερατοσκόποι (id eſt portentorū ſpectatores) ſunt: quia ecce ego adducam ſeruum meū orientem: quia lapis quem dedi ante faciem Ieſu: ſuper lapidem vnum, ſeptem oculi ſunt. Ecce ego fodiam foueā, dicit dominus omnipotens, & contrectabo omnem iniquitatem terræ illius in die vno. In die illo, dicit dominus omnipotens, vocabit vnuſquiſque proximum ſuum ſubter vitem, & ſubter ficum.*

CAPVT

formam ſerui eſt dignatus aſſumere, & cum diues eſſet, pro nobis pauper fact⁹ eſt. Quidquid igitur membris dicitur, refertur ad corpus, & noſtri profect⁹, domini victoria eſt. 2. Cor. 8. b Cūque nos peruenerimus *in virum perfectū, in menſurā ætatis plenitudinis Chriſti*: ille iudicabit domum Dei: ſecundum Eph. 4. c id quod Apoſtol⁹ dixit: Chriſtus autē ſicut filius ſuper domum eius: cuius domus ſumus nos. Et ad Timotheum: Hebr. 3. b 1. Tim. 3. d *Si tardauero, vt ſcias quo modo debeas in domo Dei conuerſari, quæ eſt eccleſia Dei viuentis, columna & firmamētum veritatis.* Et nō ſolum iudicabit domum ei⁹, ſed cuſtodiet atria domini: de Pſalm. 28. a quibus ſcriptum eſt: *Adorate dominum in atrio sācto eius.* Iudicabit autē ſiue diiudicabit domū eius, & pro meritis ſin- Luc. 19. b gulorum, alii dās decem ciuitates, & alii quinque, & alios in eccleſia cōſtituēs prophe- Eph. 4. b tas, alios apoſtolos, alios doctores, alios ſigna faciētes, alios pro oculis habens, alios F pro manibus, alios pro pedi- 1. Cor. 12. c b⁹: iuxta illud quod legimus: *Deus ſtetit in ſynagoga deorū, in medio autem deos diiudicat.* Dedit quoque ei de angelorum Pſalm. 81. a numero miniſtros: qui in carne conſtituti, ſimiles angelorum ſunt, & de quibus Apo- Philip. 3. d Matth. 22. c ſtolus loquebatur: *Noſter municipatus in cœleſtibus eſt.* Si enim angeli nō nubunt neq; nubuntur, & qui in virginali continentia perſeuerant, ſimiles angelorum ſunt. Cur non putemus angelicæ dignitatis Apoſtolos & ſanctos quoſq; datos Ieſu: qui aſſiſtant ei in eccleſia, & numquam fluctuantes habeant pedes, ſed cum ſtante ſtent domino?

a ¶ *Audi Ieſu ſacerdos magne, tu & amici tui qui habitant coram te, &c.*] Noſtri in hoc loco artantur à Iudæis, quod iuxta conſequentiam textumque ſermonis, magis debeant Ieſum ſacerdotem intelligere filium Ioſedech, quam dominum Saluatorem. Si enim ad dominum ſermo eſt, & ad Chriſtum dicitur: *Audi Ieſu ſacerdos magne*: quis eſt de quo infertur, *Ecce ego adducam ſeruum meum orientem*: qui alio nomine lapis appellatur, & datus eſt coram Ieſu, & ſuper hoc lapide ſeptem ſunt oculi? E contrario noſtri nituntur aſſerere, & Ieſum ſacerdotem magnum, & orientem, & lapidem, ſecundum diuerſas intelligentias Chriſtum appellari. Sed hoc quo modo de ipſo dicatur ad eum quaſi de altero, exponere difficillimum eſt. Qui igitur Ieſum volunt eſſe filium Ioſedech ſacerdotem magnum: amicos ei⁹, qui habitant vel ſedent corā eo, & qui viri ſunt portendentes, diſcipulos eius interpretantur & prophetas. Prophetæ enim in ſignū ſunt poſiti futurorū. Quid eſt igitur ꝙ Ieſus & amici eius coguntur audire? *Adducam ſeruum meum orientem*, & reliqua. Supra promiſerat Deus Ieſu filio Ioſedech ſacerdoti magno, quod ſi in viis eius ambulaſſet, & eius pręcepta ſeruaſſet, ipſe diiudicaret domum eius, & atria eius cuſtodiret & daret ei miniſtros angelicæ dignitatis: Nunc ei dicit & amicis illius, plenam felicitatē & perfectam beatitudinem tunc futuram, quando venerit oriens: de quo ſcriptum eſt: Zachar. 6. c *Ecce vir oriens nomen eius.* Et in Malachia: Malac. 4. a *Orietur vobis timētibus nomen meū ſol iuſtitiæ: & ſanitas in pennis eius.* Et in Numeris: *Orietur ſtella ex Iacob, & homo ex Iſrael.* G Num. 24. c In euangelio quoque apertiſſime de Chriſto legimus: Luc. 1. g *In quibus viſitauit nos oriens ex alto: Illuminare eos qui in tenebris & vmbra mortis ſedent ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis.* Eph. 2. g Qui oriens, ipſe dicitur & lapis angularis: quia populum vtrumque cōiungat, & duos parietes in vnum domū conſociet: 1. Pet. 2. b Hic nō credentibus lapis ſcandali eſt: de quo & in pſalmis dicitur: Pſal. 117. c *Lapidē, quē reprobauerunt ædificātes, hic fact⁹ eſt in caput anguli: A domino factum eſt iſtud.* Super hunc lapidem ſeptem oculi ſunt: de quibus loquitur Eſaias: Eſaia 11. a *Exiet virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, & requieſcet ſuper eū ſpiritus Dei, ſpiritus ſapiētiæ & intelligentiæ, ſpiritus cōſilii & fortitudinis, ſpiritus ſciētiæ & pietatis, & implebit eum ſpiritus timoris Dei.* Qui ſacerdotē magnū & amicos eius, dominum Saluatorem & diſcipulos illius intelligi volūt, viros τερατοσκόπους, & portendentes ſic accipiunt: vt ad Apoſtolos referant qui eius myſtica ſigna perſpexerint, & ex pręſentibus futura cognouerint: dum in eo qui à natiuitate cæc⁹ fuit, oculos reſtitu- Ioan. 9. a tos ſuper populo gentiliū interpretātur: Et in muliere sā- Matth. 9. c guine defluente, eccleſiam e- diſſerunt ſanguinis operibus liberatam. Hoc autē quod ſequitur: *Quia ecce lapis, quē dedi coram Ieſu*: H amatores hiſtoriæ ſic de Chriſto intelligunt, vt poſt Ieſum filium Ioſedech Chriſtum dicāt eſſe venturū. Hoc enim eſſe coram Ieſu, id eſt, in conſpectu eius & ante faciem, vt futura ſignificet, & appellari eum lapidem pro fortitudine & robore, quo omnia regna contriuerit: quem etiam in Daniele de mōte ſine manibus præciſum legimus. Dan. 2. g

b ¶ *Ecce ego cælabo ſculpturam eius, dicit dominus exercituum, &c.*] Supra dixerat: Ecce lapis quem dedi coram Ieſu, ſuper lapidem vnum ſeptem oculi ſunt: Nunc conſequenter μεταφορὰν ſeruat à lapide, & dicit: Cælabo ſculpturam eius: ſculpam cælaturam illius. Quod enim Hebraice ſcriptum eſt b מפתח פתחה Aquila interpretatus eſt διαγλύφω ἄνοιγμα αὐτῆς, id eſt, ſculpam aperturam eius: b mephatteah pittuha Theodotio & Symmachus, ſculpam ſculpturam eius. Et eſt ſenſus: Iſtum lapidem, clauis crucis & lancea militis faciam vulnerari, & in illius paſſione auferam iniquitatem terræ in die vna, de qua ſcriptum eſt: Pſal. 117. d *Hæc eſt dies quam fecit dominus, exultemus & lætemur in ea.* In illa die paſſionis Chriſti, vocabit vir qui perfectus eſt in Chriſto, & cum Apoſtolis ad dominicæ beneuolentiæ culmen aſcendit, proximum ſuum, vel credentes ex Iudæis, vel certe gētilium populum, ſubter vineam quæ appellatur Sorech, & de qua dicitur in euangelio: Ioan. 15. a *Ego ſum vitis*, & cui⁹ fructus lætificat cor hominis: & ſubter ficum, Spiritus ſancti poma dulciſſima: vt æterna pace requieſcāt, Pſalm. 103. b & compreſſa ſeditione mundi & cruore bellorum, ſciāt ſe eſſe ſub rege, cuius myſtice in Salomone nomen eſt pacis. De hac eadem ſeſſione ſubter vineam, & ſubter ficum etiam Micheas propheta commemorat, dicens: Mich. 4. b *In die illa vocabit vnuſquiſque proximū & fratrem ſuum ſubter ficum, & vineam ſuam, & non erit qui exterreat.* Quod autem ſcriptum eſt iuxta LXX. *Ecce ego fodiam foueam*: poſſumus foſſam, vel foueam pro ſculptura lapidis intelligere: omne enim quod ſculpitur, & foditur. Tamē ſi quis cōtentioſus noluerit hoc referre ad lapidem, ſed quaſi propriū habere principium, ſuāque ſententiam: Dicamus Deum omnipotentem in die

paſſionis

A
paſſionis filii ſui (ſiue vt Iudęi putant, in vltimo fine mundi quādo iudicaturus aduenerit) effodere, & in medium proferre opera ſingulorum, & cōtrectare vniuerſam terram in die iudicii: hanc enim eſſe diem vnam: & in die illa vnumquemque ſanctorum ſocios ſuos, & amicos, qui & ipſi ſūt ſancti, vocare ad requiem, & operū ſuorū virtute gaudere.

CAP. IV.
HEB.

ET reuerſus eſt angel⁹, qui loquebatur in me, & ſuſcitauit me quaſi virum qui ſuſcitatur de ſomno ſuo. b Et dixit ad me, quid tu vides? & dixi: Vidi, & ecce candelabrum aureum totū, & lampas eius ſuper caput ipſius: & ſeptē lucernę eius ſuper illud: & ſeptē infuſoria lucernis quæ erant ſuper caput eius. Et duæ oliuæ ſuper illud: vna à dextris lampadis, & vna à ſiniſtris eius. Et reſpondi, & aio ad angelum qui loquebatur in me, dicens: Quid ſunt hæc domine mi: Et reſpōdit angelus qui loquebatur in me, & dixit ad me: Numquid neſcis quid ſūt hęc: & dixi: nō domine mi. Et reſpondit, & ait ad me dicēs: Hoc eſt verbū domini ad Zorobabel, dicens: Non in exercitu, nec in robore, ſed in ſpiritu meo, dicit do-
minus

CAP. IV.
SEPT.

*ET reuerſus eſt angelus, qui loquebatur in me, & reſuſcitauit me ſicut ſuſcitari ſolet homo de ſomno ſuo. Et dixit ad me, quid tu vides? & dixi: Vidi, & ecce candelabrum aureum totum, & lampas ſuper illud, & ſeptem lucernas ſuper illud, & ſeptem infuſoria lucernarum quæ erant ſuper illud. Et ecce duæ oliuæ ſuper illud: vna à dextris lampadis, & vna à ſiniſtris: & interrogaui, & dixi ad angelum, qui loquebatur in me, dicens: Quid ſunt hæc domine? reſpondenſque angelus qui loquebatur in me, & dixit ad me: Non cognoſcis quid ſunt hæc?* Et *dixi: Non domine. Et reſpondit, & ait ad me dicens: Iſte eſt ſermo domini ad Zorobabel dicens, Non in fortitudine magna, neque in robore, ſed in ſpiritu meo, dicit dominus omnipotēs.*
*Quis*

CAPVT IV.

*ET reuerſus eſt angelus, qui loquebatur in me, & ſuſcitauit me, &c.*] Quo enim abierat vt reuerteretur: maxime qui loquebatur in ꝓpheta, & abſq; eo, in quo loquebatur, eſſe nō poterat? Sed quotieſcunque humana fragilitas ſuæ relinquitur imbecillitati, Dei à nobis, & angelorū eius auxilium abire credendum eſt. Ergo & propheta ſtupore magnæ viſionis attonitus, tota mente torpebat, & clarum veritatis lumē videre non poterat: vnde à viſione præterita ſuſcitatur ad aliam viſionē, quaſi de ſomno euigilans, vt videat ꝙ clauſis oculis nō videbat. Dicamus & aliter. Prouerbiorū
Prou. 3. d
Sec7. O.
Salomonis teſtimoniū eſt: *Si ſederis, abſq; timore eris: Si autem dormieris, dulciter dormies, & nō timebis terrorem ſuperuenientem tibi, nec impetus impiorum ingruentes.* Qui hoc ſōno dormierit, & audierit dictum de ſe, quod ſcriptum de Lazaro legimus: *Si dormit, ſalu⁹ erit,* poterit cantare cum ſponſa: *Ego dormio, & cor meū vigilat.* Videamus ergo ad quæ contemplanda quaſi de ſomno propheta conſurgat.
B
Ioan. 11. b
Cant. 5. a

b ¶ *Et dixit ad me, quid tu vides, &c.*] Angel⁹ qui ſuſcitauit Zachariam, quaſi de ſomno hominem conſurgentem, interrogat quid viderit: vt illo reſpondente, & ignorante, & ſuſcitante quid cernat, atque dicente: Quid ſunt hæc domine mi? audiamus ab eo: Hoc eſt verbum domini ad Zorobabel. *Non in exercitu, nec in robore, ſed in ſpiritu meo, dicit dominus.* Dicamus igitur ſingula, percurrentes primum quid videatur Hebræis, à quibus in veteri teſtamento eruditi ſumus: deinde per hos quaſi gradus ad eccleſiæ culmina conſcendamus. Candelabrum aureum ſolidum, legē, id eſt, νόμον interpretantur: Lampadem autem, id eſt, flammam in vertice candelabri lucentem atq; fulgentem, Chriſtum, qui caput legis ſit, & omnem mundum illuminet. Septem lucernas ſuper candelabrum, ſeptē gratias Spiritus ſancti: de quibus ſupra dixim⁹, quod in lapide vno ſeptem oculi ſint. Nulli enim dubium, quin lex
Sup. 3. d
Spiritu ſancto dictāte cōſcripta ſit. Septem autē infuſoria, in quibus oleum ſit, quod mittatur in lucernas, quæ ſuper candelabro luceant, hoc intelligi volunt, ſeptem iſtas gratias de cœlo ad homines per legē deſcendere. Duas autem oliuas ſuper cādelabrū à parte dextra & ſiniſtra, inter quas media lampas luceat, legem & prophetas interpretantur. Cumq; propheta narraſſet viſionem ſuam, neſciēs quid videret, interrogat angelū loquentem in ſe, ſenſum videlicet à Deo illuminatū. Iſte enim angelus noſter eſt, qui prudenter intelligens, Dei indicat nobis voluntatem & dicit: *Quid ſunt hæc domine mi?* Angelus autem non explanat viſionem prophetę, vt rogatus ab eo fuerat: ſed interrogantem rurſum interrogat: *Num ignoras quid ſint hæc?* Quo reſpondente, neſcio: etiam ipſe reſpondit: *Hoc eſt verbum domini ad Zorobabel, dicens: Non in exercitu, nec in robore, ſed in ſpiritu meo, di-*

C
*cit dominus.* Sermo ergo domini ad Zorobabel, qui locutus eſt nō in exercitu, neque in robore, ſed in ſpiritu meo, ipſe eſt interpretatio viſionis: non in exercitu, nęq; in multitudine bellatorum, ſed in ſpiritu Dei reductum populum, & plenius reducendum, & aduerſarios eſſe vaſtandos. Quodque ſequitur: *Quis tu mōs magne coram Zorobabel in planum?* ad diabolum dictū intelligūt, qui ſtabat à dextris Ieſu, vt aduerſaretur ei: & ſe eleuabat contra Zorobabel, & populū Iudæorum. In planum autem verſus & humiliat⁹ eſt, & ſub pedibus iacet Iſrael, quia educet Deus lapidem primarium Chriſtum filium ſuū: qui ſēper auxilio fuit populo Iſrael. Et gratia eius, id eſt, lapidis in eos quos reduxit de captiuitate, exæquabit gratiam, quā in patres eorum ſemper exercuit. Hæc ab Hebræis dicta reperim⁹: Nūc quid ab eccleſiaſticis viris in commentariis ſcriptum ſit, diſſeramus. Cādelabrum aureū de auro puriſſimo eccleſiam intelligūt: quæ in ſcripturis ſanctis ſenſum ac mentē magis quā verba perquirit. Quod autem in ſēſu aurum accipiatur, poſteriora & humeri columbæ in ſexageſimo ſeptimo pſalmo oſtēdūt: quæ dicūtur auri virore, ſiue fulgore radiare. Lāpadē, & ipſi Chriſtum intelligūt, ꝙ luceat in eccleſia, qui de ſe ipſo dicebat: *Nemo lucernā accēdit, & ponit eam ſub modio,* hoc eſt, ſub mēſura legis: ſed ſuper cādelabrum, id eſt, euāgelii libertatem: vt luceat cūctis qui ſunt in domo. Lucernas ſeptē & ſuffuſoria earum, & ipſi gratias ſācti ſpiritus intelligunt, per quas oleū miſericordię Dei, cūctarumque virtutū Eccleſia ſuſcipit. Duas oliuas ſuper cādelabrū, & ipſi Moyſen & Eliā intelligunt, qui cum domino loquebantur in monte, & ſignificabant quid in Hieruſalem paſſurus eſſet. Omnis enim lex & prophetæ de Chriſti prædicant paſſione. Alii duas oliuas ſtātes à dextris & à ſiniſtris, legem & euangelium interpretantur: vt in dextra euangeliū ſit, in ſiniſtra lex, de qua dextra & ſiniſtra dicitur in Cāntico canticorū: *Siniſtra eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* Mōtem autē plerique noſtrorum, diabolum interpretantur, & antichriſtum, qui coram Zorobabel, de quo naſciturus eſt Chriſtus, ſtare audeat & ſe erigere, & in euāgelio dicere: *Hæc omnia mihi tradita ſunt, & dabo ea tibi, ſi procidēs adoraueris me.* Quem dominus ſuis pedibus proſternens, & de ſuperbo humilem faciens atque deiectū, dicit: *Vade retro ſathana: ſcriptū eſt enim: Dominum Deum tuum adorabilis, & ipſi ſoli ſeruies.* Dantq; exemplū in euangelio lunatici, quem cum apoſtoli nō potuiſſent ſanare, interrogant cur ſanare ne quiuerint, & audiūt: *Amen dico vobis: ſi habueritis fidem ſicut granum ſinapis, dicetis monti huic, tranſi hinc, & tranſibit. & nihil impoſſibile erit vobis:* Hoc autem genus non eiicitur, niſi per orationem & ieiunium. Mons ibi aperte diabolus accipitur. Alii autem temeritate non parua, hoc quod manifeſte de diabolo dicitur, ad Chriſtum referunt, qui in ſcripturis ſanctis mōs ſæpius appellatur: nec neceſſe eſt dare exempla, quorum magna copia eſt. Ad hunc autem ducuntur errorem: quia ſcriptum eſt in Lxx. *Quis es tu mons magne ante faciem Zorobabel, vt corrigas?* quod videlicet mons iſte qui ante faciē Zorobabel ęſt, hoc eſt, qui de Zorobabel
ſtirpe

ἐν χλωρότητι
D
Matt. 5. b
Matt. 17. a
Cantic. 2. b
Matth. 4. b
Deut. 6 b
Matth 17 a



E
ſtirpe deſcendat, velit mūdum ipſe corrigere, & de ipſo ſit quod ſequitur: *Educam lapidem hereditatis*, de qua ſcriptum eſt: *Tu es qui reſtitues hereditatē meā mihi.* Et in alio loco: *Elegit nobis hæreditatem ſuam, pulchritudinem Iacob, quam dilexit.* Et rurſum: *Facta eſt pars domini Iacob, funiculus hæreditatis eius Iſrael.* Et in ſecundo pſalmo: *Dominus dixit ad me: filius meus es tu, ego hodie genui te. Poſtula à me, & dabo tibi gentes, hæreditatem tuam.* Educet autē dominus lapidem primarium, de quo legimus: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum: Et omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil.* Quod autem dicit: *Exæquabit gratiam gratia eius:* hoc ſignificat. *Nos omnes de plenitudine eius accepimus, & gratiā pro gratia,* id eſt, pro gratia legis gratiam euāgelii, vt æqualem gratiam & par munus, & ex Iſrael credentes accipiant, & populus ethnicorum. Vnde & Gabriel loquitur ad Mariam: *Inueniſti gratiam apud Deum.* Et Paulus Apoſtolus ſcribit: *Gratia enim ſaluati eſtis.* Et Ioannes euāgeliſta: *Lex,* inquit, *per Moyſen data eſt: gratia autem & veritas per Ieſum Chriſtū facta eſt.*
Pſal. 15. b
Ibid. 46. a
Deut. 32.
Ioan. 3. a
Ibidem. b
Luc. 1. c
Epheſ. 2. a
Ioan. 1 b

HEB.

minus exercituum: Quis tu mons magne coram Zorobabel in planum? & educet lapidem primarium, & exæquabit gratiā gratiæ eius. a Et factum eſt verbum domini ad me dicens: Manus Zorobabel fundauerunt domum iſtam, & manus eius perficient eam, & ſcietis, quia dominus exercituum miſit me ad vos. Quis enim deſpexit dies paruos? & lætabuntur, & videbūt lapidem ſtanneum in manu Zorobabel. Septem iſti oculi ſunt domini qui diſcurrunt in vniuerſa terra. b Et reſpondi & dixi ad eum: Quid ſunt duæ oliuæ iſtæ ad dexteram candelabri, & ad ſiniſtram eius? Et reſpondi ſecūdo, & dixi ad eū: Quid ſunt duæ ſpicæ oliuarū, quę ſunt iuxta duo roſtra aurea, in quibus ſunt ſuffuſoria ex auro? Et ait ad me, dicens, Numquid neſcis quid ſunt hæc? Et dixi, non domine mi.
Et

SEPT.

*Quis es tu mons magne ante faciem Zorobabel vt corrigas? & educam lapidem hæreditatis, æqualitatem gratiæ gratiam eius. Et factus eſt ſermo domini ad me, dicens: Manus Zorobabel fundauerunt domum iſtam, & manus eius complebunt eam, & ſcies quoniam dominus omnipotens miſit me ad te. Quis enim deſpexit in dies paruos? & lætabuntur & videbunt lapidem ſtanneum in manu Zorobabel. Septem iſti oculi domini ſunt, qui reſpiciunt ſuper omnem terram. Et reſpondi, & dixi ad eum: Quid ſunt duæ oliuæ iſtæ à dextris candelabri, & à ſiniſtris? Et interrogaui ſecundo, & dixi ad eum. Quid ſunt duo rami oliuarum qui in manibus duarum narium aurearum ſunt: & quæ infundunt & retrahunt ſuffuſoria aurea? Et dixit ad me: neſcis quid ſunt hæc? Et dixi, nequaquam domine.*
*Et*

a ¶ *Et factū eſt verbum domini ad me, dicens: Manus Zorobabel fundauerūt domum iſtam, &c.*] Ab Hebræis & à noſtris multa dicuntur: quorū pleraq; ſectantes & alia repudiantes, quid nobis placeat inſeramus ſeruantes hiſtoriæ veritatem, vt ex hac poſſimus eum qui per hiſtoriam prophetatur agnoſcere. Manus Zorobabel principis Iudæorū, qui reuerſi ſunt de Babylone, templi fūdamēta iecerunt, & manus eius vſq; ad templi faſtigia venient, complentes quod cœperant, & omnia quæ cœpta fuerant extruentes. Legimus apud Ezdram, quod à Zorobabel templum cœptum ſit atque perfectum. Cumque ait Zacharias propheta, in templo quod nunc ædificatis, videritis à vobis culmen impoſitum, tunc intelligetis me miſſum à domino, & quæ locutus ſum ipſo mandante dixiſſe. *Quis enim deſpexit dies paruos?* Quis hic pro raro accipitur, iuxta illud: *Quis putas eſt diſpenſator fidelis & prudens?* Et: *Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo?* Et: *Quis aſcendet in montem ſanctum tuum?* Rarus ergo eſt, qui dies paruos huius ſæculi deſpiciat, & regiam poteſtatem putet eſſe nihili. Quando viderimus potentes ſæculi fulgere auro, purpura gemmiſque rutilare, circundari exercitu, dicamus in nobis: quis putas deſpicit dies paruos? Vnde & Iacob vitam hominum breuem intelligens: *Parui ſunt,* inquit, *& peſſimi dies vitæ meæ.* Qui ergo deſpexerint dies paruos (hoc autem refert ad regiam poteſtatem, vt cōmoneat Zorobabel & Ieſum, & populum, ædificantes populum Dei, nequaquam aduerſarios timere prohibentes, ſed audire dominum cohortantem) ex eo quod deſpiciunt regale faſtigium, lætabuntur & videbunt auxiliū Saluatoris, qui de Zorobabel ſtirpe promittitur, & propter fortitudinē, lapis appellatur, & lapis ſtanneus: Pro quo in Hebraico ſcriptum eſt a אבן הבדיל, eo quod ſit murus & fortitudo roburque credentiū. Sicut enim ſtannum ab igne alia metalla defendit, & cum ſit natura æs ferrūque duriſſimum, ſi abſque ſtanno fuerit, vritur & crematur: ſic omnis angelorum & hominū forti-
F
1. Ezdr. 4. & 6.
Luc. 12. e
Pſalm. 14. a
Gen. 17. b
a eben habbedil

G
tudo, ſi non habuerit auxiliū Saluatoris, imbecilla ꝓbatur & fragilis. Lapis autē iſte, id eſt, maſſa, qui apud Hębræos b הבדיל ſcribitur, id eſt ſtanneus, ἐτυμολογοῦσι ἀποχωρίζων, id eſt, ſeparans & ſecernens: Vt quo modo ſtannū mixta & adulterata inter ſe per ignem metalla diſſociat, ita dñs ver⁹ probator & χωνευτὴς ab auro & argento bonorum operū, æs vitiorum plūbūque ſecernat, vt purum aurum remaneat & argentum. Aliis verbis ἀποχωρίζων iſte & ſeparator in euangelio ſcribitur: *Cuius vētilabrū in manu ſua, & ipſe purgabit areā ſuā, & ſeparabit paleas à tritico:* qui clamat per Hieremiā: *Quid paleis ad frumētū: dicit dominus.* Multi noſtrorū manus Zorobabel, qui fūdauerit domū & ipſe perfecerit eā, Chriſtū interpretātur. Quod ſi recipimus, cogemur exponere, qui ſit lapis ſtāneus in manu Zorobabel: Neq; enim in manu Chriſti, Chriſtus alius approbādus eſt. Licet quidā lapidē ſtanneū corpus domini acceperint, quod nullis peccatorū fuerit maculis ſordidatū: nec plumbū vocetur, ſed ſtannum puriſſimum. Septē autem oculos, qui diſcurrunt in vniuerſa terra, & cūcta diiudicant, ſupra expoſuim⁹, ſeptem eſſe ſpiritus, & ꝙ Deum nihil lateat, qui & prędteritorū & præſentium & futurorum conſcius eſt, & reddit vnicuique ſecundum opera ſua, maximè cum in perſona ſeparātis bonos à malis, & conflatoris aduenerit.
b habbedil
Luc. 3 d
Hier. 3. f
H

b ¶ *Et reſpōdi, & dixi ad eum: Quid ſūt duæ oliuæ iſtæ ad dexterā cādelabri, &c.*] Interrogante propheta quid ſignificarēt duæ oliuæ, quarum altera ſtabat ad dexteram candelabri, altera ad ſiniſtrā: dñs ſiue angelus domini noluit reſpondere. Quod propheta intelligens, ſecundo ſciſcitatur, & dicit: *Quid ſūt duæ ſpicæ iſtæ oliuarum,* ſiue *duo rami?* de minoribus interrogans, quoniam maiora audire nō meruit. Duo autem iſti rami ſunt in manu duarū narium, ſiue ſuper duo roſtra aurea, quę Hebraicè c צנתרות, Græcè μυξωτῆρες appellantur, qui & ipſi duo μυξωτῆρες, ſuper quos duæ ſpicæ ſunt vel duo rami oliuarum de auro puriſſimo. Cumque & de duobus ramis propheta quæreret, & rurſū interrogaretur ab angelo, vtrumnam ſciret quid duo rami ſignificarent, & ille dixiſſet, nō domine: Reſpōdit angelus domini. Iſti ſunt duo filii olei: vt Symmach⁹ voluit: ſiue τῆς πιότητος, vt interpretat⁹ eſt Aquila, id eſt, ſplendoris: vel πιότητος, hoc eſt pinguedinis, vt verterūt Lxx. aut λαμπρότητος, id eſt, claritatis, vt Theodotio trāſtulit, q. aſſiſtūt dominatori vniuerſæ terræ. De duabus oliuis, quæ erāt ad dextram lampadis & ſiniſtram, ſupra legimus: Et idcirco nunc interrogans ſuper his propheta, nō meretur audire, quia priora non retinet: ſiue ꝙ ibi obſcurius dictum eſt, hic manifeſti⁹ audire deſiderat: aut certè ſilentio angeli confutatur eius pertinacia quod maiora ſe ſcire contendat, quamquam Hebræi ideo cum de oliuis interrogantē, nihil audiſſe confirment: quia non bene interrogauerit, nec totum quæſierit quod ſcire debuerat. Denique poſtea plenius ſciſcitatur addēs, ſpicas vel ramos oliuarum: de quibus ſupra tacuerat, ibi enim dixit: *Quid ſunt duæ oliuæ iſtæ:* hic interrogat *quid ſunt duæ ſpicæ oliuarum?* μεταφορικῶς, quod in morem ſpicarum rectæ
c ſantheroth.
יצהר


Q
ſint

A ſunt arbores, & quaſi ſpicæ ariſtis, ſic iſtæ vallo quodam ramorum atq; foliorũ tectæ ſint & in ſublime ſurgẽtes. Duas oliuas quidẽ è noſtris filium interpretantur & ſpiritũ ſanctum, & mediã lampadem Deum patrem. Sed neſcio quo modo abſq; blaſphemia alterum à dextris, alterum accipiat à ſiniſtris. Ramos quoq; ſiue ſpicas oliuarum, incarnationẽ Saluatoris, & ſimilitudinẽ columbæ ſpirit' ſancti diſſerũt; quia totas oliuas videre nequeam', ſed partẽ quãdam & vt ita dicã, ramuſculos incarnationis Chriſti, & oſtẽſionis Spirit' ſancti nobis eſſe monſtratos. Alii duo intelligũt teſtamẽta: à dextris euangeliũ, à ſiniſtris legẽ: eo q in altero ſpiritualis ſenſus ſit, in altero corporalis, & q nec totũ euãgelium, nec totam legẽ explanare poſſim', & nũc ex parte cognoſcam', & ex parte ꝓphetemus, & necdũ poſſimus intelligere q perfectum eſt. Sũt q duos ramos oliuarũ vel duas ſpicas, & filios pinguetudinis vel ſplẽdoris, ſacerdotium interpretẽtur & legẽ, q̃ præbeat gaudiũ vniuerſæ terræ. Alii Enoch & Eliã, quorum alter in ꝓputio, alter in circũciſione placuit Deo, & cũ corpore raptus in cælũ eſt. Pro ſplẽdore & oleo & pinguetudine & claritate, in Hebraico legim' יצהר iuxta illud q de gaudio & felicitate ſãctorũ in pſalmis ſcriptũ eſt: *Inebriabũtur ab vbertate* ſiue pinguedine *dom' tuæ*: πιότητος .i. magis pinguedinẽ quam vbertatẽ ſonat. Hæc vt quiuim' & vt vires ingenioli noſtri ferre potuerũt, locuti ſum', & Hebræorũ & noſtrorũ varias opiniones breuiter per ſtringẽtes, ſi quis melius imo verius dixerit, & nos libenter melioribus acquieſcimus.

(Margin: שבלי — 1. Cor. 13. c — d iſar — Pſalm. 35 b — B)

HEB.

Et dixit: Iſti ſunt duo filii olei, qui aſſiſtunt dominatori vniuerſæ terræ.

CAP. V.

HEB.

ET conuerſus ſum & leuaui oculos meos, & vidi, & ecce volumen volans, & dixit ad me: Quid tu vides? Et dixit: Ego video volumẽ volans: longitudo eius viginti cubitorum, & latitudo eius decem cubitorum. Et dixit ad me: Hęc eſt maledictio, quæ egredietur ſuper faciẽ terræ. Quia omnis fur, ſicut ibi ſcriptũ eſt, iudicabitur, & omnis iurans, ex hoc ſimiliter iudicabitur. Educam illud, dicit dominus exercituum, & veniet ad domũ furis, & ad domum iurantis in nomine meo mẽdaciter, & commorabitur in medio domus eius: & cõſumet eũ, & ligna eius, & lapides ei'. b Et egreſſus eſt angelus, qui loquebatur in me, &

SEPT.

*Et ait: Iſti ſunt duo filii pinguedinis, qui aſſiſtunt domino vniuerſæ terræ.*

CAP. V.

SEPT.

*ET conuerſus ſum & leuaui oculos meos, & vidi falcem volantem. Et dixit ad me: Quid vides? Et dixi: ego video falcem volantem, longitudinis cubitorum viginti & latitudinis cubitorum decem. Et dixit ad me. Hæc eſt maledictio, quæ egreditur ſuper faciem omnis terræ: quia omnis fur ex hoc vſque ad mortem punietur, & omnis periurus ex hoc vſque ad mortem cruciabitur. Et educam illud, dicit dominus omnipotens, & ingredietur domum furis, & domum iurantis in nomine meo mendaciter, & requieſcet in medio domus eius, & conſumet eum, & ligna eius & lapides eius. Et egreſſus eſt angelus qui loquebatur in me,*

C culum perdidere cæleſte. Ideo ipſe dicit per Eſaiã: *Inebriatus eſt gladius me' in cælo.* Gladio enim interibũt omnes peccatores populi, nõ vtiq; gladio corporali (ſi quidem multæ & diuerſæ præter gladium ad mortem viæ ſunt) ſed gladio ſpirituali, quo percutiendi ſunt, qui non egerunt pœnitentiam, & quibus comminatur Pſalmiſta proclamans: *Niſi conuertamini, gladium ſuum vibrabit: arcũ ſuum tetẽdit, & parauit illũ: Et in ipſo parauit vaſa mortis.* Et in Hieremia legim': *Vſquequo ſecabis mucro vel gladius domini? Vſquequo nõ requieſces? cõuertere in vaginam tuam.* Iſte gladius nõ ſolum falx appellatur, quæ fœnum, ſtipulam ſpinaſq; ſuccidit: ſed & ſecuris arborum dicitur: quæ ſuccidet qui non fecerint dignos fructus pœnitẽtiæ. Et de quibus Ioannes Baptiſta proclamat: *Ecce ſecuris ad radices arborum poſita eſt: Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignẽ mittetur.* Volumẽ iſtud, in quo peccata omnia deſcribuntur, ſiue falx q̃ cunctorum delicta ſuccidit: mittitur in vineam Sodomorum, de qua ſcriptum eſt. Inimici noſtri inſipiẽtes: *ex vinea enim Sodomorum vinea eorũ, & propago eorum de Gomorris: Vua eorũ vua fellis, & botrus amaritudinis eius. Furor draconũ, vinũ eorum, furor aſpidis inſanabilis.* Hæc falx viginti habet cubitos lõgitudinis, & decẽ latitudinis, in quo numero triſtib' læta ſociantur. Ad hoc enim dominus corripit vt emẽdet. In viceſimo, qui ex duab' decadib' efficitur, auſtera & triſtia nunciantur: in decimo, id eſt, vna decade, meliora & ꝓſpera: Per omnia enĩ flagella atq; ſupplicia eruditur Iſrael. Simulq; moneamus eos, qui

(Margin: Eſaiæ 34. a — Pſalm. 7. c — Hier. 4. — Matth. 3. c — Deut. 32. e — D — Heer. 6 b Sec. 70.)

CAPVT V.

*ET cõuerſus ſum: & leuaui oculos meos, & vidi, & ecce volumẽ volans, & dixit ad me: Quid tu vides, &c.*] Conuerſus inquit propheta, ad aliam viſionem, & à lætis atque fœlicibus oculos meos ad triſtiora ſuſtollens, cerno volumẽ volans, quod Hebraicè dicitur a מגלה & ab Aquila & Theodotione verſum eſt διφθέρα, à Symmacho κεφαλὶς, id eſt capitulum, iuxta illud quod in pſalmo legimus: *In capitulo libri ſcriptum eſt de me*: ſiue iuxta LXX. δρέπανον πετόμενον, id eſt, falcẽ volantẽ. Omnia enim quæ ſupra viderat, ædificationem templi, aduentum domini Saluatoris, libertatem de Babylone populi nunciarant. Itaque ne eleuaretur cum Apoſtolo cor eius (cui datus eſt angelus ſatanę, qui eum colaphizaret, ne ſe extolleret) videt & ipſe quæ triſtia ſunt, vt quidquid ex bonorum reuelatione arrogantiæ creuerat, ex triſtium comminatione decreſcat. Volumen autem volans oſtenditur, in quo omnium peccata deſcripta ſunt: vt vnuſquiſque recipiat ſecundum opera ſua, ſiue bonum ſiue malum, dicente Daniele: Throni poſiti ſunt, & libri aperti ſunt. Sin autem falcem accipimus, vt LXX. tranſtulerunt: de Apocalypſi Ioannis ſumamus exemplum, in quo ſcriptum eſt: *Et reſpondit angelus, & dixit ei qui ſedebat ſuper equum: Mitte falcem tuam acutiſſimam, & mete vineam terræ, quoniam maturæ ſunt vuæ eius.* Pro falce in Deuteronomio ſagittas & gladium legimus: *Inebriabo ſagittas meas ſanguine, & gladius meus deuorabit carnes.* Et quia Deus angelis peccantibus non pepercit, qui proprio vitio habita-

(Margin: a megilla — Pſal. n. 39 b — 1 Cor. 12. b — Dan. 7. e — Apoc. 14. e — Deut 32. f)

parua putãt crimina furtũ atque periurium, quod inducatur maledictio, quæ in volumine ac falce deſcripta eſt, in domum furis ac periuri, & commoretur in ea, & omnia eius ligna lapideſq; conſumat. Quod ſi in his q̃ minora putãtur (furtum dico & periurium) tanta pœnarum cõminatio eſt: quid dicem' de fornicatione, adulterio, homicidio, ſacrilegio, cunctiſq; criminib' quæ ab Apoſtolo inter carnis opera numerantur? Legi viginti cubitos longitudinis & decem latitudinis, ad ætatem referri domini Saluatoris, id eſt, tricenarium numerum efficere: quod non iudicet pater quemquam, ſed omne iudicium dederit filio, & ab eo mundus iudicandus ſit.

b ¶ *Et egreſſus eſt Angelus, qui loquebatur in me, & dixit ad me, &c.*] Amphora, ſiue mẽſura egrediebatur, & ferebatur in aëre. Et ne dubitaremus quo propriè vocabulo nuncuparetur, ipſe angelus qui oſtẽderat amphoram, ſiue menſuram, illi nomẽ imponit, & dicit iuxta LXX. Hæc eſt, iniquitas eorum in vniuerſa terra. Iuxta Hebræos: Hęc eſt oculus, id eſt oſtẽſio peccatorũ. Et ecce mulier ſedebat in medio amphoræ, vel menſurę: quæ apud Hebræos dicitur b איפה crebroq; à LXX. μέτρον vertitur, & hæc ipſa mulier vocabatur impietas. Cum hæc ita cerneret: ecce talentum plumbi, id eſt, maſſa inſtar lapidis ferebatur, vel ſuo impetu vel, domini iuſſione: vel ferebatur ab alio, cuius nomen tacitũ eſt. Angel' autem iſte qui loquebatur in propheta & egrediẽs ex eo, illi vniuerſa mõſtrabat, arripuit mulierem, quæ vocabatur impietas, & præcipitem miſit in mediũ amphoræ, quæ

(Margin: Gal. 5. c Ioan. 5. d — b epha)



E re, quã proprius liberè ferebatur, & ſupra amphorã ſedens omnibus apparebat. Ac ne forte rurſum eleuaret caput, & ſua iniquitate & impietate gauderet, talẽtũ plumbi in modũ grauiſſimi lapidis mittit in os amphoræ, vt impietatẽ in medio opprimat atq; cõcludat, ne quoquo modo poſſit erũpere. Hęc quaſi vmbras quaſdã & lineas futuræ imaginis duximus, vt q reliquũ eſt ſuis colorib' impleamus. Angelus q loquebatur in propheta, egreſſus de eo, & quaſi cõmin' loquens, ꝑcipit illi vt leuet oculos ſuos, & videat peccata populi Iſrael in menſurã coaceruata perfectam, & impleta delicta cunctorum, & hãc eſſe oculum eorum: quod hebraicè dicitur c עינם, & ſcribitur p d עין: Siue iniquitatẽ eorum, q̃ ſi per e, litterã ſcripta eſſet, rectè legeretur f עונם, vt LXX. putauerũt & hic error in editione vulgata frequẽter inoleuit, vt g ו & h י litteræ eadẽ formã ſed mẽſura diuerſę ſũt, altera legatur pro altera. Hæc amphora, ſiue mẽſura, oculus eorũ eſt in vniuerſa terra, hoc eſt, oſtẽſio peccatorum, vt quorum vitia diſperſa latitabant in vnũ, coaceruata oculis omniũ panderetur, & egrederetur de loco ſuo Iſrael, & cũctis gẽtib' qualis in terra ſua fuerit, mõſtraretur. *Et ecce talẽtum plũbi portabatur.* Pro talẽto plũbi in conſequẽtib' legimus lapidem plũbi. Talentum vocatur i ככר, lapis k אבן. Ipſe eſt igitur lapis plũbi qui & talẽtũ plũbi, q nos manifeſtius exprimẽtes, maſſam vel ſphærã plũbi interpretati ſum', ex quo ſignificatur põdus grauiſſimũ peccatorum. Et ſuper hãc menſurã atq; amphorã omnium delictorũ, in media ſedebat impietas, quã alio nomine idololatriã poſſumus appellare, & negationẽ Dei. Vnde & à Saluatore dicitur ad Iudæos: Implete menſurã patrum veſtrorũ. Hæc impietas quæ ſedebat ſuper peccata Iſrael, & in ſuo ſcelere gloriabatur, poſtea mittitur in medium Babylonis, & captiuitatis malo premitur. Vel iuxta Theodotionẽ, ipſa ſe proiicit & abſcondit in medium amphoræ, ducitque ſuper ſe pondus grauiſſimũ plũbi, vt obturatũ os habeat, & vltra ſe iactare nõ poſſit. Vel certè ab angelo Dei opprimitur, vt quæ pri' lætabatur in ſcelere, æterno ſilentio conticeſcat. Quo autẽ & à quibus concluſa portetur, ſequens lectio docet.

(Margin: c enam — d ain iod nun mem — e vau — f auonam — g vau — h iod — F — i ciccar — k eben — Matt. 23. d)

HEB.

& dixit ad me: Leua oculos tuos, & vide quid ſit hoc quod egreditur. Et dixi: Quid nã eſt? Et ait: Hæc eſt amphora egrediens, & dixit: Hæc eſt oculus eorum in vniuerſa terra. Et ecce talentum plũbi portabatur, & ecce mulier vna ſedens in medio amphoræ: Et dixit: Hæc eſt impietas: & proiecit eam in medium amphoræ, & miſit maſſam plumbeam in os eius. a Et leuaui oculos meos, & vidi: & ecce duæ mulieres egredientes, & ſpiritus in alis earum, & habebãt alas quaſi alas milui, & leuauerunt amphoram inter terram & cælum. Et ad angelum qui loquebatur in me: Quo iſtæ deferunt amphoram? Et dixit ad me: Vt ædificetur ei domus in terra Sennaar, & ſtabiliatur, & ponatur ibi ſuper baſem ſuam.

HEB.

CAP. VI.

ET conuerſus ſum & leuaui oculos meos, & vidi. Et

SEPT.

*me: & dixit ad me: Suſpice oculis tuis, & vide quid ſit quod egreditur. Et dixi: Quid eſt? Et ait: Hæc eſt menſura quæ egreditur. Et ait: Hæc eſt iniquitas eorum in omni terra. Et ecce talentum plumbi eleuatum eſt, & ecce mulier vna ſedebat in medio menſuræ, & dixit: Hæc eſt iniquitas: & proiecit eam in medium menſuræ, & proiecit lapidem plumbeũ in os eius. Et eleuaui oculos meos, & vidi: & ecce duæ mulieres egredientes, & ſpiritus in alis earum, & ipſæ habebant alas ſicut alæ ſunt vpupæ. Et eleuauerunt menſuram inter terram & cælum. Et dixi ad angelum qui loquebatur in me: Quo iſtæ deferunt menſuram? Et dixit ad me: Vt ædificent ei domum in terra Babylonis, & præparent, & ponant eam ibi ſuper ſedem ſuam.*

CAPVT VI.

SEPT.

*ET conuerſus ſum & leuaui oculos meos, & vidi. Et ecce*

a ¶ *Et leuaui oculos meos, & vidi, & ecce duæ mulieres egredientes &c.*] Duas mulieres egrediẽtes, Iudæi arbitrantur regnum Medorum & Macedonum, quorum vtrumq; afflixerit populũ Babylonium, & ibi impietas eorum ſedem poſuerit. Hoc autem arte confingunt: ne quod de ſe dictum eſt, in ſe intelligatur. Duæ enim mulieres, quæ egrediuntur, haud dubium quin de terra Iudæa accipiendæ ſunt decem & duę tribus, quarum alteræ ab Aſſyriis, alteræ à Chaldæis captæ ſunt. Et in alis earum erat ſpiritus, id eſt, poteſtas diaboli, de quo in Eccleſiaſte ſcriptum eſt: *Si ſpiritus poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te, locum tuum ne dimiſeris.* Et in euãgelio ſpiritum immundum legimus: qui cum de domo ſua fuerit eiectus, circuiens deſerta & arida, cum aliis ſeptem ſpiritibus nequioribus ſe reuertitur ad priſtinã domũ. Ab hoc igitur ſpiritu iſtæ mulieres quaſi vẽto flatuq; raptatæ,

(Margin: Eccl. 10 a Luc. 11 d)

volatu celeri ferebãtur, & habebant alas iuxta Hebraicum l חסידה, quod Aquila, Symmachus, Theodotio ἐρωδιοῦ, id eſt, Herodionem: ſoli LXX. ἔποπος, id eſt, vpupam tranſtulerunt. Haſidã Hebræi miluũ putant, auem rapaciſſimã, & ſemper domeſticis auib' inſidiantem. Herodionum vero, hi qui de volucrũ ſcripſere natura, tria genera autumãt, vnum albũ, aliud ſtellatum, tertiũ nigrũ, q & ſæuiſſimum eſt & ſãguinarium & pugnans, ad coitũ impatiẽs, ita vt ex oculis eorũ erumpat cruor. Vpupã autẽ, q̃ nos de Græci nominis ſimilitudine traxim' (nã & ipſi ἔποπα appellãt, ab eo q ſtercora humana conſideret) auem dicunt eſſe ſpurciſſimã: ſemper in ſepulcris, ſępe in humano ſtercore cõmorantem: deniq; & nidũ ex eo facere dicitur, & pullos ſuos de vermiculis ſtercoris alere putrefactis. Quamcũque ex tribus auibus intelligere volueris haſidã, conuenit iſtis mulierib' Iudæ & Iſraeli, quę propter peccata pũtẽtia traditæ ſũt dæmonũ poteſtati, & ab eis ductę in captiuitatem. Tuleruntque amphoram, ſiue mẽſurã, in qua clauſa tenebatur impietas, maſſa plũbi deſuperpoſita ne poſſit exire, & põdus grauiſſimum omniũ peccatorũ per aerẽ inter terram & cælũ eleuantes. Quod propheta intelligẽs, nõ interrogat q; ſint iſtę mulieres (patebat enĩ ſpiritu ꝓphetali) nec quid portẽt de quo ſupra fuerat eruditus, ſed quo portẽt. Deniq; ſequit: Dixi ad angelũ, qui loquebat in me: Quo iſtæ deferũt amphoram? Qui reſpondit: vt ædificetur ei domus in terra Sẽnaar: Pro quo LXX. trãſtulerunt in terra Babylonis. Sẽnaar enim campus eſt Chaldæorũ: in quo hi qui mouerãt ab oriẽte pedes ſuos & in Dei ſeruitute ſtare non poterãt, ædificauerũt turrim ſuperbiæ: vnde & ciuitas ipſa appellata eſt Babylon, id eſt, confuſio, eo quod ibi linguæ omniũ cõfuſæ ſint atque permixtæ. Impietas ergo defertur ab iſtis mulierib' in Babylonem: vt ibi ædificetur domus eius, & ſtabiliatur, & ponatur ſuper baſem ſuam, & æterna ſtatione requieſcat. Verè enim in Babylone ſedes eſt impietatis, & iuxta hiſtoriã, & iuxta myſticos intellect'. Si volueris duas mulieres accipere hæreticorum populos & Iudæorum (quorũ vtriq; egrediũtur à facie Dei, & ſpiritu feruntur incerto, & habẽt alas milui, herodii & vpupæ, dum ſemper in modum perdicis faciunt diuitias non cum iudicio, & de eccleſia rapere feſtinãt, & contentionibus ac iurgiis delectantur, & quoſcumque deceperint, trahunt ad interitum, volutantur in cœno libidinum & ſordibus ſempiternis.) Iſtæ mulieres leuant pondus impietatis grauiſſimum, & ædificãt in confuſione domum ſuam, & ſeruiunt regi Babylonio: vt ibi habitent hæreticorum populi & Iudæorum, vbi morantur, idololatræ, ligno & lapidibus ſeruientes.

(Margin: G l haſida — H — Gen. 11. a)

CAPVT VI.

*ET conuerſus ſum, & leuaui oculos meos, & vidi: Et ecce quatuor quadrigæ egredientes de medio duorum montium, & montes, montes ænei. In quadriga prima equi ruſi, & in quadriga ſecunda equi nigri, &c.*] Tranſiui, ait, ad aliam viſionem, & oculos cordis mei ad cælum altius ſubleuaui

ſubleuaui: Viditque quatuor quadrigas egredientes de medio duorum montium, qui erant ænei inſuperabiles atque fortiſſimi, & qui nulla poſſent vetuſtate cõſumi. Quos enim ſupra montes myrteos, vel vmbroſos dixerat atque nemoroſos, nunc æneos vocat. In quadriga prima equi rufi erant cruenti & ſanguinarii, & Babylonia crudelitate terribiles. In quadriga ſecunda equi nigri regnum Medorum atque Perſarũ, quod bigæ ſedens & egrediens per Aſſueri regis edictum, mortem omnium Iudæorum triſti nuncio preferebat. In quadriga tertia equi albi, Macedones, ſub quorum rege Antiocho Machabæorũ victoriam legimus. In quadriga quarta equi varii fortes. Scimꝰ enim Romanorum reges, alios in gentem Iudeam fuiſſe clementes: vt C. Cæſarem, Auguſtum & Claudium, alios perſecutores atque terribiles vt C. Caligulam, Neronem, Veſpaſianum, & Hadrianum. Pro fortibus, quos Aquila καρτεροὺς LXX. ψαρούς tranſtulerunt: in Hebraico ſcriptum eſt a אמצים. Et quædam exẽplaria malè habent πυῤῥοὺς, cõfundentia colorum differentias atque regnorum; cum πυῤῥοὶ id eſt, rufi, non b אמצים ſed c אדמים appellentur. Propheta ergo quærente quid ſibi vellent ſignificare quę cerneret: angelus qui loquebatur in eo reſpõdet, & narrat quatuor ventos cæli, id eſt, quatuor plagas mundi, quæ Gręci vocant κλίματα, qui aſſiſtãt & pareant domini voluntati. Nihil enim hæc quatuor regna, quæ diximus abſque domini voluntate fecerunt. In qua erant equi nigri, egrediebãtur inquit, in terram aquilonis. Quam pulchre quadriga prima, in qua erant equi rufi, prætermittitur, & quid ſecũda & tertia fecerint quartaque deſcribitur: Iam enim eo tempore, quo hæc propheta referebat, regnum prærerierat Babylonium, & omnem Aſiam, Medorum potentia poſſidebat, ſub quorum rege Dario, anno eius ſecundo, menſe vndecimo qui appellatur d שבט, viceſimaquarta die menſis, omnia quæ ſupra expoſuimus, contemplatur. In qua erant igitur equi nigri, egrediebantur in terram aquilonis, vt Chaldæorum regnũ modica virtus euerteret. Et hoc notandum quod κλίματα, id eſt, plagæ orbis & mundi, iuxta ſitum Hieruſalem & templi, in ſcripturis ſanctis appellentur. Albi quoque egreſſi ſunt poſt eos, ſecuti Medorum Perſarumque veſtigia, reges Macedonum, vt Chaldæos ac Babylonem ſuo imperio ſubiugarent. Quarti verò, id eſt, ſturnini & varii, pro quo in Hebræo legitur e ברדים, & qui alio nomine appellantur amuſſim, id eſt, fortes atque robuſti, egreſſi ſunt ad auſtralem plagam, & totam terram impetu celeri luſtrauerunt: Clamatque angelus, qui loquebatur in propheta, ad imperium Romanorum. Ite, perambulate terram, & orbem circuite terrarum, veſtriſque pedibus cuncta regna ſubſternite. Conuerſuſque ad prophetam clara voce teſtatur: *Ecce qui egrediuntur in terram aquilonis, requieſcere fecerunt ſpiritum meum in terra, ad quam profecti ſunt.* Traditum mihi eſt ab Hebræis in loco vel difficillimo, quod Alexander & omnes Macedones, id eſt, equi albi, qui egreſſi ſunt poſt Medos & Perſas, qui & ipſi perrexerant in terram aquilonis, eo quod contra Medos Dei impleuerint voluntatem, & in breui imperium Medorum atque Perſarum à Macedonibus ſit deletum. Grandis enim eorum eſt conſolatio qui premuntur, ſi ſciant hoſtes ſuos cito eſſe perituros. Hæc vt potuimus, imo vt accepimꝰ, noſtræ lingue ſtudioſis tradidimus, ſequentes hiſtoriæ veritatem: nec quadrigas Pharaonis & currus Babylonios inſtar explanationis Ægyptię tenaci memoria cõquirentes. Non enim quid vbi ſcriptum, ſed qua ratione ſit ſcriptum, conſiderandum eſt: Iuxta allegoriam, quæcũque in quatuor cornibus & quatuor fabris diximus, etiam in pręſenti loco accipiamus. Legi in cuiuſdam volumine quatuor quadrigas, in quibus ſunt equi rufi & nigri, & albi & varii ac fortes, quatuor euangelia intelligenda, & equos Apoſtolos, per diuerſitatem colorum diuerſas gratias poſſidentes, quorum alii rufi ſint in martyrio, alii obſcuri & nigri & Chriſti myſteria cognoſcentes, de quibus dicatur in pſalmis: *Caligo ſub pedibus eius.* Et: *Poſuit tenebras latibulum ſuum.* Alii albi gratia virginali: alii varii & fortes, habentes gratiam curationum, diuerſarumque virtutum. Hæ quadrigæ quatuor, ſiue currus, miſſi ſunt in quatuor ventos cæli, id eſt, ad cardines mundi, & vniuerſum orbem terrarum, vt explerent domini voluntatem, quibus poſtea infertur ab angelo: Ite, & perambulate terram, & in cunctis terrarum finibus euangelium ſeminate. Hoc quoque quod ſequitur: *Ecce qui egrediuntur in terram aquilonis requieſcere fecerunt ſpiritum meum in terra aquilonis:* ſic explanauit, vt diceret requieuiſſe ſpiritum domini ſiue angeli: quando in terra aquilonis, diaboli regna duriſſima apoſtolica prædicatione ſubuerſa ſunt, & hæc eſſe regna, quę domino Saluatori in monte excelſo diabolus oſtendens, ſibi tradita gloriatus ſit.

a amuſſim · b amuſſim · c adũmim · d ſebat · e berudim · אמצים · מרכבות · Pſalm. 17. b · Matth. 4. b

HEB.

ecce quatuor quadrigæ egredientes de medio duorum montiũ, & mõtes, mõtes ænei. In quadriga prima equi rufi, & in quadriga ſecunda equi nigri, & in quadriga tertia equi albi, & in quadriga quarta equi varii & fortes. Et reſpondi, & dixi ad angelum qui loquebatur in me: Quid ſũt hęc domine mi: Et reſpondit angelus, & ait ad me: Iſti ſunt quatuor vẽti cæli, qui egrediũtur vt ſtent coram dominatore omnis terræ. In qua erãt equi nigri egrediebãtur in terrã aquilonis, & albi egreſſi ſunt poſt eos, & varii egreſſi ſunt ad terram auſtri. Qui autem erãt robuſtiſſimi, exierũt & quærebãt ire & diſcurrere per omnem terrã. Et dixit: Ite perãbulate terram, & perãbulauerunt terram. Et vocauit me, & locutus eſt ad me dicens: Ecce qui egrediũtur in terrã aquilonis, requieſcere fecerũt ſpiritum meũ in terra aquilonis.

SEPT.

*ecce quatuor quadrigæ egredientes de medio duorum montium, & montes erant montes ænei. In quadriga prima equi rufi, & in quadriga ſecunda equi nigri, & in quadriga tertia equi albi, & in quadriga quarta equi varii ſturnini. Et reſpondi, & dixi ad angelum qui loquebatur in me: Quid ſunt hæc domine? Et reſpondit Angelus qui loquebatur in me, & dixit: Hi ſunt quatuor venti cæli, & qui egrediuntur vt aſſiſtãt domino omnis terræ. In quo erant equi nigri egrediebantur ſuper terram aquilonis; & albi egrediebantur poſt eos, & varii exibant in terram auſtri, & ſturnini egrediebantur, & conſiderabant vt circuirent terram. Et dixit: Ite & circuite terram, & circuiuerunt terram, & clamauit, & locutus eſt ad me, dicens: Ecce qui egrediuntur ſuper terram aquilonis, requieſcere fecerunt furorem meum in terra aquilonis.*

*Commentarii primi in Zachariam prophetam finis.*

DIVI



# DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN SECVNDVM COMMENTARIORVM ZACHARIÆ, AD EXVPERIVM THOLOSANVM EPISCOPVM.

## PROLOGVS.

*AB obſcuris ad obſcuriora tranſimus, & cum Moyſe ingredimur in nubem & caliginem.* Abyſſus abyſſum inuocat in voce cataractarum Dei: & gyrans gyrando vadit ſpiritus & in circulos ſuos reuertitur: *Labyrintheos patimur errores, & Chriſti cæca regimus filo veſtigia. Ad hanc difficultatem vrget petaſatus libri portitor: dimidium facti, qui bene cœpit, habet: quanto magis nos, qui tertiam partem iam confecimus viæ, eodem debemus in reliquis labore ſudare, ne perdamus præterita, & imperfectum opus arguat lectoris deſiderium? Itaque, mi Exuperi Papa venerabilis, adeſto præſens orationibus, qui corpore abſens es: & impetra à domino, vt auferatur à facie mea velamen Zachariæ, quod ante oculos appendebatur Moyſi: quia fulgorem vultus eius vulgus ignobile ferre non poterat: vt ego quoque cum Dauid queam dicere:* Dominus dabit verbum euangelizãtibus virtute multa. *Secundi libri explanationum in Zachariam iſtud exordium eſt, quem tanta celeritate dictamus, vt pene non ſit emendandi ſpacium: dum frater Siſinnius Ægyptum ire feſtinat, vt odorem bonæ fragrantiæ, qui à te miſſus eſt fratribus, illuc quoque perferat: Et nequaquam Aethiopiæ flumine, ſed Calliarum largiſſimis aquis rigentur arua ſitientia.*

Exod. 19. 24. · Pſal. 41. b · Eccl. 1 b · Exod. 34 g · Pſal. 67. c

## COMMENTARIORVM HIERONYMI IN ZACHARIAM PROPHETAM.

### LIBER SECVNDVS.

*ET factum eſt verbũ domini ad me dicens: Sume à trãſmigratione ab Holdai, & à Tobia, & ab Idaia, &c.*] Semel propoſiti arcana eruditionis Hebraicæ, & magiſtrorum ſynagogæ reconditam diſciplinam, eam duntaxat, quæ ſcripturis ſanctis conuenit, latinis auribus prodere. Quamobrem neceſſe mihi eſt in locis obſcuriſſimis hiſtoriæ lineas ducere, & ſic quæ ab eccleſiaſticis viris accepi proferre in medium, lectoris arbitrio, quid magis ſequi debeat, relinquens. Et primũ lectionis ordo reddẽdus eſt, vt quod dicitur iuxta litteram perſpicuum fiat. Accipe, inquit, ab Holdai, & à Tobia, & ab Idaia, qui de Babylonica captiuitate venerũt: & ſumes ab eis, quæ offeruntur munera, argentum & aurum: & intrabis domum Ioſiæ filii Sophoniæ, & ibi facies coronas, auri atque argenti varietate diſtinctas: nõ vnam coronam, ſed vel duas, vel plures: a עטרות quippe, id eſt, ςέμματα, non vnum, ſed vel dualem, vel pluralem numerum ſignificant. Cumque coronas feceris, impones vnam ex eis in capite Ieſu filii Ioſedech ſacerdotis magni, & loqueris ad eum: Hæc dicit dominus omnipotens: Ecce vir, cuius nomen eſt oriens, quod Hebraicè dicitur b צמח nõ per c ש ſed per d צ litteram ſcriptum. Qui idcirco oriens, id eſt ἀνατολή, vel ἀναφύη, ſiue βλάςημα nuncupatur, id eſt germen: quia ex ſe repente ſuccreſcet, & ex radice ſua in ſimilitudinem germinis pullulabit. Qui vir ædificabit templum domini: cumque illud extruxerit, ipſe quoque portabit gloriam, id eſt coronam alterã, q̃ Hebraicè e הוד & ab alio εὐπρέπεια: ab alio ἐπὶ πρέποντα: ab alio ἀρετή: ab alio δόξα ſcribitur: vel quæ inclytum, vel decorem, vel virtutem, vel gloriam ſonant. Significari autem putant Zorobabel, qui ex humili atque captiuo in ducem populi Iudaici repente conſurgens, ædificauit templum domini, & ſedit ſuper ſolio ſuo, & principis poteſtate dominatus eſt: ſed & pontifex, inquit, Ieſus filius Ioſedech ſedebit in ſacerdotali throno, & iunctis animis atq; cõſiliis Dei populum gubernabũt. Et erit pax inter duos illos, hoc eſt inter eũ qui de tribu regia eſt, & eum qui de Leuitica ſtirpe deſcendit, vt ſacerdotium pariter & regnum Dei populum regant. Ipſaſque coronas quas de auro feceris & argento, poſtquam impoſitæ fuerint capiti Ieſu filii Ioſedech, & capiti Zorobabel filii Salathiel, nominibus eorum, à quibus oblatæ ſunt, conſecrabis in templo, id eſt, Helem & Tobiæ & Idaiæ, & Hen. Nomen ſecundum & tertium idem eſt quod ſupra. Primum mutatum eſt, & pro Holdai nũc Helẽ poſuit. Quartum quod ſupra non dixerat, additum, hoc eſt Hen: de quibus loquemur in conſequentibus. Repoſitis autem, ait, coronis in templo domini, & in ſempiternam memoriam conſecratis, de toto orbe terrarum & procul poſitæ gentes venient, & ædificabunt in templo meo, vnuſquiſque pro viribus ſuis: Et tunc exitu rerum & proſperitate omnium cognoſcetis, quod dominus miſerit me, & ipſo cuncta iubente prædixerim. Hæc autem omnia erunt, ſi obedieritis præceptis domini, & mandata illius feceritis. Holdai interpretatur deprecatio domini, quod Græcè ſignificantius dicitur λιτάνευσις κυρίου. Tobia, bonus domini: Idaia, notus domini. Pro f חלדי nunc in primo loco poſuit g חלם, quod interpretatur ſomnium, & in quarto loco addidit h חן, id eſt gratia. Horum quatuor hominum coronæ erunt apud filium Sophoniæ, quem ſupra Ioſiam legimus, qui cuſtos & æditus eſt templi domini, & ibi æterna ſtatione requieſcent. Hebręi Ananiam, & Azariam, & Miſahel de captiuitate venientes, aurum & argentum in munera templi, & coronas

a ataroth · b ſemach · c ſchin · d ſade · e hod · חלדי · ידעיה · טוביה · f heldai · g helem · h hen

HEB.

ET factum eſt verbum domini ad me dicens: Sume à tranſmigratione ab Holdai, & à Tobia, & ab Idaia: & venies tu in die illa, & intrabis domum Ioſiæ filii Sophoniæ, qui venerunt de Babylone. Et ſumes argentum & aurum, & facies coronas, & pones in capite Ieſu filii Ioſedech ſacerdotis magni, & loqueris ad eum, dicens: Hæc ait dominus exercituum, dicens. Ecce vir, oriẽs nomen eius, & ſubter eum orietur, & ædificabit templum domino. Et ipſe extruet templum domino: & ipſe portabit gloriam & ſedebit, & dominabitur ſuper ſolio ſuo: & erit ſacerdos ſuper ſolio ſuo, & conſilium

SEPT.

*ET factus eſt ſermo domini ad me, dicens: Accipe quæ de captiuitate ſunt à principibus & ab vtilibus eius, & qui cognouerunt eam, & ingredieris tu in die illa in domum Ioſiæ filii Sophoniæ, qui venit de Babylone. Et accipies argentum & aurum, & facies coronas, & impones ſuper caput Ieſu filii Ioſedech ſacerdotis magni, & dices ad eum: Hæc dicit dominus omnipotens: Ecce vir oriens nomen eius, & ſubter eum orietur. Et ædificauit domum domini & ipſe accipiet virtutem, & ſedebit & imperabit ſuper throno ſuo: & erit ſacerdos à dextris eius, & conſilium pacis erit inter duos.*

*Corona*

A & coronas pontificis ac ducis attuliſſe cōmemorāt, & quē ſupra non dixerat, Hē, id eſt, gratiam, Danielem veniſſe cū munere, & idcirco Helen poſitum pro Holdai, vt ex interpretatione nominis, quod dicitur ſomnium, oſtendatur in captiuitate poſitum Danielē, & tres pueros regalis ſomnii
Dan 2. 6 myſteria cognouiſſe. Aſſumptis enim tribꝰ pueris, Daniel orauit dominum, & interpretationem ſomnii conſecutus eſt: Hæc iuxta hiſtoriā, circūciſio conatur exponere. Nobis autē incūbit neceſſitas iuxta Lxx. interpretes dicere, quę noſtri dixere maiores. Accipe à captiuitate, & à principibꝰ, & ab vtilibus eiꝰ, & ab his qui cognouerunt eam, aurū & argētum, & ingreſſus in domū Ioſiæ filij Sophoniæ (qui & ipſe venit de Babylone) faç in ea coronas aureas & argenteas: quas impones ſuper caput Ieſu filii Ioſedech ſacerdotis magni. Captiuitatis Iudęorū, id eſt, populi dn̄m cōfitentis, vitia ſūt atq; peccata: quæ qui cœperit agere pœnitētiam, & deſiderare priſtinam Hieruſalem, id eſt, eccleſiā Chriſti, Babylonē deſerit ac dimittit & offertur à principibꝰ captiuorū, ab vtilibus eius, id eſt, captiuitatis (qui & ipſi pro vtilitate ſua traditi ſūt angelo ſatanæ *in interitū carnis, vt ſpiri-*
1. Cor. 5. b *tus ſaluꝰ fieret* (& ab his qui cognoſcunt eā, videlicet captiuitatem, in bonam partem poſt ſupplicia eſſe vertendam.
B Offertur autem aurum & argentum ab his, qui & ſenſu & ſermone dominum confitentur, & fiunt ex eo, id eſt, auro
אשׁ,וח, & argento in domo Ioſiæ, qui interpretatur ſaluatus, & eſt filius viſitationis domini, id eſt, ἐπισκοπῆς κυρίου. Viſitatur enim à domino qui prius malè ægrotauerat. Et rectè dicitur Ioſias ſaluatus: quia & ipſe reuerſus eſt de Babylone. Imponuntur autem coronæ vel corona Ieſu filio Ioſedech ſacerdoti magno: quia nobis proficientibus, & reuerſis ad meliora, per ſingulas virtutes noſtras, dominus coronatur: imo nobis virtute pœnitentiæ coronatis, Saluator in ſingulis coronam accipit, iuxta illud quod & Paulus loquitur: *De cætero repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi domi-*
2. Tim 4. b *nus iuſtus iudex: non ſolum autem mihi, ſed & omnibus qui diligunt aduentum domini Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti.* Vnde à corona iuſtitiæ & pater domini Saluatoris nomē accepit. Ioſedech enim interpretatur dominus iuſtitiæ, eo quod reddat vnicuique ſecundū opera ſua. De hac corona & Iacobus in epiſtola ſua loquitur: *Beatus vir qui ſuſtinet tentatio-*
חוציק, Iacob. 1. b *nem: quia cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe.* Iubetur autem prophetæ, vt poſtquam coronam impoſuerit, vel coronas ſuper caput Ieſu filii Ioſedech ſacerdotis magni, loquatur ad eum, & dicat: Hæc dicit dominus: Ecce vir, oriens nomen eius, & ſubter eū orietur, & reliqua. Non Ieſum diuidimus, nec duas perſonas in vnam poſſumus facere perſonam, ſed ipſe qui Ieſꝰ appellatur, eo ꝙ ſaluauerit mundum, & oriēs dicitur, quia in diebus eius orta eſt iuſtitia. Et canitur in pſalmo: *Veritas*
Pſalm. 84. b *de terra orta eſt*: eo quod de vtero virginali in ſæculorū con-
Ioan. 14. a ſūmatione generatus dixerit: *Ego ſum veritas*: & extrema hora venerit, iuxta Ioānis epiſtolam dicentis: *Filioli nunc ex-*
1 Ioan. 2. e *trema hora eſt*: In qua ſtantem, & nihil agentem gentiū po-
Matt. 20. d pulum conduxit ex denario, & miſit ad vineam. Alioquin ſi ſecundū diuerſitatē nominis diuerſus efficitur: alius erit paſtor, alius aries, alius agnus, alius ianua, alius lapis offēſionis & petra ſcādali. Iſte igitur qui noſtris virtutibus coro-
Pſalm. 2. b natus eſt, orietur, & appellabitur oriens. Ad quem locutus eſt pater: *Filius meus es tu: ego hodie genui te.* & ſubter eum o-

C rietur multitudo credentium, & ædificabit domum domini eccleſiam, & ipſe accipiet virtutem, & decorem, ac profectum, & gloriam ſingulorum, & ſedebit, & dominabitur
Luc. 1. c in throno ſuo, in throno Dauid, de quo & in euāgelio ſcriptū eſt: Et erit ſacerdos à dextris eius, ſiue iuxta Hebraicū, ſuper thronū ſuū: quia ipſe & rex & Pōtifex eſt: Et ſedebit, tā in regali quam in ſacerdotali throno, & cōſilium pacificū erit inter vtrūque vt nec regale faſtigium ſacerdotalē deprimat dignitatē, nec ſacerdotii dignitas regale faſtigiū: ſed in vniꝰ gloria domini Ieſu vtrumque conſentiat: Legi in cuiuſdā libro hoc quod dicitur: Et conſilium pacificum erit inter duos, ad patrē referri & ad filium: quia non ſuam ſed patris venerit facere volūtatem, & pater in filio ſit, & filiꝰ in patre. Corona autem, id eſt inſigne victorię, cū Chriſtus fuerit coronatꝰ, his quoque repromittitur, qui expectāt eū, & intelligūt vtilitatē quondam captiuitatis ſuæ, & nouerūt Dei vniuerſa myſte-
Pſal. 136. a ria, vt ſint in gratiā filii Sophoniæ, viſitationis dn̄i. Et qui in Babylone dicebant: *Super flumina Babylonis, ibi ſedimꝰ & fleuimus, cū recordaremur Siō, In ſalicibus in medio eius ſuſpēdimus organa noſtra*: poſtquā reuerſi fuerint in Hieruſalē, accipiāt pſalmum & tympanū, D
& canant in eccleſia domini, & qui per maiora peccata lōge fuerāt ab Iudæa & confeſſione veriſſima, & per ſingulos profectus ſuos ędificent domum domini, & tunc vniuerſi pari mente cognoſcant, quod dominus omnipotens prophetam miſerit ad eos. Fient autem omnia quæ promiſſa ſunt, ſi dominum audire voluerint, & acta pœnitentia in bonis operibus manſerint.

HEB.

filium pacis erit inter illos duos. Et coronæ erunt Helem & Tobiæ, & Idaiæ, & Hen filio Sophoniæ, memoriale in templo domini. Et qui procul ſunt, venient, & ædificabunt in templo domini, & ſcietis quia dominus exercituum miſit me ad vos. Erit autem hoc, ſi auditu audieritis vocem domini Dei veſtri.

CAP. VII.

HEB.

ET factum eſt in anno quarto Darii regis, factum eſt verbū domini ad Zachariam, in quarta menſis noni, qui eſt Caſleu. Et miſerūt ad domum Dei Saraſar & Regem melech,

SEPT.

*Corona autem expectantibus, & vtilibus eius, & qui cognouerunt eam, & in gratiam filii Sophoniæ, & in pſalmum in domo domini: Et qui longe ſunt ab eis venient & ædificabunt in domo domini, & ſcietis quia dominus omnipotens miſit me ad vos. Et erit, ſi auditu audieritis vocem domini Dei veſtri.*

CAP. VII.

SEPT.

*ET factum eſt in quarto anno ſub Dario rege, factus eſt ſermo domini ad Zachariam, quarta die menſis noni, qui eſt Chaſeleu: Et miſit de Bethel Saraſar & Arbath*

CAPVT VII.

*ET factum eſt in anno quarto Darii regis, factum eſt verbum domini ad Zachariam, &c.*] In quarto anno Darii regis,
in menſe nono, qui appellatur a כסלו, & in quarta menſis a cisleu
eiuſdem diei, miſerunt ad domum Dei, id eſt ad templum ꝙ
iam à Zorobabel & ab Ieſu fuerat inſtauratum: Saraſar & שׂראצר
Regem melech, & cæteri qui cum eis erant, quos Perſas ורגם מלך
fuiſſe duces regis Darii timentes Deum, Hebræi autumāt, vt quia iam audierāt tēplum eſſe conſtructum, quærerent à ſacerdotibus domus domini & prophetis, vtrum ſecundum conſuetudinē priſtinam flere & ieiunare deberent, an luctum mutare lætitia. Et eſt ſenſus ſciſcitantium: Quinto mēſe, qui appellatur apud Romanos Iulius, à Nabuchodonoſor ſubuerſa eſt Hieruſalē, quā ob cauſam propter ſolitudinem tēpli hucuſque ieiunauimus & planximus, & mœrorē noſtrum fletu & ieiuniis conſolati ſumus. Nunc quia dicitur templum eſſe cōſtructum, & videmus nequaquam cauſā permanere triſtitię, reſpondere quęſumus, vtrū hoc facere debeamus, an mœrorem gaudio cōmutare. Et ſimul conſiderandū, quod fletus atq; ieiuniū ſanctificatio dicitur. Vnde & in Iohel præceptū eſt ſacerdotibus, vt ſanctificent
ieiuniū, & prædicent curationem. Curat enim vulnera de- Ioel. 1. c
linquentis abſtinentia & ieiunium, & curatos quoſque ſā- Sec. 70.
ctificat: Poſtquam interrogauerāt Perſarum duces per eos quos miſerāt, & ad ſacerdotes atque prophetas ſciſcitantiū fuerat expleta legatio, fit ſermo domini ad prophetam, imperans vt loquatur ad vulgum, & ad ſacerdotes, quid legatis debeant reſpondere. Quando ieiunabatis, & plangebatis in quinto menſe captiuitatis Hieruſalem, & in ſeptimo
mēſe, quādo Godolias interfectus eſt ab Iſmahel, ꝑ annos 4 Reg 25.
ſeptuaginta deſolationis tēpli, & ſubuerſionis Hieruſalem: Hier. 42. a
numquid



E nūquid mihi proderat ꝙ ieiunabatis? Et ecōtrario: Si quando manducatis & bibitis, numquid nō vobis & comeditis & potatis? Neq; enim his rebꝰ placatur Deus, ſed bonis operibꝰ, & ſi illius præcepta faciamus. Quia *eſca nos non com-*
1. Cor. 8. b *mēdat Deo*: *Neq; ſi nō mādūcauerimus, deficiemus: neq; ſi māducauerimus abūdabimus.* Nūqd nō hęc ſunt verba mea adhuc ſtāte Hieruſalē & vrbibꝰ Iuda q̃ loquebar ad vos in manibꝰ prophetarū meorū, cum adhuc ſtaret Hieruſalē, & vrbes Iuda rebus omnibus abūdarēt, & tam montana regio, q̃ campeſtris frugibus redūdaret, & fidiſſima pace frueretur Hæc autem erāt verba domini, q̃ ſequēs ſcriptura teſtatur velle ſe verū iudicium & miſericordiā in proximos, & viduam & pupillū & aduenam & pauperē nō calumniari, & malum nō cogitare in corde ſuo. Hæc, inquit, noluerūt facere, & ſurdis auribꝰ mea imperia contēpſerūt, quamobrē venit indignatio magna ſuper Hieruſalē. Et quo modo illi me audire noluerūt, ſic & ego non exaudiui eos, & nūc tāta ſcrupuloſitate quærunt, quando debeant ieiunare, & plāgere, cū ante dixerim per Eſaiā: Non tale ieiunium elegi, dicit dominus, neq; vt hu-
Eſaiæ 58 b Sec. 70. miliet homo animam ſuā: ſed ſolue ōne vinculū iniquitatis, diſſolue obligationes violentarū cautionum: Eſurienti da
F panem tuū ex animo. Si videris nudū, operi eum, & pauperem, & abſq; tecto, induc in tabernaculum tuum: Tunc erumpet tēporanea lux tua, & ſanitates tuę cito oriētur. Hoc ꝙ ſcriptū eſt in Septuaginta: *Miſit de Bethel Saraſar, & Arbath Sager rex*: nullꝰ noſtrorū potuit exponere, neq; enim ꝙ malè verſū eſt ex Hebræo,
ἀρβαθσα-γερ. vlla ratione explanari poteſt. Quis eſt enim iſte Saraſar vel Arbath Sager rex: aut cuius rex prouinciæ, aut in quā, vel de qua miſit Bethel: aut cuius Bethel rex eſſe poterat Arbath Sager: quę olim cū Iudęa
בית אל fuerat deſtituta, & eo tempore, nequaquam vocabatur Be-
בית און thel, id eſt, domus Dei: ſed Bethauē, id eſt, domꝰ idoli? Hoc quoq; quod ſequitur: Ingreſſa eſt huc in menſe quinto ſanctificatio ſicut fecerāt iā per multos annos: ſic conātur exponere, ſanctificationē ingreſſam, vaſa tēpli, quæ à Nabuchodonoſor ſublata fuerāt, illo tēpore reſtituta. De quinti aūt & ſeptimi ieiunio, tētauerūt referre ad dies hebdomadis. Sed quia ſequitur: decimi ieiunium, compulſi ſunt ad menſes referre, & quod ſit ipſum quinti, ſeptimi, decimiq; menſis ieiunium, omnino ſiluerunt. Vnde priore ſimus explanatione contenti, & non inclinemur ad falſos commētantium conatus, qui de interpretationis errore venerunt.

a ¶ *Et factum eſt verbum domini ad Zachariam, dicens: Hæc ait Dominus exercituum, dicens: Iudicium verum iudicate, & miſericordiam, & miſerationes facite vnuſquiſque cum fratre ſuo, &c.*] Hæc magis volui, iſta quęſiui: quę non facientes captiuitati eſtis traditi, & deſolationi, ac morti, nō quinti mēſis ſeptimique ieiunium. *Iuſtum iudicium iudicate*, ne audiatis in pſalmis: *Vſquequo iudicatis iniquitatem, & perſonas pecca-*

*torum ſumitis?* Iudicate pupillo & viduæ: humilem & pau- G
perem iuſtificate: ne vobis quoque loquatur Eſaias: Qui iu- Pſalm. 81. a
ſtificant impium propter munera, & quod iuſtum eſt, iuſto Eſaiæ 5. f
auferunt, & propter vos Habacuc ex perſona eorum qui
opprimuntur, Deo faciat inuidiam: *Contra me factum eſt iu-* Habac 1. a
*diciū, & iudex accepit: ideo diſſi-* Sec. 70.
*pata eſt lex, & nō peruenit vſq; ad finem iudiciū: quia impius opprimit iuſtum.* Nec nouum putemus Dei eſſe præceptū: olim
per Moyſen iſta mādauerat: Deut. 1. a
*Sic magnum iudicabis vt paruū:* Exod. 23. a
*perſonā non accipies, & pauperis nō miſereberis in iudicio: quoniā Dei iudicium eſt*: miſericordiā quoq; & miſerationes facite vnuſquiſq; cū fratre ſuo. Poſt iudicii veritatem ſequatur in cunctos clemētia, & maximè in fratres, quos vel eiuſdē ſāguinis, vel vnius nobiſcū fidei eſſe perſpicimus. Viduam quoque & pupillū, de quibus
nobis præceptum eſt: *Eſto pu-* Eccl. 4 b
*pillis pater, & pro viro matri eorū*: iudicans pupillū, & iuſtificās viduam. Et aduenā & pauperē nolite calumniari, quia alterū peregrinatio, alterum egeſtas humilē facit. *Et malū vir fratri ſuo non cogitet in corde ſuo*: ſiue vt à Lxx. dicitur: καὶ κακίαν ἕκαστος τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ μὴ μνησικακείτω ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν: id eſt & *malitiæ vnuſquiſque fratris ſui ne memineritis in cordi-*
*bus veſtris.* Fratrē autē & pro- H
ximum, vel omne hominum genus debemꝰ accipere (quia ex vno ſumus parēte genera-
ti) vel eos, qui domeſtici fidei Luc. 10. e
ſunt, iuxta parabolā euāgelii, quæ proximū nō conſanguineū, ſed omnes homines vult
intelligi. Quod autē ante de- Epheſ 5 f
beat ira finiri, quam ſol occūbat, & omniū malorum, quæ ab aliis paſſi ſumus, deleri memoria, & in multis locis legimus, & maximè in Zacharia, q ex ꝑſona Dei loquitur: Et malitiæ proximi ſui vnuſquiſque in cordibꝰ veſtris ne memineritis. Cū ego iſta præceperim illi attēdere noluerūt, & verterunt ſcapulam recedētem,
ſiue dorſum contemnens: ex habitu corporis mea impe- בתף סרדת
ria reſpuentes. Solemus enim quando rugata fronte, & nare contracta contemnimus admonentes, dorſum vertere, iuxta illud quod ſcriptum eſt: *Verterunt ad me dorſa, & non*
*facies ſuas. Et aures*, inquit, *ſuas aggrauauerunt ne audirent: ſicut* Hier. 52. f
*aſpidis ſurdæ obturantis aures ſuas, quæ non audiet vocem incantantiū, & venefici incātātis ſapienter.* Ingrauauerunt enim au-
res ſuas vt non audirent, cor ſuum poſuerunt, vt non ac- Pſalm. 57. b
quieſcerent legi Dei. Vnde Eſaias ad eos comminans lo-
quitur: *Incraſſatum eſt cor populi huius, & auribus ſuis grani-* Eſaiæ 6. c
*ter audierunt, & oculos ſuos clauſerunt: ne forte viderent oculis* Act. 28. g
*ſuis, & audirent auribus, & corde intelligerent, & conuerterentur, & ego ſanarem eos.* Porrò quod dicitur iuxta Hebraicum: Et cor ſuum poſuerunt Adamantem, duritiam cordis oſtendit, & cor lapideum, quod noluerint verba Dei ſuſcipere. Adamas enim lapis fortiſſimus, qui Hebraicè dici-
tur b שמיר, intantum durus eſt, vt omnia metalla confrin- b ſamir
gat, & ipſe nō confringatur ab vllo. Vnde à Græcis ἀδάμας, id eſt, indomabilis dicitur. Ab hoc Adamante induratum

HEB.

melech, & viri qui erant cum eo, ad deprecandum faciem domini, vt dicerent ſacerdotibus domus domini exercituū, & prophetis loquentes: Nūquid flendum eſt mihi in quinto menſe, vel ſanctificare me debeo ſicut feci iam multis annis? Et factum eſt verbum domini exercituum ad me dicēs: Loquere ad omnem populū terrę, & ad ſacerdotes dicens: Cum ieiunaretis, & plāgeretis in quinto & ſeptimo per hos ſeptuaginta annos: numquid ieiuniū ieiunaſtis mihi? & cum comediſtis, & cum bibiſtis: nūquid non vobis comediſtis & vobiſmetipſis bibiſtis? Numquid non ſunt verba, quę locutus eſt dominus in manu prophetarum priorum cū adhuc Hieruſalē habitaretur, & eſſet opulēta, ipſa & vrbes illius in circuitu eius, & ad auſtrum, & in campeſtribus habitaretur? Et factum eſt verbum domini ad Zachariam, dicens: Hæc ait dominus exercituum, dicens: Iudicium verum iudicate, & miſericor-

SEPT.

*Arbath Sagar rex, & viri eius, vt deprecarentur dominum, dicens ad ſacerdotes domus domini omnipotentis, & ad prophetas, dicens: Ingreſſa eſt huc in menſe quinto ſanctificatio, iuxta quod fecerunt iam annis pluribus: & factus eſt ſermo domini virtutum ad me, dicens: Dic ad omnem populum terræ, & ad ſacerdotes, dicens: Si ieiunatis, & plangitis in quintis & ſeptimis, & ecce ſepuaginta anni: numquid ieiunium ieiunaſtis mihi? & ſi comeditis aut bibitis, nonne vos comeditis, & vos bibitis? Numquid non iſta ſunt verba mea, quæ locutus eſt dominus in manibus prophetarum qui fuerunt prius, quando Hieruſalem habitabatur, & erat abundans, & ciuitates eius per circuitum, & montana & campeſtria habitabantur? Et factus eſt ſermo domini ad Zachariam, dicens: Hæc dicit dominus omnipotens, dicens: Iudicium iuſtum iudicate, & miſericordiam, & miſera-*

A

eſt cor Pharaonis, ne dimitteret populum Dei. Et quia habuerunt, imo poſuerunt cor ſuum Adamantẽ: propria voluntate cordis duritiam ſuſcipientes, ne audirẽt verba dñi, (quæ miſit in ſpiritu ſuo, id eſt in ſpiritu ſancto, per manum prophetarũ priorum, Eſaię, Oſee, & cæterorũ, qui mundas habuerunt manus, quos ante captiuitatẽ fuiſſe manifeſtum eſt) Idcirco, ad magna peccata, magna facta eſt indignatio & dñi verba cõpleta ſunt, par pari referẽtis, vt ſicut illi ambulauerunt ad eũ peruerſi, & ipſe aduerſũ eos peruers⁹ in-

Leuit. 26.d
Sec. 70.

cederet, & nõ audiret verba inclamantiũ, qa & illi verba dñi ſurda aure cõtẽpſerint: Quãobrẽ & diſperſit eos per õnia regna q̃ neſciũt: Aſſyriorũ, & Chaldęorum, Medorũ atque Perſarum, & gẽtium cæterarũ, quæ his imperiis ſubiacebãt, & in quarum terris diſſeminati ſunt. Et omnis Iudæa deſerta eſt, eo ꝙ nullũ habuerit habitatorem, & nõ eſſet in ea tranſiẽs & reuertẽs, Et terram, quæ ſau⁹ erat præ omnibus terris, & ꝓpter abũdãtiæ multitudinem lacte & melle manabat, verterunt in ſolitudinẽ. Poſſumus hæc & ad eos referre, q in eccleſia delinquẽtes, proiecti ſunt de terra cõfeſſionis, quia noluerũt audire dominũ, & verterunt ad eũ

B

ſcapulam recedentẽ, & aures ſuas aggrauauerũt, & cor poſuerunt vt Adamãtem. Et facta eſt ſup eos indignatio dñi & diſperſi ſunt per omnia regna vitiorum, & deſolata eſt terra eorũ, vel anima vel corpus, nõ habẽs habitatorẽ dominum, nec in ſe ſpiritum reuertentem. Et terra quõdam deſiderabilis, q̃ erat hoſpitiũ trinitatis, verſa eſt in deſertũ habitationẽq; draconũ. Quæ plana ſũt, velociter, trãſeam⁹, vt in obſcuris ſpatium diſſerẽdi ſit: nõ enim longos florenteſq; tractatus, in quib⁹ plauſibilis ludit oratio, ſed commẽtarios ſcribimus, quorum officium eſt, præterire manifeſta, obſcura diſſerere.

CAPVT VIII.

ET *factum eſt verbũ domini exercituũ, &c.*] Quõd dominus Hieruſalem, id eſt Iſraeliticum populum in ſolitudine inſtar vxoris acceperit, & iacẽtẽ in idololatriæ ſãguine, operuerit pallio ſuo, &

Ezec. 16.

amore coluerit maritali, in Ezechiele pleni⁹ diſcimus, quæ poſtea ſimilam comedens, & mel & oleũ, & veſtibus ornata pulcherrimis, & habens ex largitate viri omnia ornamẽta gẽmarum, fornicata eſt cũ Aſſyriis atque Chaldæis, & au-

Hier. 3.f

diuit à domino: *Sicut deſpicit vxor virum ſuum, ſic deſpexit me domus Iſrael.* Captiuitati autem tradita, & illuſa ab amatori-

Ezec. 16.c

bus ſuis, & priſtino decore nudata (poſtquam diuaricauit pedes ſuos omni tranſeunti, & polluta eſt vſq; ad verticem)

HEB.

ricordiam & miſerationes facite vnuſquiſque cum fratre ſuo: & viduam, & pupillum, & aduenam, & pauperem nolite calumniari: & malum vir fratri ſuo non cogitet in corde ſuo. Et noluerunt attendere, & verterũt ſcapulam recedẽtem, & aures ſuas aggrauauerunt, ne audirent. Et cor ſuum poſuerũt Adamantem, ne audirent legem, & verba quæ miſit dominus exercituum in ſpiritu ſuo per manum prophetarum priorum: & facta eſt indignatio magna à domino exercituum. Et factum eſt ſicut locutus eſt, & nõ audierũt, ſic clamabũt, & nõ exaudiã, dicit domin⁹ exercituum. Et diſperſi eos per omnia regna quæ neſciunt, & terra deſolata eſt ab eis, eo quod non eſſet tranſiens & reuertens, & poſuerunt terrã deſiderabilem in deſertum.

CAP. VIII.

HEB.

ET factum eſt verbum domini exercituum, dicens: Hæc dicit dominus exercituũ: Zelatus ſum Sion zelo magno, & indignatione magna zelatus ſũ eã. Hæc dicit dominus exercituũ. Reuerſus ſũ ad Siõ, & habitabo in medio Hieruſalem, & vocabitur Hieruſalẽ ciuitas veritatis, & mons Domini exercituũ, mons ſãctificatus. b Hæc dicit dominus exercituũ: Adhuc habitabunt ſenes, &

SEPT.

*miſerationem faciat vnuſquiſque ad fratrem ſuum, & viduam, & pupillum, & pauperem non opprimatis, & malitiæ vnuſquiſque fratris ſui nolite meminiſſe in cordibus veſtris. Et noluerunt attendere, & dederunt dorſum contemnens, & aures ſuas aggrauauerunt, vt non audirent. Et cor ſuum poſuerunt inobediẽs, vt nõ audirent legem meam & verba mea, quæ miſit dominus omnipotens in ſpiritu ſuo, in manibus prophetarum priorum: & facta eſt ira magna à domino omnipotente. Et erit ſicut dixit, & non audierunt eum: ſic clamabunt & non exaudiam eos, dicit dominus omnipotens.* Et *eiiciam eos in omnes gentes, quas ignorauerunt, & terra deſolata eſt poſt eos à perambulante & reuertente, & poſuerunt terram electam in ſolitudine.*

CAPVT VIII.

SEPT.

E*T factum eſt ſermo domini omnipotentis, dicens: Hæc dicit dominus omnipotens: Zelatus ſum Hieruſalem & Sion zelo magno, & furore maximo zelatus ſum eam. Hæc dicit dominus omnipotens. Reuertar ad Sion, & habitabo in medio Hieruſalem, & vocabitur Hieruſalẽ ciuitas vera, & mons domini omnipotentis, mons ſanctus. Hæc dicit dominus omnipotens: Adhuc ſedebunt ſenes, & anus in*

memor priſtinæ fœlicitatis ingemit: *Reuertar ad virũ meum priorem: quia melius mihi erat tunc quam nũc.* Quam ille ſuſci-

C
Oſee 2.b

piens, & rurſum habens in cõiugio, cui prius dixerat: *Non iraſcar tibi, & Zelus meus receßit à te:* nunc loquitur: *Zelatus ſum Sion Zelo magno, & indignatione magnã zelatus ſum eam.*

Ezec. 16.c

Quantũ prius indignat⁹ ſum quod à multis amatoribus deturpata eſt, & maculauit thorum meum: (vnde & tradidi eã amatorib⁹ ſuis, nequaquã vt ſub marito adulterã, ſed vt ſcortum & vile mãcipium, & in lupanarib⁹ proſtitutã) Tãto nunc amplius ad eã reuerſus ſum, quia egit pœnitẽtiã, & ædificauit templum meũ, quo habitabo in medio illi⁹. Et vocabitur ciuitas veritatis quę antea dicebatur vrbs mẽdacii, de qua & in Eſaia ſcriptũ

Eſaia 1.f

eſt: *Veritas dormiuit in ea: nunc autem homicidę.* Vocabitur autem & mõs domini omnipotentis, mons ſanctificatus, in quo, tẽplo inſtaurato, immolãtur victimæ, cæremoniarũ ordo ſeruatur. Hęc iuxta hiſtoriã. Cæterum nulli dubiũ eſt, Sion & Hieruſalem ſpeculã & viſionem pacis poſſe accipi animas fidelium, quibus cũ peccauerint, iratus dñs tradit eas captiuitati: vt quæ Deum per bona proſperaq; nõ ſenſerant, per mala ſentiãt & aduerſa. Cũque egerint pœnitẽtiam, reuertetur dominus ad Sion, & habitabit in medio

D

Hieruſalem (quã vnam atque eandem intelligim⁹ ciuitatẽ) & in quib⁹ ante regnabãt vitiorũ peccatorumque mẽdacia, poſtea Chriſt⁹ veritas cõmorabitur. Et mons domini exercituum vocabitur mons ſanctus, de quo dicitur: *Qui confidunt in domino ſicut mõs Siõ.*

Pſal. 141.a

Et: *Magnus dominus, & laudabilis nimis in ciuitate Dei noſtri, in mõte ſãcto ſuo.*

Pſalm. 47.a

De quo Eſaias Micheaſq; clamitãt: *In nouißimo dierum, erit mõs domini præparatus in vertice montiũ & ſublimis ſuper colles: & fluent ad eum omnes populi, & properabũt gẽtes multæ, & dicẽt: Venite aſcendamus in montem domini, & ad domũ Dei Iacob.*

Eſaia 2.a
Mich. 4.a

De hoc mõte & de hac ciuitate & apoſtol⁹ Paulus (ſi tamẽ in ſuſcipiẽda epiſtola, Græcorũ auctoritatẽ Latina lingua non reſpuit) ſacrata oratione diſputãs ait: *Acceßiſtis ad montem Siõ, & ciuitatem Dei viuẽtis Hieruſalem, cæleſtem, & multorum angelorũ millia, & eccleſiam primitiuorũ, qui ſcripta ſunt in cælis.*

Hebr. 12.f

b ¶ *Hæc dicit domin⁹ exercituũ: Adhuc habitabũt, &c.*] Tãta, inquit, erit reuerſo me in Siõ, & habitante in medio Hieruſalem, rerũ omnium proſperitas, & bellorum quies, atque trãquillitas, vt nullo hoſte remanente, vſque ad vltimam ætatem in vtroque ſexu ſenilis ætas perueniat, & trementes artus baculo regente ſuſtẽtent, Plateæ quoque ciuitatis implean-



E

tur pueris puelliſque ludentibus. Hoc autem fieri ſolet, quando ſecuritas & profunda pax vrbium eſt: vt gaudium ciuitatis luſibus & choreis, ætas laſciua concelebret. Quod ſi transferimus ad eccleſiam (de qua dicitur: *Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei.* Et: *Fluminis impetus lætificant ciuitatem Dei: ſanctificauit tabernaculũ ſuũ Altißimus: Deus in medio eius non cõmouebitur,*)

Pſal. 89.a
Pſal. 45.a
Prou 1.c

Quis poterit ambigere, plateas eccleſiæ eſſe virtutes: in quibus ſapiẽtia agit fiducialiter, & in murorũ ſummitatibus prædicatur? Vnde & ad dominũ pſalmiſta cõclamat:

Pſal. 118.m

*Latum mandatum tuum vehementer.* In his plateis dominũ Saluatorẽ ſponſa perquirens loquitur in Cantico canticorum: *Conſurgam, & circuibo ciuitatem in foro & in plateis eius: donec inueniã eum quem dilexit anima mea.*

Cant. 3.a

Habitabunt igitur vel ſedebũt ſenes & anus, de quibus ſcriptũ eſt (ſi cui tamẽ placet librum recipere) Senectus honorabilis, non multi temporis, nec numero annorum æſtimabilis. Cani autem ſunt hominum prudentia, & ſenectus vita immaculata: de quibus & dominus loquitur ad Moyſen; conſtitue tecum ſeptuaginta ſenes, quos ipſe noſti, quoniam ſenes ſunt: quamobrem & ante Abraham nullus appellatus eſt ſenex,

Sap. 4.6.
Num. 11.c
b.m

de quo ſcriptum legimus: *Deficiens Abraham mortuus eſt, nutritus in ſenectute bona ſenex & plenus dierum.* Gloria enim ſenum cani ſunt, de quibus dicitur: *Cani hominis ſapientia eius.*

Gen. 25.a
Sap. 4.b
F

Hi tenebunt præ dierum multitudine virgas & baculos in manibus ſuis, & dicent ad diſcipulos: *Quid vultis? in virga veniam ad vos? an in ſpiritu lenitatis, & mãſuetudinis?* Qui enim de labiis ſuis profert ſapientiã, virga percutit virum vecordem. Et econtrariò: *Qui parcit baculo ſuo, odit filium ſuum: qui autem diligenter corripit, diligit.* Et non ſolum ſenes, ſed anus

1.Cor. 4.b
Prou. 16.b
Sec. 70.
Prou. 13.d

quoq; ſedebunt in plateis Hieruſalem: quas Paulus apoſtolico ore deſcribẽs: *Honora,* inquit, *viduas, quæ verè viduæ ſũt.* Et in eodem loco: *Vidua eligatur non minus annorum ſexaginta, quæ fuit vnius viri vxor, in bonis operibus habens teſtimonium: ſi educauit liberos, ſi recepit hoſpitio, ſi ſanctorum pedes lauit, ſi in tribulationibus poſitis miniſtrauit, ſi omne opus bonum proſecuta eſt.* Iſtiuſmodi ſenex & anus ſedebunt in plateis Hieruſalem, & tenebunt baculos in manibus ſuis, & plateæ ciuitatis complebuntur pueris & puellis ludentibus. Iſti ſunt pueri & puellæ, ſenes & iuuenes, quos pſalmiſta ad cantandum domino cohortatur, dicens: *Iuuenes & virgines, ſenes cum iunioribus laudent nomen domini.* Et Ioannes Euangeliſta atq; Apoſtolus: *Scribo,* inquit, *vobis pueri, quoniam dimittuntur vobis peccata propter nomen Saluatoris: Scribo vobis patres, quia cognouiſtis eum qui à principio eſt.* Et de his Salomon in Prouerbiis loquitur: *Vt det innocentibus verſutiam: puero autem iuniori, ſenſum & intelligentiam.* Et rurſum: *Audite pueri diſciplinam patris, & attendite vt cognoſcatis intelligentiam.* De his pueris, virgunculis, ac puellis, & quadrageſimus quartus pſalmus: *Adducentur,* inquit, *regi virgines poſt eam.* Iuxta quod ſcriptum eſt: *Exultauerunt, & lætatæ ſunt filiæ Iudæ in omnibus iudiciis tuis domine.* Quæ cum audierint ab Apoſtolo: *Gaudete, iterum dico, gaudete:* mẽtis lætitiam geſtu corporis indicabunt, & tripudiante ſaltatu dicent cum Dauid: *Saltabo & ludam in conſpectu domini.*

1.Tim. 5.a
Pſal. 148.b
1.Ioan. 2.b
Prou. 1.a
Sec. 70.
Ibidem.
Pſal. 96.b
Phil. 4.b
2. Reg. 6.d

a ¶ *Hæc dicit dominus exercituũ, &c.*] Per ſingula verba atq; ſententias, quibus Iſraëli proſpera, & pro rerum magnitudine penè incredibilia promittuntur, propheta proponit: Hæc dicit dominus omnipotẽs: alio ſermone hoc loquens. Ne putetis mea eſſe quæ ſpõdeo, & quaſi homini nõ credatis: Dei ſunt ꝓmiſſa, quæ replico. Supra dixerat, anus & ſenes in plateis eſſe ſeſſuros, & ꝓ temporis lõgitudine bacu-

HEB.

& anus in plateis Hieruſalem, & viri baculus in manu eius præ multitudine dierũ: & plateæ ciuitatis complebuntur infantibus & puellis, ludentibus in plateis eius. *a* Hæc dicit dominus exercituum: Si difficile videbitur in oculis reliquiarum populi huius in diebus illis, numquid in oculis meis difficile erit, dicit dominus exercituum?

*b* Hæc dicit dominus exercituum: Ecce ego ſaluabo populum meũ de terra orientis, & de terra occaſus ſolis. Et adducam eos, & habitabunt in medio Hieruſalem, & erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum, in veritate, & in iuſtitia.

*a* Hæc

SEPT.

*in plateis Hieruſalẽ: vnuſquiſque in manu virgam ſuam retinens, præ multitudine dierum, & plateæ ciuitatis replebuntur pueris & puellis, ludentibus in plateis eius. Hæc dicit dominus omnipotens: Si impoßibile erit coram reliquiis populi huius in diebus illis, numquid & coram me impoßibile erit, dicit dominus omnipotens?*

los manibus retẽturos: arctandas plateas hominũ multitudine pueros ac puellas quaſi in feſtis diebus choros ducere, & extruendam Hieruſalem, atq; in ſtatũ felicitatis priſtinæ reſtituendam. Hoc reliquiis populi, quæ de captiuitate venerant, videbatur incredibile, cernentibus vrbem penitus deſtitutam, murorum ruinas, cõbuſtos parietes manus Babylonias oſtẽtare, idcirco cõſociat: Si vobis, qui eſtis reliquiæ captiui populi, vel difficile vel impoſſibile videtur eſſe ꝙ ſpondeo, vt in diebus illis quibus ædificanda eſt Hieruſalem, tãta felicitas ſit: numquid in cõſpectu domini aut difficile erit aut impoſſibile, quia hęc futura meo ore promittit? *Quæ enim apud homines impoßibilia ſunt, apud Deũ poßibilia ſũt.* Hæc perſecutionis tẽpore in eccleſiis Chriſti expleta conſpeximus, quãdo in tantã rabiem perſecutorũ feritas excitata eſt, vt etiam cõciliabula noſtra deſtruerẽt diuinos libros ignibus traderent: omnes inſulæ, metalla, carceres, cõfeſſorum & martyrum catenatis gregibus implerentur. Quis eo tempore crederet rurſum eccleſias cõſtruendas ab his ipſis qui ante deſtruxerant? non ꝙ iidem homines fuerint, ſed quod eadẽ regalis poteſtas, q̃ prius ſedebat in inſidiis cum diuitibus, quaſi ex ſenatuſconſulto Chriſti nomen conabatur extinguere, nunc expenſis reipublicæ eccleſiarum baſilicas extruat, & exaltet ſumma faſtigia, vt non ſolum laquearia, & tecta fulgentia auro decoret, ſed parietes diuerſi marmoris veſtiat cruſtis, & diuinos libros, quos prius tradebat incendio, nunc deauratos & purpuratos, & gemmarum varietate diſtinctos, in cuſtodiam Romani veneretur ſtatus.

G
Matt. 19.d
H

b ¶ *Hęc dicit dominus exercituũ: Ecce ego ſaluabo populũ meum de terra orientis, &c.*] Hæc, Iudæorum alij dicunt, poſt Zorobabel & Nehemiã ædificato templo & muris ciuitatis extructis, & ſtatu Iudaïco reſtituto, à Machabæis & diuerſis principibus, qui vſq; ad Herodem texere Iudæam, eſſe cõpleta. Alii in conſummatione mundi ſub Chriſto, quẽ fruſtra præſtolantur, explenda commemorãt. Nos autem & illo tempore, id eſt, poſt Zorobabel & Nehemiam, dicimus ex parte completa, & quaſi in typis & imaginibus præceſſiſſe: quando populus reductus eſt de captiuitate, & habitauit in Hieruſalem, & Dei populus appellatus eſt, & rurſum dominus vocatus eſt Deus eorum, nequaquam in mẽdacio & iniquitate, ſed in veritate & iuſtitia. Et nunc pleniſſimè ſub domino Saluatore in eccleſia, id eſt in vera Hieruſalem promiſſionem rebus expleri: maximè quia dicitur: *Ecce ego ſaluabo populum meum de terra orientis, & de terra occidentis:* de quibus & dominus in euangelio loquebatur: *Multi de oriente & occidente venient, & accubabunt in regno cælorum cum Abraham, Iſaac, & Iacob.* Et multo ante pſalmiſta promiſerat, dicens: *Deus deorum dominus locutus eſt, & vocauit terram. Ab ortu ſolis vſque ad occaſum,* de Sion decor pulchritudinis eius. *Veniet* enim *ex Sion, qui eripiat & auertat iniquitates ab Iacob.* Quando ab oriente & occidente incenſum offertur nomini domini in omni loco, & ſacrificium mundum, nequaquam in victimis veteris teſtamenti, ſed in ſanctitate euangelicæ puritatis, de quo incenſo & alibi legimus: *Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo.* Et quod ſit hoc incenſum, ſequens ſermo demonſtrat: *Eleuatio manuum mearum, ſacrificium veſpertinum.* Poſtquam enim de virga Ieſſe pullulauit, qui dominaretur gentibus, & in ipſo gentes ſperarunt, & de oriente & de occidente tam primus populus q̃ nouiſſimus in dominum crediderunt, & factus eſt grex vnus: tunc ad lætitiam omnes prouocatæ ſunt nationes, & concitatæ ad gaudium, propheta dicente: *Lætamini gentes*

Matth. 8.b
Pſal. 49.a
Rom. 11.d
Malach. 1.c
Pſal. 140.a
Deut. 32.c

Q 5

A
Sec. 70. *cum populo eius.* Iuxta illud quod alibi ſcriptum eſt: *Recorda-*
Rom. 15. c *buntur & conuertentur ad dominum omnes fines terræ, & adora-*
Pſalm. 12. f *bunt coram eo vniuerſæ familiæ gentium.* Quodque ſequitur: *In veritate & iuſtitia*, hoc ſignificat, quod veteris legis vmbra diſcedat, euangelii veritas veniat, nequaquam in iuſtitia Iudæorum, ſed in iuſtitia Chriſtiana, ipſe enim dominus veritas eſt, atq; iuſtitia, de quo
Pſalm. 84 b legim⁹: *Veritas de terra orta eſt, & iuſtitia de cœlo proſpexit.* Vnde & in 14. pſalmo, iuſtitia ſimul & veritas nominatur: Qui ambulat ſine macula & operatur iuſtitiam, & loquitur veritatem in corde ſuo.

a Hæc dicit dominus exercituum: Confortentur manus veſtræ, qui auditis in diebus his ſermones iſtos per os prophetarum, in die qua fundata eſt domus domini exercituum vt templum ædificaretur.

HEB.

b Si quidem ante dies illos merces hominum non erat, nec merces iumentorum erat: neque introeunti, & exeunti erat pax præ tribulatione, & dimiſi omnes homines, vnumquemque contra proximum ſuum. c Nunc autem non iuxta dies priores ego faciam reliquiis populi huius, dicit dominus exercituum, ſed ſemen pacis erit. Vinea dabit fructum ſuum, & terra dabit germē ſuum, & cœli dabunt rorem ſuum, & poſſidere faciam reliquias populi huius vniuer-

SEPT.

*Quia ante dies illos merces hominum non erit in lucrum, & merces iumentorum non ſubſiſtet, & egredienti, & ingredienti nō erit pax præ tribulatione, & emittam omnes homines vnumquemque ad proximum ſuum. Et nunc non iuxta dies priores ego faciam reliquiis populi huius, dicit dominus omnipotens, ſed pacem monſtrabo. Vinea dabit fructum ſuum & terra dabit germina ſua, & cœlum dabit rorem ſuum, & poſſidere faciam reliquias populi mei: hæc omnia*

a ¶ *Hæc dicit dominus exercituū, &c.*] Lxx. pro dño exercituū dominum omnipotentē, cætera ſimiliter tranſtulerūt. Ædificato templo ſub Zorobabel & Ieſu (in quarto enim anno Darii regis, quarta die menſis noni, q̃ appellatur
a ciſleu כסלו hæc vniuerſa dicuntur, quando iam templum fuerat extructum) Iidem prophetæ Aggeus & Zacharias, qui vt ædificaretur, & duces & populū fuerant cohortati, nunc cohortantur eos, vt ex priorū veritate, his q̃ in futurum ꝓmittuntur, accommodent fidē, & confortent manus ſuas, nequaq̃ Medorum impetū & impedire cupientiū per circuitū nationū inſidias formidantes, & confortētur per os prophetarū, ex die quo tēpli
B fundamenta ſunt iacta, vſque ad diem quo ſuperædificatū eſt templum, & audiant quæ ſequuntur. Breuiter explanamus hiſtoriam, quidquid de Hieruſalem, & de templo dicitur, ſpiritualiter ad eccleſiam referentes: in qua confortantur manus per bona opera, & fundantur domus, quando fidei fundamenta iaciuntur: templumque extruitur, quando multitudo credentium roboratur, & ita viuit, vt templum Dei eſſe mereatur.

b ¶ *Siquidem ante dies illos, &c.*] Lxx. ad futurum tēpus omnia retulerunt: ſed melius ad præteritū, vt in Hebraico habetur, & in expoſitionis ſerie veritas approbabit. Antequā fundaretur domus domini, & ædificaretur templum domini, omnis labor veſter irritus fuit. Et tam homines quā iumenta in agricultura, in mercimoniis, operibuſq; diuerſis, caſſis conatibus fruſtrabantur: foris aduerſarii, domi ſeditio turbabant pacem, & erat vbique iuſtitium ob bellorum frequentiam, & inſidias domeſticas: dum nec frater fratri exhibet fidem, & omnis eſt inimica propinquitas. Hunc ſenſum aliis verbis Aggeus propheta comprehendens ait:
Aggei 2. c *Et nunc ponite corda veſtra à die hac & ſupra: antequam poneretur lapis ſuper lapidem in templo domini. Cum accederetis ad aceruum viginti modiorum, & fierent decem, & intraretis ad torcular, vt exprimeretis quinquaginta lagenas, & fiebant viginti: Percuſſi vos vento vrente, & aurugine, & grandine omnia opera manuum veſtrarum, & non erat in vobis qui reuerteretur ad me, dicit dominus:* Quod & in eccleſia & in vnoquoque credentium accipere poſſumus. Si quidem antequam domus Dei in nobis fundamenta iaciantur, & ædificemur tem-
1. Cor. 6. d plum Deo, & audiamus ab Apoſtolo: *Vos eſtis templum Dei, & ſpiritus ſanctus habitat in vobis:* quidquid boni operis habere videamur, ſiue rationales, qui appellantur homines:
Pſalm. 35. b ſiue ſimplices, qui iumenta dicuntur (*homines* enim *& iumenta*, inquit, *ſaluos facies domine*) mercedem non habet apud Deum, & ſunt in nobis bella atque diſcordiæ, & vbique tribulatio, & ſine pace Chriſti, quam ad patrem vadens
Ioann. 14. d Apoſtolis dereliquit: impleturq; in nobis domini ſenten-
Mich 7. g
Hier. 9. b tia: *Inimici hominis domeſtici eius. Omnis* enim *frater ſupplantatione ſupplãtat, & omnis amicus fraudulenter incedit*, veritatē non loquitur: didicit lingua eorum loqui mendaciū. Quod C
ſi conuertamur ad Chriſtum, & templum eius efficiamur, ſtatim audiemus Apoſtolum proclamantem: *Vnuſquiſque* 1. Cor. 3. b
*accipiet propriam mercedem iuxta opus ſuum.*

c ¶ *Nunc autē non iuxta dies priores ego faciam reliquiis populi huius, &c.*] Priuſquam domus Dei fundamenta iacerentur, & ædificaretur templū, merces hominū nō erat, nec merces iumentorū, nec p̄ tribulatione & anguſtia pax introeūtibus & exeūtibus, & omnes homines inter ſe hoſtili odio diſſidebāt. Nunc autē quia iā domus dñi fundamenta iacta ſunt, & templū ædificatū eſt, nequaquā faciā vt pri⁹ fecerā his qui de captiuitate Babylonica ſunt diuerſi: ſed erit vbiq; pax & gaudiū, & ariditatē ac famē priſtini tēporis futura abundantia cōpenſabit. Vinea enim dabit fructū ſuū, & torcularia omnia complebuntur, terra lætis ſegetibus veſtietur, & irrigantibus pluuiis ac rore nocturno, omnia pullulabunt: vniuerſa quę dixi, faciā populi mei reliquias poſſidere, quia fūdamēta domus iacta ſunt, & tēplum extructum eſt. Hæc eadē & Aggeus propheta eodē tempore loquitur, qui ſupra dixerat: *Percuſſi vos vento vrente & aurugine & grandine omnia opera* Aggei. 2. c
*manuum veſtrarum:* poſtquam templi fundamēta ſunt iacta, ponite, inquit, in corda veſtra ex die iſta & in futurum, à die D
viceſimoquarto noni menſis, à die quo fundamenta iacta ſunt templi, ponite ſuper cor veſtrum. Numquid iam ſemē in germine eſt, & adhuc vinea & ficus, malogranatum, & lignū oliuæ non floruit? Ex die iſta benedicā, & rurſum, mouebo cœlum pariter & terram. Dicamus & aliter, cæptā ſuper eccleſia explanationem ſequentes. Priuſquam fidem Chriſti quis recipiat, & in eo Spiritus ſancti fundamēta iaciantur, nullus audire poterit, eſt merces operi tuo: ſiue ille Iudæus ſit, ſiue hæreticus, ſiue gentilis, quidquid boni operis fecerit, niſi in nomine Chriſti fecerit, mercedē ſui boni operis non habebit. Videmus hæreticorum virgines, philoſophorum rigorem, Iudæorum in eſcarum varietate obſeruantiam, & tamen dicimus iuxta Aggeum, quod comedant & non ſatientur, bibant & non inebrientur: operiantur & non calefiant: & qui mercedes congregat, mittat eas Aggei 1b
in pertuſum ſacculum. Poſtquam verò fidem Chriſti receperint, & illi, & hi qui in eccleſia fuerant peccatores (& pro magnitudine delictorum captiuitati huius mundi traditi, & Babylonio igne combuſti, & audierint dominum prædicantem: *Spiritus domini ſuper me, propter quod vnxit me: euangelizare pauperibus miſit me: prædicare captiuis remiſſionem, & cęcis vt videant: ſanare eos qui contrito ſunt corde:* & com- Eſa. 61. a
pletum fuerit in eos illud quod per Amos dicitur: *Conuertam populi mei Iſrael captiuitatem, & ædificabunt ciuitates diſſipatas, & plantabo eos.*) Tunc & in diebus illis orietur Amos 9. d
Pſal. 71. b
iuſtitia & multitudo pacis. *Vinea dabit fructum ſuum*, quæ Ioan. 15. a
dicit in euangelio: *Ego ſum vitis, vos rami. Omnem ramum qui manet in me, mundat pater, vt maiores fructus afferat.* Cumque mundati fuerint rami eius, id eſt, flagella & propagines & gemmantibus oculis ſpem futurorum cœperint fructuum polliceri, vt impleatur illud quod ſcriptum eſt: Vi- Cant. 1. c
neæ florentes dederunt odorem: Tunc pendentes botros colorabit ſol iuſtitiæ: vt miſſi in torcularia octaui & octogeſimitertii pſalmi, qui pro torcularibus inſcribuntur, domini calcentur pede: qui aſcendit de Boſor, vt fundat vinū Eſa. 63. a
quod



E quod lætificat cor hominis. Terra quoq; dabit germen ſuū
Pſal. 103. b non arida & petroſa & plena ſentium, ſed terra bona, quæ
Matt. 13. b dat centeſimum & ſexageſimum & triceſimum fructum: vt
Pſal. 125. a qui ſeminauerint in lacrymis, in gaudio metāt. Sed & cæli dabūt rorē ſuum, de quibus in decimooctauo pſalmo ſcriptum eſt: *Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius an-*
Deuter. 32. f
Sec. 70. *nunciat firmamentum.* De his cœlis in Deuteronomii cantico dicitur: *Lætamini cæli cum*
Rom. 8. f *eo*, id eſt, cum dño Saluatore quos pręſciuit & prædeſtinauit cōformes fieri imagini filii ſui, qui loquitur cū Moyſe:
Deuter. 32. *Expectetur vt pluuia eloquium*
Sec. 70. *meum, & deſcendāt vt ros ver-*
Eſaia 26. d *ba mea.* Reſurgent enim qui
Sec. 70. erāt peccatis mortui, & ſuſcitabuntur qui iacebant in ſe-
Matt. 23. c pulchris dealbatis, quæ plena ſūt oſſibus mortuorū, & lætabūtur qui morātur in terra. Et quæ ſit cauſa lætitiæ, ſequens
Eſaia 26 d ſermo demōſtrat: Ros enim,
Sec. 70. qui a te eſt, ſanitas eorū eſt. Et hæc omnia, pacē videlicet, & vinearum fructū, & terrarum abundantiam q̃ cælorū rore ſuccreuit, poſſidebūt reliquię populi, de quib⁹ Eſaias loquitur:
Eſaia 1. c *Niſi dominus ſabaoth reliquiſſet nobis ſemen, ſicut Sodoma eſſemus, & ſicut Gomorra ſimiles fuiſſem⁹.* Reliquię enim ſecundū electionem gratiæ, ſaluæ factæ ſunt: non ex operibus, alioquin nō eſſet gratia.

HEB.

vniuerſa hæc. a Et erit ſicut eratis maledictio in gentibus, domus Iuda & domus Iſrael: ſic ſaluabo vos, & eritis benedictio. Nolitē timere, confortētur manus veſtræ, quia hæc dicit dominus exercituum: Sicut cogitaui vt affligerem vos, cum ad iracundiam prouocaſſent me patres veſtri, dicit dominus, & non ſum miſertus: ſic conuerſus cogitaui in diebus iſtis vt benefaciam Hieruſalem & domui Iuda: nolite timere. b Hæc ſunt ergo verba quæ facietis. Loquimini veritatē vnuſquiſque cum proximo ſuo: veritatem, & iudicium pacis iudicate in portis veſtris. Et vnuſquiſq; malum contra amicum ſuum non cogitetis in cordib⁹ veſtris, & iuramentū mendax

SEPT.

*omnia. Et erit, ſicut eratis in maledictione inter gentes, domus Iuda, & domus Iſrael: ſic ſaluabo vos, & eritis in benedictione. Cōfidite, & confortamini in manibus veſtris, quia hæc dicit dominus omnipotens: Sicut cogitaui vt affligerem vos, in eo quod me ad iracundiam prouocaſſent patres veſtri, dicit dominus omnipotens, & non me pœnituit: ſic paratus ſum, & cogitaui in diebus iſtis, vt benefaciam Hieruſalem & domui Iuda: confidite. Iſti ſermones ſunt quos facietis. Loquimini veritatem vnuſquiſque cum proximo ſuo, veritatem, & iudicium pacificum & iuſtum iudicate in portis veſtris: Et vnuſquiſque malum proximo ſuo non cogitet in cordibus veſtris, & iuramentum mendax*

F a ¶ *Et erit ſicut eratis maledictio in gētibus, &c.*] Hæc poſt ædificationē tēpli futura ꝓmittit, vt ſicut erāt in cunctis gētibus in maledictionē, & in ſibilum, & in exemplum, domus Iuda, & domus Iſrael, duæ videlicet & decem tribus, ſic cum ſaluatæ fuerint & reuerſę in Iudæā, ſint omniū benedictio. Nolite, inquit, timere aduerſarios rebellantes, confidite vera eſſe quæ per me dñs pollicetur, confortētur manus veſtræ, implete opera q̃ cœpiſtis. Cauſa confortationis dñi promiſſio eſt: Hæc enim dicit dominus omnipotens, cui nihil impoſſibile eſt, qui poteſt quæ promittit implere: Sicut excogitaui vt affligerem vos, & captiuitati traderem, quia me patres veſtri ad iracūdiam prouocarunt, & non ſum miſertus: ꝙ Lxx. tranſtulerunt οὐ μετενόησα, hoc eſt, non me pœnituit: quod Hebraicè
b velo nihamti ſcribitur b ולא נחמתי, Non ſum autem miſertus, vt vos ca-
Hier. 6 b ptiuitate corrigerē, & per omnia tormēta & flagella erudi-
Sec. 70. rem, ſic nunc in præſenti tempore cogitaui, vt benefaciam Hieruſalem, & domui Iuda. Et notandū, quod quando iraſcitur, maledicti ſunt in gentibus domus Iuda & domus Iſrael, id eſt, omnis duodecim tribus, quæ captiuitati traditæ ſunt. Poſtquā autem cogitauit vt benefaciat, non benefacit Iudæ & Iſrael, id eſt, duabus & decem tribus, Hieruſalem videlicet & Samariæ, Oollæ & Olibæ, ſed relicto Iſrael in captiuitate, benefacit Hieruſalem, & domui Iuda, & iungit in fine: Nolite timere, ſiue confidite, eo ſenſu quē ſupra expoſuimus. Super eccleſia autē, & ſuper vnoquoq; credentium ſic intelligi poteſt, ꝙ perſecutionis tempore cūctis in circuitu gentibus in maledictum, & in exemplum fuerint Chriſtiani, quia offenderint dominum ſuum, & poſtea ſint in benedictione, quando pax reddita fuerit & hoc omne eueniat, quia dominus, qui prius fuerat iratus, poſtea ſit mi-
1. Cor. 3. b ſertus Hieruſalē, viſioni pacis, & Iudæ, quæ fidē domini cō-
1. Tim. 1. d fitetur. Singuli quoq; credentium, qui propter vitia eiiciūtur de Eccleſia, & traduntur ſathanæ in interitum carnis, vt diſcant non blaſphemare: cum egerint pœnitentiam, reuertentur in priſtinum ſtatum, & videbunt pacem Dei, & confeſſionis ſuæ gloriam poſſidebunt. Hoc quod ſcriptum G
eſt: Non ſum miſertus, vel non me pœnituit: calumniantur hæretici, quaſi aut crudelis, aut mutabilis ſit Deus, ſi eū aut לא נחמתי
non pœniteat, aut pœniteat. Si enim pœnituerit, dicūt eum eſſe mutabilē: ſi non pœnituerit, aſſerunt eum eſſe crudelē. Pœnituit autem Deum quod Saul vnxit in regem. Et apud 1. Reg. 15.
Niniuitas, quib⁹ per prophetam denūciauerat: *Adhuc tri-* Iona 3. a
*duū, & Niniue ſubuertetur:* quia Sec. 70.
egerunt pœnitētiam, dicitur & ipſe mutaſſe ſententiā ſuā: non vitio mentis improuidę, ſed ex eorū qui malè aut benè faciunt varietate. Si enim malè fecerint, cōminatur: ſi priſtina peccata defleuerint, non mutatur Deus qui vnus atq; idē eſt, & mutari nō poteſt, ſed illis ex malis ad bona opera cōmutatis, & mutat & ſuum ipſe decretū. Qui & in Geneſi loquitur: *Clamor Sodo-* Gen. 18. c
*morū & Gomorræ multiplicatus* Sec. 70.
*eſt, & peccata eorum magna ſunt nimis: deſcendens ergo videbō ſi iuxta clamorē eorū qui venit ad me cōpleant: ſin autē non, vt ſciā.* Quod dicit, hoc eſt: Si permāſerint in furore, nō deerit pœna peccātibus: ſi deſierint ab inſania, mea fiēt cognitione digniſſimi Cognoſcit autē 2. Tim. 2. c
dominus eos qui ſui ſunt. Et Apoſtolus ſcribit ad Galatas: Galat. 4 a
Sed nunc neſcientes Deum. Cumq; nouerit omnes Deus. & nihil eum nec præteritorū nec præſentiū lateat, nec futurorum, impios tamen in e- H
uāgelio neſcire ſe dicit: *Recedite à me operarii iniquitatis, neſ-* Matth. 18 d
*cio vos.* Ergo & notitiam, & pœnitentiam, & iram, & indignationem, & omnes affectus Dei, non humani ſermonis vitio, ſed diuinæ maieſtatis ſenſu accipiamus.

b *Hæc ſunt ergo verba quæ facietis, &c.*] Promiſi me nō iuxta dies priores facere reliquiis populi captiuorū. Et ſicut cogitaui vt affligerem eos, cum me ad iracundiā prouocaſſent patres eorum, & nō ſum miſertus: ſic nunc cogitaui cōuerſus in diebus iſtis, vt benefaciam Hieruſalē, & domui Iuda. Vt igitur permaneat ſententia mea, & nō fiat irrita pollicitatio, hæc facite quæ præcipio: *Loquimini veritatem cum pro-* Epheſ. 4. f
*ximis veſtris.* Proximum omne hominū genus accipiamus: quia ex vno ſumus parente generati. Alioquin ſi proximus propinquus accipitur, peregrinis & alienis mentiendum eſt. Hoc idem & Apoſtolus loquitur: *Deponentes mendacium,* Ibidem.
*loquimini veritatem vnuſquiſque cum proximo ſuo.* Veritatē, inquit, & iudicium pacis iudicate in portis veſtris. In iudicio prima ſit veritas atq; iuſtitia, deinde ſequitur miſericordia. Hoc eſt enim iudicium pacis, vt propoſitum iudex habeat pacificare diſcordes, iuxta illud euangelii: *Beati pacifici, quo-* Matt. 5. a
*niam filij Dei vocabuntur.* Quodque ſequitur: *In portis veſtris*, illi prophetico congruit: *Oderunt in portis corripientem, &* Amos 5. c
*verbum ſanctum abominati ſunt.* Et in alio loco: *Non confunde-* Pſal. 129. a
*tur cum loquentur inimicis ſuis in porta.* Dauid quoq; iudicabat 2. Reg. 19.
in portis quando Abſalon veritatem iudicii repromittens, patri tendebat inſidias. Et quæritur quare apud Iudæos in portis locus fuerat iudicandi: Ne cogerentur agricolæ intrare vrbes, & aliquod ſubire diſpendium, iudices in portis reſidebant: vt tam vrbanos quam ruſticos in exitu & introitu vrbis audirent, & finito negotio, vnuſquiſq; confeſtim ad ſedes proprias reuerteretur. *Et malum*, inquit, *contra amicos veſtros ne cogitetis in cordibus veſtris:* c רעה, quod omnes voce conſona κακίαν, id eſt malitiam interpretati ſunt, c raa
dupliciter accipere poſſumus, & pro afflictione, & ꝓ malo.
Pro

A Pro afflictione: *Si eſt malitia in ciuitate, quam dominus non fe-*
Amas 2. *cerit.* Et: *Sufficit diei malitia ſua.* Pro malo in Iona propheta
Matt. 6.d loquitur Deus: *Aſcendit clamor malitiæ eorum ad me.* Et in A-
Iona 1.a poſtolo legimus: *Repleti omni iniquitate & malitia.* Vtroque
Rom. 1 d igitur modo nec affligit amicum ſuum, nec malū aduerſum
eum cogitat in corde qui ſan-
ctus eſt. Et iuramentum, ait,
mendax ne diligatis: Præci-
Matt. 5. c piente domino in euangelio:
*Ego autem dico vobis, vt non iu-*
*retis penitus: ſed ſit veſter ſermo,*
*eſt, eſt, non, non:* qui enim nō iu-
rauerit numquam poterit pe-
Exod. 20 b ierare. Qui iurat, audiat illud
quod ſcriptū eſt: *Non aſſumes*
*nomē domini Dei tui ſuper re va-*
*na.* Omnia hæc ſunt quæ odi,
Malac. 2 c dicit dominus, iuxta Mala-
Sec. 70. chiæ verba dicentis: *Et omnia*
*quæ oderam faciebatis.* In præ-
ceptis quæ ad vitam pertinēt,
& ſunt perſpicua, non debe-
mus quærere allegoriam: ne
iuxta Comicum, modū quæ-
ramus in ſcirpo.
Sup 7. a a ¶ *Et factum eſt verbū domini, &c.*] Ad id quod ſupra Sara-
ſar & Regémelech per lega-
tos quæſierant: vtrum in mē-
ſe quinto & in mēſe ſeptimo,
ſicut habetur in Septuaginta,
ieiunare deberent & plange-
re: an poſt ædificationē tem-
pli finire ieiunium, luctumq́;
deponere, multis in medio
poſitis q̄ facerent, & quę ſpe-
rarent, ex perſona domini
B propheta reſpondit: Ieiuniū
quarti, & ieiunium quinti, &
ieiuniū ſeptimi, & ieiunium
decimi, ἀπὸ κοινοῦ enim ſaubau-
ditur menſis, domui Iuda &
Hieruſalē in dies feſtos ver-
tetur & gaudiū. Veritatē tan-
tū Deus quærit & pacem. In
hoc loco noſtrorū multi mul-
ta dixerunt, & inter ſe diſſo-
nantia. Quidā obſcuritatē ſilentio profeſſi, quaſi profundiſ-
ſimam foueā in cōmentariis tranſierunt, rectius arbitrātes
nihil omnino quā parū dicere. Cogimur igitur ad Hebręos
recurrere, & ſcientię veritatem de fonte magis quam de ri-
uulis quærere: præſertim cū non prophetia aliqua de Chri-
ſto, vbi tergiuerſari ſolent, & veritatē cælare mendacio, ſed
hiſtoriæ ex præcedentibus & conſequētibus ordo taxatur,
Ieiuniū quarti menſis, qui apud Latinos vocatur Iulius, die
ſeptima & decima eiuſdem menſis, illud arbitrantur, quan-
Exod. 32. f do deſcendens Moyſes de monte Sina tabulas legis abiece-
Hier. 52. b rit atq; confregerit, iuxta & Hieremiam muri primum ru-
pti ſunt ciuitatis. In quinto mēſe, qui apud Latinos appella-
Num. 13. c tur Auguſtus, cum propter exploratores terræ ſanctæ ſedi-
tio orta eſſet in populo, iuſſi ſunt montē non aſcendere, ſed
per quadraginta annos longis ad terrā ſanctam circuire di-
ſpēdiis, vt exceptis duobus Chaleb & Ioſue, omnes in ſoli-
Hierem. 12. e tudine caderēt. In hoc mēſe & à Nabuchodonoſor, & mul-
ta poſt ſæcula à Tito & Veſpaſiano, templū Hieroſolymis
incenſum eſt atq; deſtructum: capta vrbs Bethel, ad quam
multa millia confugerant Iudæorum: aratum templum in
ignominiam gentis oppreſſæ à Tito Annio Rufo. In ſepti-
mo verò, qui apud nos appellatur October, ſicut ſupra dixi-
4 Reg. 25. g mus, occiſus eſt Godolias: & Iudæ tribus ac Hieruſalē reli-
Hier. 39 b quiæ diſſipatæ. Legamus Hieremiam. Menſe decimo, qui a-
41.a pud nos Ianuarius dicitur (eo quod ianua anni ſit atq; prin-
Ezec. 33 e cipiū) Ezechiel in captiuitate poſitus audiuit, & cūctus po-
pulus captiuorum quinto menſe templum eſſe ſubuerſum:
quod pleniſſime in eodem propheta cognoſcimus. Hoc eſt
igitur omne q̄ dicitur: Dies planctus & ieiuniorum, quos C
hactenus habuiſtis in luctum, ſciatis vobis (quia cogitaui vt
benefaciam Hieruſalem & domui Iuda) in lætitiam & gau-
dium & ſolennitates eſſe vertendos, ita duntaxat, ſi veritatē
diligatis & pacē. Iuxta ἀναγωγὴν: quia tunc ieiunamus, quan- Luc. 5. g
do ſpōſus aufertur à nobis, &
non meremur eius habere
præſentiā, cum reuerſus fue-
rit dominus ad nos, & cogita-
uerit vt benefaciat nobis, om-
nis triſtitia vertetur in gau-
diū, & fames priſtina ſermo-
nis Dei præſentia doctrinarū
eius, & cæleſtis panis ſaturi-
tate penſabitur.
b ¶ *Hæc dicit dominus exerci-*
*tuū, &c.*] Ieiunium quarti, &
quinti, & ſeptimi, & decimi
mēſis in ſolennitates optimas
cōmutabitur: in tantū vt ciui-
tates Iudææ, quæ prius deſer-
tæ erāt frequenti habitatore
celebrētur, & vna ciuitas per- d tobim
gat ad alteram, & ſe mutuo Thren. 1. a
cohortentur, & dicant. Quia
per hos ſeptuaginta annos
viæ Sion luxerāt, eo quod nō
eſſet qui iret ad ſolēnitatem,
*omnes portę eius deſertæ, & ſacer-*
*dotes illius gementes:* Nunc pace Exod. 23.
reddita pergamus Hieruſalē,
in qua lege præceptum eſt vt
victimas immolem⁹, & ter in
anno omne maſculinū noſtrū
appareat in conſpectu dn̄i, &
dicente altera ad alteram: Ea-
mus & deprecemur faciē do-
mini & quæramus dominum
omnipotentem. Reſpōdebit D
altera ciuitas: Vadā etiam ego
quo tempore venient populi
multi & gētes innumerabiles,
& robuſtæ, vt ſacrificia in
Hieruſalem offerant domino
exercituū, & deprecentur fa-
ciem eius. *Appropinquat* enim Supra 1. a
*dominus his qui nō tentant eum,*
*& oſtendit faciē ſuam his qui non ſunt increduli. Qui viderit filiū,* Ioan. 14. b
*videt & patrē,* & imago eſt dominus & Saluator Dei inuiſi-
bilis: nō quod filius viſibilis ſit, & inuiſibilis pater, ſed quod
filio nominato ſentiatur pater. Nequaquā enim pater eſt ſi
non habet filium. Vnde & ipſe loquitur in euangelio: *Pater,* Ioan. 17. a
*manifeſtaui nomen tuū hominibus.* Quod de Hieruſalē & Zo-
robabel, ſiue poſt Zorobabel diximus, rectius & plenius re-
fertur ad Chriſtum & Hieruſalem, quæ intelligitur eccleſia,
& tunc de toto terrarum orbe & populos & gentes ad affe-
rēda in templo dn̄i ſacrificia cōcurſuras. Perſecutionis quo-
que tempore, vt ante perſtrinximus, magiſtri & ſacerdotes
eccleſiæ audacter captiuis & credentibus repromittant: q̄
rurſum ædificandæ ſint παροικίαι, & pacis reddenda tran-
quillitas, & in eccleſiis facies domini deprecanda. Manife-
ſta tranſcurrimus, vt obſcurioribus immoremur.
c ¶ *Hæc dicit dominus exercituum: In diebus illis, &c.*] Quidam
ex Iudæis hæc ſub Zorobabel, & poſt Zorobabel dicunt
eſſe cōpleta. Alii in futurum tempus differunt, quādo Chri-
ſtum ſperant eſſe venturum. Nos autem in aduētu domini
Saluatoris, quando de Maria natus eſt virgine, & rectius &
verius intelligimus. Deniq; ſcriptum eſt: *Vſquequo veniant* Zach. 8. d
*populi?* Quando dicitur, vſquequo: non de pręſenti tempore
ſignificat in quo erant Zorobabel & Ieſus: ſed de futuro,
quando populi multi, & gentes robuſtæ, vt quærant domi-
nū exercituum in Hieruſalē, & deprecētur faciem domini.
In illo igitur tempore, & in illis diebus, apprehendent decē
homines ex omnibus linguis gentium fimbriam viri Iudæi
dicentes: *Ibimus vobiſcum: audiuimus enim quoniam Deus*
*vobiſcum*

### HEB.

mendax ne diligatis, omnia enim hæc ſunt quæ odi, dicit dominus a. Et factū eſt verbum domini exercituum ad me, dicens: Hæc dicit dominus exercituum: Ieiunium quarti, & ieiuniū quinti, & ieiunium ſeptimi, & ieiunium decimi, erit domui Iuda in gaudium, & in lætitiam, & in ſolennitates præclaras: veritatem tantum & pacem diligite. b Hæc dicit dominus exercituum: vſquequo veniāt populi, & habitēt in ciuitatibus multis, & vadant habitatores vnus ad alterum dicentes, eamus, & deprecemur faciem domini, & quæramus dominum exercituū, vadam etiam ego. Et venient populi multi, & gentes robuſtæ ad quærendū dominum exercituum in Hieruſalem & deprecādam faciem domini. c Hæc dicit dominus exercituum: In diebus illis, in quibus

### SEPT.

*mendax ne diligatis: quia hæc omnia odi, dicit dominus omnipotens. Et factus eſt ſermo domini omnipotentis ad me, dicens: Hæc dicit dominus omnipotens: Ieiunium quartum, & ieiunium quintum, & ieiunium ſeptimum, & ieiunium decimum, erunt domui Iuda in gaudium & lætitiam, & in feſtiuitates bonas (hoc enim Hebraice dicitur d* טובים*, id eſt, ἀγαθάς.) & lætamini, & veritatem & pacem diligite. Hæc dicit dominus omnipotens: adhuc venient populi multi, & habitatores vrbium multarum, & congregabuntur qui habitant ciuitates in vna ciuitate dicentes: Eamus vt deprecemur faciem domini, & quæramus vultum domini omnipotentis, vadam etiam ego. Et venient populi multi, & gentes plurimæ vt quærant faciē domini omnipotentis in Hieruſalē, & vt deprecentur faciem domini. Hæc dicit dominus omnipotens:*



E *vobiſcum eſt.* Et in Eſaia legimus: *Apprehendēt ſeptem mulieres*
Eſaia 4. a *virum vnum, dicentes: Panem noſtrum comedemus, & veſtimen-*
*tis noſtris operiemur: tantū vocetur nomen tuū ſuper nos, aufer op-*
*probriū noſtrū.* Quæ igitur ſeptem ibi mulieres appellantur,
ideſt, eccleſiæ (quarum numerus & in Paulo Apoſtolo con-
tinetur: ad ſeptē enim ſcribit
eccleſias, ad Romanos, ad Co-
rinthios, ad Galatas, ad Ephe-
ſios, ad Philippenſes, ad Co-
loſſenſes, ad Theſſalonicēſes.
Apoc. 1. d Et in Ioannis Apocalypſi in
medio ſeptem candelabro-
rū, id eſt, eccleſiarū, Epheſio-
rū, Smyrnenſiū, Pergameno-
rū, Thyatirenorum, Sarden-
ſiū, Philadelphienſium, Lao-
dicenorum: varietate & auro
puriſſimo dominus accinctus
ingreditur) nunc in propheta
Zacharia decem nominātur,
quas requiſiuit & dominus, vt
Gen. 18 d ſi inueniſſet in Sodomis &
Gomorris, Adama & Seboim
eas de interitu liberaret. Iota
enim littera ex qua ſumit no-
men Saluatoris exordiū, non
ſolū apud Græcos, ſed & apud
Hebræos, denarium numerū
ſignificat. Et hoc myſtico ſer-
mone monſtratur, q̄ omnes
qui cēſentur vocabulo Chri-
ſtiano (quos & dominus ſep-
tem millia tempore perſecu-
3. Reg. 19. d tionis Hiezabel & fugæ Eliæ
reliquiſſe ſe dicit: qui nō cur-
uauerunt genua ante Baal, &
in menſuram viri perfecti ve-
F nerint, ex omnibus linguis &
nationib⁹) apprehendēt fim-
briam viri Iudæi, id eſt, dn̄i
Saluatoris: de quo & in pſal-
mis dicitur: Iuda rex meus.
Pſal. 19. a Et: *Iudas, te laudabunt fratres tui.* Et rurſum: *Non deficiet princeps*
Gen. 49. b *ex Iuda, & dux de fœmoribus eius, donec veniat cui repoſitū eſt, &*
Eſaiæ 11. a *ipſe erit expectatio gentiū: Erit* enim *radix Ieſſe, & qui exurrexerit*
*vt dominetur gentibus, in ipſo gentes ſperabunt.* Cumq; apprehē-
derint eum, cupient ei hærere veſtigiis, quoniam Deus cum
eo ſit. Vel certè ex omnibus linguis, & nationibus quicunq;
crediderint, apprehendent virum Iudæum, Apoſtolos qui
ex Iudæis ſunt, & dicēt: Eamus vobiſcum: audiuimus enim
per prophetas, & omnium ſcripturarum voce cognouimus,
quod Dei filius Chriſtus Deus & dominus ſit vobiſcū. Vbi
manifeſtiſſima prophetia eſt, & de Chriſti atque Apoſtolo-
rum eius prædicatur aduentu, & fide vniuerſarum gentium
3. Reg 19. b nihil amplius requiramus. Quod autem numerum ſeptem
millium ad Chriſtianorum nomen diximus pertinere, ſup-
puta Græcè ἑπτάκις χίλιοι, & χριστιανοί, & eundem nume-
rum, ſummamq; reperies, id eſt, mille nongentos quadra-
Matt. 25. a ginta vnum. Sed & parabolam decem virginum in euange-
lio, quas in ſenſibus carnis & ſpiritus interpretamur (ſi o-
leum bonorum operum ſuis lampadibus præpararint, &
quinarium numerum duplicauerint, vt ſint ſanctæ (iuxta
1. Cor. 7. f Apoſtolum) corpore & ſpiritu, ad huius numeri referunt
Luc. 19. c ſacramentum. Decem quoq; ciuitates, quas qui corporis
ſenſus optimè gubernarit, numero duplicato accipiet in
futurum.

## CAPVT IX.

O*Nus verbi domini in terra Hadrach, &c.*] Omnis hæc
viſio, ſiue pondus, & onus verbi domini, vt inter-
pretatus eſt Aquila, ad vocationem gentium, & extru-
ctionem Eccleſiæ pertinet. Et eſt ordo verborum: Aſ-
ſumptio verbi domini, acuti in peccatores, mollis in iuſtos:
a hadrah a חדרך quippe hoc reſonat, ex duobus integris nomen cō-
b had poſitū: b חד acutum, c רך molle tenerumq; ſignificans: &
c rach non vt male à quibuſdam legitur, Sedrach. Quidam referūt
Hadrach ad populū Iudæorum: Damaſcum ad vocationem G
gentium. Vnde pondus, ſiue aſſumptio verbi domini fit in
terra Hadrach, ſuper quam & auſteritatem ſuam dominus
exercuit & clementiā. Auſteritatem in eos, qui credere no-
luerunt, clemētiam in illos, qui cum Apoſtolis ſunt reuerſi.
Damaſcus autem propriè re-
quies dn̄i eſt: iuxta illud quod
ſcriptū eſt in Eſaia: *Et erit re-* Eſaia 11. a
*quies eius honor. Siquidē antequā* Sec. 70.
*ſciret puer eligere bonū aut malū,*
*& vocare patrē & matrem, acce-*
*pit virtutē Damaſci & ſpolia Sa-*
*mariæ.* Vnde & Damaſcus in Ibidem. 8. a
linguā noſtram vertitur, ſan-
guinem bibēs, aut ſanguis ci-
licii, vt prior interpretatio
cruentū populū ſignificet: ſe-
cunda crudelitati eius pœni-
tētiam copulatam. Quodque
ſequitur: Quia dn̄i eſt oculus
hominis & omnium tribuum
Iſrael, ſic ediſſerūt: Idcirco tē-
plum Dei vtroq; populo cō-
ſtruēdum eſt, id eſt, & de ter-
ra Hadrach, & de Damaſco
requie eius, quia dn̄i eſt, qui-
cunq; & de gentibus reſpicit
Deum, & ſperat in eum, & de
cunctis tribubus Iſraël. Siue
iuxta LXX. quia domin⁹ ęqua-
liter cūctos homines reſpicit
& vniuerſas tribus Iſrael. Di-
camus & aliter: In terra Ha-
drach onus verbi dn̄i eſt &
pōdus grauiſſimū. In Damaſ-
co autē victimæ eius & ſacri-
ficiū, quia dominus & gentiū
fidem, & circuncisionis perfi-
diā abſq; acceptione vlla re- H
ſpicit perſonarū, & eſt æqua-
liter omnium Deus, aliis ſen-
tentiæ ſuæ graue pondus im-
ponens, & in aliorum ſede requieſcens. Iudæi hæc omnia in
aduentu Chriſti, quem ſibi vltimo tempore repromittunt,
dicunt eſſe complenda: vt & terra Hadrach & Damaſcus
& Hamath & Tyrus & Sidon & Aſcalon & Gaza, Accaron
quoq; & Azotus & Philiſtim, potentiſſimo regi colla ſub-
mittant, & ei ſeruiant habitanti in Hieruſalem, nulluſq; au-
deat eleuare cōtra Iſrael manum, pacatis omnibus per cir-
cuitum. Quæ nos vniuerſa ſpiritualiter in aduentu domini,
& in Eccleſia eius tranſacta conuincimus.
b ¶ *Hamath quoque in terminis eius, & Tyrus, & Sidon, &c.*]
d חמת, quæ interpretatur χόλος, id eſt, indignatio, ipſa eſt d hamat.
q̄ ab Antiocho ἐπιφανῆ, Epiphaniæ nomen accepit, & nunc
Syriæ cæles eſt ciuitas. Et hæc igitur & Tyrus & Sidon erūt
in terminis Damaſci, ſiue in terminis terrę Hadrach, vt cre-
dant in dominum Saluatorem, cui à patre dictum eſt: *Poſtu-* Pſal. 2. d
*la à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuā*
*terminos terræ.* Huius Tyri filiæ, id eſt, animæ Chriſto cre-
dentium deferent regi munera, vt impleatur quod ſcriptū
eſt: Adorabunt eum filiæ Tyri in muneribus. Cumq; vrbs Pſal. 44. c
Dei eccleſia fuerit extructa, de qua pſalmiſta decātat: Glo-
rioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei: ſtatim ſequentur & cæte-
ra: *Ecce alienigenæ, & Tyrus, & populus Æthiopum, iſti nati ſunt* Ibid. 86. a
*ibi.* De alienigenis in duobus pſalmis dicitur: Mihi alienige-
næ ſeruiunt, ſiue ſubiecti ſunt. De Æthiopibus in propheta Ibid. 59 b
legimus Sophonia: Trans flumina Æthiopiæ inde ferent Sophon. 3 b
dona mihi: Et in pſalmo: *Æthiopia præueniet manus eius Deo.* Pſal 67. g
De Tyro autem euangelium loquitur: Væ tibi Chorozaim,
væ tibi Bethſaida: quoniam ſi in Tyro & Sidone factæ eſ- Matt. 11. c
ſent virtutes, quæ factæ fuerunt in vobis, olim forſitan in
ſacco & cinere pœnitētiā egiſſent. De Tyri & Sidonis fini-
bus illa mulier Chananæa Syrophenissa, cuius filia malè ſe Marc 7 c
habebat à dæmonio, occurrit domino Saluatori, & Tyrio-
rūm ac Sidoniorum fidei primitias dedicauit: vt quæ
tempore

### HEB.

apprehendent decem homines ex omnibus linguis gentium, & apprehendent fimbriam viri Iudæi, dicētes: Ibimus vobiſcum: audiuimus enim quoniam Deus vobiſcum eſt.

### CAP. IX.

### HEB.

ONus verbi domini in terra Hadrach, & Damaſci requiei eius: quia domini eſt oculus hominis, & omnium tribuū Iſrael. b Hamath quoque in terminis eius, & Tyrus, & Sidon, aſſumpſerunt quippe ſibi ſapiētiam valde. Et ædificauit Tyrus munitionem ſuam, & coaceruauit argentū quaſi humum, & aurum vt lutum platearum. Ecce dominus poſſidebit eā, & percutiet in mari fortitudinem eius, & hæc igne deuorabitur.

Vide

### SEPT.

*tens: In diebus illis, ſi apprehenderint decem viri de omnibus linguis gentium, & tenuerint fimbriam viri Iudæi, dicentes: Ibimus tecum, quia audiuimus quod Deus vobiſcum eſt.*

### CAP. IX.

### SEPT.

A*Sſumptio verbi domini in terra Hadrach, & Damaſci ſacrificii eius: quia dominus reſpicit homines, & omnes tribus Iſrael. Emath in finibus eius, Tyrus & Sidon, quoniam ſapientes fuerunt nimis. Et ædificauit Tyrus munitionem ſuam, & congregauit argentum vt humum, & aurum vt lutum viarum. Propterea dominus poſſidebit eam, & percutiet in mari fortitudinem eius, & ipſa in igne concremabitur.*

*Videbit*

A

tempore Christi non crediderant, quia necdum viderāt ſigna atq; virtutes, poſtea viderent per Apoſtolos & crederent eſſentq; beatitudinis illius cõpotes, quam dominus repromittit, dicens beatiores qui non viderunt, & crediderũt. Tyrus autem & Sidon (quarum altera συνοχὴ, id eſt, anguſtia: altera θήρευμα, id eſt venatio interpretatur) in tantum ſibi ſumpſere pœnitentiã, vt ſophiſmatibus ſuis, & dialecticę retib⁹ & ὠφελίων texturis (quas munitiones ſcriptura cõmemorat) proponeret ænigmata Salomoni, id eſt, regi pacifico, & argentum ſuum, nidorem videlicet eloquentiæ, & aurũ, ſenſuum calliditatem, inſtar pulueris & luti, quod in plateis ac viis eſt, congregaret: vt regnum idololatriæ ꝙ munierat, poſſideret. Sed aduerſus has munitiones Apoſtolus loquitur: Nã *arma militiæ noſtræ non ſunt carnalia, ſed potẽtia Deo, ad diſtinctionẽ munitionũ, cogitationes deſtruentia, & omnẽ altitudinem extollentẽ ſe aduerſum ſcientiã Dei.* Et ſub perſona Niniue (quæ interpretatur ornata, vel pulchra. Nihil enim mundo ornatius eſt) Dei per prophetã contra mũdi homines ſermo dirigitur: Et tu inebriaberis, eriſq; deſpecta, & quæres auxilium ab inimico: omnes munitiones tuæ ſicut ficus cum groſſis ſuis: ſi cõcuſſæ fuerint, cadẽt in os comedẽtis. Et Tyrũ igitur & Sidonẽ dñs poſſidebit, cũ ante percuſſerit fortitudinem earum in ſalſiſſimo & amariſſimo mari huius ſæculi, & ne quid in eis priſtinæ remaneat ſapientiæ, id eſt, tumentis ſtultitiæ (per quã ſibi imbecillas munitiones, & argentum & aurum luto ſimilia compararunt) igne eas excoquet, & mundabit ad purum, de quo Saluator loquitur in Euangelio: *Ignem veni mittere ſuper terrã, & quã volo vt ardeat?* iuxta illud quod in Marco ſcriptum eſt: *Omnis igne ſalietur.*

B

a ¶ *Videbit Aſcalon, & timebit, & Gaza, & dolebit nimis, &c.*] Aſcalon, interpretatur ignis ignobilis, ſiue põderata: Gaza fortis, aut imperium: Accaron, ſterilis, ſiue eradicata: Azotus, quæ Hebraicè dicitur e אשדוד, ignis generans, aut ignis patrui, vel ignis mammillæ. Iebuſæus conculcatam ſonat. Nominum expreſſimus etymologias, vt ſenſum breuiter pcurramus. Videns Aſcalon & Gaza & Accaron, ꝙ Hamath eſſet in finibus Damaſci, & Tyrum & Sidonem (poſtquam percuſſæ ſunt in circuitu, & omne earũ fœnum, ligna & ſtipula incendio conflagrauit) poſſeſſas eſſe à domino, & ipſæ timore ac dolore & confuſione perterritæ, cœperunt ſperare meliora. Deniq; Aſcalon, in qua erat prius diabolus, ignis ignobilis, & vſq; ad menſuram ac pondus venerat peccatorũ, pauore contremuit, eo quod habitatores habere deſiuerit & Gaza doluit nimis, agens pœnitudinem ſcelerum priſtinorum, quæ quondam fortis ac dura fuerat indominabilis, & ſibi regnum omnium promittebat, eo quod rex eius & princeps, ſermo contrarius & poteſtas inimici, ſuum perdidiſſet imperium: Accaron quoq; ſterilis (quia abſq; lege & notitia Dei filios non habebat) eradicata eſt, vt audiret illud propheticum: *Lætare ſterilis, quæ non paris: erumpe & clama, quæ non parturis, quoniam plures filij deſertæ magis, quam eius quæ habet virum.* Cumque Aſcalon & Gaza & Accaron fuerint perterritæ & doluerint: (eo quod vel habitatores non habuerint, vel regem perdiderint, vel ſpes eas fruſtrata ſit priſtina) alienigeni ſedebunt in Azoto, vbi ignis generat: quem dominus miſit ſuper terram, & ardere deſiderat. Ipſe enim baptizat in ſpiritu ſancto & igne: vbi fratruelis &

Ioan. 20. g — צור צידון — 2. Cor. 10. b — 3. Reg. 10. — 2. Cor. 10. b — Nahum 3. e — Luc. 12 f — Mar. 9 g — אשקלון עזה עקרון e aſdod — Eſa. 54 a — Luc. 12. f — Matt. 3. c

H E B.

a Videbit Aſcalon, & timebit, & Gaza, & dolebit nimis, & Accaron, quoniam confuſa eſt ſpes eius, & peribit rex de Gaza, & Aſcalon non habitabitur. Et ſedebit ſeparator in Azoto, & diſperdam ſuperbiam Philiſtinorum, & auferam ſanguinem eius de ore eius, & abominationes eius de medio dentium eius, & relinquetur etiam ipſe Deo noſtro, & erit quaſi dux in Iuda, & Accaron quaſi Iebuſæus. Et circũdabo domum meam ex his qui mihi militant, eũtes, & reuertẽtes, & non trãſibit ſuper eos vltra exactor quia nunc vidi in oculis meis. b Exulta ſatis filia Sion, iubila filia Hieruſalem: Ecce rex

S E P T.

*Videbit Aſcalon, & timebit, & Gaza, & dolebit nimis, & Accaron quoniã confuſa eſt de ſpe ſua, & peribit rex de Gaza, & Aſcalon non habitabitur. Et habitabunt alienigenæ in Azoto, & deſtruam iniuriam alienigenarum, & auferam ſanguinem eorũ de ore illorum, & abominationes eorum de medio dentium illorũ: & remanebunt & iſti Deo noſtro, & erunt vt* χιλίαρχος *(id eſt, tribunus) in Iuda, & Accaron ſicut Iebuſæus, & ponam in domo mea eleuationem: vt nemo pertranſeat, ſiue reuertatur, & nequaquam ſuper veniat eis vltra abactor & eminans, quia nunc vidi in oculis meis.* Gaude *vehementer filia Sion, prædica filia Hieruſalem: Ecce*

patruus eſt ἀδελφιδοῦς, ἢ πατράδελφος, quẽ in Cant. Canticorũ ſponſa deſiderat, vbi ignis mammillæ eſt, & largiſſimi vberis, de quo in eodem Cantico legimus: *In medio vberum meorum commorabitur.* Et in Apoſtolo: *Lac vobis potum dedi, non eſcam.* Pro eo quod nos in Lxx. diximus, ἢ κατοικήσουσιν ἀλλογενεῖς ἐν ἀζώτῳ, id eſt, & habitabunt alienigenæ in Azoto: in Hebræo legitur, habitabit vel ſedebit, ממזר in Azoto: p quo nos poſuimus, & ſedebit ſeparator in Azoto. Separatorẽ dominum intellige: q frumẽtum à paleis ſeparet, & piſces bonos à piſcibus malis, & argentum & aurum à ſordibus ſcoriaq; diſcernat. Cũq; hoc fecerit, promittit & cætera: *Diſperdam iniuriam* vel *ſuperbiã Philiſtinorum.* Pro quibus Lxx. alienigenas, id eſt, ἀλλοφύλοι tranſtulerũt, Philiſtim interpretantes in lingua noſtra, cadentes poculo, quod e calice biberint Babylonis, & inebriati corruerint. Hi itaq; tẽpore vocationis gentiũ & aduentus Chriſti, non habebũt ſuperbiam, ſed humilẽ & mãſuetũ ſequẽtur Ieſum. Et auferet de ore eorum ſanguinẽ: verba blaſphemiæ, & abominationes, idolorũ cultũ, & eſum eorũ q̃ immolata ſunt idolis, de medio dẽtium eorũ: vt poſtquã hęc ablata fuerint ipſi Philiſtim, hoc eſt, alienigenæ relinquantur dño, & ſit dux Iuda, id eſt, in populo dominũ confitẽte, vt prior populus qui erat in capite, vertatur in caudam, & nouiſſimus qui erat cauda, in caput trãſeat: & Accaron ſterilis quondam, & idcirco eradicata, ſit quaſi Iebus, id eſt, quaſi Hieruſalem. Hæc enim ciuitas tribus nominibus appellatur: Iebus, Salem, & Hieruſalem: *Et circundabo,* inquit, *domum meam,* hoc eſt, eccleſiam, *ex his qui militant mihi,* id eſt, ex his qui mihi ſeruiũt in variis miniſteriis, & ad meum imperium huc illucq; diſcurrũt, euntes & reuertentes: Siue circundabo domum meam angelorũ pręſidio: de quibus & in alio loco ſcriptum eſt: *Immittet angelus domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos:* vt nõ ſit qui vadat & reuertatur, hoc eſt, qui inſidias meo populo moliatur. *Nec tranſibit ſuper eum vltra exactor:* de quo dicit Eſaias: *Ceſſauit exactor,* vel certè ἐξελαύνων, id eſt, foras educens & vinctos in captiuitatem trahens: quia oculis ſuis (quos prophetas & omnes ſanctos intelligere poſſumus) vidit dominus vocationem gentium, & Eccleſiæ ſecuritatem.

b ¶ *Exulta ſatis filia Sion, &c.*] Hanc prophetiam Euãgeliſtę ſcribunt eſſe completã, quando dominus ingreſſus eſt Hieruſalem: ſedens ſuper aſinam & pullum aſinæ, & puerorũ cum palmarum ramis occurrit turba, clamantium: *Benedictus qui venit in nomine domini: Oſanna in excelſis:* & increpantibus phariſæis cur non corriperet clamantes pueros, Reſpondit: Non legiſtis: *Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem?* Exultat ergo Sion, & iubilat Hieruſalem, vna atque eadem ciuitas (Sion enim arx eſt Hieruſalem) quia venit ei rex ſuus, qui omnium prophetarum vaticiniis repromiſſus eſt: Iuſtus & ipſe Saluator, id eſt, Ieſus: ſicut Angelus interpretatus eſt, loquens ad virginem: *Et vocabitur Ieſus: quia ipſe ſaluum faciet populum ſuum à peccatis ſuis.* Pauper quoque, ſiue vt Lxx. tranſtulerunt, manſuetus: qui cum diues eſſet, pro nobis pauper factus eſt, & dicit in Euangelio: *Diſcite à me, quoniam manſuetus ſum, & humilis corde.* Et aſcendẽs ſuper aſinam ſubiugalem, ſiue ſuper pullum nouum: vtrumque videlicet populum, circuncisionis & præputii: quorũ prior grauiſſimum legis portauerat iugum, ſicut in Actis

C — Cant. 1. d — Ibid. d — 1. Cor. 3. a — f mamzer — Matt. 3. c & 13. f — Malac. 3. a — פלשתים — D — יבוס שלם ירושלם — Pſalm. 33. — Eſa. 14. b — Matt. 21. a — Pſal. 8. a — Zach 9. b — מושיע, Luc. 1. c — עני — Matt. 11. d



E

Actis Apoſtolorum ſcriptum eſt: Nec nos nec patres noſtri potuerunt portare graue legis iugũ. Vnde & Paulus ſcribit ad Galatas, qui circuncidi volebant: *State, & nolite iterũ iugo ſeruitutis contineri.* Pullus autem nouus, gentilium multitudo frena non habens legis, nec rectus ab aliquo, ſed ſemper in præcipitiis & in voraginibus idololatriæ eliſus atque confractus, dñi ſeſſione didicit ambulare, & rectam viam ingredi, *Et diſperdam,* inquit, *quadrigam ex Ephraim.* Adhuc ex Dei patris perſona dicitur: quod quadriga ſiue currus ex Ephraim pereat, & equus de Hieruſalem. Et interim ſecũdum litteram hæc loquitur: Non erunt prælia, omnibus Chriſti aduentu & natiuitate pacatis. Porrò ſecundum altiorẽ intelligentiã, Ephraim refertur ad hæreſum multitudinẽ, quę interpretatur καρποφορία, id eſt, vbertas & frugũ abundãtia: de quibus ſcriptum eſt in ſeptuageſimo ſeptimo pſalmo: Filii Ephraim intendentes, & mittentes arcũ, conuerſi ſunt in die belli, De his quadrigis & curribus legimus: *Hi in curribus, & hi in equis, nos autẽ in nomine domini Dei noſtri inuocabimus: ipſi obligati ſunt & ceciderunt, nos autem ſurreximus & erecti ſumus.* Equus qui diſperditur de Hieruſalẽ, ille eſt de quo legimus: *Fallax equus in ſalutem.* Et in

F

Hieremia qui luxuriæ vacabant & libidini, audiunt: *Equi inſanientes in fœminas facti ſunt mihi: vnuſquiſque ad vxorẽ proximi ſui hinniebat.* Vnde reuocantur ad pœnitudinem dicẽte pſalmographo: *Nolite fieri ſicut equus & mulus, in quibus non eſt intellectus.* Cũq; diſperdiderit Deus currus Ephraim & equum de Hieruſalem: qui de iſtiuſmodi equis & curribus fuerint liberati, transferentur in domini ſeruitutem, & efficientur Cherubim, & de ipſis dicetur: *Currus Dei decem milliũ multiplex, millia lætantium.* Et: *Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te proxima mea.* Et: *Aſcendens ſuper equos tuos, & equitatio tua ſalus.* Diſſipabitur arcus belli, vt non mittantur ignita iacula, quæ voluptuoſorum poſſint corda percutere. Et loquetur pacem gẽtibus, de quibus ſcriptum eſt: *Ipſe erit expectatio gentium.* Et rurſum: *Super ipſum gentes ſperabunt.* Et *poteſtas eius à mari vſque ad mare, & à fluminibus vſque ad fines terræ.* Hoc non eſt extenuandum per allegoriam, ſed credendum vere completum, ſecundum illud quod legimus: *Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ.* In ſeptuageſimo quoque primo pſalmo ſub perſona Salomonis & veri pacifici dicitur: *Et dominabitur à mari vſque ad mare, & à flumine vſque ad terræ terminos.*

a ¶ *Tu quoq; in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos, &c.*] Poſtquam ſermo prophetæ, imo ipſe Deus pater omnipotens, nunciauit Sion & Hieruſalem, quod veniret ad eas rex ſuus mitis, & aſcendens ſuper aſinam ſubiugalem, & pullũ aſinæ, & poteſtas eius eſſet futura à mari vſq; ad mare, & à fluminibus vſq; ad terminos terræ: facit apoſtropham ad ipſum Chriſtum, de quo vaticiniũ eſt, & loquitur: Tu quoque in ſanguine teſtamẽti, ſiue pacti tui, emiſiſti vinctos tuos de lacu, in quo nõ eſt aqua. Quod ita intelligitur: In ſanguine paſſionis tuæ, eos qui vincti in carcere tenebãtur inferni, in quo non eſt vlla miſericordia, tua clementia liberaſti. Denique poſtquam dominus reſurrexit, hi qui peccatis Adam, ſiue, vt quidam volunt, erroris inoliti, ac mortis vinculis tenebantur: reſurrexerunt cum eo, & apparuerunt in

Act. 15. c — Gal. 5. a — אפרים — Pſalm. 19. b — Pſalm. 32. d — Hier. 5. c — Pſalm. 31. c — Ibid. 67. d — Cant 1. c — Habac 3. b — Gen 46. b — Eſaia 11. c — Pſalm. 2. b

H E B.

rex tuus veniet tibi, iuſtus & Saluator: ipſe pauper & aſcendens ſuper aſinam, & ſuper pullum filium aſinæ. Et diſperdam quadrigam ex Ephraim, & equum de Hieruſalẽ, & diſſipabitur arcus belli, & loquetur pacem gentibus, & poteſtas eius à mari vſque ad mare, & à fluminibus vſque ad fines terræ. a Tu quoq; in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos de lacu, in quo nõ eſt aqua: cõuertimini ad munitionem vincti ſpei: hodie quoque annuncians duplicia reddam tibi. b Quoniam extendi mihi Iudam quaſi arcũ impleui Ephraim, & ſuſcitabo filios tuos. Sion ſuper filios tuos Græcia, & ponam te quaſi gladiũ fortium. a Et

S E P T.

*Ecce rex tuus veniet tibi, iuſtus & ſaluans: ipſe mãſuetus & aſcendens ſuper ſubiugalem & pullum nouum. Et diſperdet quadrigas ex Ephraim & equum de Hieruſalem, & diſperdet arcus pugnantium & multitudinem, & pacem ex gentibus, & dominabitur ab aquis vſque ad mare, & à fluminibus vſque ad exitus terræ. Et tu in ſanguine teſtamenti emiſiſti vinctos tuos de lacu, qui non habet aquam: ſedebitis in munitione vincti congregationis, & pro vna die peregrinationis tuæ duplicia reddam tibi. Quoniam tetendi te Iuda mihi quaſi arcũ impleui Ephraim, & ſuſcitabo filios tuos Sion ſuper filios* Græcorum, *& attrectabo te quaſi gladium pugnatoris. Et*

ſancta ciuitate. De hoc ſanguine teſtamenti, & ipſe futurã indicãs paſſionem, ad diſcipulos loquebatur: *Accipite & bibite ex hoc omnes:* Hic eſt enim calix noui teſtamẽti in ſanguine meo. In huius præfigurationem lacus qui non habet aquas, & Ioſeph à fratribus miſſus eſt in lacum, & Daniel & Hieremias à Chaldæis & populo Iudæorũ: Banaias quoq; tẽpore niuis & frigoris deſcẽdit in lacum, vt ibi leonem interficeret. Hieremias autem non in aquam laci, ſed in lutũ cœnumq; laci demergitur: ꝙ poſſet ſuffocare magis quam refrigerare ſitientem. Vnde in pſalmo ſcribitur: *Infixus ſum in limum profundi, & non eſt ſubſtãtia.* In hoc lacu inferni morabatur diues ille quondã purpuratus cuius lingua magniloqua pœnarũ exurebatur incẽdiis, & intantum non habebat vlla aquarũ refrigeria, vt extremi digiti pauperis tincti in aqua refrigerium poſtularet. Rurſumq; ad ipſos qui vincti erant, & Chriſti miſericordia liberandi, ſermo dirigitur: Conuertimini ad munitionẽ vincti ſpei. Et eſt ſenſus: Qui nũc vincti eſtis, & immiti atque terribili inferno tenemini: qui ſolutionem vinculorũ in Chriſti ſperatis aduẽtu: cõuertimini ad munitionem, ſiue ſedebitis in munitione, de qua ſcriptum eſt: *Munimentum ſancti timor domini,* vt poſſitis dicere: *Eſto mihi in Deum protectorem, & in locũ munitum, vt ſaluũ me facias:* & de vobis quoq; propheta cõmemoret: Ecce ciuitas firma, & ſalutare noſtrum ponet murum & antemurale. Hanc autem munitionem, ad quam Deus cohortatur vinctos ſpei, ſiue vinctos ſperantes Eccleſiæ, non aliam debemus accipere niſi habitationem paradiſi: in quã primus cum domino latro ingreſſus eſt: & idcirco per Zachariam prouocantur ad munitionem: quia iam tunc ex illo tempore dominus promittebat, vt pro breui tribulatione, æterna reciperent præmia. Siue vt in Lxx. legitur: pro vna die peregrinationis tuæ, duplicia reddam tibi. Ad comparationem enim ęternitatis, omne quod patimur in mundo vna dies appellãda eſt, non habitationis, ſed peregrinationis. Quia aduenæ ſumus & peregrini, ſicut omnes patres noſtri. Nam *in præſenti momentaneum & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ videntur, ſed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia ſunt: quæ non videntur æterna.*

b ¶ *Quoniam extendi mihi Iudã quaſi arcum, &c.*] Hoc Iudæi ad Machabæorum tempora referunt, qui vicere Macedonas, & ſordidatum templum idololatria, poſt trium & ſemis annorum ſpatium mundauerunt. Quodq; ſequitur: Quaſi arcum impleui Ephraim, eos ſignificari exiſtimant, qui decem tribubus, quæ appellantur Iſrael, venerant ſub Ezechia: quibus etiam Ioſias regnaſſe memoratur, ita duntaxat vt prius teſtimonium aliter quam nos explanauimus interpretentur & dicant: O Chriſte, quem ſperamus eſſe venturum, & qui regnaturus es in vniuerſis terminis terræ: in ſanguine teſtamenti tui, quo conſperſam Hieruſalẽ, iuxta Ezechielẽ in ſuo ſanguine reperiſti, & iniſti pactũ cum Abrahã in diuiſionibus vituli & arietis & hirci: dimiſiſti populum tuum Iſrael de captiuitate & camino Chaldæorum, in quibus nulla erat miſericordia: Propterea & vos, ô Iſraelitę, qui vincti eratis, & ſperabatis in domino, reuertimini ad munitiſſimam Hieruſalem: quoniam hodie vobis haberis dominum

G — Matt. 26. b — Gen. 37. d — Dan. 6. c — 2. Reg 23. c — Hier. 38. b — Pſalm 68. a — Luc. 16. f — Prou. 10 d Sec. 70. — Pſalm. 59. a — H — Eſaia 36. a — Luc. 23. f — Pſalm. 38 b — 2. Cor. 4. d — Ezech 16. a — Gen. 14. b

A dominum pollicentem, quod pro breui captiuitatis iniuria duplicata omnia recipiatis: ſicut recepiſſe legimus & Iob. *Iob. 43. c* Iuxta tropologiã hic locus explanari ſic poteſt Extenditur Iudas in arcu, cum dñs atque Saluator à patre in hũc mundum mittitur, qui ipſe eſt & arcus, & ſagittarius, & ſagitta.

**Heb.**

a Et dominus Deus ſuper eos videbitur, & exibit vt fulgur iaculum eius, & dominus Deus in tuba canet, & vadet in turbine Auſtri. Dominus exercituum proteget eos.
b Et deuorabũt, & ſubiiciẽt lapidibus fundæ, & bibentes inebriabũtur quaſi a vino, & replebuntur vt phialæ, & quaſi cornua altaris. Et ſaluabit eos dominus Deus eorum in die illa, vt gregem populi ſui: quia lapides ſancti eleuabuntur ſuper terram eius. c Quid enim bonum eius eſt: & quid pulchrum eius, niſi frumentum electorum, & vinum germinans virgines.

Arcus, vt in præſenti loco. Sagittarius, vt in xliiij. pſalmo: *Sagittæ tuæ acutæ* potẽtiſſimæ, quibus qui fuerit vulneratus, dicit: *Cantic. 2. a* *Vulneratus charitate ego ſum.* *Sec7 o.* Sagitta verò ipſe eſt, qui loquitur per Eſaiam: *Eſai. 49. a* *Poſuit me ſicut ſagittam electam, & in pharetra ſua abſcondit me.* Sagitta electa, verbũ Dei eſt: pharetra in qua ſagitta abſcõditur, diſpẽſatio carnis aſſũptę. Hac impletur Ephraim vt cũ armatus fuerit & paratus ad bellũ, & ipſe cum gẽtibus ſagittis dñi vulneretur, ex cuius tribu primus populũ ſcidit Hieroboã, quem in hæreticorũ perſona accipi *Oſe 5. & 6.* Oſee propheta plenius demonſtrat & quod ſupra diximus: *Pſalm. 77. b* *Filij Ephraim intendentes & mittẽtes arcum, conuerſi ſunt in die belli.* *Ibid. 44. a* Suſcitãte enim domino filios Sion, hoc eſt, filios Eccleſiæ, & cõtrariorum dogmatũ magiſtri, & philoſophorũ omnis aſſertio atq; argumenta gẽtilium deſtruentur: quia ipſe dominus gladius fortium eſt, de quo dicitur: *Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime. Specie tua & pulchritudine tua, intende proſpere, procede & regna: Propter veritatem & manſuetudinem & iuſtitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua.*

B Hoc gladio Æthiopes vulnerantur, de quibus ſcriptum *Soph. 2. c* eſt: *Et vos Æthiopes vulnerati meo gladio eritis*: qui poſtquam Chriſti gladio fuerint vulnerati, deponent tetrum colorem, & exultantes loquentur: *Pſalm. 89. d* Erit ſplendor domini Dei noſtri ſuper nos: quod & Dauid ſibi poſt pœnitentiam repromittit: *Ibid. 50. b* *Lauabis me, & ſuper niuem dealbabor.* Iſte eſt gladius *Hebr. 4. c* de quo ſcribit Apoſtolus: *Viuens ſermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vſque ad diuiſionem animæ ac ſpiritus.*

a ¶ *Et dominus Deus ſuper eos videbitur, &c.*] Et hunc locum ad Machabæorũ referunt tempora, quod illis cõtra Antiochum dimicantibus atq; vincentibus, domini fuerit pugna atq; victoria, qui egreſſus ſit fortis ad prælium, & inſtar fulguris illius potentia apparuerit, victiſq; aduerſariis & turbinis more diſperſis, protexerit populum Iudæorum. Nos autem referemus cũcta ad intelligentiã Saluatoris, de quo ſupra dictum eſt: Extende mihi Iudam quaſi arcum: Quo extento & hæreticis atq; gentibus à Sion filiis interfectis, apparebit gloria domini, & egredietur vt fulgur iaculum eius, de quo fulgure & in Habacuc legimus: *Habac. c* *In luce ſagittarũ tuarum ibunt, in ſplendore fulgurãtis haſtæ tuæ.* Quod fulgur & ſplendor, alio vocabulo tuba appellatur & clangor: vt cum ſanctus clamor inſonuerit, dicat qui prius ſurdis auribus fuerat. Diſciplina dñi aperuit mihi aures, & dedit mihi aurem ad audiendum. Quodq; ſequitur: *Et vadet in turbine Auſtri*, ſiue *vadet in motu comminationis ſuæ*: ideo comminatur & dicit ſe illaturum eſſe ſupplicia, vt pœnitentium miſereatur. Deniq; iungit & dicit: *Dominus omnipotens proteget eos*: quos prius ſua comminatione terruerat. Legamus hiſtoriam Niniuitarum.

b ¶ *Et deuorabunt, &c. & eleuabuntur ſuper terram eius.*] Pro eo quod nos diximus, *eleuabuntur*, & in Hebraico ſcriptum ſit, g מתנוססות: poteſt interpretari *vagantes* ſiue *fugientes*: *g mithnoſeſoth.* Protectis filiis Sion, & domino canente, & vadente in turbine contra aduerſarios eorum, tanta erit ruina Græcorũ, vt non dicam gladiis, ſed iactu lapidum & fundarũ rotatibus opprimantur: ita vt prædæ ſint & deuorationi inimicis ſuis. C Tunc bibentes inebriabuntur quaſi vino. Non hi qui cæſi ſunt ebrii erunt ſanguine ſuo: ſed hi qui vicerint quaſi ebrii cum deſperatione pugnabunt, & placebunt dño quaſi altaris cornua, eiuſq; libatio. Hoc enim intelligitur in phialis, quibus ſuper altare liba fundũtur. Saluabit quoq; dñs eos ſicut oues & gregẽ populi ſui. Nõ enim vt armatus exercitus & inſtructus arte bellãdi aduerſum Macedones dimicabit, ſed veniet quaſi grex paratus ad mortẽ, & dño auxiliante ſuperabit. Et lapides ſancti qui oppreſſi fuerint, (lapides autẽ vocat propter duritiam tribulationũ, & animi fortitudinis) eleuabuntur de humilitate ſua, & erunt in terra illius glorioſi. Aliter: Lapides ſãcti eius de genere ſacerdotali p̃ diuerſa fugientes, illo tribuente victoriã conſequentur. Dicamus & iuxta anagogẽ, imò explanemus ꝓphetiã multis obſcuritatibus inuolutã. Filii Sion protecti à dño ſuo, deuorabunt aduerſarios ſuos, quos intelligimus filios Græciæ. Et ſubiiciẽt lapidibus fundæ, cõminationibus ſcripturarũ, de aduerſariis ſuis ſubiectos humileſq; facientes. Nihil enim ita percutit, vt exemplũ de ſcripturis ſanctis, & teſtimoniũ rotatu oris emiſſum.

**Sept.**

*Et dominus Deus ſuper ipſos apparebit, & egredietur ſicut fulgur ſagitta eius, & dominus Deus omnipotens ſonabit in tuba, & ibit in commotione terroris ſui. Dominus omnipotens proteget eos. Et conſumet eos, & obruent in lapidibus fundæ, & bibent ſanguinem eorum, ſicut vinum, & implebunt ſicut phialas altare. Et ſaluabit eos dominus in die illa, ſicut oues populum ſuum: quia lapides ſancti voluentur ſuper terram eius. Quia ſi quid optimum illius, & ſi quid bonum ab eo frumentum iuuenibus, & vinum boni odoris ad virgines.*

Quod autem in Lxx. dicitur: *Et bibent ſanguinem eorũ quaſi vinum*: in Hebræo non ita legimus: ſed bibentes inebriabuntur quaſi vino, ושתו המו vt audiant illud de Cantico canticorum: *Bibite amici & inebriamini.* *Cant. 5. a* Et ita placebit eorum ebrietas, quaſi altaris ſacrificiũ, & quaſi cornua ſiue anguli altaris. D Saluabit quoq; eos dñs, quaſi gregem populi ſui: quia lapides ſancti voluentur ſuper terram eius qui tantum erunt leues & in ſublime nitentes, vt non præſtolentur ædificantium manus, ſed ipſi feſtinent imponi ſuper fundamentũ Chriſti, & contineri angulari lapide, de quibus & Petrus Apoſtolus loquitur: *Sicut lapides viui ſuper ædificamini in domum ſpiritualem & ſacerdotium ſanctum, offerẽtes ſpirituales victimas placentes Deo.* *1. Pet. 2. a* Iſti ſunt lapides qui clamabũt *Luc. 19. f* ſi tacuerit populus Iudæorum, & voluentur quamdiu in corpore fuerint ſuper terrã, quia aggrauat terrena habitatio ſenſum multa curantem, & in carne poſitus ſanctus loquitur: *Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ?* *Pſalm. 54. b* qui quantum in ſe eſt, conatur & voluitur & erigitur ad ſumma, ſed carnis fragilitate retinetur. Terra autem illa eſt, ſuper quam voluuntur lapidea, de qua legimus: *Cantate domino omnis terra.* *Pſalm 65. a* Et: *Omnis terra adoret te, & pſallat tibi.*

c ¶ *Quid enim bonũ eius eſt, &c.*] Ideo, inquiũt, Machabæi huc illucq; fugientes, domino auxiliante ſuperabunt: vt eiectis Macedonibus de terra Iſrael, mũdetur templum, legis præcepta ſeruentur, & eruditio ſcripturarũ rurſum germinet virgines, id eſt, populus credentium in vnum Deum, q̃ prius idololatriæ fuerant cultibus cõſtuprati In frumento electorũ, id eſt, h בחורים: non νεανίσκους, id eſt, iuuenes, vt *h bahourim* Lxx. tranſtulerũt, ſed electos & eruditos viros intelligi volunt, qui frumentum, id eſt, legẽ Dei comedere mereantur. Pro vino q̃ Hebraice dicitur i תירוש: Aquila οἶνον interpretatus eſt, quod & ipſum ad vbertatem vindemiæ referri *i tiros* poteſt: Hæc Iudæi exiſtimant. Cæterum nos frumentum electorum ſiue iuuenum, & vinum germinans virgines, ſiue vinum boni odoris ad virgines, intelligimus dominum Saluatorem, qui loquitur in euangelio: *Niſi granum tritici cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum permanet: ſin autem moriatur, maiores fructus affert.* *Ioan. 12 d* *Ibid. 6. d* De hoc tritico efficitur ille panis, qui de cœlo deſcendit, & qui confirmat cor hominis. *Pſal. 103. c*

Hunc



E Hunc panem comedunt, qui in Chriſto robuſti ſunt, & ad quos Ioannes euangeliſta loquitur: *1 Ioan 2. b* *Scribo vobis iuuenes, quia ſermo Dei in nobis manet, & fortes eſtis, & viciſtis malignũ.* Qui *Pſal. 103. b* frumentum eſt electorum ſiue iuuenum, ipſe eſt & vinum quod lætificat cor hominis, & bibitur ab his virginib. quæ *1. Cor. 7 f* ſunt ſanctæ & corpore & ſpiritu: vt inebriatę atq; gaudẽtes ſequantur eccleſiam, & *Pſal. 44 d* dicatur de eis: *Adducẽtur regi virgines poſt eam, proximæ eius afferẽtur tibi: afferentur in lætitia & exultatione.* Quo modo .n. lætitiam non habebunt, quæ inebriatæ poculo Saluatoris generantur in virgines, *Cant. 2. a* & audẽt dicere: Introducite me in cellulã vini: confortate me in vnguẽtis? Vinũ hoc boni odoris eſt: *Ibid. 8. a* vnde in eodem carmine dicitur: *Potabis me de vino vnguentarij, de riuis malogranatorũ tuorũ.* *Apoc. 14 a* Hoc vino inebriati ſunt qui ſequũtur agnũ Dei quocunque vadit, veſtiti candidis veſtibus: quia ſe cum mulieribus non coinquinauerunt: virgines enim permanſerunt.

**Cap. X.**

**Heb.**

Petite à domino pluuiã in tẽpore ſerotino, & dominus faciet niues, & pluuiam imbris dabit eis: ſingulis herbam in agro. Quia ſimulacra locuta ſunt inutile, & diuini viderunt mendacium: & ſomniatores loquuti ſunt fruſtra, vane conſolabantur: idcirco adducti ſunt quaſi grex: affligentur, quia non eſt eis paſtor. b Super paſtores iratuș eſt furor meus, & ſuper hircos viſitabo: quia viſitauit dominus exercituum gregem ſuum domum Iuda, & poſuit eos quaſi equum gloriæ ſuæ in bello. Ex ipſo angulus, ex ipſo paxillus, ex ipſo arcus prę lii, ex ipſo egredietur omnis exactor ſimul, & erũt quaſi fortes cõculcantes lutum viarum in prælio, & bellabunt quia

**Cap. X.**

**Sept.**

*Petite pluuiam à domino opportunam, temporaneam & ſerotinam: dominus fecit phantaſias, & pluuiam hiemalem dabit eis: vnicuique herbam in agro. Quoniam hi qui loquebantur, loquuti ſunt labores, & diuini viſiones falſas, & ſomnia falſa loquuti ſunt: vane conſolabantur, ideo arefacti ſunt ſicut oues, & afflicti ſunt: quia non erat qui ſanaret. Super paſtores concitatus eſt furor meus, & ſuper agnos viſitabo, & viſitabit dominus Deus omnipotens gregem ſuum domum Iuda, & ponet eos ſicut equum decorem ſuum in prælio. Et ex ipſo reſpexit, & ex ipſo poſuit, & ex ipſo arcus in furore egredietur omnis qui educit ſimul, in erunt quaſi bellatores conculcantes lutum virrum in prælio,*

**Capvt X.**

Petite à domino pluuiam in tẽpore, &c.] Iſta felicitas, quæ in Machabæorũ tempore promiſſa eſt, quando ſancti lapides eleuati ſunt ſuper terram, & res Iſraelitica creuit in maius, intantũ vt rurſũ frumento legis populi veſcerentur, & vino ſancti ſpiritus inebriarẽtur virgines veſtræ, ex parte promittitur. E Cæterũ quia iam extremũ tempus eſt prophetarũ, & mundus declinat ad finẽ, & omnia quæ prædicta ſunt ſui terminum præſtolantur: Petite à domino, vt det vobis pluuiam ſerotinam, vt Chriſtus qui promiſſus eſt, veniat, & tribuat vobis rores & niues: pro quibus ſcriptum eſt in Hebræo a חזיזים. *a hazizim* Et neſcio quid volentes Lxx. phantaſias interpretati ſunt: niſi forte magnitudinẽ gratię, admirationemque donorũ, nomine phantaſię voluere deſcribere. Dominus ergo qui facturus eſt niues, & ſiccitatẽ omnis terræ euangelicæ prędicationis irrigaturus eſt pluuiis, ipſe dabit imbres credentibus & vbertate omnia cõplebuntur: vt poſtquã in Chriſto crediderint nationes, intelligãt vana eſſe quæ ante coluerunt. Siue ipſe Iſrael intelligat, qui quondam deceptus idololatriæ errorib. tenebatur, fruſtra ſe coluiſſe ſimulacra & diuinorũ audiſſe mẽdacia, & acquieuiſſe ſomniis, quibus *Deut. 13.* ſcriptura præcipit non credendũ. Et ob hanc cauſam ducti ſunt quaſi grex in captiuitatẽ, & afflicti abſq; paſtore Deo, quia legis notitiã nõ habebant. Omnis hic locus obſcurus & dubius eſt, & debet nobis lector ignoſcere, ſi in his quæ ambigua ſunt, & nos pendulo incedimus gradu. Poſſumus aũt iuxta ſpiritualẽ intelligentiã dicere, quod credentes in Chriſto, dominus adhortetur, vt petant ſerotinã pluuiam in cõſummatione mũdi, quoniã plenitudo donãda eſt gratiæ, & ſingulis in agro ſuo herba ſuccreſcet, ita vt poſſint *Pſal. 22. a* dicere: *Domin⁹ regit me, & nihil mihi deerit: in loco paſcu ibi me collocauit: Super aquas refectionis educauit me.* Omnia .n. ſimulacra, & diuini, & ſomniatores fruſtra locuti ſunt, & vane conſolabãtur Quæ de hæreticis loquitur, qui ſub nomine *1 Tim 4 a* Chriſtiano nõ intelligũt, nec de quib. dicant, nec de quibus affirmẽt, & attẽdunt ſpiritibus erroneis, & magiſtris dæmoniorũ *in hypocriſi mendacia loquentiũ, & cauteriatã habẽtes conſcientiã*: vt nequaquã credentes eorũ conſolationib. abducãtur, q̃ vana ꝓmittũt, & ꝓpterea traditi ſunt ſatanæ in interitum carnis, & adducti in captiuitatem regis Babylonii, G & affligentur: quia Chriſtum paſtorem non habent, quem ſibi alſo nomine repromittunt.

b ¶ *Super paſtores iratus eſt furor meus, & ſuper hircos viſitabo: quia viſitauit dominus, &c.*] Et in hoc loco duplex Iudæorum expoſitio eſt. Alii enim arbitrantur in aduentu Chriſti vniuerſa cõplenda: alii ſub Machabæis iam eſſe cõpleta. Eſt aũt eorum, quæ dominus pollicetur, iſta explanatio: ſuper paſtores & principes ac ſacerdotes iratus eſt domin⁹, & ſuper hircos, & populum viſitauit: iuxta illud ſcriptum eſt: *Grex perdit⁹ factus eſt populus meus, paſtores eiecerunt eos,* *Hier. 50. a* vt vitio magiſtrorum diſcipuli punirentur: non in iuſtitia iudicis, qui peccata patrũ reddit in filios, ſed quia illis peccantib. populus applauſit ſimul, & tunc quidem viſitabit dominus hircos ſuos, vel agnos pinguiſſimos, & fecit iuxta Lxx. ξηρότητι ξηρανθήσονται, id eſt, ariditate ſiccari. Poſtea vero viſitauit dominus omnipotẽs gregem ſuũ domum Iuda: ſuſcitauit enim Machabęum & cæteros ex eo, cõtra duces Antiochi, & poſuit illos quaſi equũ gloriæ ſuæ in prælio, h. e. qui de illius ſtirpe H generati ſunt: multo .n. tempore Macedonas oppreſſerunt. Quodque ſequitur: *Ex ipſo angelus, ex ipſo paxillus, ex ipſo arcus prælij, ex ipſo egredietur omnis exactor ſimul*: ſic μεταφορικῶς intelliguntur: vt angulũ interpretentur regiã poteſtatem, quod paries ipſa cõtinuat. *Et ex ipſo*, inquit, *paxillus*, *Eſaiæ 22. g* i. e. ſacerdotium Lege Eſaiam, in quo Heliachim in tẽplo Dei quaſi paxillus figitur. *Ex ipſo arcus prælij*, fortes ad bellandũ: ex ipſo etiam omnis exactor ſimul: quod in Hebraico ſcriptum eſt b נוגש: & Aquila interpretatus eſt *b noges* εἰσπράσσων: vt non ſolum fortes & boni, ſed alii ex eis fuerint indigni genere ſuo. Iudas enim Machabæus, & omnes qui de genere ipſius principes fuere in populo, & angulus erãt, quia regia poteſtate populum continebãt, & paxillus, ipſi enim erãt ſacerdotes, & arcus prælii: quia viri extitere fortiſſimi, vt non ſolum exercitum aciemq; diſponerent, ſed primi ad prælium proſilirent. Poſſumus de hoc quod ſequit̃: *Ex ipſo egredietur omnis exactor ſimul*: pro quo Lxx. trãſtulerunt: Ex ipſo egredietur omnis qui educit ſimul, & hoc dicere, nulla erit dignitas in exercitu, quæ non illius arbitrio diſponatur. Et erunt viri fortiſſimi, conculcantes Macedonas, quaſi lutum viarum in prælio: erunt autem fortiſſimi, atque bellabunt, quia dominus cum eis eſt. Noſtri hæc ad perſecutionis tempora referunt, quod pro vitio ſacerdotum frequenter etiam populus tradatur aduerſariis, & tamen dominus omnipotens viſitet poſtea gregem ſuum domum Iuda (qui Deũ & ſermone, & animo confitetur) & ponat eos quaſi equũ gloriæ ſuæ in bello, de quo *Habach. 3.* ſancti dicũt: *Aſcẽdes ſuper equos tuos, & equitatio tua ſalus.* Ipſe erit & arcus furoris domini, de quo ait: *Inebriabo ſagittas meas ſanguine.* *Deut. 32 f* Et rurſum: *Sagittæ meæ conſument eos* De hoc arcu & de his ſagittis in ſeptimo pſalmo legimus: Arcũ ſuum tẽdit, & parauit illũ: *Et in ipſo parauit vaſa mortis: ſagittas ſuas ardentibus effecit.* Et conculcabunt, ait, aduerſarios ſuos in martyrio coronati, & dicent: *Dominus illuminatio mea, & ſalus mea, quẽ timebo: Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo? Dum appropinquarent ſuper me nocentes, vt ederent carnes meas.* *Pſal. 26 a*



R

Qui

A Qui tribulant me inimici mei, ipſi infirmati ſunt, & ceciderunt: Si conſiſtant aduerſum me caſtra, non timebit cor meum: Si exurgat aduerſum me prælium, in hoc ego ſperabo. Quando implebitur illud eloquium: *Vnus ex vobis perſequetur mille, & duo conuertent in fugam multa millia.*

¶ *Et confundentur aſcenſores equorũ, &c.*] Et hæc iuxta ſuperiorẽ ſensũ dupliciter ediſſerunt: vt aut ſub Machabæis tranſacta iam dicant: aut ſub Chriſto in vltimo ſæculo trãſigenda commemorent. Et eſt ſenſus: Cum poſitus fuerit Iudas, quaſi equus decorus in prælio & cõculcauerit quaſi lutũ aduerſarios, & domino ſecum bellãte ſuperarit: tunc omnis equitatꝰ Græcię corruet, & domꝰ Iuda & domus Iſrael (eam enim vocat domũ Ioſeph, id eſt, decem tribuũ) pariter ſaluabuntur, & conuertam eos de captiuitate in qua fuerãt, & erunt ſicut eo tẽpore, quando non proieceram eos: Ego.n.ſum dominus Deus eorũ, qui illos exaudiã deprecantes. Et Ephraim, qui nunc captiui retinentur, poſtea laxabuntur, & intantum venient gaudij, vt eos vino madidos arbitreris. Filii quoque eorũ cernent patrum triumphos, & in domino lætabuntur: quo prębẽte, victoriã B conſequuti ſunt. Quæramus hiſtoriã quando Iudas & Iſrael aduerſum Græcos pariter Ezec. 37. d dimicarint: vel quo tempore Ephraim de captiuitate Aſſyria ſit reuerſus: quando iuxta Ezechielem duæ virgæ, id eſt, Iudas & Ephraim ſibi iunctæ ſint, & in vnum baculum copulatæ. Quod iuxta tropolo- Exod 15. b giam ſic explanari poteſt: Quãdo viſitauerit dominus omnipotens gregem ſuum domum Iuda tunc confundentur aſcenſores equorum, de quibus ſcriptum eſt: *Cantemus domino, glorioſe.n. magnificatus eſt, equum & aſcenſorem proiecit in* Pſal. 75. b *mare.* De quibus etiam pſalmiſtæ voce cantatur: *Ab increpa* Ibid 19 b *tione tua Deus Iacob dormitauerũt qui aſcenderunt equos.* Et ſanctorũ congeminat chorus: *Hi in curribus, & hi in equis: nos autem in nomine Dei noſtri innocabimus: ipſi obligati ſunt & cecide-* Exod. 15. a *runt: nos vero ſurreximus & erecti ſumus.* In hoc equitatu cõfidebat rex Ægyptius, & præcipitatus in mare, quaſi plum- Ibid 31 d bum ſubmerſus eſt in profundum, & ſuo exemplo didicit verum eſſe, ꝙ ſcriptũ eſt: *Fallax equus ad ſalutem.* Hos currꝰ & quadrigas, ſupra in quatuor perturbationibus interpretati ſumus: qui niſi frenis boni regantur aurigæ, ad præci- 4. Reg. 2. b pitia deferũtur. Alius eſt autem auriga, de quo loquitur Heliſæus: *Pater pater, currus Iſrael, & auriga eius.* Tunc Deus domũ Iuda & domũ Ioſeph cõfortare ſe dicit: vt qui Hieroboã regnante diuiſi ſunt, Chriſto imperante ſocientur, & ſit vnus paſtor & vnus grex. Et Iudas .n. & Ioſeph diuerſis Gen. 42. nominibus, ad vnã Saluatoris conferuntur intelligentiam: quia & Ioſeph eſuriẽtibus in Ægypto populis frumẽta largitus eſt: & dominus famem mundi ſua ſaturauit pręſentia. Et conuertet eos, & miſerebitur eorũ, & ſic erunt vnũ ſicut fuerunt antequã proiiceret eos. Hæc vniuerſa in perſecutionib. accipe quãdo deſperatis omnibus exaudiuit ſeruos ſuos dominus. *Et erunt quaſi fortes Ephraim*: qui primũ debi- אפרים les & infirmi, poſtea fortes erunt & ſuo nomine digni: Ephraim.n. interpretatur vbertas. Et lætabitur cor eorũ cum biberint vinũ: ꝙ expreſſum eſt de vinea Sorech, filii quoq; Gal. 4. e eorũ, quib. Paulꝰ Apoſtolus loquitur: *Filioli mei, quos rurſum* 1. Pet. 1. e *parturio, donec Chriſtus formetur in vobis.* Et Petrus princeps Apoſtolorũ: *Sicut filii*, ait, *obediẽtiæ non cõformati iuxta priorem* Pſal. 33. e *conuerſationem.* Et in pſalmo legimus: *Venite filij, audite me:*

HEB.

labunt quia dominus cum eis. a Et confundentur aſcenſores equorum, & confortabo domũ Iuda, & domũ Ioſeph ſaluabo, & conuertam eos, quia miſerebor eorũ, & erũt ſicut fuerant quando non proieceram eos, ego enim dominus Deꝰ eorũ, & exaudiam eos. Et erũt quaſi fortes Ephraim, & lætabitur cor eorũ, quaſi à vino, & filii eorum videbũt, & lętabũtur, & exultabit cor eorũ in domino b Sibilabo eis, & cõgregabo illos, quia redemi eos, & multiplicabo eos ſicut ante fuerãt multiplicati. Et ſeminabo eos in populis, & de longe recordabuntur mei, & viuent cum filiis ſuis, & reuer-

*timorem domini docebo vos.* Iſti igitur filii exultabunt, & lætabuntur, & cor eorum gaudebit in domino. C

b ¶ *Sibilabo eis & congregabo illos, quia redemi eos, & multiplicabo eos ſicut ante fuerant, &c.*] Signum congregationis ſuæ, vel ſub Macedonibus, vel in conſummatione mundi, vt prius diximus: meum inquit, habebunt ſibilum, vt ex ſibilo meo illos congregẽ, & me doceam eſſe paſtorem. Ego enim redemi eos, & liberaui de captiuitate extento brachio, & ego eos multiplicabo, qui ante multiplicaueram: vt diſperſio in populis non videatur eſſe diuiſio, ſed ſementis operatio: & liberorũ ac nepotum ſegete multiplicata, viuant cum filiis ſuis, & reuertãtur nõ ſolum de terra Ægypti, ſed & de Aſſyriis, & ex vtraq; orbis parte redeant ad Iudæam, & ad terram Galaad & Libani, quã prius decem poſſidebant tribus, quæ appellantur domus Ioſeph & Ephraim: & tantus erit numerus reductorum, vt multitudinem terra non capiat. Secundum ἀναγωγὴν, ſignificat dominus, & ſibilat his qui peccatis fuerãt ante captiui, & loquitur ad eos: *Venite ad* Matt. 11. d *me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiã vos. Tollite iugum meũ ſuper vos, & diſcite à me quia manſuetus ſum & humilis corde, & inuenietis requiem* D *animabus veſtris: iugũ enim meum ſuaue, & onus meum leue eſt.*

SEPT.

*lio, & præparabuntur, quia dominus cum eis eſt. Et confundentur aſcenſores equorum, & confortabo domum Iuda, & domum Ioſeph ſaluabo: & habitare eos faciam, quia dilexi eos. Et erunt ſicut quando non eos abieceram: quia ego dominus Deus eorum & exaudiam eos: Et erunt quaſi bellatores Ephraim, & lætabitur cor eorum quaſi in vino, & filii eorum videbunt, & lætabuntur, & gaudebit cor eorum in domino. Significabo eis, & ſuſcipiam illos, quia redimam eos, & multiplicabuntur ſicut erant plurimi. Et ſeminabo eos in populis, & qui erant de longe recordabuntur mei: nutrient filios ſuos, & conuertentur.*

Quid hac ſignificatione ſibiloque dementius, quo diſperſus populus congregatur? Congregantur autem quia do- 1. Pet. 1. d minus redemit eos, *non corruptibilibus argento & auro ex vana ſua conuerſatione: ſed pretioſo ſanguine, quaſi agni immaculati domini Ieſu.* Vnde loquitur in pſalmo: *Exultatio mea, erue* Pſal. 31. b *me à circundantibus me.* Et iterum: *Redemiſti me domine Deus* Ibid. 30. b *veritatis* Et multiplicabit eos ſicut fuerant antea multiplicati: vt impleretur illud ꝙ promiſſum eſt Abrahæ: Multi- Gen. 17. a plicabo eum, & benedicam illi, & benedictus erit, vt fiat pater multarum gentium. Filios autem Abraham non eos debemus accipere quibus dominus loquitur: Si filii eſſe- Ioan. 8. c tis Abraham, opera patris veſtri faceretis, ſed illos de qui- Rom. 9. bus Apoſtolꝰ ait: *Quotquot ex fide ſunt, filij ſunt Abraham.* De Eſaia 60. f hac multiplicatione & Eſaias myſtico ſermone teſtatur, Sec. 70. dicens: *Qui modicus eſt, erit in millibus, & qui paruus, erit in gẽtem magnam.* Multiplicationẽ autem, & benedictionem liberorum, non accipiamus carnaliter: alioquin Elias, & Eliſæus, & Hieremias, & Baptiſta Ioannes, quo maior inter Matt. 11. b natos mulierũ non fuit, hac benedictione caruerunt: ſed illã, qua vocantur ad fidẽ multitudines nationũ. Denique ſequitur. Seminabo eos in populis, & de longe recordabuntur mei. Seminati ſunt in populis qui domini audiere ſermonẽ. *Euntes, docete omnes gentes.* Et in alio loco: *Non vos me* Matt. 28. d *elegiſtis, ſed ego elegi vos, & poſui vos vt eatis, & fructũ afferatis,* Ioann. 15. c *& fructus veſter maneat in æternũ.* Cumq; Apoſtoli fuerint in populis ſeminati: gẽtes & populi lõge poſiti recordabuntur mei: illo prophetico huic ſententiæ congruente: *Remi-* Pſalm. 21. f *niſcentur, & conuertentur ad dominũ vniuerſi fines terræ. Et adorabũt in cõſpectu eius vniuerſæ familiæ gẽtiũ: Quoniã domini eſt regnũ, & ipſe dominabitur gẽtium.* Quodq; dicit: *De lõge recor-* Hier. 51. f *dabũtur mei*, illi ſimile eſt *Qui lõge eſtis recordamini domini, & Hieruſalẽ aſcẽdat ſuper cor veſtrũ* Lõge fuit omnis gẽtiũ multitudo, ſed recordata eſt Dei: qa ex vno oẽs parente generamur. Cũq; Apoſtolis in cũctis gentib. ſeminatis, gẽtes lõge poſitæ, Dei fuerint recordatæ, viuẽt cũ filiis ſuis vt q prius in infidelitate mortui erãt, fide viuere incipiãt. Iſti ſũt filii, quos



E quos Paulus nutriuit in euangelio, ſcribẽs ad Corinthios: 1. Cor. 3. a *Lac vobis potum dedi.* Et Petrus in diſperſione ſcribit fideli- 1 Pet. d bus, qui renati erant, non ex ſemine corruptibili, per ſermonem viuentis Dei & permanẽtis: ſicut modo generati paruuli, vt rationabile lac cõcupiſcerent, & in ipſo creſcerent in ſalutem: Ad hos filios 1. Ioann. 5 d ſcribebat & euãgeliſta Ioannes: *Filioli, cuſtodite vos ab idolis*, *Et reducam*, inquit, *eos de terra Ægypti, & de Aſſyriis congregabo eos*: de terra Ægypti, in qua imperabat rex Pharao, Ezec 29. a qui quondam gloriabundus Eſaia 10. c aiebat: *Mea ſunt flumina, & ego* Sec. 70. *feci ea* Et de terra Aſſũr, quam tenebat rex Aſſyrius, ſenſus magnus, qui & ipſe dicebat: Ibid. 14. d *Super ſydera cæli ponam thronum meum, & ero ſimilis Altiſſimo.* Cum autem de tenebris Ægy- אשור pti, & de tribulatione mũdi, & de poteſtate Aſſyrii (qui interpretatur arguens atq; cõuincens: ipſe enim inimicus, & vltor) nationes dominus גלעד congregarit, inducet eas in terram Galaad & Libani. Galaad in linguam noſtram vertitur, teſtimonium tranſmigrationis: quando de carnalibus tranſimus ad ſpiritualia: לבנון de parte venimus ad totum: terrena relinquimus, & ad cœleſtia tranſmigramus Libanus autẽ interpretatur λευκασμός, id eſt, dealbatio. Adducimur itaque de tenebris Ægypti: vt Cant. 8. b poſtquam tranſierimus, & migrauerimus è mundo, deal- Sec. 70. a bemur in domino, & dicatur de nobis: quæ eſt iſta quæ aſ- F cendit dealbata? Alii iuxta Græci ſermonis ambiguitatem, qua & mons Phænices, & tus Libanus dicitur: nunc Liba- Ioan. 18. b num tus interpretantur, & ex ture ſignificari putant Deũ: vt poſtquam de terra tranſierimus ad cœlum, impleatur in nobis oratio Saluatoris: *Pater da eis, vt ſint in nobis vnum, ſicut* Cant 4. c *ego & tu vnum ſumus.* Vnde & ſponſa in Cantico dicit ad ſponſum: *Odor veſtimentorum tuorũ ſicut odor Libani.* Cumque induxerit nos in terram Galaad & Libani, non inuenietur nobis locus: vt nequaquam terræ ſtringamur anguſtiis, ſed cœlorum latitudine perfruamur.

a ¶ *Et tranſibit in maris freto, & percutiet in mari fluctus, & cõfundentur omnia profunda fluminis, &c.*] Narrãt Hebræi captiuum populum Iudæorum, non ſolum in Medos, & Perſas, ſed in Boſphorum quoque, & ſeptentrionalem plagam ab Aſſyriis atque Chaldæis eſſe tranſlatum, & poſtea eos ex parte reuocatos, Dei eos ad ſe conuertente clementia, & hoc eſſe quod nũc dicitur: Tranſibũt in mari anguſto Propontidis anguſtias, quę Chalcedonem, & quondam Bizantium breui freto diuidunt. Et percutiet, inquit, dominus vadens ante populum ſuum, maris fluctus, & confundentur omnia profunda fluuiorum: vt olim factum eſt Iordane Ioſue 3 e ſiccato, & mare rubrum tranſgreſſus eſt populus in deſerto. Cumque fuerit de captiuitatis profundo, & malorum amaritudine liberatus, humiliabitur Aſſur, & Ægypti imperium recedet ab eis. Et confortabuntur in domino, & in nomine illius ambulabunt in terra Iſrael, dicit dominus. Hæc, vt ab Hebręis nobis tradita ſunt, noſtræ linguæ hominibus expreſſimus, fidem dictorum ad eos, à quibus ſunt dicta referentes. Cæterum, nos qui Chriſti cenſemur nomine, occidentem relinquimus litteram, & ſequimur ſpiritum viuificantem, imo ſpiritualia ſpiritualibus comparamus. Non Boſphorum, & ſiccitatem, rurſum maris, & arentia fluenta Iordanis, quæ fabularum ſimilia ſunt, ſed

HEB.

reuertentur. Et reducã eos de terra Ægypti, & de Aſſyriis congregabo eos; & ad terram Galaad & Libani adducam eos; & non inuenietur eis locus. a Et tranſibit in maris freto, & percutiet in mari fluctus; & confundẽtur omnia profunda fluminis, & humiliabitur ſuperbia Aſſur, & ſceptrum Ægypti recedet. Confortabo eos in domino, & in nomine eius ambulabunt, dicit dominus.

dignam in ſeruos ſuos Dei clementiam quærimus: quo G præeunte, & nobis aperiente viam, tranſimus maris fretum, ſiue anguſtum mare, quod peccatoribus latiſſimum Matth. 7. b eſt. *Lata enim & ſpatioſa via, quæ ducit ad mortem: arta & anguſta, quæ ducit ad vitam.* De hoc mari & in pſalmis legimꝰ: *Qui deſcendũt in mare nauibus, Pſalm. 106. facientes operationẽ in aquis multis: ipſi viderũt opera domini, & mirabilia eius in profũdo.* In hoc mare ſęculi (in quo ſanctorum numerus coartatur, & in Marci 4. tribulatione poſitus eſt) deſcenderunt Apoſtoli, & primꝰ dominus, vt nos de amaris Matt. 13. f fluctibꝰ liberaret. In hoc mare ſagena euangelii mittitur: quę teſtimoniis texta eſt ſcripturarum: vt piſces multos & obrutos mũdi huius gurgitibus in auram extrahat liberã, vt poſſint laudes Deo canere. Hi ſunt qui deſcẽderũt in ma- Pſal. 106. e re, & in eccleſiarũ nauibus faciũt opera multa, & Dei cernũt mirabilia in profũdo diuitiarum ſapiẽtiæ & ſcientiæ eius, & in Spiritu ſancto, qui ſcrutatur etiã alta Dei, quibus 1. Cor. 2. c dominus loquitur: *Venite poſt* Matth. 4. e *me, & faciam vos piſcatores hominum.* De his piſcatoribꝰ, qui deſcendunt in mare, & ſunt in nauibus, Eſaias quoque vaticinatur: *Volabunt in nauibus alienigenarum, & mare pariter* Eſaie 11. d *deprædabuntur.* Sec 70. In eccleſiis enim de numero gentium congregatis, toto apoſtoli orbe volitarunt, vt deprædarentur mare, & draconis ſpolia tollerent, qui regnabat in mari, & de quo ſcriptum eſt: *Hoc mare magnum, & ſpatioſum manibus: illic reptilia, quorum non eſt numerus: Animalia puſilla cum* Pſal. 103. e *magnis, illic naues pertranſibunt: Draco iſte quem formaſti ad illu-* H *dendum ei* Latum & ſpatioſum mare eſt paruis & magnis animantibus, quæ cum dracone verſantur, & quorum non eſt numerus. Qui autem ſuper mare ſunt, & in ipſo mari volitant in nauibus, audient cum Saluatore: *Tu domina-* Pſal. 88. b *ris poteſtati maris: motum fluctuum eius tu mitigas.* Cumque tranſierint in maris freto, & fluctus eius ſuo conculcauerint pede, confundentur omnia profunda fluminis, de Ibid. 65. b quo ſcriptum eſt: *Qui conuertit mare in aridam, in flumine pertranſibunt pede*: vt humilietur iniuria, ſiue ſuperbia Aſſur, & Ægypti à ſanctis atque credentibus recedat imperium: & qui liberati ſunt confortentur in domino, & di- Ibid. 117. b cant: *Fortitudo mea, & laudatio mea dominus.* Et iterum: Ibid. 17. a *Diligam te domine fortitudo mea.* Et cum Hieremia: *Fortitudo mea & auxilium meum, & refugium meum domine Deus* Hier. 16 d *meus.* Vnde Apoſtolus, in quo Chriſtus loquebatur, aie- Philip. 4. e bat: *Omnia poſſum in eo qui me confortat.* Et non ſolum confortabuntur in domino, ſed & gloriabuntur in eo, & dicent: *Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce domini noſtri* Galat. 6. d *Ieſu Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo* Et: *Qui gloriatur, in domino glorietur.* Et in alio loco: *Non* 1. Cor. 1 d *glorietur ſapiens in ſapientia ſua, neque fortis in fortitudine ſua,* Hier 9. g *neque diues in diuitiis ſuis: ſed in hoc glorietur qui gloriatur, intelligere & ſcire dominum, & facere miſericordiam & iudicium in medio terræ.* Verum quia in Hebraico ſcriptum eſt: *Et in nomine eius ambulabunt*: ſic intelligendum eſt: quod in nomine Chriſti ambulent Chriſtiani, & ſcribatur in calculis eorum nomen nouum: & ſub tanti nominis dignitate ambu- Gen. 5 d lent cum domino, ſicut ambulauit Enoch, & placuit Deo, & tranſlatus eſt.

SEPT.

*reuertentur. Et conuertam eos de terra Ægypti, & de Aſſyriis ſuſcipiam illos, & in Galaaditin & in Libanum introducam eos; & nullus ex eis deerit: Et pertranſibunt in mari anguſto, & percutient in mari fluctus, & ſiccabuntur omnia profunda fluuiorũ; & auferetur vniuerſa iniuria Aſſyriorum, & ſceptrum Ægypti tolletur. Et confortabo eos in domino Deo ſuo; & in nomine eius gloriabuntur; dicit dominus.*

*Commentarii ſecundi Hieronymi in Zachariam prophetam finis.*

A

# DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN TERTIVM COMMENTARIORVM ZACHARIÆ, AD EXVPERIVM THOLOSANVM EPISCOPVM.

C

## PROLOGVS.

*VRget me frater Siſinnius incompta tranſmittere: vt non dicam emendandi, ſed ne relegendi quidem habeam facultatem. Ille feſtinat in opus ſuum, nos in noſtro opere minus facimus, dum eruditio incaſſum vertitur, & quidquid ſenſu concipimus: compoſito non licet ornare ſermone. Rudes igitur non mea culpa, ſed ſtudio portitoris ſuſcipe libros: dū ipſe tua feſtinat ſanctis æra diuidere, & nos non patitur noſtra tibi æra numerare. Quamuis enim elegans ſit exercitatumque ingenium, & longo vſu trita currat oratio: tamen niſi auctoris manu curata fuerit & polita, redolet ſordes negligentiæ, & vel nimio verborum flore luxuriat, vel hiulca vocalibus ſit, vel aſpera conſonantibus. Vnde & de Virgilio traditum eſt, quod libros ſuos quaſi vrſorum fœtus lingua compoſuerit, & lambendo feceriteſſe meliores: qui durarent in memoriam ſempiternam, & neceſſitatem metri libera oratione complerent. Tranſimus ad Libanum, & ad duas virgas, treſque paſtores, qui in vno menſe ſuccisi ſunt,* Matth. 17. g *& ad triginta argenteos, de quibus emptus eſt ager figuli in ſepulturam peregrinorum, & ad ſtulti vaſa paſtoris, & cætera vſque ad finem voluminis: quæ tantis ſunt contexta myſteriis, vt miſericordia Dei, & tuis indigeamus orationibus: ne curſus noſter aliquo præpediatur errore, & maleuolis iuſta ſit occaſio detrahendi: qui ad hoc ſolum linguas habere ſe putant, vt proximos lacerent, & duritiam frontis attritæ, verborum rabie conſolentur.*

## COMMENTARIORVM HIERONYMI IN ZACHARIAM PROPHETAM.

### LIBER TERTIVS.

HEB.

APeri Libane portas tuas, & comedat ignis cedros tuas. Vlula abies, quia cecidit cedrus, quoniam magnifici vaſtati ſunt. Vlulate quercus Baſan, quoniam ſuccisſus eſt ſaltus munitus. b Vox vlulatus paſtorum, quia vaſtata eſt magnificentia eorum. Vox rugitus leonum, quoniam vaſtata eſt ſuperbia Iordanis.

a Hæc

SEPT.

*APeri Libane portas tuas, & comedat ignis cedros tuas. Vlulet pinus, quia cecidit cedrus, quia optimates contriti ſunt. Vlulate quercus Baſanitidis, quoniā depoſitus eſt ſaltus nemoroſus. Vox lugentium paſtorum, quoniam miſera facta eſt magnificentia eorum. Vox rugientium leonū, quia afflictus eſt fremitus Iordanis*

*Hæc*

*APeri Libane portas tuas, & comedat ignis, &c.*] Perſpicue Libanus, ad quem prophetalis ſermo
B
conuertitur, dicens: Aperi Libane portas tuas, templum intelligitur Iudæorum, quod inſtauratum, imo ędificatum à Zorobabel, rurſum à Veſpaſiano & Tito canitur ſub uertendum. Et quia Libanū templum appellauerat μεταφορικῶς, & in reliquis ſeruat tranſlationem: vt per cedros & abietes & quercus Baſan, ſaltumque nemoroſum, principes ac ſacerdotes & populum ſignificet Iudæorum. Aperit autem Libanus portas ſuas, vt Romanus intret exercitus, & comedat ignis cedros eius: vt vel incendio cuncta vaſtentur, vel hoſtili impetu duces ac principes conſumantur. Vlulant abietes, quia cecidit cedrus: mutuo ſacerdotes & principes ſua populatione lugentes. Quodque prius dixit obſcure, nunc ponit manifeſtius: quoniam magnifici vaſtati ſunt. Cupio ſcire, quę ſint cedri Libani, quæ combuſtę ſunt: quæ abietes quibus vlulatus inducitur, quæ pinus quæ corruit: magnifici, inquit, vaſtati ſunt, *Vlulate quercus Baſan.* id eſt, confuſionis & ignominiæ: quia ſaltus munitiſſimus, qui Hebraice dicitur a בצר, & à Lxx. tranſlatus eſt, nemoroſus,
a baſir
exciſus eſt: quia templum, quod inexpugnabili creuerat firmitate, à diuerſis regibus & principibus, ac poſtea ab Herode conſtructum eſt, Romano oppugnante deletum eſt. Hunc locum quidam non intelligentes, Libanum & abietes & pinos & quercus Baſan, & ſaltum nemoroſum, ſiue munitum, ad contrarias referunt fortitudines, de quibus & in Ezechiele ſub nomine Aſſur & Pharaonis dictum ſit: *Ecce Aſſur cypreſſus in Libano: & bonus ramis, & condenſus vmbraculo, & excelſus magnitudine, & in medio nubium factum eſt cacumen eius: aqua nutriuit eum: abyſſus exaltauit illum:* & cætera quæ tam de Aſſur, quam de Pharaone dicuntur, vel ad contrarias fortitudines, vel ad ſuperbos quoſque & principes dici arbitrantur, de quibus & in pſalmo legimus: *Vox domini confringentis cedros, & confringet dominus*
Ezech. 31 a
Sec. 70.
*cedros Libani*: Et in alio loco: *Dies domini ſabaoth ſuper omnē contumelioſum, & ſuperbum, & ſuper omnem excelſum atque ſublimem.* Et poſt paululum: *Et ſuper omnem cedrum Libani excelſam, & ſuper omnem arborem quercus Baſan.* Et de hoc Libano aſſerunt prophetari: *Libanus cum excelſis cadet.* Nos autem priorem interpretationem ſequamur: præſertim cum & ea quæ ſequuntur, huic ſenſui congruant.
Pſalm. 28. a
Eſaia 2. c
D
Hier. 4. d

b ¶ *Vox vlulatus paſtorum, quia vaſtata eſt magnificentia eorum. Vox rugitus leonum, &c.*] Pars ſuperioris capituli & in his verſiculis continetur: Quos vocauerat cedros, abietes, pinos, & quercus Baſan, & exponens quæ eſſent iſtæ arbores intulerat, dicens: Quoniam magnifici vaſtati ſunt: nunc per aliam μεταφορὰν, dicit eſſe paſtores, id eſt, principes atque doctores, & qui primi erant in populo, quod flere debeant & lugere: quia magnificentia eorum, & pulchritudo, & decus vaſtata ſit atque conſumpta: templum videlicet, in quo ſibi gloriabātur. Et vox, inquit, rugitus leonum: quos excelſas arbores, & rurſum paſtores, eoſdem nunc leones dixerat, ſeruat tranſlationem, vt inferat: Quoniam vaſtata eſt ſuperbia Iordanis, ſiue fremitus & ſonitus aquæ decurrentis, qui Hebraice dicitur גאון. Et quo modo templi altitudinem iuxta ſitum terræ Iudæę altitudini Libani comparauit (nihil enim Libano in terra repromiſſionis excelſius eſt, nec nemoroſius atque condenſius) Sic Iordani fluuio, qui maximus in Iudæa eſt, iuxta quem morantur leones, fremitum iunxit leonum, propter ardorem ſitis, & ob deſerti viciniā, & latitudinem vaſtæ ſolitudinis, & arundineta, & carecta. Vnde & per prophetam dicitur: *Aſcendit leo de Iordane*: volens oſtendere Nabuchodonoſor de ſedibus ſuis quaſi leonem de cubili exiſſe contra Hieruſalem. Aliter: Vox rugitus leonum, quoniam vaſtata eſt ſuperbia Iordanis. Vox, inquit, optimatum quia templum deſtructum eſt, vnde ſperabant ſemper auxilium, & quod iuſtos & bellatores ac potentes quondam nutriebat leones.
Eſaia. 10.

a ¶ *Hæc*



HEB.

a Hæc dicit dominus Deus meus: Paſce pecora occiſionis, quæ qui poſſederāt occidebant, & non dolebant, & vendebant ea, dicētes, Benedictus dominus, diuites facti ſumus, & paſtores eorū non parcebant eis. b Et ego non parcam vltra ſuper habitantes terrā, dicit dominus. Ecce ego tradā homines, vnumquēque in manu proximi ſui, & in manu regis ſui, & concident terram, & non eruam de manu eorum, & paſcam pecus occiſionis propter hoc ô pauperes gregis. c Et aſſumpſi mihi duas virgas, vnā vocaui decorē, & alterā vocaui funiculas, & paui gregem. Et ſuccidi tres paſtores in menſe vno, & contracta eſt anima mea in eis: Siquidem & anima eorum variauit in me.

Et

SEPT.

*Hæc dicit dominus omnipotens. Paſce oues occiſionis, quas qui poſſederūt interficiebāt, & non agebāt pœnitentiam: & qui vendebant eas dicebant, Benedictus dominus, & diuites facti ſumus, & paſtores earum nihil patiebantur ſuper eis. Ideo non parcam vltra ſuper habitatores terræ, dicit dominus: Et ecce tradam homines, vnumquemque in manus proximi ſui, & in manu regum eius: & concident terram, & non eruam de manu eorum, & paſcam oues occiſionis in Chanaanitide. Et aſſumam mihi duas virgas, vnam vocaui decorem, & alterā vocaui funiculum, & paſcam oues. Et auferam tres paſtores in menſe vno, & ingraueſcet anima mea ſuper eos. Si quidem & animæ eorum ruebant ſuper me.*

*Et*

E
a ¶ *Hæc dicit dominus Deus, &c.*] Vbi manifeſtiſſima prophetia eſt, & per tranſlationē hiſtorię verus ordo narratur, ſupflua eſt Tropologiæ interpretatio: vt alios bonos, alios malos dicamus eſſe paſtores: & hoc tam ad veterē populum referri quam ad nouum, id eſt, tam ad Iudæorū ſacerdotes & principes, quam ad epiſcopos & presbyteros Chriſtianorū: & quicumque paſtores fuerint negligētes, & vnū de minimis ſcādalizauerint, ipſos eſſe qui nutriant pecora occiſionis, & nō patiātur ſuper eis quidquā, nec doleant, nec poſſint dicere cū Apoſtolo: *Quis ſcādalizatur, & ego nō vror?* & vendant populos ſibi creditos, de quibus ſcriptum eſt: *Qui deuorāt populū meū ſicut cibū panis*, & ex aliorū mortibus diuitias cōſequantur, laudantes eos qui prædas agūt de miſeris, & iniquis benedicētes. Hæc alij interpretētur vt volunt: nos teneam' explanationis ordinē, quē ſemel arripuimus. Quoniam apert' eſt Libanus, & cedri eius atq; abietes flamma vrente cōbuſtæ ſunt, vlulatuſq; paſtorum auditus eſt, & rugit' leonum: quia omnis pulchritudo & ſupbia Iordanis vaſtata eſt atq; conſumpta: idcirco hęc mihi dixit dominus Deus meus: O propheta Zacharia, ad te iſte ſermo confertur: Paſce gregē occiſionis, h.e. nunc interim nutriat & creſcat, qui poſtea ab hoſtibus occidendus eſt: quas oues & pecora, princeps Romanorum, qui poſſidebāt ea & obtinebāt iure victoriæ, interficiebant, & non miſerebātur: ſiue immolabāt, & non ſentiebant dolorem, id eſt, nihil mali pro tanta crudelitate patiebantur: & vendebant ea quæ non propter clementiam, ſed propter pretium reſeruabant. Legamus veteres hiſtorias, & traditiones plangentium Iudæorum, quod in tabernaculo Abrahæ (vbi nunc per annos ſingulos mercatus celeberrimus exercetur) poſt vltimam euerſionem, quam ſuſtinuerunt ab Hadriano, multa hominum millia venundata ſint, & quæ vendi non potuerint, tranſlata in Ægyptum, & tam naufragio & fame, quam gentium cęde truncata. Iſti ergo victores, & domini vltores, qui occidebant & non dolebant, & vendebant pecora atq; dicebant: *Benedictus dominus, diuites facti ſumus*: hanc habebant ſententiam. Propter peccata ſua offēdêre Iudæi, ideo eos oppreſſimus, & ex pretio eorum diuites facti ſumus. Nec mirum, inquit, ſi hoſtes iure victorum occidebant pecora, & non dolebant: vendebant, & in ſuo ſcelere gloriabantur, cum ipſi paſtores eorum, atque doctores non pepercerint eis, & culpa eorum grex lupis traditus ſit.
1. Cor. 11 g
Pſalm. 52. a
F

b ¶ *Et ego non parcam, &c.*] Hoc quod Lxx. in extremo capitulo tranſtulerunt καὶ ποιμανῶ τὰ πρόβατα τῆς σφαγῆς εἰς τὴν χαναανῖτιν, id eſt, *Et paſcam oues occiſionis in terra Chanaanitide*: non eſt in Hebręo, & à nullo alio transfertur interpretum. Quia ergo paſtores eorū non parcebant eis, & ipſi primum meum populū deuorauerunt: idcirco & ego non parcam vltra ſuper habitatores terræ Iudææ, dicit domin'. De hac .n. terra loquitur, de qua ei ſermo erat, & non de orbe terrarum, ſicut Iudæi male interpretantes à ſe volunt in aliam partem Dei deprauare ſententiam. Poſt euerſionē quippe templi (quæ propterea eis accidit, quia per quadraginta & duos annos poſtquam paſſus eſt dominus, accepto ſpatio, pœnitentiam agere noluerunt) dimittā, inquit, vnumquēque contra proximum ſuum, & mutua ſe cæde trucidabūt: ſiue in ipſa obſidione tēpli, quando Hieruſalem Romanus cinget exercitus: tanta enim inter ipſos Iudæos erunt bella atque diſcordiæ, vt in tres partes populus diuidatur. Legamus Ioſephū, & ſeptem Iudaicæ captiuitatis libros, & hanc propheciam eſſe completā, hiſtorię veritate cernem'. Et cōcidēt ait terram: haud dubiū quin Romani omnē terrā, & vniuerſas vrbes deſtruxerint Iudæorum. Et nō eruam eos de manu eorum. Audi Iudæe qui tibi ſpes vaniſſimas repromittis, & non audis dicētem dominum atque firmantem: Non eruā de manibus eorū, ꝙ æterna ſit apud Romanos tua futura captiuitas. *Et paſcā pecus occiſionis*, vt ſēper Iudæi nutriantur ad mortem: propterea ꝗa Dei eſt iſta ſentētia; O vos ꝗ eſtis pauperes gregis h.e. iuſti de Iſrael: qui credidiſtis in dominum Ieſum, & Dei filium ſuſcepiſtis: audite quæ dicantur, & ſequētis capituli ſacramēta cognoſcite. Quod autem ſecundum Lxx. legimus: *Et paſcam oues occiſionis in terra Chanaan*: ſic poſſumus intelligere, quod populū Iudæorū qui deſtinatus eſt morti, in toto orbe diſperſū, hoc eſt, in terra Chanaā atq; gentilium, paſcat dominus & nutriat ad immolandum.
G
Iud. 7. f.
H

c ¶ *Et aſſūpſi mihi duas virgas, vnam vocaui decorē, &c.*] Supra dixerat: Propter hoc, ô pauperes gregis, & facta ἀποσιώπησις ſubaudiebatur, attendi te: quia Libani portæ apertæ ſunt, & querc' Baſā, abietes, cedriq; ſuccisę, & intulerat cōminans: Non parcā vltra ſuper habitatores terrę, dicit dominus: Et hoc de vno Iudaico populo dicere videbatur: ꝙ interfectis prophetis, etiā in filiū Dei miſiſſent manus, & voce temeraria conclamaſſent: *Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros.* Nunc creator vniuerſitatis & dominus myſteria ſui orbis exponit, & dicit: duas habuiſſe ſe virgas quarum alterā decorem vocauerit, alteram funiculos, & in duabus virgis vinctum pauerit gregem: tres quoque paſtores in vno mēſe ſucciderit, & cōtracta ſit, ſiue indignata: aut vt Septuaginta tranſtulerant, καὶ βαρυνθήσεται ἡ ψυχή μου, id eſt, ingraueſcet anima mea ſuper eos: haud dubium quin paſtores ſignificet, quos ſuccidit in menſe vno. Redditque cauſam cur paſtoribus indignatus ſit, in tantū vt eos in vno menſe ſucciderit: Si quidē & anima, inquit, eorum variauit in me. Et eſt ſenſus. Non me pleno animo dilexerunt, nec paſtores mercenarij verum amauerē paſtorem. Quia *paſtor bonus ponit animam ſuam pro ouibus ſuis.* Quam ob rem & ego indignatus, ſententiam protuli & ad ipſos paſtores, quos mea indignatione ſuccideram: ſiue ſuccisis paſtoribus ad reliquum gregem locutus ſum: Non paſcam vos: ſed quod mortē elegit ſua voluntate, moriatur, & ſe alterutrū deuorent, mutuaque cæde dilanient. Hæc περιφραστικῶς diximus, vt futuræ explanationis ſemitā ſternerem'. Creator & paſtor cuius oues cognoſcunt vocē, & ſequūtur eū, duas ſibi aſſumpſit virgas: ſiue duas σκυτάλας: id eſt, baculos: qui Hebraice dicuntur b מקלות: vt paſtoris habitum demōſtraret. Vnā virgā vocauit decorem: h.e. ſub Noë omne hominū genus ſua benedictione protexit: quādo inſtaurato mūdo, nondū peccata ſorduerant. Et idcirco vocatio cunctarum gentiū appellatur decora & pulchra: quia nihil iuſtius eſt, quam vniuerſitatis parentem vocare omnes æqualiter,
Matth. 27. c
אעם חבלים
ותקצר
בחלה
Ioan. 10. b
b makloth

A quos æquali conditione generauit. Et alteram vocauit funiculos: *quando enim diuidebat Altiſſimus gentes, & diſſeminabat filios Adam: ſtatuit terminos gentium, iuxta numerum angelorum Dei. Et facta eſt pars domini populus eius Iacob, funiculus hæreditas eius Iſrael. Et paui*, inquit, *gregem*: Siue ipſum Iſraelem, ſiue cum Iſraele omne hominum genus. *Et ſuccidi*, inquit, *tres paſtores in vno menſe*. Legi in cuiuſdam commẽtariis paſtores domini indignatione ſuccisos, in ſacerdotibus & falſis prophetis, & regib⁹ intelligi Iudæorũ: quod poſt paſſionem Chriſti, vno omnia ſucciſa ſint tẽpore, de quibus loquitur Hieremias: *Sacerdotes nõ dixerunt vbi eſt dominus: tenentes legem meam, neſcierũt me. Et paſtores præuaricati ſũt in me, & prophetæ prophetabãt in Baal, & idola ſecuti ſunt*. Nec hac explanatione contentus, tres paſtores in vno menſe ſucciſos, eos vult accipi, qui in patrem & filium & ſpiritũ ſanctum peccauerũt. Omnes enim hæreticos, aut in vnã, aut in duas, aut in tres ſimul peccare perſonas, dixerit ille ꝙ voluit: neque enim alterius ſenſui detrahendum eſt: Nobis tres paſtores, qui in vno mẽſe ſucciſi ſunt, Moïſes videlicet, & Aaron, & Maria: quorũ Maria in menſe primo qui vocatur c נִיסָן, mortua eſt in deſerto Sin: & in eodem loco propter aquam contradictionis, eodemque menſe, Moyſes & Aaron cõdemnati ſunt, ne terram repromiſſionis intrarent. Atque ita factum eſt, vt è tribus paſtoribus, alius præſenti morte ſuccideretur: alii ſententia mortis futuræ. *Et contracta eſt*, inquit, *anima mea ſuper eos*: videlicet ſuper tres paſtores, quos præpoſueram gregi meo. Quia & illorũ anima variauit in me: nõ enim glorificauerunt me ad aquam contradictionis: Si autem ad populum referimus, quod anima populi variauerit in Deum: ſic exponendum eſt: Idcirco eis indignatus ſum, quia & ipſi inter me & idola fluctuantes, variis cõtra me pugnauerunt modis: Quamobrem indignatus dixi ad Moyſen: *Non paſcam vos: dimitte me, & diſperdam eos*. Quãdo autem dicit, cum iraſcitur, dimitte me: prouocat ad rogandum, & oſtẽdit ſe ab eo poſſe retineri. *Quod moritur*, inquit, *moriatur, & quod ſuccidιtur, ſuccidatur*: omniũ corpora ruant in ſolitudine, & verſi in ſeditionem, inſtar beſtiarum mutuis lacerẽtur morſibus: nulluſque terram repromiſſionis introeat. Quidam duas vocationes Iudæorum & gentium, in primo Iſrael, & nouiſſimo intellexêre nomine Chriſtianos. Sed quo modo vocatio Chriſtiana ante ꝓiecta ſit, & Iudęi remãſerint & paſti ſint à Deo, nõ ſatis attẽderũt.

Deut. 32. b
Sec. 70.
Hier. 2. b
Num. 20. a
e niſan
B
Ibidem. c
Ibid. 27 c
Deut. 9. c
Sec. 70.

HEB.

Et dixi, non paſcã vos: quod moritur moriatur, & quod ſucciditur ſuccidatur, & reliqui deuorẽt vnuſquiſque carnẽ proximi ſui. a Et tuli virgam meã, quæ vocabatur decus, & abſcidi eam, vt irritum facerem fœdus meum, quod percuſſi cũ omnibus populis. Et in irritum deductum eſt in die illa, & cognouerũt ſic pauperes gregis, qui cuſtodiunt mihi, quia verbũ domini eſt. b Et dixit ad eos: Si bonum eſt in oculis veſtris, afferte mercedem meã, & ſi non, quieſcite. Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos. Et dixit dominus ad me. Proiice illos ad ſtatuarium, decorum ‡pretium, quo appretiatus ſum ab eis.

SEPT.

*Et dixi, non paſcam eos: quod moritur moriatur, & quod deficit deficiat, & reliqui deuorent vnuſquiſque carnes proximi ſui. Et aſſumam virgam meam pulchram, & proiiciam eam, vt diſſipem teſtamentum meum, quod diſpoſui ad omnes populos. Et diſſipabitur in die illa, & cognoſcent Chananæi oues, quæ cuſtodiuntur mihi, quia verbum domini eſt. Et dicam ad eos: Si bonum eſt in conſpectu veſtro, date ſtatuentes mercedem meam aut renuite. Et ſtatuerunt mercedem meam triginta argenteos: Et dixit dominus ad me: Depone eos in conflatorium, & recogita ſi probatum eſt, ſicut probatus ſum pro eis.*

a ¶ *Et tuli virgam meam, quæ vocabatur decus, &c.*] Poſt vocationem Iſraelis, & aſſumptionem virgæ ſecundæ, quæ vocabatur funiculus: tulit dominus virgam primam, toti⁹ orbis nationes, ꝗ vocabatur decora, & abſcidit eas à cultu ſuo: qa veneratæ ſunt idola, & omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt. Manifeſtiuſque exponẽs quę eſſet hæc virga: intulit, *Irritum facerem fœdus meum, quod percuſſi cum omnibus populis*: Statim enim vt Iſrael aſſumptus eſt, gentium turba proiecta eſt, & vt nata eſt filia Archiſynagogi (quę poſtea in euangelio, cum duodecim eſſet annorum, ęgrotare & mortua eſſe narratur,) αἱμοῤῥοοῦσα cœpit ſanguinẽ fluere, & perpetua infirmitate cruciari. *Et in irritum*, ait, *deductum eſt* fœdus meum, quod cum omnibus inieram nationibus. Et intellexerũt pauperes gregis (id eſt populus Iſrael qui mea mandata cuſtodit) quia verbum domini eſt: id

Pſal. 13. a
Marc. 5. c
Matth. 9. c

C eſt voluntatis eſt domini abiicere gentes negãtes, & in Abrahã Iſrael aſſumere confitentem. Pro eo quod nos interpretati ſumus, & cognouerunt ſic pauperes gregis: Septuaginta tranſtulerunt, καὶ γνώσονται οἱ χαναναῖοι τὰ πρόβατα τὰ φυλασσόμενά μοι, id eſt, *& cognoſcent Chananæi oues, quæ cuſtodiuntur mihi*: quod ita nonnulli edisſerunt: Cognoſcet populus Iudæorum, ad quem dictum eſt: *Semen Chanaan & non Iuda*: qui nũc meis ceremoniis cuſtoditur: Siue quia Chananæi interpretantur, parati ad humilitatem, cognoſcent, qui olim parati ſunt vt humilientur à domino, & relinquãtur. Cur autem pro eo quod nos interpretati ſumus, ſic pauperes, illi dixerũt, Chananæos, cauſa manifeſta eſt. Apud Hebræos .n. ſic, d כֵּן dicitur: e עֲנִיֵּי, pauperes: illi duo verba in vnũ copulantes: pro eo quod eſt, ſic pauperes, hoc eſt, f כֵּן עֲנִיֵּי: nomen g כְּנַעֲנִי, i.e. Chananææ gentis interpretati ſunt.

Dan. 13. f
d chen
e aniie
f cen aniie
g cennani

b ¶ *Et dixi ad eos, &c.*] Cognoſcenti b. Iſraelitici gregis pauperibus, qui mea mãdata cuſtodiũt verbũ eſſe domini ꝙ locutus ſum, & vera quæ dixi: ait ad eos ad pauperes gregis. Si vobis placet (homines .n. eſtis, & ſemel libero arbitrio vos creaui, quib. & in eremo locutus ſum: *Si audieritis me, quæ bona ſunt terræ comedetis*) ꝓ hac aſſumptione, qui abieci vniuerſum hominũ genus, & vos mihi in peculiarem elegi gregẽ, & creator omniũ volui paruum habere funiculum: Reddite mihi mercedẽ meã, i.e. mea præcepta ſeruate. Sin autẽ nõ vultis mercedẽ reddere: nec placet in oculis veſtris meo cẽſeri nomine: aperte renuite, & facite ꝙ vultis. Qui tunc quidem reſponderunt Moyſi: *Omnia quæcunque dicit dominus faciemus*. In fine aũt temporum, pro eo ꝙ eos elegi de medio nationum, & liberaui de Ægypti fornace ferrea, *appenderunt mercedem meam triginta argenteos*, pro meo ſanguine dantes Iudæ proditori. *Et dixit*, inquit propheta, *dominus ad me*: ſiue ipſe Saluator, cuius priora ſunt verba (patrem ad ſe locutum eſſe conteſtans:) *Proiice illud ad ſtatuarium*: pro quo in Hebræo legitur h יוֹצֵר, i.e. τὸν πλάστην: quem nos fictorem & figulũ poſſumus dicere. Et eſt ſenſus: Proiice pretium meum ad figulum, qui creator & fictor eſt omniũ. Nec dixit, depone: ſed proiice: vt fictoris plaſtæque iudicio merces domini penderetur. Et ἱερωνικῶς pretiũ ſuum i.e. diuinæ maieſtatis, in triginta cernens argenteis, & tam vili mercede ſe proditũ. Decorum, inquit, pretiũ, quo appreciatus ſum ab eis: hoc autem preſſius eſt legendum cum irriſione & ſubſannatione dicentis: Tanto me populus meus, & pauperes quõdã gregis & à me electi in filios, emendum atque vẽdendũ pretio iudicarunt. *Et tuli*, ait dominus per prophetã, ſicut mihi à Deo fuerat imperatum, *triginta argenteos*, & nõ eos depoſui, ſed *proieci in domum domini ad fictorẽ*. In domo domini feci eos à proditore reddi ſacerdotibus & Phariſæis ipſo confitente qui vendidit: *Peccaui tradẽs ſanguinẽ iuſtũ*. At illi, quoniã pretiũ ſanguinis erat, noluerũt illud reponere in corbonam, i.e in gazophilacio: ſed emerunt ex eo agrũ figuli in ſepulturã peregrinorũ. Nos .n. omnes, qui peregrini & aduenæ legis fuim⁹, redẽpti pretioſiſſimo ei⁹ ſanguine, in domo figuli, creatoriſq; omniũ ſepelimur, & requieſcimus. Pro πλάστῃ atq; fictore ſtatuariũ olim interpretatus ſum, verbi ambiguitate compulſus: ꝙ ſtatuariũ fictoréq; vno ſermone ſignificat. Iudæi iſtum locũ malitioſe interpretãte, ſ triginta argenteos, triginta legis mandata

Esaia 1. c
D
Exod. 24. b
Matt. 26 b
h ioſer
Matt. 27. a
יוצר



E data cõmemorãt, quæ facere iubeantur in lege: & rurſum triginta ſex alia quę ꝓhibeantur in lege, & dici eis, vt argẽtum mandatorum domini plaſtæ ſuo atque fictori reddant Deo, ꝙ quia facere noluerint, eſſe proiectos. Breuiter indicare volui quid ſentiãt: alioquin explanationem eorum laciniosiſſimã tædet reuoluere vt ad reliqua tranſeamus.

a ¶ *Et præcidi virgam meã ſecundã, &c.*] Et in hoc loco lõgam cuiuſdam explanationẽ imo tricas intricabiles legiſſe me noui, duarum virgarum in vnã ſocietatem ex Ezechielis volumine ꝓferẽtis, & omnia quæ de concordia Iudæ & Ephraim ſpiritualiter ſentiẽda ſunt, huic capitulo coaptãtis. Nos autẽ cœptum ſequamur ordinẽ. Poſtq̃ à Iudæis crucifix⁹ eſt dñs, & trigĩta appretiatus argẽteis, & pretiũ ſanguinis eius in ſepulturã profecit gẽtium, quæ peregrinæ erãt à lege & mãdatis Dei, ſtatim dominus ſententiam ſuam vltra non differẽs. *Præcidi*, ait, *virgã meam ſecundam*: quæ propriè mea erat, quę ſic mihi hęrebat vt in Hieremia perizoma & cinctoriũ atq; lũbare, ſiue vt cõſueto verbo vtar, coxale ſit appellata: Quæ ſecunda virga quondã appellata funiculus & pars mea, à me ideo proiecta eſt, vt diſſoluerẽ fœd⁹ & germanitatẽ atq; cõcordiã, ꝗ inter Iudã fuerat & Iſrael, & fratres à ſe inuicem ſepararẽ, vt in Apoſtolorum, & eorũ qui egerãt pœnitẽtiã, numero rurſum Iuda appellaretur & cõfitens Deũ ſuum: Iſrael autẽ & Ephraim & Ioſeph vocarẽtur, qui in cordis duritia permanẽtes dixerũt: *Non habemus regẽ niſi Cæſarem*. Vnde nõ intulit, vt irritum facerem pactũ, ſiue teſtamentum quod habui cum Iuda & Iſrael (vſq; hodie enim pœnitẽtibus porrigit manum) ſed vt de vno populo credẽtes alios, & alios non credentes inter ſe diuideret, dicens: *Nolite arbitrari, quia veni mittere pacem in terram, nõ veni mittere pacem, ſed gladiũ. Veni enim ſeparare hominẽ aduerſum patrem ſuum, & filiam aduerſum matrem ſuam, & nurum aduerſum ſocrum ſuam, & inimici hominis domeſtici eius*.

Ezec. 37. d
Matt. 27. a
Hier. 13. a
F
Ioann. 19. e
Matt. 10. d

HEB.

Et tuli triginta argenteos: & proieci illos in domum domini ad ſtatuarium. a Et præcidi virgã meã ſecũdã, quæ appellabatur funiculus, vt diſſoluerẽ germanitatẽ inter Iudam & Iſrael. b Et dixit dominus ad me: Adhuc ſume tibi vaſa paſtoris ſtulti: Quia ecce ego ſuſcitabo paſtorem in terra, qui derelicta nõ viſitabit, diſperſum nõ quæret, & contritum non ſanabit, & id quod ſtat nõ enutriet, & carnes pinguium comedet & vngulas eorum diſſoluet. O paſtor & idolũ derelinquẽs gregẽ: gladius ſuper brachiũ eius, & ſuper oculũ dextrũ eius, brachiũ eius ariditate ſiccabitur, & oculus dexter eius tenebreſcens obſcurabitur.

SEPT.

*Et tuli triginta argenteos, & miſi eos in domum domini in conflatorium. Et abieci virgam meam ſecundam quæ appellabatur funiculus, vt diſſiparem teſtamentum quod erat inter Iudam & Iſrael. Et dixit dominus ad me: Adhuc ſume tibi vaſa paſtoralia paſtoris imperiti: Quia ecce ego ſuſcitabo paſtorem ſuper terram, qui derelictum non viſitet, & diſperſum non requirat, & fractum non ſanet, & integrum non dirigat, & carnes electorum deuoret, & talos eorum peruertat. O qui paſcitis vana, & qui dereliquiſtis oues: gladius ſuper brachium eius, & ſuper oculum eius dextrum: i brachium eius ariditate ſiccabitur, & oculus dexter eius cæcitate obſcurabitur.*

## CAP. XII.

HEB.

ONus verbi domini ſuper Iſrael. Dicit dominus extendens cælum, & fun-

## CAP. XII.

SEPT.

*ASſumptio verbi domini ſuper Iſrael. Dicit domin⁹ extẽdes cælũ & fun-*

b ¶ *Et dixit dominus ad me: Adhuc ſume tibi vaſa paſtoris ſtulti: Quia ecce ego ſuſcitabo paſtorẽ in terra, &c.*] Quando dicit: adhuc ſume tibi vaſa paſtoris ſtulti, illud ſignificat quod ſupra aſſumpſerit ſibi virgas duas, vnam decorem, & alteram funiculum. Et quia illas ſuo vitio peccatoq; proiecit, & ſoluta germanitate inter Iudam & Iſrael nos inſerti ſum⁹ in radicem bonæ oliuæ, & cæcitas ex parte facta eſt domui Iſrael, donec intraret plenitudo gentium: Nunc prophetæ dicitur, vt grauiſſimũ paſtoris ſtulti, ſiue imperiti aſſumat vaticinium. Paſtor ſtultus aut imperitus haud dubiũ quin antichriſtus ſit, qui in conſummatione mundi dicitur eſſe venturus: Et qualis venturus ſit indicatur. Vaſa autem paſtoris, inſignia illius & habitum debem⁹ accipere, perã, baculum, fiſtulã, & ſibilum Et quo modo Eſaias, vt captiuitatẽ populi demonſtraret, nudus ingreditur, & Hieremias vadit ad domum figuli, vt ex diſſipatione vaſis quod currebat in rota, & manu fingebatur artificis, & interitum Iſrael & Dei potentiam oſtenderet: Et Ezechiel vt ſubuerſionem Hieruſalem, & fugam Sedechiæ, & onera captiuorum non ſolum voce, ſed & habitu demonſtraret, perfodit parietem

Rom. 11.
Eſaia 50. a
Hier. 18. a
Ezec. 12. a



& in ſuis humeris excipitur: ſic Zacharias habitum ſtulti & imperiti paſtoris aſſumit, vt eum nunciet qui venturus eſt. Iſte paſtor ideo conſurget in Iſrael, quia verus paſtor dixerat: Iam non paſcam vos: Quia alio nomine & in Daniel ꝓpheta, & in euangelio, & in epiſtola Pauli ad Theſſalonicẽſes abominatio deſolationis, ſeſſurus in templo dñi ꝓphetatur, & ſe facturũ vt Deum: Qui & p Eſaiam magn⁹ ſẽſus dicitur, & ad hoc venit nõ vt ſãet, ſed vt pdat gregẽ Iſrael. Paſtor .n. bon⁹ ægrotãtia pecora viſitat, diſperſa inquirit, relicta affert, laſſa ſuſtẽtat. E cõtrariò paſtor malus omnia aduerſa agit, carnes pinguiũ deuorat, vngulas arietũ & ouium diſſoluit atq; peruertit, ne recto ingrediantur pede. Hũc paſtorẽ ſuſcipient Iudæi, *quẽ domin⁹ Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui, & euacuabit illuminatione aduẽtus ſui*: vt qui nõ crediderunt veritati, ne ſalui fierẽt, credãt mẽdacio, & iudicẽtur, qa cõſenſerũt iniquitati. Deſcripto autẽ paſtore peſſimo, ſtulto & imperito, ad ipsũ paſtorem prophetalis ſermo conuertitur: *O paſtor, & idolũ*, Tã ſceleratus eſt paſtor, vt nõ idolorum cultor, ſed ipſe idolum nominetur, dũ ſe appellat Deum, & vult ab omnib⁹ adorari. Qui dereliquit gregẽ è beſtiis deuorãdum, quẽ dominus tãto tẽpore cuſtodierat. Gladi⁹ ſuper brachium eius, & robur, & ſuper oculum dextrũ eius, quo ſe acutè Dei iactabat cernere ſacramẽta & pl⁹ videre quam omnes retro prophetæ viderant, intãtum vt Dei filium ſe vocaret. Gladius autem ille eſt, de quo & ſupra dixim⁹, & nũc dicemus ex parte, de quo & Eſaias loquitur: *Inebriatus eſt gladius meus in cælo*: Propterea autem gladius domini ſuper brachium eius, & ſuper oculum dextrum illius erit, vt robur eius, & omnis iactantia fortitudinis eius ariditate ſiccetur, & ſcientia, quam ſibi falſo nomine promittebat, æternis tenebris obſcuretur.

G
Zach. 11. b
Sup. eod.
Dan. 9. g.
Marc. 13. b
2. Theſ. 2. b
Eſaia 10. e
Sec. 70.
2. Theſ. 2. c
H
Eſaia 34. a

## CAPVT XII.

ONus verbi domini ſuper Iſrael. Dicit Dominus extendens cælum, & fundans terram, &c.*] Triplex interpretatio eſt ab eo loco, in quo legimus: *Ecce ego ponam Hieruſalem ſuper liminare crapulæ omnibus populis in circuitu*: vſque ad eum locum, vbi ſcriptum eſt: *Framea ſuſcitare ſuper paſtorem meum, & ſuper virum cohærentem mihi, dicit dominus exercituum: Percute paſtorem, & diſpergentur oues*. Alii enim Iudæorum putant iam hæc ex parte completa à Zorobabel, vſque ad C. Pompeium, qui primus Romanorum Iudęam cepit & templum: quam hiſtoriam ſcribit Ioſephus. Alii verò quondam Hieruſalem fuit inſtaurata in fine mundi eſſe complenda: quod ſibi cum ἠλειμμένῳ ſuo, quem ſupra ſtultum paſtorem legimus, miſerabilis gens Iudæa promittit. Alii autem, hoc eſt, nos qui Chriſti cẽſemur nomine, in Eccleſia vſque ad finem mundi quotidie expleri, & explenda memoramus. Et ne per ſingula extendamus modum voluminis, proponentes. Hęc dicunt illi, ſic alii ſuſpicantur, nos ita ſentimus: Tres poſuimus ſententias, vt ex interpretationis varietate, quid cui coaptandum ſit, prudens lector intelligat. Dominus igitur, qui cælum extendit

Infra 13. a

A extendit vt pellem,& terram alta mole ſolidauit, & ſpiritũ hominis finxit in eo,idẽ animarum creator eſt omnium: vt ex duab⁹ ſubſtantiis animæ & corporis vnum animal cõpingeret. Spiritus enim pro anima frequenter accipitur,vt

Luc. 23 f ibi: *Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum*. Et: *Auferes*

Pſal. 103. d *ſpiritum eorũ,& deficient,& in puluerem ſuum reuertẽtur.* Iſte igitur creator vniuerſitatis & dominus,ſe Hieruſalẽ ſuperliminare crapulæ omnib⁹ populis in circuitu poſiturũ eſſe teſtatur: vt qui limen eius attigerit,inebrietũ & corruat: ſiue ipſũ ſuperliminare in eũ corruat,à quo cõtingitur. Sed & Iudas obſeſſa Hieruſalem, eſt captus à gẽtibus,& in illarũ trãſiens ſocietatẽ, cogetur obſidere metropolim ſuam. Non ſolũ autẽ dominus Hieruſalẽ ponet cunctis populis quaſi ſuperliminare crapulæ, ſed ponet illã quaſi lapidem oneris cũctis populis: quẽ qui leuare voluerit, cõciſione lacerabitur. Congregabuntur enim aduersũ Hieruſalẽ omnia regna terrarũ. Mos eſt in vrbibus Palæſtinæ, & vſque hodie per omnem Iudæã vet⁹ conſuetudo ſeruatur,vt in viculis,oppidis, & caſtellis rotundi ponãtur lapides grauiſſimi põderis,ad quos iuuenes exercere ſe ſoleãt, & eos pro varietate virium ſubleuare,

B alii ad genua,alii ad vmbilicũ, alii ad humeros & caput,nõnulli ſuper verticẽ rectis iunctiſq; manibus,magnitudinẽ virium demõſtrantes, põdus extollãt. In arce Athenienſiũ iuxta ſimulacrũ Mineruæ,vidi ſphærã æneã grauiſſimi ponderis,quã ego ꝓ imbecillitate corpuſculi mouere vix potui: Cum quærerẽ, quidnam ſibi vellet,reſpõſum eſt ab vrbis eius cultoribus, athletarũ in illa maſſa fortitudinem comprobari, nec pri⁹ ad agonẽ quemquã deſcendere,quam ex leuatione ponderis ſciatur quis cui debeat comparari. Sẽſus ergo iſte eſt: Ponam Hieruſalem cunctis gentibus, quaſi grauiſſimum lapidẽ ſubleuandũ. Leuabunt quidem eam, & pro virium varietate vaſtabũt: ſed neceſſe eſt vt dum leuatur,in ipſo nixu & eleuatione põderis,grauiſſimus lapis ſciſſuram aliquam vel raſuram in leuantiũ corporibus derelinquat. Super eccleſia ſic interpretari poteſt,ꝙ cuncti perſecutores, qui cõtra domũ

Hier. 25. domini dimicarunt, inebrientur eo calice, quo vniuerſis gentibus propinat Hieremias. *Vt bibãt,& inebrientur,& cadãt,& vomant,& inſaniant.* Scio perſecutionis tẽpore multos è noſtris contra Eccleſiam pugnare compulſos: ſed quicunq; hoc pondus voluerit ſubleuare,leuabit quidẽ,& pro ira domini,qua corripit peccatores,ſuis manibus ſuſtentabit: Verùm ipſe non impunitus,Dei contra ſe gladio dimicante. Pro lapide oneris,quem nos,vt potuimus,interpretati ſumus: Lxx. verterunt λίθον καταπατούμενον, id eſt, lapidem conculcatum à cunctis gentibus. Omnis qui conculcauerit eum, ſiue eam, id eſt Hieruſalem, illudens illudet. Qui manifeſtus eſt ſenſus,quod vtroq; modo Hieruſalẽ, & ab inimicis gentibus: & à perſecutoribus conculcanda ſit, & illudendum ei pro voluntate illudentiũ. Sed melior & verior eſt ſenſus ſuperior. Breuiter ſingula exponimus,vt tãdem veniamus ad calcem: ne ſi prolixius ſcripſerimus, & rerum obſcuritate, & ſermonis longitudine, lectoris animus confundatur.

a ¶ *In die illa,dicit dominus,&c.*] In illo tempore (hoc enim ſignificat dies quãdo obſeſſa fuerit Hieruſalem: ita vt Iudas quoq; eã obſidere cogatur) & carnaliter & ſpiritualiter percutiet dominus omnes aduerſariorũ equos in ſtuporẽ: ita vt omnes ſtupeãt qui eos viderint eſſe percuſſos. & aſcenſores eorum,malorum premẽte magnitudine,vertentur in amentiam,& ſuper domũ Iuda, qui cõtra metropolim ſuã facere aliquid cogebantur,aperiet domin⁹ oculos ſuos, vt eorum miſereatur,& eos dignos faciat ſuo aſpectu, oculorũq; ſuorũ illuſtret lumine: omnes autem equos populorũ æterna percutiet cęcitatę. Qui ſpiritualiter equi intelligẽdi ſint, ſupra

Pſal. 32. b

Pſal. 20. b diximus: *Fallax equus in ſalutẽ.* Et: *Hi in curribus,& hi in equis*, & cætera his ſimilia. Aſcẽſores quoq; eorũ,vel dæmones vel falſos magiſtros diximus: qui omnes in ſtuporẽ vertẽtur & amentiã, vt nihil ſapere cõuincantur, ſed palpabiles eos opprimãt tenebrę: quales fuerũt quãdo Ægyptiorũ Exod. 10 f primitiua percuſſa sũt. Super domũ autem Iuda, id eſt populum qui cõfitetur Deũ, & fract⁹ pſecutionis anguſtiis ac timore perterrit⁹, videtur eſſe in numero perſequẽtium, aperiet dominus oculos ſuos vt pleroſq; reſpiciat dicentes

Pſal. 75. e

Eſaiæ 60. f ad ſe: *Reſpice in me, & miſerere mei*: & mereantur audire: *Erit tibi dominus lumen æternũ.* Hæc eſt grauiſſimi lapidis laceratio quam in aduerſarios ſuos,

D qui Hieruſalem leuare & vexare conati ſunt, dominus comminatur.

b ¶ *Et dicẽt duces Iuda in corde ſuo,&c.*] Cũ aperuerit domin⁹ oculos ſuos ſuper Iudam, & percuſſerit omnes equos gẽtiũ cæcitate, duces Iuda, de quo ſupra dictum eſt: (Sed & Iudas erit in obſidione cõtra Hieruſalem) vota facient in cordibus ſuis,quia loqui liberè non audebunt,vt vincat Hieruſalẽ, & victus Iudas cũ hoſtibus,vincat cum ciuibus ſuis. Pro eo ꝙ nos diximus: *confortentur mihi*,& Lxx. tranſtulerunt εὑρήσομεν ἑαυτοῖς, id eſt, *inueniemus nobis*: In Hebraico ſcriptum eſt a אמצה לי, quod Aquila tranſtulit κραταίωσόν μοι, id eſt conforta mihi: vt ſit ſenſus: Optabunt chiliarchi & tribuni,ac duces Iuda, ac vota, faciẽt in abſcondito mentis arcano, vt Deus confortet habitatores Hieruſalẽ in domino Deo ſuo,& vincãt aduerſarios ſuos. Iuxta tropologiã: duces ac tribuni, Apoſtoli ſunt & omnes Apoſtolici viri atq; doctores, qui Chriſti exercitui præfuerunt, qui nollent ſibi alios inuenire,niſi eos qui habitent in Hieruſalem,viſione pacis, & qui habitent in dño omnipotente Deo ſuo. De his ducibus Paulus Apoſtolus fuit, qui inuenit Titũ & Timotheum, Lucam aque Siluanum: Petrus quoq; qui Marcum ſcriptorem erudiuit euangelii. & cæteri Apoſtoli,qui omnem mundum ſua doctrina & eruditione compleuerunt, vt haberent diſcipulos habitatores Hieruſalem.

a amſali

c ¶ *In die illa ponam duces Iuda ſicut caminum ignis in lignis,& ſicut facem,&c.*] Quando duces Iuda dixerint in cordibus ſuis: Cõforta mihi domine obſeſſos Hieruſalem,vt qui ſua imbecillitate victi ſunt,tuo ſuperent auxilio: Tũc ego dominus omnipotẽs Deus eorum ponam principes Iuda ſicut fornacem ignis in lignis,& ſicut facem in ſtipula, vt deuorẽt aduerſarios,quibus ſimulata amicitia iungebantur. Deuorẽt autem à dextris & ſiniſtris,& omnes populos occidant in circuitu: vt rurſum Hieruſalem habitetur in loco ſu-

HEB.

& fundans terram, & fingẽs ſpiritum hominis in eo. Ecce ego ponam Hieruſalẽ ſuperliminare crapulæ omnibus populis in circuitu: ſed & Iuda erit in obſidione contra Hieruſalem: Et erit in die illa, ponam Hieruſalem lapidem oneris cũctis populis: omnes qui leuabunt eam cõciſione lacerabuntur, & colligentur aduerſus eam omnes gentes terræ. a In die illa, dicit dominus, percutiam omnem equum in ſtuporem, & aſcenſorem eius in amentiam, & ſuper domum Iuda aperiam oculos meos, & omnem equum populorum percutiam in cæcitate. b Et dicent duces Iuda in corde ſuo, cõfortentur mihi habitatores Hieruſalẽ in domino exercituum Deo eorũ. c In die illa ponam duces Iuda ſicut caminum ignis in

SEPT.

*& fundans terram,& fingens ſpiritum hominis in eo. Ecce ego ponam Hieruſalem vt ſuperliminaria, quæ mouentur omnibus populis in circuitu, & in Iudæa. Et erit obſidio circa Hieruſalem, & erit in die illo: ponam Hieruſalem lapidem qui conculcatur à cunctis gentibus, omnis qui conculcauerit eam illudens illudet,& cõgregabo ſuper eam omnes gentes terræ. In die illa,dicit dominus omnipotens, percutiam omnem equum in ſtupore, & aſcenſorem eius in amentia, ſuper domum autem* Iuda *aperiam oculos meos & omnes equos populorum percutiam in cæcitate.* Et *dicent tribuni, id eſt, οἱ χιλίαρχοι Iuda in cordibus ſuis,inueniemus nobis qui habitant* Hieruſalem *in domino omnipotente Deo eorum. In die illa ponam tribunos Iuda ſicut torrem*



E ſuo,& nequaquam hoſtiles impetus timeat. Vrbes quoque & oppida ac villas & viculos tribus Iudæ,qui direpti fuerãt atq; vaſtati,inſtaurent ſicut fuerant antequam vaſtarẽtur,& nequaquam domus regia & inclyti ac magnifici tribus Iuda & habitatores Hieruſalem gloriẽtur aduerſum tribum Iuda,ꝙ ſuo regatur imperio. ſuo conſilio gubernetur,ſed ſciẽt quod dñi ſit in vtriſq; victoria: Hæc iuxta hiſtoriã ſeu facta ſint ſeu futura, fidem rerũ dñi iudicio relinquẽtes,& ſãctis eius ꝗ ab eo ſapientiæ ac veritatis ſpiritum receperũt: Nos dicamus ꝙ tempore perſecutionis Eccleſiæ, duces & tribuni nominis Chriſtiani (de quib⁹ ſupra diximus) Cũ dñs pacem reddiderit Hieruſalẽ,& interfecerit aduerſariũ ſpiritu oris ſui: futuri ſint quaſi caminus ignis in lignis, vt deuorent infructuoſas arbores,& ſicut faces in ſtipula,vt quodcũq; frumentũ nõ habet & circũfertur omni vẽto doctrinæ tradatur incendio. Et deuorabũt (inquit) duces Iuda & tribuni ad dexterã & ad ſiniſtrã eos qui in medio itinere incedere noluerũt: neſ-

Num. 20. c cierũt ὑπερβολὰς ἤτοι κακίας, vnde Dei populus pollicetur: *nec ad dexterã,nec ad ſiniſtram declinabimus? via regia gradiemur.* Via dextra parcitas eſt,quã Gręci φειδωλίαν vocant: ſiniſtra,luxuries: media rectaq; frugalitas.

F Omnes igitur,qui ſunt in via

Eccl. 7. c

Prou. 4. d dextra,quibus dicitur: *Ne ſis iuſtus nimis*: Et in ſiniſtra qui audiunt: *Viæ quæ ad ſiniſtram ſunt, peruerſæ ſunt*: deuorãs flãma cõſumet,& deletis aduerſariis atq; ſublatis,rursũ Hieruſalẽ,id eſt,Eccleſia priſtinã gloriã recipiet, & erit in ſuo ſtatu,& Iudę tabernacula ſaluabuntur, toto orbe diſperſa Chriſtianorũ conciliabula,de quibus quaſi tentoriis & tabernaculis ire cupim⁹ ad domũ, quæ non eſt manufacta,

Hebr. 9. c & ad cœleſtem Hieruſalem. Propterea autem tabernacula plebis & omnium qui cenſentur nomine Chriſtiano,& reputantur in vulgus,antiquam pacem recipient obſeſſis Eccleſiarum principibus, & in fugam verſis, vt nequaquam putent magiſtri atq; doctores ſua doctrina & ſapientia,ſed domini auxilio pacem Eccleſiis redditam.

a ¶ *In die illa proteget dominus,&c.*] Iuda obtinente victoriã & domino reſtituente tabernacula eius ſicut fuerãt à principio,vt nequaquam domus regia contra populum glorietur: In illa die & in illo tempore dominus,cuius auxilio Iudas à dextris, & à ſiniſtris aduerſarios decorabit, proteget etiam obſeſſos Hieruſalem,& in tantam felicitatem ac beatitudinem omnia mutabuntur,vt qui viliſſimus putabatur, ſit quaſi domus regia,& qui de domo regia erat,ſit quaſi de domo Dei: id eſt, quaſi nuncius dñi & Angelicæ dignitatis in cõſpectu eorum qui eo tempore fuerint reſaluati. Iuxta Anagogen: Proteget dominus habitatores Eccleſiæ, pace Eccleſiarum poſt perſecutionem grauiſſimã reddita, quando & ſui nominis interpretatione decorabitur: Hieruſalẽ enim viſio pacis exprimitur. Et tam beati erunt qui pro Eccleſia militarunt,& in perſecutione dominũ ſunt confeſſi: vt qui minim⁹ fuerit,& quaſi homo in aliquo peccato dicto que offenderit,ponatur in ordine magiſtrorum: Et magiſtri qui ſuum ſeruauerint gradum, ſint quaſi domus Dei, & quaſi Angelus domini: quia hoc omni ſtudio laboramus

G poſiti in terra,& vario labore ſudantes, vt transformemur in Angelicam gloriam.

b ¶ *Et erit in die illa,&c.*] In die illo, quando proteget dominus habitatores Hieruſalem, quæret dominus conterere omnes gẽtes,quæ veniũt contra Hieruſalẽ. Conteret autem non in perditionẽ,ſed in emendationem, vt aduerſum Hieruſalẽ militare deſiſtant, & eſſe incipiãt de Hieruſalẽ. Si enim de nihilo creauit omnia, non idcirco fecit, vt perderet quę creauit,ſed vt illius miſericordia, quæ creata ſunt,ſaluarentur. Vnde & Sap. 1. d ſapientia quæ Salomonis inſcribitur,(ſi cui tamen placet librum recipere) ſcriptum reperimus: *Creauit vt eſſent omnia, & ſalutares generationes* Luc. 19. b *mundi, & non erit eis venenum mortiferum.* Sicut enim venit dominus, vt quæreret quod perierat, & ſaluauit humanũ gen⁹: ſic & gẽtes in eo perdidit, quod gentes erant aduerſariæ. Deniq; ſequitur: *Effundam ſuper domũ Dauid, & ſuper habitatores Hieruſalem, ſpiritum gratiæ & miſericordiæ.* De hac Rom. 5. b gratia ſcribit & Paulus: *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis.* Et ſupradicto volumine cõtinetur: *Quæ in* Sap. 9. d *cœlo ſunt, quis inueſtigauit? & conſiliũ tuum quis cognouit? niſi quod tu dediſti ſapiẽtiam, & Spiritum ſanctum tuũ miſiſti de ex-*

H *celſis, & ſic correctæ ſunt ſemitæ eorum qui verſantur in terra, & quæ tibi placẽt,eruditi ſunt homines.* Et in Eſaia loquitur Deus: *Dedi ſpiritum meum ſuper te.* Et rurſum de eodẽ ſcriptura cõmemorat: *Dedi ſpiritum meum* Eſaiæ 42. a *ſuper eum.* Verbum autẽ effuſionis, ſenſum largitatis oſtẽdit, ſicut manifeſtum eſt in eo quod diximus: *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus veſtris.* Et in Rom. 5. a alio loco ex perſona Dei: *Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem.* Qui ſit autem ſpiritus gratiæ, idem Apoſtolus loquitur ad Hebræos: *Quanto magis putatis deteriora mereri ſup-* Ioel 2 g *plicia eum, qui filium Dei conculcauerit, & ſanguinem teſtamenti* Heb. 10. c *pollutum duxerit, in quo ſanctificatus eſt, & ſpiritui gratiæ contumeliam fecerit*: Vnde & ſpiritus ſancti diuerſæ gratiæ eſſe dicuntur. Et ſalutatio Apoſtoli: *Gratia*, inquit, *vobis, & pax* 1. Pet. 1 a *multiplicetur*: vt poſtquam nobis peccata donauerit, tũc pax per miſericordiam conſequatur. Hæc Iudæi ex parte iam facta,& plenius in conſummatione mundi futura commemorant: Nos autem poſt aduentum Chriſti quotidie impleri intelligimus & probamus.

c ¶ *Et aſpicient ad me quem confixerunt, & plangent eum planctu quaſi ſuper vnigenitum,&c.*] Hebraicæ litteræ, ד & ר, hoc eſt, *d* & *r* ſimiles ſunt, & paruo tantum apice diſtinguntur. Ex quo euenit vt idem verbum diuerſe legentes, aliter atque aliter transferant. Intelligentiæ gratia vnum demus exemplũ: *Et veſtitus* inquit, *erat Samuel* b, אפוד בד, id eſt, *indu-* 1. Reg. 1. b *mento lineo*: c בד enim linum appellatur, vnde & d בדים lina dicuntur: Pro quo Hebraico, Græco Latinoq; ſermone malè quidã legunt, ephod bar. Siquidem e בר aut filius appellatur, aut frumẽti manipulus, aut electus, aut, οὖλος, id eſt, criſpus

b bad

c ephod bad

d baddim

e bar

HEB.

lignis, & ſicut facem ignis in fœno, & deuorabunt ad dexteram & ad ſiniſtram omnes populos in circuitu, & habitabitur Hieruſalẽ rurſus in loco ſuo in Hieruſalem. Et ſaluabit dominus tabernacula Iuda ſicut in principio, vt non magnificè glorietur domus Dauid, & gloria habitantium Hieruſalem contra Iudam. a In die illa proteget dominus habitatores Hieruſalem, & erit qui offenderit ex eis in die illa quaſi Dauid, & domus Dauid quaſi Dei, ſicut Angelus domini in cõſpectu eorum. b Et erit in die illa, quæram cõterere omnes gentes quæ veniunt contra Hieruſalem. Et effundam ſuper domum Dauid, & ſuper habitatores Hieruſalem, ſpiritum gratiæ & precum. c Et aſpicient ad me quem confixerunt, & plangent eum planctu quaſi ſuper vnigenitum, & dolebunt ſuper eum vt doleri ſolet in morte primogeniti. a In

SEPT.

*torrem ignis in lignis, & ſicut fœnum ignis in ſtipula, & deuorabunt à dextris & ſiniſtris omnes populos domini per circuitum, & habitabitur Hieruſalem adhuc in ſemetipſa. Et ſalua faciet dominus tabernacula Iuda ſicut à principio, vt non magnificetur gloria domus Dauid, & elatio habitatorum Hieruſalem ſuper Iudam. Et erit in die illa proteget dominus habitatores Hieruſalem, & qui infirmus in eis fuerit in die illa, erit quaſi domus Dauid, & domus Dauid quaſi domus Dei, & Angelus domini in conſpectu eorum. Et erit in die illa quæram auferre omnes gentes quæ veniunt contra Hieruſalem, & effundam ſuper domum Dauid, & ſuper habitatores Hieruſalem ſpiritum gratiæ & miſericordiæ. Et aſpicient ad me pro eo quod inſultauerunt, & plangent ſuper eum planctum quaſi ſuper chariſſimum, & dolebunt dolore quaſi*

A crispus. Quod ibi errore interpretationis accidit, etiam hic
f dekarou factum deprehẽdimus. Si enim legatur f דקרו ἐξεκέντησαν, id eſt, compunxerunt, ſiue confixerunt accipitur. Sin autem
g rikadou contrario ordine litteris cõmutatis g רקדו ὠρχήσαντο, id eſt, ſaltauerunt, intelligitur, & ob ſimilitudinem litterarũ error
Ioan. 19. g eſt natus. Ioannes autẽ Euangeliſta qui de pectore domini hauſit ſapientiã, Hebræus ex Hebræis, quẽ Saluator amabat plurimum, nõ magnopere curauit quid Græcæ literæ continerent, ſed verbũ interpretatus è verbo eſt, vt in Hebræo legerat & tẽpore dñicæ paſſionis dixit eſſe completũ. Quod ſi quis non recipit, det teſtimoniũ de quo ſanctarum ſcripturarũ loco Ioannes iſta ꝓtulerit, & cũ non repererit, cogetur ingratis ſuſcipere veritatẽ. Plangent autẽ Iudæi quaſi ſuper vnigenito & primogenito, idipſum ſignificãte in dño Saluatore, & vnigenito & primogenito. Vnigenitus dicitur ꝓpter naturæ ꝓprietatem: primogenitus, iu-
Col. 1. b xta Apoſtolũ, ex mortuis reſurgentiũ. Pro vnigenito ἀγαπητὸν, id eſt, chariſſimum Lxx. tranſtulerũt, de quo in Euan-
Matt. 5. a gelio legim⁹: *Hic eſt filius meus chariſſimus, in quo mihi cõplacui.* Tunc dolebũt à ſe crucifixũ, cũ viderint in claritate regnãtem. Verbũ κατωρχήσαντο apud Græcos non ab illuſione, ſed à ſaltatu cõpoſitum eſt, ꝙ ſcilicet contra dñm quaſi ludẽdo ſaltauerint, quãdo dicebãt
B illudentes atq; ridentes: *Vah,*
Marc. 15. e *qui deſtruis templum, & in tribus diebus ædificas illud: Saluũ fac teipſum deſcendẽs de cruce.* Hęc & alia illudẽtes, & quodã amẽtię tripudio ſaltãtes loquebãtur.

HEB.

a In die illa magnus erit planctus in Hieruſalem, ſicut planctus Adadrimon in campo Mageddon. Et planget terra, familiæ & familiæ ſeorſum: familiæ domus Dauid ſeorſum, & mulieres (ſiue vxores) eorum ſeorſum: Verbum enim Hebraicum נשי, id eſt, γυναῖκες vtrumque ſignificat.) familiæ domus Nathã ſeorſum, & mulieres eorũ ſeorſum, familiæ domus Leui ſeorſum, & mulieres eorũ ſeorſum, familiæ Semei ſeorſum, & mulieres eorũ ſeorſũ, omnes familiæ reliquæ, familiæ & familiæ ſeorſũ, & mulieres eorum ſeorſum.

CAPVT XIII.

HEB.

IN die illa erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Hieruſalem, in ablutionem peccatoris, & men-

SEPT.

*ſi ſuper primogenito. In die illa magnus erit planctus in Hieruſalem: ſicut planctus mali granati, quod in campo ſucciditur. Et planget terra per tribus ac tribus: tribus Dauid ſeorſum, & mulieres eorũ ſeorſum, tribus domus Iudæ ſeorſum, & mulieres eorum ſeorſum, tribus domus Nathan ſeorſum, & mulieres eorum ſeorſum, tribus domus Leui ſeorſum, & mulieres eorum ſeorſum, tribus Simeon ſeorſum, & mulieres eorum ſeorſum, omnes reliquæ tribus ſeorſum, & mulieres eorum ſeorſum.*

CAP. XIII.

SEPT.

*IN die illa erit omnis locus apert⁹ in Domo Dauid, & habitantibus Hieruſalem, & in tranſmutationem,*

b hadda- a ¶ *In die illa magnus erit planctus, &c.*] h הדדרמון pro quo
drimmon Lxx. tranſtulerunt ῥοῶνος, vrbs eſt iuxta Hieruſalem, quæ hoc olim vocabulo nũcupata eſt, & hodie vocatur Maximianopolis in campo Mageddõ, in quo Ioſias rex iuſtus à Pharaone cognomento Nechao vulneratus eſt, ſup quo lamẽtationes ſcripſit Hieremias, quæ legũtur in Eccleſia, & ſcripſiſſe
1 Par. 35 f eum Paralipomenon teſtatur liber. Sicut igitur eo tempore poſt reges peccatores ſpes omnis populi erat in Ioſia, & occiſo illo, magnus planctus in vrbe cõmotus eſt (ſicut legi-
Thren. 4. d mus in Hebraico: *Spiritus oris noſtri Chriſtus dominus captus eſt in peccatis noſtris: cui diximus: In vmbra tua viuemus in gentibus:* licet alii iuxta intelligentiã ſpiritualem hoc referant ad dominũ Ieſum.) Ita crucifixo Saluatore renouabitur plãctus in Hieruſalẽ, ſicut quondam fuit in vrbe Adadrimon in cãpo Mageddon. Quodq; ſequitur: Plangent familiæ & familiæ, ſiue tribus & tribus ſeorſum: familiæ domus Dauid ſeorſum, & vxores ſiue mulieres eorum ſeorſum: hoc ſignificat, quod tempore tribulationis & luctus non debeamus
Iohel. 2. d ſeruire coniugiis, & operi nuptiarum. Vnde & in Iohel ca-
Gen. 7. a ptiuitate propinqua, dicitur ad Iudæos: *Egrediatur ſponſus de cubiculo ſuo, & ſponſa de thalamo ſuo.* Et impendente diluuio
Ibid. 8. c imperatur Noë: *Ingredere in Arcam tu, & filij tui, & vxor tua, & vxores filiorum tuorum.* Et poſtea finito diluuio, dicitur ad eum: *Egredere tu & vxor tua, & filij tui, & vxores filiorum tuorum:* vt qui in arca impendente diſcrimine fuerant ſeparati, redditi mundo generationi & liberis deſeruirent. Hoc autem non ſolum in tempore fit anguſtiæ, ſed & in tempore orationis: quando volumus dominum deprecari,
1. Cor. 7. a dicente Apoſtolo ad Corinthios: *Nolite fraudare inuicem: niſi forte ex conſenſu ad tempus, vt vacetis orationi.* Igitur &

C nunc tribus domus Dauid, & tribus domus Nathan, & tribus domus Leui, & tribus domus Semei à ſuis vxoribus ſeparantur, vt plangant vnigenitum & primogenitum dñm Ieſum, de quo dixerant: *Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios* Matth. 27. c
*noſtros.* In Dauid regia tribus accipitur, hoc eſt, Iuda: In Nathã prophetalis ordo deſcribitur: Leui refertur ad ſacerdotes: ex quo ortũ eſt ſacerdotiũ: In Semei doctores accipiuntur: ex hac enim tribu magiſtrorũ agmina pullularũt. Reliquas tribus tacuit, q̃ non habẽt aliq̃ priuilegiũ dignitatis. In eo autẽ ꝙ ait: Omnes tribus reliquæ, tribus & tribus ſeorſũ, & vxores eorũ ſeorſũ: vniuerſas abſq; nomine cõprehẽdit. Dicam⁹ & iuxta Lxx. ῥοὰ appellatur non arbor malorũ granatorũ, id eſt, mali punici, ſed locus his arboribus cõſitus: de quo iuxta intelligentiã ſpiritualẽ ſpõſus dicit in Cant. canticorũ: *Deſcẽdi vt viderẽ in genimine torrẽ-* Cant. 6. d
*tis, ſi floruiſſet vinea, ſi floruiſſent mala punica.* Deſcendit enim Saluator ad torrentem huius ſæculi & turbidas aquas (de quibus & in typo eius Helias 3. Reg. 17. a
bibiſſe deſcribitur) vt poſt flores vineæ & mali punici fructũ, vtrũq; ſuſciperet: & inebrians eccleſiã ſuã audiret ab ea: *Potabis me de vino vnguẽta-* Cant. 8. a
*rii, de vino malorũ.* Huiuſcemodi potio nõ ſolũ æſtus ſtomachi fugat, ſed & corruptũ vẽtrẽ ſanare dicitur, & reliquis ꝓdeſſe viſceribus. Nihil hoc D
pomo pulchrius, in rubore, Eccleſiæ ſignificat verecũdiã, in granorũ ordine, gradus & mẽbra toti⁹ corporis per ſingula officia diſtributa. Cum in huiuſcemodi vinea, & malis fructum Saluator non inuenerit dicet: *Omnem palmitem non* Ioan. 15. a
*ferentem fructum tollet pater, & omnem qui fert fructum purgabit eum, vt fructum plus afferat.* Et in alio loco Ioannes Baptiſta conclamat: *Iam ſecuris ad radices arborum poſita eſt: Omnis arbor* Matt. 3. c
*quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur.* In ſucciſione vitium vel malorum, quãdo in die iudicii omnia deponentur nomina dignitatum, & impletum fuerit illud ꝙ ſcriptum eſt: Ecce homo, & opera eius, & palea à tritico Ezech. 9. c
ſeparata erit planctus magnus, non in alio loco, ſed in Hie- Sec. 70.
ruſalem. Etenim plaga atq; iudiciũ à ſanctis incipiet, & reges & ſacerdotes & prophetæ & doctores tundent manibus pectora: cum mala pulcherrima viderint eſſe ſucciſa, & eum quem confixerant, in patris ac ſua maieſtate regnare.

CAPVT XIII.

IN *die illa erit fons patens domui Dauid, &c.*] De hoc fonte Ezec. 46. a
qui egreditur de domo Dauid, & in Ezechiele propheta ſcribitur, quod erumpat fons in domo domini, & creſcat in fluuium, qui appellatur aqua remiſſionis & indulgentiæ, & pergat ad ſolitudinem & ad mare, quod nunc vocatur mortuum, piſceſq; omnes viuificet, & ex vtraque ripa fluminis varii generis conſurgant arbores, per ſingulos menſes ſemper nouis fructibus abundantes. Et vt ſciamus domum, hoc eſt, templum Dei, ipſum eſſe domum Dauid, quæ in Ezechiele domus Dei, in Zacharia, domus Dauid appellatur: hic fons de domo Dei egrediens, refertur ad Eccleſiam, & ad ſcientiam ſcripturarũ, vt omnes renaſcamur in Chriſto, & in aqua baptiſmatis noſtra nobis peccata donentur. Nihil immundius mẽſtruata, quæ quidquid attigerit, immundum facit, & huius tamẽ ſordes Chriſti abluẽtur baptiſmate. Pro ablutione peccatorum, & menſtruatæ: Lxx. tranſtulerunt



E lerunt, tranſmutationem & aſperſionem: quod de lege tranſeamus ad euangelium, de litera ad ſpiritum, de vmbra ad veritatem, pro breuibus & præſentibus futura & æterna ſuccedant. Aſperſio autem ſanguinem domini ſignificat: de quo & Petrus Apoſtolus loquitur: *Gratia vobis*
1 Pet. 1. a *& pax multiplicetur, in obedientiam & aſperſionem ſanguinis Ieſu Chriſti.* Et rurſum: *Scientes quod non corruptibilibus argento & auro redempti eſtis: ſed ſanguine pretioſo vt agni immaculati & puriſſimi:* quo qui aſperſus fuerit & redemptus, dicere po-
Pſal. 50. b terit cum propheta: *Aſperges me domine hyſſopo & mũdabor, lauabis me, & ſuper niuem dealbabor.*

HEB.

menſtruatæ. a Et erit in die illa dicit dominus exercituũ, diſperdam nomina idolorum de terra, & non memorabuntur vltra, & pſeudoprophetas & ſpiritũ immundum auferam de terra. b Et erit cum prophetauerit quiſpiã vltra dicent ei pater eius & mater eius qui genuerunt eum. Non viues, quia mendaciũ locutus es in nomine domini, & configent eum pater eius & mater eius, qui genuerunt eum cum prophetauerit. c Et erit in die illa, cõfundentur prophetæ vnuſquiſque ex viſione ſua cum prophetauerit: nec operientur pallio ſaccino vt mentiantur: ſed dicet: Non ſum propheta, homo agricola ego ſum, quoniam Adam exemplũ meum ab adoleſcentia mea. Et dicetur ei: Quid ſunt plagæ iſtæ in medio manuũ tuarum? Et dicet: His plagatus ſum in domo eorum, qui diligebant me. d Framea ſuſcitare ſuper paſtorem meum, & ſuper virum cohærentem mihi, dicit do-

SEPT.

*tionem, & in aſperſionem. Et erit in die illa, dicit dominus ſabaoth. Diſperdam nomina idolorum de terra, & non erit vltra eorum memoria, & pſeudoprophetas & ſpiritum immundum auferam de terra. Et erit ſi prophetauerit homo vltra, dicet ad eum pater ſuus & mater ſua, qui genuerunt eum. Non viues, quoniam mendacium locutus es in nomine domini, & compedient eum pater eius & mater eius, qui genuerunt eum cum prophetauerit. Et erit in die illa, confundentur prophetæ vnuſquiſque ex viſione ſua cum prophetauerit, & induentur pelle cilicina, quia mentiti ſunt, & dicet: Non ſum prophetes ego:* a *quia homo genuit me à iuuentute mea, & dicam ad eum: Quid ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuarum? Et dicet. Quibus percuſſus ſum in domo diligentis me. Framea conſurge ſuper paſtorem meum, & ſuper virum ciuem eius, dicit dominus omni-*

a ¶ *Et erit in die illa, dicit dominus exercituum, &c.*] In die illa, quam crebro commemorat, omnia idola auferentur de terra. Siue illa idola de
Ibid. 113. b quibus pſalmiſta dicit: *Simulacra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum:* vt nulla ſit alia religio niſi tãtum nominis Chriſtiani, de quibus in propheta ſcriptum eſt: *Vlulate ſculptilia in Hieruſalem & in Samaria. Sicut enim feci Samariæ & ſculptilibus illius,*
1. Tim. 4. a *ſic faciam* Hieruſalem *& idolis eius.* Siue hæc idola, de quibus Apoſtolus loquitur: *Spiritus*
F *autem manifeſte dicit: quia in nouiſſimis temporibus recedent quidam à fide, attendentes ſpiritibus ſeductoribus, & doctrinis dæmoniorum, in hypocriſi falſiloquorum cauteriatam habentium conſcientiã ſuam.* Sicut enim Idola fiunt manu artificis, ita hęreticorum peruerſa doctrina quodcũq; ſimulauerint vertit in idolum, & facit pro Chriſto adorari antichriſtum. Pro pſeudoprophetis, in Hebraico abſolute legũtur prophe-
a nebiim tæ, id eſt, a נביאים: qui & ipſi pſeudo ꝓphetas ſignificãt: ſed tñ & ab ethnicis ſacerdotes idolorum vocantur ꝓphetæ.

b ¶ *Et erit cum prophetauerit quiſpiam vltra, &c.*] Nominibus idolorum de terra ſublatis, & pſeudopropheris, atq; immundo ſpiritu qui loquebatur in eis: ſi quis vltra tentare voluerit, & quippiam ex perſona domini prophetare, ſtatim pater eius & mater obliuiſcẽtur parentum, vt Dei retineant ſeruitutem, & proferent contra filium mortis ſententiam, & tam piæ erunt omniũ in Deum mentes, vt non expectetur publicum iudicium: ſed pereant qui tales ſunt ſententia propinquorũ. Pro eo quod nos diximus: configent eum, idem eſt verbum in Hebræo, quod
Sup. 13. ſupra b דקר: Qua ergo ratione Lxx. interpretes ibi κατωρχήσαντο, id eſt, inſultauerunt, ſiue illuſerunt, & vt verbum de
b dekar verbo exprimam, contra eum ſaltauerunt, & hic συμποδιοῦσιν transferre voluerunt, id eſt, compedient: cum & Aquila & Symmachus & Theodotio, & ibi hic ſimiliter verterint, confixerunt. Recte autem qui falſa prophetauerit, homo
1. Cor. 3. a appellatus eſt, dicente Apoſtolo: *Cum enim ſint inter vos æmulationes & contentiones, nonne carnales eſtis, & ſecundum homi-*
Pſal 81. a *nem ambulatis?* Et in pſalmis: *Vos autem ſicut homines moriemini, & ſicut vnus de principibus cadetis.* Et indigni ſpiritu Dei
Gen. 6. a merentur audire: Non *permanebit ſpiritus meus in hominibus iſtis: quia carnes ſunt.*

c ¶ *Et erit in die illa, confundentur prophetæ, &c.*] Qui pro-

G phetare tentauerint, & parentum iudicio fuerit condemnatus, & vaticinij illius falſitatem rerum contrarius exitus approbarit, confundetur ex viſione ſua: nec vltra operietur cilicio vt mentiatur. Hic enim erat habitus prophetarum, vt quando populum ad pœnitentiam prouocabant, induerentur cilicio. Vnde & Eſaia 20. a
Eſaiæ præcipitur, vt auferat ſecum de lumbis ſuis, & nudus incedat: nequaquã enim tempus eſſe pœnitentiæ, ſed imminẽtis captiuitatis. Ergo & iſte pſeudo ꝓpheta nequaquam habitum accipiet prophetalem, ne ſub alieno veſtitu & operimento ſimplices quoſque decipiat: ſed magis terram findet vomere, & agri culturæ deditus hominem ſe probabit, Deiq; ſubiacere ſẽtentiæ, qui locutus eſt ad Adã, *Maledicta terra in opere tuo: in* Gen. 3. d
*laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuę: ſpinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ, & in ſudore vultus tui veſceris pane.* Cumq; ſe oſtenderit ad hoc natum, vt in ſudore faciei ſuę comedat panẽ ſuum: interrogabit eũ alter, & dicet: *Quid ſibi volũt iſtæ plagæ & hæc vulnera, quæ in medio manuum tuarum ſunt?* Et eſt ſenſus: Quare adhęres patibulo? Cur manus tuæ transfixæ ſunt clauis? Quid commiſiſti, vt huic pœnæ & cruciatui H
ſubiaceres? Et ille reſpondebit, & dicet: Hæc vulnera & a In græco ſic
has accepi plagas parentum διότι ἄνθρωπος ἐργαζόμενος τὴν γῆν
meorum iudicio condemnatus, & eorum qui me non ἐγώ εἰμι, ὅτι ἄνθρωπος, &c.
oderant, ſed amabant. Et intantum fugato mendacio veritas obtinebit, vt etiam ipſe, qui ſuo punitus eſt vitio, recte perpeſſum ſe eſſe fateatur. Hebræi hoc quod ſcriptum eſt: *Nec operientur pallio ſaccino vt mentiantur* ſic ediſſerunt, *& non replebuntur ſpiritu dæ-*
*moniaco*, quos τριχῶντας, id eſt, שעירים
piloſos, in Eſaia legimus: ne Eſaiæ. 13. d
per hanc occaſionem ementiri habitus, Dei in ſe eloquia mentiantur, ſiue dominũ negẽt: c כחשו enim & mentiẽtur & negent interpretari poteſt. c cahaſou

d ¶ *Framea ſuſcitare ſuper paſtorem meum, & ſuper virũ, &c.*] Pro framea quam Lxx. ῥομφαίαν, tranſtulerunt: in Hebrai-
d hereb co d חרב: apud Aquilam & Symmachum, μάχαιραν, id eſt, gladium ſiue mucronem reperimus. Et pro eo quod nos vertimus, ſuper virum cohærentem mihi, id eſt, προσκειμένον, Aquila interpretatus eſt: ſuper virum contribulem meum, id eſt, ἐπὶ σύμφυλόν μου, Symmachus, *ſuper virum po-*
e amithi *puli mei:* quod Hebraice dicitur e עמיתי, Lxx. *ſuper virum ciuem eius*, id eſt, ἐπὶ ἄνδρα πολίτην αὐτοῦ, Theodotio, *ſuper virum proximum eius:* ו in fine ſermonis pro י legentes, quæ literæ ſola inter ſe diſtant magnitudine, & ſi י legatur, meum ſignificat: ſi ו, eius. Miror autem quoſdã hanc prophetiam quam Euangeliſta Matthæus retulit ad Dominũ Saluatorem poſtquam in paſſione eius fugere diſcipuli, & tũc eam dicit eſſe completam, allegoricis interpretationibus velle tenuare, & dum plus cupiunt videri noſſe quam cæteri, veritatis regulam non tenere. Refert enim Euangeliſta Matthæus:
Matth. 26. a *Tunc dicit illis Ieſus: Omnes vos ſcandalum patiemini in me in iſta nocte: ſcriptum eſt enim, Percutiam paſtorem, & diſpergentur oues gregis.* Et iterum: *Hoc autem totum factum eſt, vt im-* Ibidem f
*plerentur*

A *plerentur ſcripturæ prophetarum. Tunc diſcipuli omnes relicto eo fugerunt.* Nec putandum eſt de altero loco aſſumptum teſtimonium: quia in Euangelio Deus à ſe dicit paſtorem eſſe percuſſum, & in præſenti loco gladio atque mucroni legimus imperatum: *Percute paſtorem, & diſpergentur oues.* Hic gladi⁹ & hæc rhomphæa eſt & framea: de qua in viceſimoprimo pſalmo dominus loquitur ad patrem: *Erue à frameа animam meam, & de manu canis vnicam meam.* Amos 9. e De hac rhõphæa & in Amos propheta ſcriptũ eſt: *In gladio morientur omnes peccatores terræ:* quod iuxta litteram penitus ſtare non poteſt. Multi enim peccatores naufragio pereunt, alij veneno, hi aquis ſuffocantur: illos cõſumit incendium, Hoc autẽ gladio & hac rhõphæa omnes moriuntur peccatores, & tetri coloris Æthiopes: Soph. 2. c de quibus Sophonias ſacro ore teſtatur, dicens: *Sed & vos Æthiopes interfecti gladio meo eritis.* Poſtquam paſtor bonus, qui animam ſuam poſuit pro ouibus ſuis (qui Pſal. 68. f locutus ad patrẽ eſt: *Quem tu percuſſiſti, ipſi perſecuti ſunt, & ſuper dolorẽ vulnerum meorum adiiciebant*) patris voluntate percuſſus eſt, & vir cohærens Ioan. 14. b Deo, qui ait: *Ego in patre, & pater in me:* Luc. 23. g pepẽdit in patibulo, & dixit: *Pater, in manus tuas cõmendo ſpiritum meum:* B ſtatim diſperſæ ſunt oues, omnis in Chriſto multitudo credentiũ Conuertitq; dominus manũ ſuã (vt in Lxx. legimus) ad paſtores: quos multi male Iudæorũ principes interpretãtur: Vt autem in Hebræo ſcri- צעירים ptum eſt, ad paruulos, quibus Ibid. 12. d dominus dixerat in Euangelio: *Ne timeas grex paruule:* Et Eſaia. 8. d in Eſaia: *Ecce ego & pueri,* ſiue *paruul quos mihi dedit Deus.* Et duæ partes factæ ſunt in omni terra Iudæorum atque gẽtiliũ, qui pariter perierunt & defecerunt: in paſſione enim Pſalm. 11. a vox pſalmiſtæ completa eſt, dicentis: *Saluum me fac domine, quoniam defecit ſanctus.* Et: *Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt: non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum.* Pereuntibuſque gentilibus & Iudæis, tertia in orbe pars, hoc eſt, tertius Chriſtianorũ populus, repẽte ſuccreuit. Et pulchre ait: *Tertia pars relinquetur in ea,* hoc eſt, in terra: quia de Iudæis atq; gentilibus hi qui dominum confeſſi ſunt, ſoli vitæ & habitationi terræ reſeruati ſunt. Ipſa quoq; tertia pars, ne delicata eſſet, & ſecura cõfeſſione, quaſi argentũ & aurum per ignem ducitur & probatur: quẽ & dominus in credẽtibus ardere cupit, & Paulus feruere deſiderat. Vnde & Apoſtoli in ſpiritu & igne domini baptizati, loquun- Luc 12. tur in pſalmo: *Quoniam probaſti nos Deus: igne nos examinaſti,* Rom. 12. c *ſicut examinatur argentum.* Act. 2. a Et poſt paululum: *Tranſiuimus* Pſalm. 65. b *per ignem & aquam, & eduxiſti nos in refrigerium.* Et in alio lo- Eſaia 43. a co dicitur ad credentes: *Si tranſieris per ignem, flamma non* Pſalm. 28. b *comburet te: quia tecum ſum.* Idcirco autem non conſumit incendium & flãma non deuorat: *quia vox domini intercidentis flammam ignis.* Cum ſic probati fuerint paruuli, ſuper quos dominus conuertit manum ſuam, & per vocationem eorum omnis nationum turba crediderit: tunc credentium populus vocabit Chriſtum nomine ſuo, & illo dicente: Tu es populus meus, populus reſpondebit: Dominus C Deus meus es tu. Iudæi hæc ad Chriſtũ referunt, & in vltimo tẽpore futura cõtendunt: ſed hoc inter nos & illos eſt, quod nos expleta iã dicimus, illi explenda commemorant.

HEB.

minus exercituũ. Percute paſtorem, & diſpergentur oues, & cõuertam manum meam ad paruulos. Et erunt in omni terra, dicit dominus: partes duæ in ea diſperdentur & deficient, & tertia pars relinquetur in ea. Et ducam tertiam partẽ per ignem, & vram eos ſicut vritur argentum, & probabo eos ſicut probatur aurum, Ipſe vocabit nomen meum, & ego exaudiam eum: dicam, Populus meus es: & ipſe dicet, Dominus Deus meus.

SEPT.

*omnipotens. Percute paſtorem, & diſpergentur oues, & inducam manum meã ſuper paſtores. Et erit in die illa, dicit dominus, duæ partes peribunt & deficiẽt & tertia pars relinquetur in ea. Et tranſducam tertiam partem per ignem, & vram eos ſicut vritur argentum, & probabo eos ſicut probatur aurum. Ipſe inuocabit nomen, & ego exaudiam eum, & dicam, Populus meus iſte eſt: & ipſe dicet, Dominus Deus meus es tu.*

## CAPVT XIV.

HEB.

ECce dies veniunt domini, & diuidẽtur ſpolia tua in medio tui. Et congregabo omnes gentes ad Hieruſalem in prælium: & capietur ciuitas, & vaſtabuntur domus, & mulieres violabuntur, & egredietur media pars ciuitatis in captiuitatem, & reliquum populi non auferetur ex vrbe. b Et egredietur dominus, & præliabitur contra gentes illas, ſicut præliatus eſt in die certa-

## CAP. XIV.

SEPT.

*ECce dies domini veniunt & diuidentur ſpolia tua in te. Et congregabo omnes gentes ſuper Hieruſalem ad bellandum, & capietur ciuitas, & diripientur domus, & mulieres polluentur, & egredietur media pars ciuitatis in captiuitatem, reliqui autem populi mei non peribunt de ciuitate. Et egredietur dominus, & præliabitur contra gentes illas, ſicut in die commiſſionis, & in die præ-*

## CAPVT XIV.

E*Cce dies veniunt, &c.*] Dies quos venturos dominus comminatur, vt diuidantur ſpolia Hieruſalem in medio eius, & cætera quæ prophetalis ſermo comprehendit: hi ſunt de quibus & in Eſaia le- Eſaia 13. b Sep. 70. gimus: *Dies domini inſanabilis veniet furoris & iræ, ponere totum orbem in ſolitudinẽ, & peccatores auferre de eo.* Quanta autem neceſſitas erit, vt ſpolia eius diuidantur in medio illius; Solet hoc frequenter accidere, vt q̃ ſubito impetu in ciuitate direpta ſunt, foris in agro, aut in ſolitudine diuidantur, ne forte hoſtes ſuperueniant. Hic autẽ tantum malorũ pondus incumbet, vt quæ direpta ſunt, in ciuitatis medio diuidantur pro ſecuritate victoriæ. Et non ſolum capietur Hieruſalem, cunctis gentibus aduerſum eã in prælio concitatis: ſed & vaſtabũtur domus habitantiũ Hierũſalẽ, & mulieres violabuntur in dolorẽ dominorũ & maritorum, qui nec populatiõnẽ domorum, nec vxorũ ſtuprũ ab hoſtibus prohibere poterunt: iuxta illud quod alibi legimus. *Qui congregati ſunt, in* Eſaia 13. d *medio tui, gladio cadent, & filios* D *veſtros in conſpectu veſtro allidẽt, & domus veſtras deprædabũtur, & vxores veſtras habebunt:* quo nihil crudelius, nihilque miſerius inueniri poteſt: vt timore mortis propriæ nec ſalutẽ filiorum, nec vxorũ pudicitiam defendere audeant. Hoc ipſũ & Amos propheta Amos. 7 d ad Amaſiã impiũ ſacerdotem cõminans loquitur. *Vxor tua in ciuitate fornicabitur, & filij tui & filiæ in gladio cadent, & humus tua funiculo metietur.* Et hæc populo Iudæorũ vniuerſa Pſal. 2. a contingent: quia *fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania. Aſtiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduerſum dominum, & aduerſum Chriſtum eius.* Qui irriſit & ſubſannauit eos, & in furore ſuo conturbauit illos: in tantũ vt Apoſtolus quoque cernens eos annos, qui ad pœnitentiam dati fuerant, iam eſſe cõpletos, & nihilominus illos in negatione perſiſtere, qui occiderũt dominum, & prophetas & Apoſtolos perſecuti ſunt, dixerit: *Peruenit ſuper eos ira in finẽ.* 1. Theſ. 2. d Hæc omnia pleniſſime Ioſephus, qui Iudaicam ſcripſit hiſtoriã, & multo maiora quam legimus in ꝓphetis, eos ſuſtinuiſſe cõmemorat. Cornelius quoq; Tacitus, qui poſt Auguſtũ vſq; ad mortẽ Domitiani vitas Cæſarum triginta voluminibus exarauit, Quo modo autẽ media pars capta ſit ciuitatis, & reliquus populus in vrbe ꝑmãſerit, & illo tẽpore & aliis approbatur, ſeptẽtrionalẽ vrbis & inferiorẽ partem eſſe captã: montẽ autẽ tẽpli & Sion, in quo arx erat, integra remanſiſſe. Iudæi hæc ſub Gog dicunt eſſe complenda: alii temporibus Macedonum & Ægyptiorum, diuerſarumque gentium ex parte tranſacta. Nos temporis varietatẽ domini ſententiæ relinquentes, quæ ſcripta ſunt, explicemus.

b ¶ *Et egredietur dominus, &c.*] Egredi Deum & pugnare contra



E contra gentes, & ſtare pedes eius ſuper montem oliueti, & cætera q̃ in ſcripturis ſanctis ἀνθρωποπαθῶς dicta, & carnaliter continentur, digne Deo debemus accipere: Alioquin cũ loquatur Apoſtolus: *Qui eſt imago Dei inuiſibilis.* Et rurſum: *Regi autem ſæculorum, incorruptibili, inuiſibili Deo.* Et in Euangelio ſcriptum ſit: *Deum nemo vidit vnquam: vnigenitus filius qui eſt in ſinu patris, ipſe narrauit.* Et iterum: *Non quia Deum vidit quiſquam* præter eum qui eſt de patre: ſicut irã eius, & pœnitentiam, & animam, & manus, & pedes, & ventrem, & oculos, & cætera corporis mẽbra, pro varietate cauſarũ & ſenſuum interpretationis accipimus: ſic & hoc quod ſcriptũ eſt: *Egredietur dominus, & præliabitur,* iuxta illud accipiendũ ꝙ in Ha- Habach. 3. e bacuc legimus: *Egreſſus es in ſalutẽ populi tui: in ſalutem cum* Mich. 1 a *Chriſto tuo.* Et in Michea: *Quia ecce dominus egredietur de loco ſuo, & deſcẽdet & calcabit ſuper excelſa terræ: & conſumẽtur mõtes ſubter eum, valleſq; ſcindentur.* Eſa. 42. b Sep. 70. In Eſaia quoque *Dominus virtutum egredietur, & conteret bellum, & ſuſcitabit zelum, & clamabit ſuper hoſtes ſuos cũ fortitudine.* Egredietur ergo De⁹ de loco ſuo, quando quietem & manſuetudinem & clemẽtiam ſuam pro emendatione peccantium rumpere cogitur: qui cum per naturam dul- F cis ſit, vitio noſtro παραπικραίνεται, id eſt, amarus efficit: non ſibi, ſed patientibus, quibus amara tormenta ſunt. Iſte Malac. 3 d qui alibi loquitur per prophetam: *Ego ſum Deus, & non cõ-* Pſal. 101. d *mũtor.* Et ad ipſum dicitur: *Tu autem idem es, & permanes.* Iacobi 1. c Et in epiſtola Iacobi: *Apud quem non eſt commutatio.* Exod. 15. Nunc egreditur & præliatur ſicut in die certaminis, quando Pharaonem in mari ſubmerſit rubro, & pro Iſraelitico populo dimicauit. Et ſtabunt pedes eius his quorũ miſertus fuerit, & nequaquam mouebuntur: vt rurſum de eo dici poſſit: Et dominus tuba canet, & ambulabit in commotione iræ Sup. 9. c ſuæ. Nec ambulabit declinante iam ſole, & vicinis tenebris Gen. 3. b poſt meridiẽ: quod ſuper Adam eum feciſſe, legimus. Cumque ſteterit, non ſtabit in valle & in locis humilibus, ſed in monte, qui non infructuoſas arbores habeat, & ſiluam ſterilem: ſed vbi olineta naſcuntur, quibus alitur lumen æternum, & ſoluuntur infirmitates, & requies laſſis tribuit. Et ipſe mons oliuarum, in quo ſtant pedes dñi, contra Hieruſalem eſt & orientem, vnde oritur ſol iuſtitiæ: illiſq, oliuis Pſalm. 127. conſitus eſt, de quibus dicitur: *Filij tui ſicut nouellæ oliuarũ in circuitu menſæ tuæ.* Cuius media pars ſcindetur ad orientem, in qua ſunt arbores plantatæ de gentibus, de quibus vna Ibid. 51. d loquitur: *Ego autem ſicut oliua fructifera in domo Dei.* Et altera media pars ſcindetur ad occidentem, & mare præruptu grandi valde: qui circuncisionis eſt populus: ad quem Deus Hiere. 11. c Sec 70. loquitur per prophetam: *Quid dilecta mea in domo mea fecit abominationem? Numquid vota & carnes ſanctæ auferent à te malitias tuas, aut in his effugies?* Hæc dilecta in domo Dei fecit Ibidem. abominationem, vt Dei filium crucifigeret & audiret: *Oliuam vmbroſam & nemoroſam pulchritudine vocauit dominus nomen tuum, & inutiles facti ſunt rami tui,* qui fracti ſunt de Rom. 11. c bona radice, vt nos in locum eorum insereremur. Et animaduerte myſteria ſcripturarum: quo modo media pars quæ vergit ad occidentem, & ſalſis atque amaris fluctibus tunditur, non ſimpliciter in mari eſſe dicatur, ſed in prærupta maris voragine & magna nimis, de qua & Mich. 1 b Micheas loquitur: *Detraham in vallem lapides eius* (haud dubium quin Hieruſalẽ) & fundamenta eius reuelabo. Hæc vt in locis difficillimis, & valdè obſcuris, ꝓ tenuitate viriũ noſtrarum diximus. Ceterum Iudæi occidentem ſequentes litteram, conantur oſtendere, ſtantem dominũ ſuper mon- G tem oliueti, & ipſum montem in duas partes eſſe diuiſum, vt contra orientem vnius partis habeat ſciſſura principiũ, & altera pars finem tendat ad occidentem, & in medio valde præcipiti, alia pars ad aquilonem, ad auſtrũ alia diuidatur.

HEB.

minis. Et ſtabunt pedes eius in die illa ſuper montẽ oliuarũ, qui eſt contra Hieruſalem ad orientem, & ſcindetur mõs oliuarũ ex media parte ſui ad orientẽ, & ad occidentem, præruptu grandi valde. a Et ſeparabitur mediũ mõtis ad aquilonem, & medium eius ad meridiem. Et fugietis ad vallem montium meorum: quoniam coniungetur vallis montium vſque ad proximum, & fugietis, ſicut fugiſtis à facie terræmotus in diebus Oziæ regis Iuda, & veniet dominus Deus meus, omneſq; ſancti cũ eo Et

SEPT.

*lii. Et ſtabunt pedes eius in die illa ſuper montem oliuarum, qui eſt contra Hieruſalẽ ad orientalem plagam. Et ſcindetur mons oliuarum: media pars eius ad orientem, & media pars illius ad mare voragine magna nimis. Et inclinabit media pars montis ad aquilonem & media pars eius ad auſtrũ. Et obturabitur vallis montium meorum, & adiungetur vallis montium vſque ad Aſael, & replebitur ſicut repleta eſt à facie terræmotus in diebus Oziæ regis Iuda, & aderit dominus Deus meus, & omnes ſancti cum eo. In die illa non*

a ¶ *Et ſeparabitur medium montis, &c.*] Pro eo quod nos diximus, fugietis: Lxx. & reliqui interpretes ἐμφραχθήσεται, id eſt, obturabit, ſiue replebitur, tranſtulerũt. Et pro eo ꝙ nos poſuimus, quoniã coniũgetur vallis montium vſq; ad proximũ: pro proximo, Lxx. ἀσαήλ tranſtulerunt: Aquila ipſum verbum Hebraicũ po- a aſal ſuit a אצל per e breuẽ litterã ἀζήλ: Theodotio per extenſã ἀζὴλ: ſolus Symmachus proximum interpretatus eſt, quẽ & nos ſecuti ſumus: Dicamus παρεκφραστικῶς, vt poſſint patere quæ ſcripta ſunt. Cũ mons oliueti grandi voragine præruptus fuerit, ita vt vna pars voraginis ad oriẽtẽ, altera ad occidentẽ, reſpiciat: repẽte & in ipſa voragine excelſa ex vtraq; parte prærupto, alia vorago rũpetur ad aquilonẽ, alia ad auſtrũ, & præruptũ quadrangulũ fiet: vt quadrifariã in quatuor plagas orientis & occidẽtis, aquilonis & auſtri vorago tendatur. Et fugietis, inquit, ad vallem, quæ eſt inter H templum & Sion. Hi enim tẽpli & Sion duo montes, Dei montes appellantur: quia vallis illa mõtis oliueti, quæ præruptis hinc atque inde montibus cingitur, vſq; ad templi montem, qui ſanctus eſt, ſuam voraginẽ trahet. Terræmotus autem in diebus Oziæ regis Iuda, illius temporis traditur, quando Ozias, qui altero nomine Azarias dicitur, illicitũ ſibi ſacerdotium vendicare conatus, lepra percuſſus in fronte eſt. De quo terræmotu & in Amos principio legi- 2. Par. 16. mus: *Verba Amos qui fuit in paſtoralibus de Thecue, quæ vidit ſuper Iſael in diebus Oziæ regis Iuda, & in diebus Hieroboam filij Ioas regis Iſrael, ante duos annos terræmotus.* Denique poſtquam hic mortuus eſt rex ſceleſtus (ad cuius impietatem omnis Eſa 1. a terra commota eſt) vidit Eſaias viſionem magnam, quam ſuo volumini intexuit. Tranſeamus ad intelligentiam ſpiritualem. Poſtquam mons oliuarum ad orientem & occidentem vocatione gentium & abiectione Iudæorum fuerit ſeparatus: rurſũ alia ſciſſura fiet aquilonis & auſtri. Aquilo iungetur occidenti, auſter orientali plagæ: ad ſiniſtram ſtabit circunciſio, ad dextram populus Chriſtianus. De his duobus ventis eccleſia loquitur: *Surge aquilo, & veni auſter:* Cantic. 4. d vt aquilone vento frigidiſſimo recedente, qui interpretatur diabolus, auſter calidus ventus adueniat, quem ſponſa perquirẽs ait: *Vbi paſcis, vbi cubas in meridie?* Cantic. 1. b De quo & Habacuc myſtice loquitur: *Deus de Theman veniet:* Habac. 3. a pro quo in Hebraico ſcriptũ eſt: *Deus ab auſtro,* id eſt, à luce pleniſſima. De qua alibi pſalmiſta conclamat: *illuminans tu mirabiliter à* Pſalm. 75 a *montibus æternis.* Cum autem tanta fuerit duorum populorum in toto orbe diuiſio, vt alij ad orientem & auſtrum, id eſt, ad dextram: alij ad aquilonem & occidentem, ad ſiniſtrã videlicet ſeparentur: tunc quicunque ſanctus eſt fugiet ad vallem montium Dei, de quibus ſupra diximus, templi & Sion, duo videlicet teſtamenta: quoniam vorago illa, quæ prius fuerat vtriuſq; montis, tendetur vſq; ad Aſael, hoc eſt, vſq; ad domum Dei, quæ vicina eſt paradiſo & cæleſti Hieruſalem, & monti ſancto, in quo templum ſitum eſt. Et ſicut eo tempore quo ſub Ozia rege lepros o vehementiſſimus terræmotus mortaliũ corda perterruit, & territos huc illucque diſperſit: Ita duorum populorum ſeparatio, & rurſum credentium in vna fide ſocietas, inter duos mõtes placabili

A cabili ſede requieſcet: quoniam & vetus & nouum inſtrumentũ ſibi vtrumque iungetur. Quod autem dicitur, vſque ad Aſael, id eſt, vſque ad proximum, hoc ſignificat iuncta quidem ſibi eſſe duo inſtrumenta, legis & euangelij: ſed ita iuncta vt magis vicina ſint quam vnita. Multa enim veteris legis amiſimꝰ, & nouæ gratiæ ſuſcepimus. Cum autem hoc fuerit ratione perfectum: tũc veniet, inquit, dominus Deus meus, omneſque ſancti cum eo. Sin autẽ voluerimus pro eo quod nos diximus, fugietis, ſequi illud quod alij interpretes tranſtulerunt, obturabitur, ſiue replebitur vallis montiũ eorum, hoc dicemus, ꝙ aduentus domini Saluatoris duob. inter ſe populis ſeparatis, obturet & repleat eã voraginem, quæ duos populos diuidebat, vt plana via ad ſe mutuo gradiantur.

ונסתם

a ¶ *Et erit in die illa, non erit lux, &c.*] Manifeſte de ſecundo Saluatoris prædicatur aduentu de quo & Ioãnes in Apocalypſi ſua loquitur: *Ecce veniet cũ nubibus, & videbit eũ omnis oculus, & qui eum cõpunxerũt.* Et dominus in euangelio ꝓnuntiat venturum filium hominis in nubibus cœli, cũ fortitudine & gloria multa. Veniet autẽ cũ fortitudine & gloria multa. *Veniet cum nubibus*, id eſt, Angelis, qui ſunt miniſtri ſpiritus & ad diuerſa mittuntur officia, & cũ prophetis atque Apoſtolis: de quibus ſcriptum eſt: *Veritas tua vſque ad nubes.* Cumque dies aduentus eius fuerit impletus, non erit lux, ſed frigus & gelu, refrigerata omniũ charitate, & præ multitudine malorũ quæ ſuperuentura ſunt, frigeſcentibus cunctis, & calorem priſtinæ fidei perdentibus. Poſtquam autem omnes peccatores frigus ſuum geluque contraxerit, vna dies erit atque perpetua: nequaquam ſibi luce & tenebris, die & nocte ſuccedentibus: ſed ipſe dominus erit lux omnium, de quo Eſaias plenius: *Non erit, inquit, tibi ſol in lucem diei: neque ortus lunæ illuminabit te per noctem: ſed erit tibi dominus lux æterna, & Deus tuus gloria tua.* Qui & in alio loco clamat ad Hieruſalem: *Illuminare illuminare Hieruſalem: venit enim lux tua ſuper te, & gloria Dei tui ſuper te orta eſt. Ecce enim tenebræ & caligo operient terram ſuper gentes: ſuper te autem apparebit dominus, & gloria Dei tui ſuper te orietur. Et ibunt reges in lumine tuo, & gentes in ſplendore tuo.* Si caligo & tenebræ operient terram ſuper gentes, quo modo rurſum gentes ambulabunt in ſplendore domini? Sed illæ gentes erunt in tenebris, quas frigus geluque contraxerit, & illæ ambulabunt in lumine domini, quæ ſecutæ fuerint reges, Apoſtolos & prophetas: de quibus ſcriptum eſt: *Cor regis in manu domini.* Denique in tempore veſperi, hoc eſt, tenebrarum & triſtitiæ omniũ peccatorum, ſanctis lux erit, & vna & æterna dies: ſi nota erit domino (neque enim ignorare poterit quã creauit) conſiderandum eſt quo modo dicat in Euangelio, quod diem illam nec Angeli nec filius nouerit: niſi ſolus pater.

Apoc. 1. b — Matt. 24. c — B — Pſal. 35. b — Matth. 24. b — Eſaia 60. d — Ibid. a — Sec. 70. — Prou. 21. a — Matth 24. d

b ¶ *Et erit in die illa, &c.*] In illo tẽpore (hoc enim ſignificat dies, quæ ſoli nota eſt domino, in qua non ſibi ſuccedent lux & tenebræ, ſed erit lumen perpetuũ: Iuxta illud ꝙ in Apocalypſi legimus: Et ciuitas non habebit neceſſariam lucem ſolis: quoniam dominus Deus omnipotens lumen eius erit) egredientur aquæ viuẽtes de Hieruſalẽ: de quibus ſupra ponẽtes Ezechielis teſtimonium, diſputauimus: quarum media pars ibit ad mare orientale: ꝙ Græcorum libri λίμνην ἀσφαλτῖτιν vocant, & vulgo mare appellatur mortuum, ex eo quod nihil in aquis eius poſſit viuere: Et media pars ad mare nouiſſimum, ꝙ ducit ad Ægyptum, & facit littora Paleſtinæ. In æſtate, inquit, & in hyeme ita erit: vt aquę iſtæ

Apoc. 21. g — Sup. 13. a

H E B.

a Et erit in die illa, non erit lux, ſed frigus & gelu. Et erit dies vna quæ nota eſt domino, non dies neque nox, & in tẽpore veſperi, erit lux. b Et erit in die illa, exibunt aquæ viuæ de Hieruſalem: medium earum ad mare orientale, & medium earum ad mare nouiſſimum: in æſtate & in hyeme erunt. Et erit dominus rex ſuper omnem terrã. c In die illa erit dominus vnus, & erit nomen eius vnum, & reuertetur omnis terra vſque ad deſertum: de colle Remmon ad auſtrum Hieruſalem, & exaltabitur, & habitabit

S E P T.

*non erit lux, ſed frigus & gelu erit vna die, & dies illa nota erit domino, & non dies neque nox, & ad veſperam erit lux. In die illa egredietur aqua viua de Hieruſalem: media eius pars ad mare primum, & media pars ad mare nouiſſimum: in æſtate & in vere erit ſic: & erit dominus in regem ſuper omnem terram. In die illa erit dominus vnus, & nomen eius vnum, circumiens omnem terram & deſertum à Gabaa vſque Remmon, ad auſtrum Hieruſalem: Rhama vero in loco permanebit, à porta Benia-*

C quæ exibunt de Hieruſalem, nec gelu conſtringantur hyemis, nec æſtatis nimio feruore ſiccentur, quamq̃ pro hyeme vernũ tempus Lxx. tranſtulerunt, ꝙ ad diſtinctionem æſtatis non conuenit. Cumque vitales aquæ vtrumq; mare fuerint ingreſſæ, & amaras aquas dulci flumine mitigarint: tũc erit dominus rex ſuꝑ omnẽ terrã. Aqua quæ egreditur de Hieruſalẽ, hoc eſt, de Eccleſia, doctrinã indicat Saluatoris. *De Sion enim egreditur lex, & verbum domini de Hieruſalem*, iuxta illud quod alibi ſcriptum eſt: *Repleta ſunt omnia ſcientia domini, ſicut aqua multa operiens mare.* Harum aquarũ media pars ibit ad mare orientale, populũ circunciſionis, qui in Apoſtolis & per Apoſtolos eſt electꝰ, & mediũ earum ad mare nouiſſimũ: vt de oriente & occidẽte veniãt qui accumbent cũ Abraham, Iſaac & Iacob. Vel certe oriẽtale mare & mare nouiſſimũ intelligamus vetus inſtrumẽtum & nouũ, quod niſi flumine Saluatoris & ſpirituali eius intelligẽtia fuerit dulcoratũ, amariſſimũ eſt, occidẽte littera & ſpiritu viuificante. Quodque ſequitur: *In æſtate & in hyeme erunt*: ſubauditur aquæ viuæ, quę egrediũtur de Hieruſalẽ: vt & in pace & in perſecutionibus iſtæ viuentes aquæ manare non ceſſent. Siue quia Lxx. tranſtulerunt: *In æſtate & in vere ita erit*: hoc dicamus, quod illo tempore non ſit hyems ſed ver, æſtaſq; perpetua: quando vox turturis audietur in terra noſtra, & ficus afferent groſſos ſuos, & vineæ florebunt, & hyems pertrãſibit, & pluuia recedet & abibit ſibi. In illo tempore ideo ver neceſſariũ erit: quia flores apparebunt in terra noſtra, vt celebremus Paſcha & Pentecoſtẽ: in quibus de terrenis tranſeamus ad cœleſtia, & omnes fructus noſtros offeramus Deo. In phaſe enim hyemis finis, veris exordium eſt: in Pẽtecoſte æſtatis principium: quando labores manuum noſtrarũ & fructuũ offerimus Deo. De hac æſtate & vere perpetuo iuſtus loquitur ad dominũ: *Tu fabricatus es aurorã & ſolẽ: æſtatẽ & ver tu plaſmaſti*: Tũc erit dominus rex ſuper omnem terram, quando dicemus: *Dominus regnauit, exultet terra.* Et iterum: *Dicite in gentibus, quia dominus regnauit: Etenim correxit orbem terræ, qui non commouebitur.* Aquam autem viuam recte à nobis doctrinam Saluatoris expoſitam, ſciet ille qui biberit, & qui Saluatorem audierit prædicantem: *Si quis biberit ex aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ viuentis, & ſalientis in vitam æternam.* Et rurſum: *Qui credit in me (ſicut dixit ſcriptura) de ventre eius egredientur flumina aquæ viuentis.* Sicut enim qui biberit de doctrina eius habebit in ſe fontem viuentem: ſic qui crediderit in eo (iuxta id quod ſcripturarum vocibus continetur) flumina aquę viuentis egredientur de ventre illius. Aquas viuentes multi ad baptiſmum referũt: quæ in vere & in æſtate, hoc eſt, in Paſcha & Pentecoſte ſitientibus largiendæ ſunt, quando implebitur quod ſcriptum eſt: *Lauamini, mundi eſtote.*

Eſa 2. a — Eſa. 11. e — Matt. 8. b — D — Cant. 2. e — Pſal. 73. c — Ibid 96. a — Ibid. 95. c — Ioan 4. b — Ibid 7. f

c ¶ *In die illa erit dominus vnus, & erit nomen eius vnũ, &c.*] Exructionem vrbis Hieruſalem, & aquarum egreſſum de medio eius, quæ ad vtrumque defluant mare, Iudæi & Chriſtiani Iudaizantes vltimo ſibi tempore repromittunt: quando rurſum exercenda circunciſio ſit, & immolandæ victimæ, & omnia legis præcepta ſeruanda: vt non Iudæi Chriſtiani, ſed Chriſtiani Iudæi fiant. In die, inquiunt, illi, quando Chriſtus in Hieruſalẽ aurea atq; gemmata ſederit regnaturus, nõ erunt idola, nec diuinitatis cultura diuerſa: ſed erit dominus vnus, & reuertetur omnis terra vſque ad ſolitudinẽ, id eſt, in antiquũ ſtatum, ponitq; locorum vocabula, à quo loco vſque ad quẽ locũ ædificanda ſit Hieruſalem:

Eſa 1. d



E lem: de colle Remmon (hoc n. Gabaa ſonat, vbi arbor malogranati eſt) vſq; ad auſtralem plagam Hieruſalem. Quodque ſequitur: Rhama autẽ in loco ſuo permanebit: melius interpretatus eſt Aquila & cæteri, qui poſuerunt, exaltabitur. Rhama quippe exaltatio dicitur, iuxta illud ꝓpheticale, & Euangelicũ: *Vox in Rhama audita eſt*, hoc eſt, in excelſis ſonuit. Exaltabitur itaq; Hieruſalẽ, & ædificabitur in loco priſtino, à porta Beniamin, vſq; ad portã quæ dicitur Angulorũ, & à turre Hananneel (non vt Græci & Latini malè legunt Anamael) vſq; ad torcularia regis: ꝙ Hebraicè ſcriptum eſt b המלך. *Et habitabũt*, inquit, *in ea*, h. e. in Hieruſalem, & anthema amplius non erit, nullus videlicet metus hoſtilis impetus, nulla formido: ſed ſedebit, vel habitabitur Hieruſalẽ æterna pace requieſcens. Hęc Iudæi iuxta literam ſomniant, & noſtri χιλιασταὶ, qui rurſum audire deſiderant. *Creſcite & multiplicamini, & replete terram*, & pro huius vitæ continentia breuiq; ieiunio, bulbos ſibi & vuluas & aues phaſidis, & attagenem, nequaquam Ionicũ, ſed Iudaicum repromittunt: de quibus vere poteſt dominus dicere: *Non permanebit ſpiritus meus in hominibus iſtis: quia carnes ſunt.* Caro enim pugnat contra ſpiritum, & ſpiritus contra carnem. Nec opponant nobis Ioannis Apocalypſin: quæ & ipſa ſpiritualiter diſſerenda eſt. Nos autem cœleſtem Hieruſalem interpretemur Eccleſiam, quæ in carne ambulans, non viuit ſecundum carnem, cuius municipatus in cælo eſt. Poſtquam n. dominus Ieſus rex fuerit ſuper omnem terram, de quo ad patrem Spiritus ſanctus loquitur per prophetam: *Deus iudiciũ tuum regi da, & iuſtitiam tuam filio regis*: tunc vnus dominus erit, de quo ſcriptum eſt: *Scitote quoniã dominus ipſe eſt Deus*: Et vnum nomen eius omni praua religione calcata, iuxta illud quod propheta decantat: *Domine Dominus noſter quam admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra.* Et rurſum: *Magnificaſti ſuper omnes nomen ſanctum tuum.* Et alibi: *Sicut nomen tuum Deus, ita & laus tua in vniuerſa terra*: de quo & Habacuc loquitur: *Laudis eius plena eſt terra.* De cuius gloria nominis ipſe Deus loquitur: Abſque me non ſcies Deum, & præter nomen meum, quod magnificatum eſt ſuper omnes. Tunc reuertetur omnis terra, in qua habitauere Iudæi vſque ad deſertum, id eſt, vſque ad populum gentium, qui prius deſertus erat, & legis notitiam non habebat: à Gabaa vſq; ad Remmon, hoc eſt, à colle vſque ad excelſum: quia de terra & deſerto ad colles, & de collibus ad montana cõſurgimus. Vnde & ſponſus in Cantico canticorum trãſilit colles, qui minores ſunt, & ſalit ſuper montes excelſos: de quibus ſcriptum eſt: *Montes excelſi ceruis.* Sin autem Remmõ malogranatum accipere volumus (vtrumq; enim apud Hebræos interpretatur) hoc dicamus, ꝙ fines Eccleſiæ de collibus incipiant, vt omnis ordo Eccleſiaſticus cõſtruatur: de quo ſupra diximus, quando interpretati ſumus planctũ vnigeniti, & planctũ ſicut Adadrimon. Nec hoc eſt Eccleſia ſine contenta: ſed perueniet vſq; ad auſtrum in luce pleniſſima, ſuper quo dudum expoſuimus. Et nunc idcirco reticemus, ne eadem ſæpius inculcantes lectori ſimus faſtidio. Et exaltabitur Eccleſia, quę cœpit à collibus & peruenit ad meridiẽ, & habitabit in loco ſuo, de quo ſcriptum eſt: *In loco paſcuæ ibi me collocauit.* A porta Beniamin, qui interpretatur, filius dexteræ, & non filius dierum, vt male quidam ſuſpicantur: aliud eſt enim ſi in c י litteram, aliud ſi in d ם finiatur. Et perueniet vſq; ad locum portæ orientalis & Prioris, vſq; ad portam Angulorũ. A virtute incipimus, hoc quippe dextera ſignificat, & peruenimus vſq; ad portã priorem, vt per eam ingrediamur ad cæteras: ſtatimq; nobis occur-

Matth 2. c — b hammelech — Geneſ. 1. d — Ibid. 6. a — Galat. 5. c — Apoc. 20. — F — Philip. 3. d — Pſal. 71. a — Deut. 4 f — Pſalm. 8 a — Ibid. 137. a — Pſal 47. b — Habac. 3. a — Oſee. 13. — Cantic. 2. a — Pſalm. 103 a — Sup. 12. d — Pſalm. 22. a — c nun — d mem

H E B.

bit in loco ſuo à porta Beniamin vſque ad locum portæ prioris, vſque ad portam Angulorũ, & à turre Hananeel vſque ad torcularia regis. Et habitabunt in ea, & anathema non erit amplius: ſed ſedebit Hieruſalẽ ſecura. a Et hæc erit plaga, qua percutiet dominus omnes gentes quæ pugnauerunt aduerſum Hieruſalem. Tabeſcet caro vniuſcuiuſque ſtantis ſuper pedes ſuos, & oculi eius cõtabeſcẽt in fora-

S E P T.

*Beniamin vſque ad portam primam, vſque ad portam Angulorum, & vſque ad turrem Anamael, vſque ad torcularia regis habitabunt in ea, & anathema vltra non erit, & habitabit Hieruſalem confidens. Et hæc erit ruina, qua percutiet dominus omnes populos, qui militauerunt contra Hieruſalem. Tabeſcent carnes eorum ſtantium ſuper pedes ſuos, & oculi illorum defluent de foraminibus eorum,*

G rit porta Angulorum, vbi angularis lapis eſt, quem reprobauerunt ædificantes, & factus eſt in caput anguli: qui angularis lapis parietem vtrumque connectit, & duos populos in vnum redigit: de quo & Deus loquitur per Eſaiam: *Ecce ponam in Sion lapidem angularem, electum, & pretioſum in fundamẽtis eius, & qui crediderit in eum non confundetur.* Hic lapis angularis & cæteros lapides angulares ſeperędificari ſibi voluit, vt Apoſtolus Paulus poſſet liberè dicere: *Ædificati ſuper fundamẽtum Apoſtolorum & prophetarum, ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu.* Hos lapides non imitantur hęretici, qui omnia glorię & lucri cauſa faciunt, & orãt in angulis platearũ, rectã ſemitam relinquentes. Omnis .n. angulus rectam lineã frangit, & idcirco meretrix in ꝓuerbiis, vtcumq; eam accipere voluerimus, cuius nõ quieſcũt pedes domi: ſed aut foris vagatur, aut in omnib. inſidiatur angulis platearũ, cum viderit iuuenem inſipientem (non inuitat enim quẽ ſenſerit eſſe prudentem & maturũ ſenectute, de qua ſcriptũ eſt: *Cani hominis ſapientia eius*) ſtatim apprehendit, & oſculatur atque blanditur, & ducit ad lupanar, & inuitat ad coitum. Relinquamus igitur ſimulatos angulos, & ad firmos atque robuſtos Chriſti angulos tranſeamus, ad quos cum peruenerimus, ſtatim nobis occurret turris Hananneel, ꝙ interpretatur gratiſſimus Dei. Quid enim turre Salomonis gratius eſt, de qua ad ſponſam dicitur: *Sicut turris Dauid ceruix tua, quæ ædiſicata eſt in Thalphioth: mille ſcuta pendent ſuper illam: omnia iacula potentium.* Hanc turrem dominus in Euãgelio ædificari vult expenſis prius & ſumptibus ſupputatis, & de qua dicitur ad Hieruſalem: *Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis*, de qua ſanctus ad dominum loquitur: *Deduxiſti me, quoniam factus es ſpes mea: turris fortitudinis à facie inimici.* De turre Hananeel peruenimus ad regis torcularia, pro quibus & tres pſalmi titulum habent. Et dominus dicit in Eſaia: *Torcular calcaui ſolus*, vt exuberet in illis noſtra vindemia, & exprimamus botros, & rubentia in Chriſti ſanguine muſta calcemus: vt bibamus vinum ꝙ lætificat cor hominis, & ſponſa deſiderat ſponſi ſodalibus loquens: *Inducite me in cellam vini, ponite ſuper me charitatem*: Si nos iſtiuſmodi inebriarint torcularia habitabimus in Hieruſalem, in qua anathema vltra non erit: maledictio videlicet & abominatio. Vnde dicit & Apoſtolus: *Si quis non amat dominum, ſit anathema.* Et in alio loco: *Nemo in ſpiritu Dei loquens, dicit anathema Ieſu.* Et pro fratrum ſalute anathema eſſe cupit, imitari volens dominum ſuum, qui & ipſe cum non eſſet maledictio, pro nobis factus eſt maledictio. Ablato autem omni anathemate habitabit Hieruſalem ſecura atque confidens, & illud in ſe exprimens: *Qui confidit in domino beatus eſt.* Et: *Melius eſt confidere in domino, quam confidere in homine*: de qua ſecuritate & confidentia Hieremias propheta commemorat: *Benedictus erit homo qui confidit in domino.*

Pſal. 107. d — Eſa. 28. d — Ephe. 2. d — Prou. 7. c — Sap. 4. b — חננאל — H — Cantic. 4. b — Sec. 70 — תלפיות — Luc. 14. f — Pſalm. 121. b — Pſalm. 60. a — Eſaia. 63. a — Pſal. 103. b — Cant. 2. a — Sec. 70. — 1. Cor. 15. d — 1. Cor. 12. a — Rom. 9. a — Galat. 3. c — Pſal. 117. a — Hiere. 17. c

a ¶ *Et hæc erit plaga, qua percutiet dominus omnes gentes, quæ pugnauerunt aduerſum Hieruſalem, &c.*] Quæ paſſuræ ſint gentes, quæ contra vrbem domini dimicabunt, præſens ſcriptura teſtatur: Stabunt, inquit, ſuper pedes ſuos, & caro eorum tabeſcet & defluet, & oculi eorum computreſcẽt, & de ſuis foraminibus excident: & lingua magniloqua q̃ Dei populum blaſphemabat, ſoluetur in ſaniem, & intra vallũ dentium computreſcet. Hæc paſſos non eſſe Romanos, qui Hieruſalem ſubuerterunt, cunctis perſpicuum eſt: niſi forte Iudęi illas nationes aſſerãt perpeſſuras, quę contra aureã & gemmatam dimicaturæ ſunt Hieruſalem. Nos autem dicemus, omnes perſecutores, qui afflixerũt Eccleſiã domini, vt

A ni,vt taceamus de futuris cruciatibus,etiam in præſenti ſæculo recepiſſe quæ fecerint. Legamus eccleſiaſticas hiſtorias:quid Valerianus,quid Decius,quid Diocletianus,quid Maximianus , quid ſæuiſſimus omnium Maximinus , & nuper Iulianus paſſi ſint, & tunc rebus probabimus etiam

HEB.

foraminibus ſuis , & lingua eorum contabeſcet in ore ſuo. a In die illa erit tumultus domini magnus in eis, &apprehendet vir manum proximi ſui , & conſeretur manus eius ſuper manum proximi ſui. Sed & Iuda pugnabit aduerſum Hieruſalem , & congregabuntur diuitiæ omniũ gentium in circuitu, aurum & argentum & veſtes multæ ſatis. b Et ſic erit ruina equi & muli , & cameli & aſini , & omnium iumentorum quæ fuerint in caſtris

SEPT.

*rum , & lingua eorum tabeſcet in ore eorum. Et erit in die illa ſtupor domini magnus ſuper eos, & apprehendet vnuſquiſque manum proximi ſui, & adhærebit manus eius in manu proximi ſui , & Iudas præparabitur in Hieruſalem , & congregabit robur omnium populorum per circuitum,aurum & argentum & veſtes multas nimis. Et hæc erit ruina equorum & mulorum , camelorum , & aſinorum , & omnium iumentorum , quæ fuerint in*

iuxta litterã , prophetiæ veritatem eſſe cõpletam : ꝙ computruerint carnes eorũ, & oculi cõtabuerint,& lingua in pedorẽ & ſaniẽ diſſoluta ſit. Porro ſi ex hoc dicto hæreticis crudelitas Dei videtur oſtendi , audiant hæc vniuerſa fieri,vt deficientib.malis ſuccreſcant bona. Qui.n. in domino & cũ domino ſteterit, defluẽt eius carnalia, vt oriãtur ſpiritualia : & oculi qui male videbant, cadent de foraminibus ſuis,vt alii reponãtur, qui poſſint dominũ ſuſcipere cum propheta dicẽte:
Pſal.122.a *Ad te leuaui oculos meos,qui habitas in cælis.* Et lingua blaſphemans ideo computreſcet, vt altera lingua naſcatur , quæ glorificet Deum,& poſſit di-
Ibid.70.d cere: *Lingua mea meditabitur iuſtitiam tuam , tota die laudem tuam.* Vnde & Simeon ſuſcipiẽs in vlnis infantẽ, & futu-
Luc.2.c ra prænuncians,ait: *Ecce hic poſitus eſt in ruinam,& reſurrectio-*
Ioann.9.g *nem multorum:* vt mala cadant,& optima ſuſcitentur. Vnde & dominus: *In iudicium,*inquit, *ego veni in hunc mundum , vt*
B *qui non vident,videant:& qui vident,cæci fiant.* Non videbat gentilium populus , & poſt fidem Chriſti cœpit veritatis
Eſai.61.c lumen aſpicere,quæ loquitur per prophetam: *Spiritus domini ſuper me,propter quod vnxit me: Euangelizare pauperibus miſit me,prædicare captiuis remiſſionem , & cæcis vt videant , & illu-*
Eccleſ.8.a *minentur ſapientia,*de qua ſcriptum eſt: *Sapientia hominis illu-*
Pſal.145.b *minat faciem eius* : Et in pſalmis legimus : *Dominus illuminat cæcos* , ſiue ſapientes facit : Hoc enim magis ſignificat
פקח σοφοῖ. Videbant Iudæi , & quia lumen recipere noluerunt, æterna cæcitate cooperti ſunt.

a ¶ *In die illa erit tumultus domini magnus in eis, & apprehendet vir manum proximi ſui , &c.*] Cum hæc fuerint expleta miracula : vt caro hoſtium defluat , tabeſcant oculi,lingua in ore blaſphemantium computreſcat : Tunc erit magnus
מהומה tumultus,ſiue ſtupor in eis : hoc enim ſignificat ἔκστασις, quã
ſup.12 Lxx. tranſtulerunt. *Et apprehendet vnuſquiſque manum proximi ſui,*& conſeretur manus cum alterius manu , præ formidine & malorum pondere quæ ſuperuenient : Iudas quoque pugnabit cõtra metropolim (de quo & ſupra diximus) & à domino conceſſa victoria,cõgregabuntur diuitiæ omnium gentium,quæ militauerunt contra Hieruſalem : aurũ & argentum& veſtium multitudo,quæ in rebus pretioſiſſima ſunt. Hæc ſibi infelix Iudæa promittit,aurum accipere ſperans,quæ triginta argenteis dominum appretiauit: Nos autem cœptum ſequentes ordinẽ, omnia iſta referamus ad Eccleſiæ beatitudinem: ꝙ cuncti , qui in ea fuerint, admirentur ſubiectionem hoſtium,& ſuam felicitatem & vnuſquiſq; apprehendat manum proximi ſui,vt conſerant dextras,& mutua fide ac neceſſitudine copulentur. Quod autem in Hebraico legimus : *Et Iudas pugnabit aduerſus Hieruſalem* , pro quo Lxx. tranſtulerunt : *Et Iudas præparabitur in Hieruſalem:* Vtroq; modo accipiamus, quod Iudas qui quõdam domini confeſſus eſt nomen , & in perſecutionibus coactus , Chriſti populũ perſecutus eſt , & ipſe vertatur ad lætitiam. Vel certe Iudas,omnis confitens& fidelis,nõn aduerſum Hieruſalem pugnet , ſed præparet ſe in Hieruſalẽ, vt contra aduerſarios dimicet. Et cõgregabit ipſe Iudas diuitias omnium gentium in circuitu:aurum & argentum & veſtes multas nimis. Aurum & argẽtum in ſenſu & ſermone intelligi ſæpe diximus: vnde & veſtes æque debemus accipere , quibus Chriſti decoratur Eccleſia:de qua ſcriptum

C
eſt: *Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato , circundata* Pſal. 44.
*varietate.* Quibus veſtibus indutam ſe credentium turba lætatur , & dicit: *Exultabo in domino , quia induit me veſtimentis* Eſa.61.c Sec70.
*ſalutis, & tunica lætitiæ:* Dixerat enim ei dominus: Veſtiui te Ezec 16.c
τριχάπτοις & byſſinis. In τριχάπτοις veſtes tenues accipiamus, Sec. 70.
quæ tam pulchræ ſunt atque ſubtiles , vt capillorum ſimiles eſſe videantur. Has veſtes Eccleſia congregat,vt habeat quibus induat populũ ſuum; cui à vero concionatore præceptum eſt: *In omni tempore* Eccleſ 6.b
*ſint veſtimenta tua candida.*

b ¶ *Et ſic erit ruina equi & muli , &c.*] Et hæc Iudæi ſub λήμματι ſuo carnaliter explẽda contendunt. Grandis reuera fortitudo : vt corruãt in caſtris hoſtium equi & muli, cameli & aſini , & omnia iumenta eorum,ſicut & homines corruerant. Magnus triũphus, glorioſa victoria , bruta animalia Deo pugnãte ſuperari. Dicamus ergo iuxta cæptã tropologiam : ꝙ idcirco omnia mala corruant,quę prius contra Eccleſiã dimicauerunt,vt bona repente conſurgant. Deniq; qui prius e- Hier.5.c
quus fuerat hinniens ad vxorem proximi ſui , & impatiens ad libidinem ferebatur , & iacebat in turpitudine voluptatum : cum ſequi cœperit caſtitatem dicetur ad eum. *Surge,eamus hinc.* Et : *Surge , veni* Ioan. 14.d
*proxima mea.* Et in Apoſtolo : *Surge qui dormis , & exurge à* Cant.2.d
*mortuis,& illuminabit te Chriſtus.* Cumque ſurrexerint qui Epheſ.5.d
ante ceciderant equi , & mollia terga domino præbuerint
D
ad ſedendum , dicent ad Deum : *Aſcendes ſuper equos tuos, &*
*equitatio tua ſalus.* Iuxta hunc ſenſum mulos accipiamus, Habac.3.c
qui ſteriles ſunt & non procreant filios , ſed voluptate laſciuiunt : de quibus pſalmiſta commemorat : *Nolite fieri ſi-* Pſal. 31.c
*cut equus & mulus , quibus non eſt intellectus.* Sicut ergo qui proni ſunt ad libidinem , equi appellantur : ſic mulos iuſte vocabimus , qui virgines ſunt carne & non ſpiritu: qui eunuchizantur non propter regna cœlorum , ſed propter hominum voluptatem. Cum igitur iſti muli & iſti eunuchi verſi fuerint in progeniem,& ſpirituales filios procrearint , audient per Eſaiam : Et *ne dicat Eunuchus , quoniam ſum* Eſaia 56. b
*lignum aridum. Hæc enim dicit dominus eunuchis: qui cuſtodierint ſabbatha mea , & elegerint quæ volui , & tenuerint fœdus meum: dabo eis in domo mea , & in muro meo locum nominatum , & nomen melius à filiis & filiabus : nomen ſempiternum dabo eis , quod non deficiet.* Tales mulos & mulas habebant reges Iſraël: 2.Reg.13.f
& maxime Dauid , qui refertur ad Chriſtum. Si intelleximus qui ſint equi & muli ruentes & conſurgentes , tranſ- 3.Reg.1.c
eamus ad camelos,animal ruminans , vngulamq; non findens:Et dicamus camelos eſſe omnes peccatores terræ,qui Leuit.11.a
graui peccatorũ ſarcina deprimuntur: & videntur ſibi ſanctas ſcripturas legere:ſed vngula non findunt, ruminantes eloquia diuina,& ea quæ ſcripta ſunt negligentes. Rectius autem camelus dici poteſt populus Iudæorũ,qui & ipſe legem Dei meditatur , & eam ruminat , & voluit in pectore, ſed non diuidit vngulã,vt credat in patrem & in filium , & in eo immundus eſt,quod nequaquã ſeparat litteram à ſpiritu,vmbram à veritate, & portat legis onera , & audit per prophetam: *Væ gens peccatrix,populus plenus delictis.* De iſtiuſ- Eſaie 1.a
modi camelo qui ruminat,vngulamq; non findit,& in prouerbiis quaſi ad filium dicitur: Qui relinquit cuſtodire diſciplinam patris,meditabitur eloquia mala. Poſt camelum tranſeamus ad aſinum , qui quondam ferebatur infrenis & immundus erat,& multos habebat dominos, & per præcipitia labebatur:vt corruens repente conſurgeret,& portaret dominũ Saluatorem , & ingrederetur in ſanctam Hieruſa- Matth.21.a
lem,& eum paruulorum turba credentium ſuſciperet triũphantem. Hunc aſinum ad vitem & vineã Saluator dicitur

alligaſſe,



E
alligaſſe,de qua in pſalmis ſcriptum eſt : *Vineam tranſtuliſti*
Gen.49.b *ex Ægypto,& eiecisti gentes,& plãtaſti eam:* ad quam ipſe vini-
Pſal. 79.b tor loquitur: *Ego plantaui te vineam frugiferam totam veram.*
Hier.2.d Omnia quoque iumenta & animantia, quæ vno nomine propheta comprehẽdit, pro ſingulorum naturis interpre-

HEB.

caſtris illis, ſicut ruina hæc. a Et omnes qui reliqui fuerint de vniuerſis gẽtibus, quæ venerint contra Hieruſalẽ, aſcendent ab anno in annum, vt adorent regem dominum exercituum , & celebrent feſtiuitatem tabernaculorum, b Et erit, qui non aſcenderit de familiis terræ ad Hieruſalem , vt adoret regẽ dominum exercituũ, non erit ſuper eos imber. c Quod etſi familia Ægypti non aſcenderit, & non venerit, nec ſuper eos erit, ſed erit ruina, qua percutiet dominus omnes gentes, quæ non aſcẽderint ad celebrãdum feſtiuitatem tabernaculorũ. Hoc erit peccatum Ægypti, & hoc peccatum omniũ gentium quæ non aſcenderint ad celebrandũ feſtiuitatem tabernaculo-

SEPT.

*in caſtris illis iuxta ruinam hanc. Et erit quicumque derelicti fuerint de cunctis gentibus , quæ venerint contra Hieruſalẽ, aſcendent per annos ſingulos , vt adorent regem dominum omnipotentem, & celebrent feſtiuitatem tabernaculorum. Et erit, qui non aſcenderint de familiis terræ ad Hieruſalem,vt adorent regem dominum omnipotentem, & iſti illis apponentur. Sin autem tribus Ægypti non aſcenderit , nec venerit illuc , & ſuper eos erit ruina , qua percutiet dominus omnes gentes, quæ non aſcenderunt vt agerent ſolemnitatem ſcenophegiæ. Hoc erit peccatum Ægypti , & peccatum omnium gentium quæ non aſcenderint , vt celebrent feſtiuitatem ſcenophegiæ. In*

tãda ſunt, & hoc magis Dei filio conuenit,quam ea, quæ ſtulta populus Iudæorum vaticinatione præſumit.

a ¶ *Et omnes qui reliqui fuerint de vniuerſis gẽtibus, &c.*] Omnes,inquit,qui relicti fuerint de cunctis gentibus,quæ venerint cõtra Hieruſalem, aſcendent per ſingulos annos: vt adorent regem dominum exercituũ,& celebrẽt feſtiuitatem tabernaculorum. Hæc quoque Iudęi caſſa ſpe in mille annorum regno futura ꝓmittunt: cuius ſolemnitatis iſtud exordium eſt : Egreſſus popul⁹ Iſrael de Ægypto per vaſtam & terribilem ac latã ſolitudinem, in qua non erat domus, villa,oppidũ,ſpecus, faciebat ſibi tabernacula atq; tentoria (quæ nũc à ſimilitudine paruulę auis papilliones vocãtur) in quibus cum coniugibus morarentur, ac liberis,& cibum caperent,& per diem ſolis ardores, per noctẽ humorẽ & frigus & roris iniuriam deuitarent : iuſſumq;
Leuit.23.f eſt vt in menſe ſeptimo quin-
Deut.16.b tadecima die mẽſis fieret tabernaculorum ſolennitas. *Et cum te,*inquit, *interrogauerit fi-*
F *lius tuus cras,dicẽs: Quid ſibi volunt hæc tabernacula? reſpondebis ei:* multo tẽpore peregrinati ſumus in Ægypto de qua eduxit nos dominus in ſolitudinem,& idcirco tabernacula ſuſcitamus:vt beneficiorum Dei omni tempore recordemur, cum cœperimus habitare in vrbibus. Præcepit quoque vt
Leuit.23.g Sec.70. facerent tabernacula de ligno pulcherrimo, quod Iudæi cedrum vocant, & de palmarum ramis ac frondibus ligni denſiſſimi,& ſalicis & populi. Hiſtoriæ iecimus fundamẽ-
ἴτεας καὶ ἄγνου. ta vt ex his ad ſpiritualia trãſeamus: Quamdiu in profectu ſumus & in curſu atque certamine, habitamus in tabernaculis: hoc omni mente nitentes, vt de tabernaculis ad firmam & ſtabilem ſedem tranſeamus, id eſt, domum Dei. Vnde & ſanctus Dauid dicit in pſalmo: *Heu mihi quia incola-*
Pſal. 119.a *tus meus prolongatus eſt.* Et: *Aduena ego ſum & peregrinus ſicut*
Pſal. 38.c *omnes patres mei.* Hoc loquitur qui in Ægypto eſt, & adhuc in ſæculo cõſtitutus. Qui autem egreditur de Ægypto (quæ
a Meſraim. Hebraice dicitur a מצרים & interpretatur tribulatio) & ingreditur vitiorum ſolitudinem, carpit iter ſuum, & dicit
Pſal. 41.a in pſalmo: *Pertrãſibo in locum tabernaculi admirabilis vſque ad domum Dei.* Admirabile eſt enim nolle habitare cum Ægyptiis: ſed ſubmerſo Pharaone terrã cupere repromiſſionis
Pſal. 83.a intrare. Vnde & alibi loquitur: *Quam dilecta tabernacula tua domine virtutũ : concupiſcit & deficit anima mea in atria domini.*
Ibid 117 b Et poſt paululũ: *Beati omnes qui habitãt in domo tua domine : in*
Ibidem. *ſæcula ſæculorũ laudabunt te. Vox* enim *exultationis & ſalutis in*
Prou.12 a *tabernaculis iuſtorum.* Et in prouerbiis ſcriptum reperimus:
& 14. b Sec. 70. *Domus iuſtorum permanent, & tabernacula eorum qui recte agũt*
Pſal.26.b *ſtabunt.* De domibus quod permaneant: de tabernaculis ꝙ ſtatura ſint,pollicetur. Dicit & in alio loco ſanctus vir: *Vnũ petiui à domino,hoc requirã: vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vitæ meæ: vt videã delectationẽ domini, & viſitem tẽplum eius.* Qui in iſtiuſmodi habitat tabernaculis, & de tabernaculis ad atria,& de atriis ad domum, & de domo ad templum domini ire feſtinat : debet celebrare ſolennia ta-

G
bernaculorum in ligno ſapientiæ pulcherrimo: de quo in
Prouerbiis dicitur: *Lignum vitæ eſt omnibus qui appropinquãt* Leuit.23.f
*ei,& qui reclinant ſuper eam, quaſi ſuper dominum firmati ſunt* Prou 3.c
Et in ramis palmarum,in quibus ſignum victoriæ& virtu- Sec. 70.
tis præmium continetur,& in frondibus denſiſſimæ arboris,quã myrtum Iudæi intelligunt,propter mortificationem carnis ac libidinũ. Vnde Matth. 2.b
& domino Saluatori à Magis myrrha offertur in munere:Et in ramis,inquit, ſalicis & populi: quã quidã vnã arborem vocant:ipſumq; ligni nomen, quod Græce dicitur ἁγνός,indicat caſtitatem. Aiũt medici,& hi qui de arborum & herbarũ ſcripſere naturis, quod ſiquis florem ſalicis,ſiue populi mixtum aqua biberit, omnis in eo frigeſcat calor & libidinis vena ſiccetur, vltraq; filios generare nõ poſſit. Qui talium arborũ ramis protectus fuerit,exerceat feſtiuitatẽ tabernaculorũ:ſextum mẽſem tranſiens,qui refertur ad mũdum,&in ſeptimo agens ſabbathũ ſpirituale,in quintadecima die mẽſis eiuſdem, quando noctis luna pleniſſima eſt,& omnes eius tenebræ claro lumine reſoluũtur. Hęc breuiter diximus olim animo cõtemplantes librorum magnitudinem, vt ad reliqua tranſeamus.

b ¶ *Et erit qui non aſcenderint de familiis terræ, &c.*] Pro eo ꝙ
H
Lxx. trãſtulerũt , καὶ οὗτοι ἐκείνοις προστεθήσονται, id eſt , & iſti illis apponẽtur. in Hebraico ſcriptum eſt : f עליהם יהיה הגשם ולא,quod Aquila & Symma- f velo alehem ihie haggaſem
chus & Theodotio ſimiliter interpretati ſunt, & non erit ſuper eos imber. Eccleſia domini Ieſu appellatur cœleſtis Hieruſalem,de qua Apoſtolus ſcribit: *Quæ autem ſurſum eſt* Galat. 4.d
*Hieruſalem,libera eſt,quæ eſt mater omnium noſtrorũ.* Et: *Acceſ-* Hebr. 12.f
*ſiſtis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis Hieruſalẽ cœleſtem.* Et hæc Hieruſalem non eſt in locis humilib⁹ ſita, ſed in monte excelſo,de qua Saluator loquitur: *Non poteſt ciuitas abſcondi ſuper montem poſita.* Vnde qui adoraturus eſt do- Matth. 5.b
minum exercituum in Hieruſalem, debet ad mõtana conſcendere. Qui autem de familiis ac tribub⁹ terrę eſt,& idcirco dominum non poteſt adorare : non erit ſuper eum imber temporaneus & ſerotinus : nec terra illius pluuiis cœli rigabitur. Siue vt verterunt Lxx. ὅσοι ἐὰν μὴ ἀναβῶσιν ἐκ πασῶν τῶν φυλῶν τῆς γῆς εἰς Ἱερουσαλὴμ τοῦ προσκυνῆσαι τῷ βασιλεῖ κυρίῳ παντοκράτορι, id eſt, *qui non aſcenderint de familiis terræ ad Hieruſalem, vt adorent regem dominum omnipotentem*: cum illis reputabuntur qui pugnauerunt aduerſum Hieruſalem,& quorum tabeſcet caro, & oculi defluent, & lingua putreſcet.

c ¶ *Quod & ſi familia Aegypti nõ aſcenderit, &c.*] Qui Ægyptius eſt & gentium cæterarũ, quamdiu Ægyptius & ethnicus permanet,non aſcendet in Hieruſalẽ,& quia aſcendere non poteſt,nec gradum ad excelſa ſubrigere:ideo nõ erit ſuper eũ imber dominicæ benedictionis. Et hoc peccatum erit maximum Ægyptio , Aſſyrio, Chaldæo, Syro, Moabitæ & Ammonitæ:ſi noluerint egredi de terris ſuis, & aſcendere Hieruſalem:vt per tabernacula tranſeant in Hieruſalem,& inueniant æternam domum ; aliarumque Ioann.1.g
gentium homines eſſe deſiſtant:& efficiantur Iſraelitę , in quibus dolus nõ eſt. Hæc omnia, quæ nos celeri ſermone perſtringimus,Iudæi,& Iudaizãtes noſtri ( imo nõ noſtri, quia Iudaizantes)ſperant futura corporaliter:vtiq; & cir-



cumci

A cumciſionem ſibi, & coniugia in mille annorum imperio promittentes: ne impleatur in illis maledictio, quæ ſcripta (Eſaiæ 31.g Sec.70.) eſt: *Maledicta ſterilis quæ non facit ſemen in Iſrael.* Et: *Beatus qui habet ſemen in Sion, & domeſticos in Hieruſalem.* Quod ſi verũ eſt omnes virgines, quas mille annorum regnum inuenerit, maledictioni & ſterilitati perpetuæ ſubiacebũt: aut certe nupturæ ſunt, vt maledictionem effugiant.

HEB.

culorum. a In die illa erit quod ſuper frenũ equi eſt, ſanctum domino, & erunt lebetes in domo domini quaſi phialæ coram altari. Et erit omnis lebes in Hieruſalem, & in Iuda ſanctificatus domino exercituum. b Et venient omnes immolantes, & ſument ex eis, & coquent in eis: & non erit mercator vltra in domo domini exercituum in die illo.

SEPT.

*In die illa erit quod ſuper frenum equi eſt, ſanctum domino omnipotenti, & erunt lebetes qui in domo domini ſunt ſicut phialæ ante domũ altaris, & erit omnis lebes in Hieruſalẽ & in Iuda ſanctus domino omnipotenti. Et veniẽt omnes qui immolant, & ſument ex eis, & coquent in illis, & nõ erit Chananæus vltra in domo domini virtutum in die illo.*

a ¶ *In die illa erit quod ſuper frenum equi eſt, ſanctũ domino, & erunt lebetes in domo domini quaſi phialæ coram altari. Et erit omnis lebes in Hieruſalẽ, &c.*] Verbum Hebraicũ g מצלות: (g meſilloth) Aquila & Theodotio βυθὸν interpretati ſunt, id eſt, profundum: Symmachus ἀσκίαστον σύσκιον, id eſt, inceſſum vmbroſum. Soli LXX. τὸν χαλινὸν, id eſt, frenum tranſtulerunt: quos & nos in hoc loco ſecuti ſum⁹: ne nouum aliquid in quæſtione vulgata videremur afferre. Quod cũ ab Hebræo quærerem quid ſignificaret, ait mihi, non debere nos legere h מצולות (h meʿoulorh) ſed i מצילות (i meſiloth): quod ſignificat phaleras equorum, & ornatum bellicum, & excepto hoc loco, in nullo penitus ſanctarum ſcripturarum volumine hoc verbum reperiri. Frenum autem lingua Hebraica k רסן (k reſen) appellari, & non l מצולות (l meſouloth), quod LXX. tranſtulerunt, & eſſe ſenſum: Tempore ſolennitatis perpetuæ, & regni Hieruſalem, pacatis omnibus & tranquillis, nequaquam opus eſſe equitatu (quod genus bellantium fortiſſimum eſt) ſed omnem ornatum & decorem phalerarum ad cultum domini conferendũ. Hoc illi dixerint: Nos equorum profundum & ἀσκίαστον σύσκιον, id eſt, inceſſum vmbroſum,
B ſiue tenebroſum, referamus ad ſcientiam myſticam: quam & Dauid quaſi equus optimus ſe habere iactabat, dicens: *Incerta & occulta ſapiẽtiæ tuæ manifeſtaſti mihi.* (Pſal. 50.b) Et Apoſtolus: *O profundum diuitiarum ſapientiæ & ſciẽtiæ Dei: quã inſcrutabilia ſunt iudicia ei⁹, & inueſtigabiles viæ ei⁹*: (Rom. 11.d) De hoc profundo propheta clamauit ad dominũ, & exaudiuit eum. (Pſal. 129.a) In his profundis & tenebris poſuit Deus latibulum ſuũ: (Pſal. 17.b) has tenebras & ſacramenta diuina ingreſſus eſt Moyſes in Sina montis caligine, vt videret Deum: (Exod. 19.c) de quibus & Dauid in pſalmo alio loquebatur: *Iudicia domini abyſſ⁹ multa.* (Pſalm. 35.b) Hæc arcana, & iſta myſteria sãcta ſunt dño, quæ nouerat euãgeliſta Ioãnes, qui auſus eſt dicere, quod angeli forſitã neſciebant: *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbũ.* (Ioann. 1.a) Et idcirco amatur à domino: quia optimum habebat profundum, & recubuerat ſuper pect⁹ Ieſu: (Ioan. 19.21) vnde & hauſerat ſapientiam. Sin autem voluerimus, vt LXX. tranſtulerunt, frenum accipere ſermonem Dei: intelligamus in freno eum qui equos inſanientes libidine, & mulos ſteriles atque laſciuos refrenat à vitiis, & coercet, & non patitur ire per præceps, de quibus dicitur: *Nolite fieri ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus: In freno & chamo maxillas eorum conſtringe, qui non approximant ad te.* (Pſal. 31.c) De hoc freno & Iacobus loquitur: (Iacob. 3.a) In equorum ora mittimus frenos, & omne corpus eorum circumaginius, vt ſcilicet recto gradiantur itinere, & mollia ad ſedendum domino poſſint terga præbere. Tale frenum & talis ſermo
C auri & argenti varietate compoſit⁹, feros equos Saluatori præparat ad ſedendum, & ſanctos facit, ac proprie illius cultui cõſecratos. Audiui à quodam rem ſenſu quidẽ pio dictam, ſed ridiculam: Clauos dominicæ crucis, è quibus Conſtantinus auguſtus frenos equo ſuo fecerit, ſanctum domini appellari. Hoc verum accipiendum ſit lectoris prudentiæ derelinquo. Nos tranſeamus ad lebetes, qui futuri ſunt in domo domini, quaſi phialæ altaris Erit enim omnis lebes in Hieruſalem & in Iuda ſanctificatus domino omnipotenti. Amen tæneos lebetes, qui amauerunt ollas Ægyptias, & carnes, & pepones, & allia, & cepe, & cucumeres. (Num. 11.a) Nos Iudaicos lebetes, in quibus coquebantur carnes victimarum, vertamus in phialas aromatum coram altari domini, de quibus ſponſa dicit ad ſponſum: *Fratruelis meus deſcendit in hortum meum ad phialas aromatum, paſcere in hortis, & colligere lilia:* (Cant. 6.a Sec.70.) Hortus & paradiſus in quem ſponſus deſcendit ad ſponſam, ſanctarum lectio ſcripturarum eſt: de quibus lilia & violas & roſas & varia decerpit aromata: vt impleat phialas animarum credentium, & domino ex eis liba defundat. Iſtiuſmodi lebetes, cum verſi fuerint in phialas domini, & dicere potuerint: *Chriſti bon⁹ odor ſumus,* (2.Cor.2.d) & pro virulẽtia carnium, varios cœperint flores geſtare virtutum: tunc erũt in Hieruſalem & in Iuda ſanctificati domino omnipotenti, de quibus frequentius diximus, quod Hieruſalem viſionem pacis, & Iudas exprimat confitentem.

b ¶ *Et venient omnes immolantes, & ſument ex eis, & coquẽt in eis, & non erit mercator vltra in domo domini exercituũ in die illo.*] Pro m כנעני (D m cenaani) Aquila interpretatus eſt mercatorẽ, quem & nos in hoc loco ſecuti ſumus. Cum lebetes fuerint verſi in phialas, venient omnes in circuitu nationes: ſiue qui relicti fuerint de vniuerſis gentibus immolant ei, & ſument lebetes, & coquent in eis carnes victimarum, vt nõ crudas carnes agni comedant, ſed omni carnium humore decocto, remaneat quod igne paratum fuerit ad veſcendum. Quæ ſint phialæ corã altari domini, in quas lebetes Iſraelitici conuertantur, & ſupra diximus, & nũc ex parte dicemus. Laudat ſponſa in cantico canticorum ſpõſum ſuum, *Maxillæ eius ſicut phialæ aromatum.* (Cantic. 6.a Sec.70.) In maxillis ſermo accipitur, qui prolatus à domino, varia vnguenta depromit, & tanta erit boni odoris fragrantia, vt faciat ſibi dominus flagellum de ſcripturarum textuum teſtimoniis, & eiiciat de templo vendentes & ementes, & dicat ad eos: *Scriptum eſt, Domus patris mei, domus orationis vocabitur cunctis gẽtibus: vos autem feciſtis eã domum negotiationis.* (Matth. 21.b) Quidam illud quod in Daniele ſcriptum eſt, licet in Hebraico non legatur: *Semen Chanaan & non Iuda*: (Dan 13.f) & quod ab Oſee propheta de Ephraim dicitur: *Particeps idolorum Ephraim poſuit ſibi ſcandala, prouocauit Chananæos, fornicantes fornicati ſunt:* (Oſee. 4.d) huic coaptant loco, & omnem fornicatorem, Chananæum & alienigenam appellari volunt, quem de domo Dei aſſerunt auferendum.

*Commentarii in Zachariam prophetam finis.*





E G

# DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN MALACHIAM PROPHETAM, AD MINERIVM ET ALEXANDRVM MONACHOS,

## PROOEMIVM.

*VLTIMVM duodecim prophetarum Malachi interpretari volumus, cuius nomen Septuaginta tranſtulerunt τοῦ ἀγγέλου αὐτοῦ, id eſt, Angeli eius, dicentes: Aſſumptio verbi domini ſuper Iſrael in manu Angeli eius: pro quo in Hebraico legitur a* מלאכי (a malachi) *quod rectius & expreſſius dicitur, Angelus, id eſt, nuntius meus. Nec putandum eſt iuxta quorundam opinionem, Angelum veniſſe de cælo, & aſſumpſiſſe corpus humanum: vt Iſraeli, quæ à domino ſunt mandata, loqueretur. Si enim interpretanda ſunt nomina, & ex nominibus non ſpiritualis intelligentia, ſed hiſtoriæ ordo texendus eſt: ergo & Oſee qui Saluator dicitur, & Iohel qui interpretatur, Dominus Deus, ſiue incipiens, & cæteri prophetæ non erunt homines, ſed vel Angeli, vel Dominus atque Saluator: quia hoc eorum nomina reſonant.* (הושיעאל) *Denique exceptis Septuaginta alij interpretes nomen Malachi, ita vt in Hebræo legitur tranſtulerunt.* (Malach. 2.) *Malachi autem Hebræi Ezdram exiſtimant ſacerdotem: quia omnia quæ in libro illius continentur, etiam hic propheta commemorat dicens: Labia ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore eius: quia Angelus domini exercituum eſt. Tempus quoque tituluſque conueniunt: quod & in pſalmis diximus, qui titulos non habent, eorum eſſe credendos, quorum priores pſalmi nominibus prænotati ſunt. Igitur & Malachi, id eſt, Ezdras, poſt Aggeum & Zachariam, qui ſub Dario prophetauerunt, fuiſſe credendus eſt.* (1. Eſdr. 9.) *Et propterea titulum non habere, quia liber eius pro titulo ſit. In quo diſcimus, quod in regno Artaxerxis regis Perſarum Ezdras filius Samariæ, & cæterorum, vſque ad eum locum vbi dicitur: Filius Phinees, filij Eleazar, filij Aaron ſacerdotis, ab initio aſcenderit de Babylone, & dederit ei rex ſecundum manum domini Dei ſui omnem petitionem eius: aſcenderintque cum illo de filijs Iſrael & de filijs ſacerdotũ, & de filijs Leuitarũ, & de cãtoribus, & de ianitoribus, & Nathinneis in Hieruſalẽ, anno ſeptimo Artaxerxis regis, & venerint in Hieruſalẽ menſe quinto, ipſe eſt annus ſeptimus regis: quia in primo die menſis primi cœpit aſcendere de Babylone, & in primo menſis quinti venit in Hieruſalem. Hæc mi Mineri & Alexander, non tã ſanguine quam religione concordes, ne ſuſceptum opus dimitterem prophetarum, & extra ordinario vobis labore ſudarem, breuiter in proœmio ſum locutus, vt proponens verba Malachi, primum iuxta* Hebraicam *veritatem, deinde iuxta Septuaginta interpretes, orationum veſtrarum fultus auxilio, ediſſeram quæ ſequuntur.* H *Scripſit in hunc librum Origenes triã volumina: ſed hiſtoriam omnino non tetigit, & more ſuo totus in allegoriæ interpretatione verſatus eſt, nullam Ezdræ faciens mentionem: ſed Angelum* F *putans fuiſſe qui ſcripſit: ſecundum illud quod de Ioanne legimus:* (Matth. 11.b) Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam. *Quod nos omnino non recipimus: ne animarum de cælo ruinam ſuſcipere compellamur. Alios commentarios in hunc prophetam legiſſe me neſcio: excepto Appollinaris breui libello: cuius non tam interpretatio quam interpretationis puncta dicenda ſunt.*

## COMMENTARII HIERONYMI IN MALACHIAM PROPHETAM.

### CAPVT I.

HEB.

ONVS verbi Domini ad Iſrael in manu Malachi. a Dilexi vos, dicit Dominus. Et dixiſtis

SEPT.

*ASſũptio verbi Domini ſuper Iſrael in manu angeli eius.* b *Ponite ſuper corda veſtra. Dilexi*

*ONus verbi domini ad Iſrael in manu Malachi.*] Quid ſignificet onus, i. e. põdus: ꝙ Heb. a משא (a maſſa) & ab Aquila ἆρμα dicitur, vel quid λῆμμα, id eſt, aſſumptio: ꝙ & LXX. & cęteri interpretes tranſtulerũt, in aliis prophetis diximus. Nã & Nahũ ſcribit. *On⁹ Niniue: liber viſionis Nahũ Elkeſæi.* Et Habac. *Onus quod vidit Habacuc propheta.* Et Zacharias: *Onus verbi domini in terra Hadrach, & Damaſci requiei eius.* Et rurſum in conſequẽtibus: *Onus verbi domini ſuper Iſrael.* (Zach. 9.a & 12.a) Illa itaque ſimus explanatione contenti. Et nunc hoc tantũ dicamus, ꝙ pondus verbi domini ad Iſrael, ſiue vt LXX. dicũt ἐπὶ τὸν ἰσραὴλ, id eſt, ſuper Iſrael: graue quidẽ ſit, quia põdus appellatur: ſed conſolationis aliquid habeat, ꝙ nõ cõtra Iſrael, ſed ad Iſrael ſumitur. Aliud eſt.n. quando verbi gratia, ad illum vel illum ſcribimus: aliud qñ cõtra illũ & illũ: q a in altero pars amicitiæ, in altero inimicitiarum aperta confeſſio eſt. Sciendumque quod abducto in captiuitatem Iſrael, id eſt, decem tribubus, indifferenter priſtino nomine, & duæ tribus Iudas & Beniamin, appellentur Iſrael. Quod autem dicitur: In manu Angeli eius, ſiue Malachi, manum pro operibus accipite. Vnde & in manu Aggei, & in manu Hieremiæ, & in manu Moyſi, factus eſt ſermo Dei. In quorũ enim manibus eſt iniquitas, & quorum dextera repleta eſt muneribus, (Pſalm. 25.c Eſaia 1.d) & quorũ manus plenæ ſunt ſanguine, in his nõ fit ſermo Dei: (Pſal. 35.b) ſed qui lauant inter innocentes manus ſuas. (Matth. 27.c) Quibus aquis & Pilatus manus lauare conatus eſt, ne Iudæorum blaſphemiis conſentiret, de quibus pſalmiſta lętatur dicens: *Super aquas refectionis educauit me.* (Pſalm. 22.a) De hac aqua per prophetam dominus pollicetur: Aſpergam vos aqua mundiſſima. (Ezec. 36.d) Qui autem peccator eſt, inebriatur calice Babylonio, (Hier. 51.a) & dicitur de eo: *Spinæ naſcuntur in manu ebrioſi.* (Prou. 26.b)

b ¶ *Ponite ſuper corda veſtra, &c.*] Id eſt, θέσθε δὴ ἐπὶ τὰς καρδίας ὑμῶν, hoc in Hebraico non habetur: ſed puto de Aggeo additum, in quo legimus: *Et nunc ponite ſuper corda veſtra à die hac & ſupra.* (Aggei 2.c) Poſt titulum igitur prophetæ ſiue proœmium: dupliciter accipiendum eſt. Ponite corda veſtra, id eſt, animaduertite & conſiderate, id quod ſupra dictum eſt: *Aſſumptio verbi domini ſuper Iſrael in manu Angeli eius.* Siue: diligenter animaduertite, quæ dicenda ſunt poſtea, vt ea non corporis auribus, ſed animi & cordis intelligentia cognoſcatis, & faciatis vobis theſauros, in quibus recipiatis diuitias ſermonum Dei, & ſapientia agat fiducialiter cum dilatati fueritis,

A ritis, & repleto corde ſermonibus Dei pepuleritis cogitationes peſſimas, quę egrediuntur de corde, homicidia, adulte- Matth 15.b ria, fornicationes, furta, & reliqua, & impleatis quod à Sal- Luc. 8.a uatore dictum eſt: *Qui habet aures audiendi audiat.*

c ¶ *Dilexi vos, dicit Dominus, & dixiſtis, in quo dilexiſti nos? Nōne frater Eſau Iacob: dicit dominus, & dilexi Iacob, Eſau autē odio habui? Et poſui mōtes eius in ſolitudinem, & hæreditatem eius in dracones deſerti? Quod ſi dixerit Idumæa, deſtructi ſumus: ſed reuertentes ædificabimus, &c.*] Iſrael, hoc eſt Iudas, ad quem ſolebat fieri verbum Dei, & viſio domini, onus eius & pōdus ſuppliciorum grauiſſimū portare cōpellitur: vt grauiora peccata deponat, & ſentiat per tormenta quæ non ſenſit per beneficia. Et ne pœna in ſuos videatur iniuſta, ſubiicit Hebr. 12.b dominus: *Dilexi vos. Quem.n. diligit dominus, corripit: caſtigat autem omnem filium, quem recipit.* Et dicendo dilexit pręſens negat, dum pręteritum confitetur. Illique reſpondent temeritate qua peccant, obliti beneficiorum eius: In quo dilexiſti nos? Ad quæ dominus, vt cætera, inquit, taceam, & quod nuper de Babylonia captiuitate veniſtis, incunabula Gen. 25. veſtra tractabo: antequā naſceremini, imo priuſquam Rebecca Eſau & Iacob vtero ſuo funderet: in Iacob vos dilexi, B in Eſau Idumæos odio habui: Quem locum Apoſtolus Paulus myſtica diſputatione euētilans, ſcribit ad Romanos: duo pariter teſtimonia de Geneſi Malachiaque coniungens: *Sed & Rebecca de vno concu-* Rom. 9.a *bitu habens Iſaac patris noſtri. Nam cum nondum nati eſſent, aut aliquid egiſſent boni vel mali: vt ſecundum electionem propoſitum Dei maneat: non ex operibus, ſed ex vocante dictum eſt ei. Quia maior ſeruiet minori, ſicut ſcriptum eſt: Iacob dilexi, Eſau autem odio habui*: Hoc enim quod dicitur: *Sicut ſcriptum eſt*, & ad Geneſeos librum, & ad prophetam Malachiā refertur. Non ſolum ait, dilexi Iacob antequam naſceretur, & odio habui Eſau priuſquam ex matris vtero funderetur: ſed in poſteros eorum, amorem meum, & odium conſeruaui: odium in Eſau, cuius montes, qui appellantur Seir, redegi in ſolitudinem, & vrbes feci eſſe deſertas, & à ſerpentibus ac beſtiis obtineri. Si autem dixerit Edom, hoc eſt Eſau: deſtructi quidem ſumus ad iram Dei, ſed rurſum ædificabimus ciuitatem: Hæc domino prædicente cognoſcite: quod illis ædificantibus ego deſtruam, & iram meam æterna eorum vaſtitas approbabit. Odium igitur in Eſau rebus oſtendi: amorem autem in vos, hoc eſt in Iacob, ſequentibus approbabo. Illis deſtructis atque redactis ad ſolitudinem, videbunt oculi veſtri, & dicetis: Magnificetur dominus ſuper terminum Iſrael, & ex comparatione malorū quæ frater veſter patitur, Dei in vos beneficia ſentietis. Iudæi falſo ſibi blandiuntur, Edom Romanos, & Iſrael in conſummatione mundi ſe prophetari: quod deſtructo Romano imperio, hoc eſt, Idumæo, regnū orbis veniat ad Iudæos. Hæc prout potuimus hiſtoriæ fundamenta iacientes, locuti ſumus: Nunc veniamus ad intelligentiam ſpiritualem. Iſrael vir vel ſenſus cernēs Deum: ſiue vt ego melius puto εὐθύτατος θεοῦ, id eſt, rectiſſimus Dei, diligitur à domino, & vult dilectionis eius in ſe ſcire rationem. Dominuſque reſpondit, Eſau & Iacob de vna ſtirpe generatos, hoc eſt, vitia atque virtutes ex vno cordis fonte procedere, dum ex arbitrij libertate in vtramque partem vt volumus declinamus: ſed priora naſcuntur vitia per infantiam, pueritiam, iuuentutem, quæ poſtea ætas firmior

HEB.

ſtis, in quo dilexiſti nos? Nonne frater erat Eſau Iacob, dicit dominus, & dilexi Iacob, Eſau autem odio habui? Et poſui montes eius in ſolitudinē, & hæreditatem eius in dracones deſerti. Quod ſi dixerit Idumæa, deſtructi ſumus: ſed reuertentes ædificabimus quæ deſtructa ſunt. Hæc dicit dominus exercituum: Iſti ædificabūt, & ego deſtruam, & vocabuntur termini impietatis, & populus cui iratus eſt Dominus vſque in æternum. Et oculi veſtri videbūt, & vos dicetis: Magnificetur Dominus ſuper terminum Iſrael. a Filius honorat patrem, & ſeruus dominum ſuum. Si ergo pater ego ſum, vbi honor

SEPT.

*Dilexi vos, dicit dominus: Et dixiſtis, in quo dilexiſti nos? Nonne frater erat Eſau Iacob, dicit dominus, & dilexi Iacob, Eſau autem odio habui? Et poſui terminos eius in deſolationem, & hæreditatem eius in domata deſerti: Quia dicet, Idumæa deſtructa eſt: reuertamur, & reædificemus deſerta. Hæc dicit Dominus omnipotens: Ipſi ædificabunt, & ego deſtruam, & vocabuntur eis termini iniquitatis, & populus ſuper quem præparatus eſt Dominus vſque in æternum. Et oculi veſtri videbunt, & vos dicetis: magnificatus eſt Dominus ſuper terminos Iſrael. Filius glorificat patrem, & ſeruus dominum ſuum timebit. Et ſi pater ego ſum, vbi eſt*

C corrigit atque ſupplantat. Maior frater hiſpidus eſt & ſanguinarius, venationibus, ſyluis, & beſtiis delectatur. Minor leuis & ſimplex, & innocenter habitans domum. Deus fines Idumeæ, hoc eſt, terrenæ & ſanguinariæ ponit in ſolitudinē, & nihil de terra creſcere ſinit & eſſe perpetuū. Quod ſi impudēs malitia ea quæ sūt Dei ſermone deſtructa, rurſum ædificare nitatur, dominus ſe eorum quæ inſtaurantur à vitiis, aduerſarium profitetur. Et poſtquam fuerint hoſtiliū terminorum cuncta ſubuerſa, tunc oculis poſſumus videre Iſrael, & ſāctos quoſque dicere: Magnificetur Dominus in terminis eorū qui mente conſpiciunt Deū. Porro dilectio & odium Dei, vel ex pręſcientia naſcitur futurorum, vel ex operibus: alioquin nouimus quod omnia Deus diligat, nec quidquam eorum oderit quæ creauit, ſed ꝓpriè eos ſuę vindicet charitati, qui vitiorū hoſtes ſunt & rebelles: & è contrario illos odit, qui à Deo deſtructa cupiūt rūrſum extruere. Odiſſe autē Deus ἀνθρωποπάθως dicitur: vt flere, vt dolere, vt iraſci; vt qſi audimus odiū eius in malos, ea quę Deū intelligimus odiſſe, fugiamus.

a ¶ *Filius honorat patrem, & ſeruus dominum ſuum. Si ergo pater ego ſum, vbi honor meus eſt? & ſi dominus ego ſum, vbi eſt timor meus? dicit dominus exercituum.* D *Ad vos, ô ſacerdotes, qui deſpicitis nomen meum, & dixiſtis: In quo deſpeximus nomen tuū, &c.*] Licet priuſquam naſceremini, in Iacob quaſi filios amare vos cœperim, tamen eligite quo me vocabulo nominetis: aut pater ſum veſter, aut dominus. Si pater, debitum patri honorem reddite, & dignam parente offerte pietatem. Si Dominus, cur me contemnitis, cur dominum non timetis? Loquitur autem ad eos qui ſub Zorobabel & Ieſu filio Ioſedech, & Ezdra ſacerdote, & Nehemia de captiuitate Babylo- 1. Eſd. 3. nia ſunt reuerſi, extructoque altari, necdum templum ædificauerant, nec muros extruxerant ciuitatis, & nihilominus in b cabod peccatis priſtinis permanebant, Deum nec amore, nec timore venerantes. Quod autem gloriam diximus vel honorem, & apud Græcos δόξα, & apud Hebræos [b] כבוד vnum verbū eſt: ſed nos pro Latinæ linguę proprietate, honorem poſuimus. Nam & in Euangelio vbi loquitur dominus & Saluator: *Pater, venit hora, clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te*: apud Græcos δόξασον legitur, id eſt, *glorifica*: Quem locum plerique Latinorum, honorifica, interpretati ſunt. Simulque conſideremus, quod filius ac ſeruus in ſcripturis ſā- Ioan. 17.a ctis voluntate fiat, nō neceſſitate naturæ. Qui enim ſpiritum adoptionis acceperit in filium Dei vertitur: Qui autem ſpiri- Rom. 8.c tum ſeruitutis in timorem Dei, ſeruus efficitur. Vult itaque primum Deus, vt filij eius ſimus, & bonum voluntate faciamus: ſi hoc conſequi volumus, vt ſaltem ſeruos nos habeat, & à malis per ſuppliciorū formidinem recedamus. Legimus in malam partem filios: *Eramus filij iræ* & filij gehennæ, quo Epheſ. 2.a phariſæi mari terriſque circumitis, dignos genuere tormen- Matth. 14.b tis. Et Iudas proditor, filius perditionis appellatur. Et in o- Ioan. 17.b ctogeſimo octauo pſalmo de domino ſcribitur: Filius iniquitatis non apponet nocere ei. In Oſee quoque filij forni- Oſee 2.a cationis vocantur, qui ſunt de matre meretrice generati, de qua ſcriptum eſt: *Fornicata eſt mater veſtra.* Et in Euangelio Iudæi filij diaboli ſugillantur: *Vos de patre diabolo nati eſtis, &* Ioan. 8.c *deſideria patris veſtri vultis facere.* In bonam partem filios legimus, vt filios Dei: *Quotquot eum receperunt, dedit eis poteſta-* Ibid. 1.a *tem filios Dei fieri.* Et filios ſapientiæ Euāgelio proclamāte: *Iu-* Matt. 11.c





E *ſtificata eſt ſapientia à filiis ſuis.* Et filios Abraham: *Amen dico* Ibidem 3.c *vobis, poteſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abraham.* Et fi- Gal 4.c lios Apoſtoli: *Filioli mei quos iterum parturio, donec Chriſt[9] formetur in vobis*, & multa iſtiuſmodi. Filius ergo honorat ſiue Matth 5. clarificat patrem, iuxta illud quod ſcriptum eſt: *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videāt veſtra bona opera, & glorificēt patrem veſtrum qui eſt in cælis.* Seruus quoq; honorat dominum ſuum, non eadem charitate qua filius: ſed ἀπὸ κοινοῦ ſubauditur: honorat filius patrem, ſeruus dominum ſuum, & tamen Deus omnipotens ſciens differentiam filii & ſerui, à filio gloriam, à ſeruo ti- Eccle. 1.b morem expetit. *Principium enim ſapiētiæ timor domini*: vt de timore ſeruorum, ad filiorum gloriam tranſeamus.

a ¶ *Vos ſacerdotes qui deſpicitis nomen meum, & dixiſtis: in quo deſpeximus nomē tuum? Offertis ad altare meū panes, &c.*] Quod autem ſequitur: *Et quæ ſuperpoſita ſunt deſpexiſtis*, obelo prænotauimus, quia in Hebraico nō habetur, & de ſequentib[9] additum eſt *Ad vos igitur ô ſacerdotes, qui deſpicitis nomē meū*, iſte ſermo dirigitur, qui reuerſi de Babylone metu præteritæ ſeruitutis debueratis ad dominum plena mēte conuerti, & non ſolum hoc non facitis, F ſed imitantes Cain, ſuperbis cōtra Deum vocibus reſpondentes, ſciſcitamini ab eo quē occulta non fallunt, *& dicitis* Gen. 4.b *In quo deſpeximus nomen tuum?* vt diſſimulationis impudētia vulnus conſcientiæ protegatis. Vultis ergo ſcire in quo deſpexeritis nomē meū? *Offertis ſuper altare meū panem pollutum*: panes videlicet propoſitionis, quos iuxta traditiones Hebraicas, ipſi ſerere, ipſi demetere, ipſi molere, ipſi coquere debebatis, & nunc ſumitis quoſcūque de medio, & voce temeraria reſpondetis, & dicitis: In quo polluimus eos, ſiue te? Dum enim ſacramenta violātur, ipſe cuius ſunt 1. Ezd 3. ſacramenta, violatur. Hoc autem quod ſequitur: *In eo quod dicitis, menſa domini deſpecta eſt*, poſſumus ita interpretari: Quod reuerſi de Babylone, nec dum templo ędificato, manentes in caſulis, & in ruinis vrbis antiquę, altare tantum extruxerant (non eiuſdem glorię cuius priſtinum fuerat) & putabant deeſſe religionis ſanctimoniam, quia deerat ædificationis ambitio. Tenues lineas duximus, quibus imprimenda eſt explanatio ſpiritualis. Corripit ſermo diuinus e- 1. Pet. 2.b piſcopos, atque presbyteros, & diaconos negligentes: ſiue (quoniam genus ſacerdotale & regale ſumus) omnes qui baptizati in Chriſto Chriſti cenſemur nomine, cur deſpiciant nomen Dei: & interrogantibus, in quo deſpexerint nomen eius, cauſas monſtrant offenſæ. *Offertis*, inquit, *ſuper altare meum panem pollutum*. Polluimus panem, id eſt, corpus Chriſti, quando indigni accedim[9] ad altare, & ſordidi mūdum ſanguinem bibimus, & dicimus menſa domini deſpecta eſt: non quod hoc aliquis audeat dicere, & quod impie cogitat ſcelerata voce proferre: ſed opera peccatorum deſpiciunt menſam Dei. Poſſumus & aliter dicere: Doctor Eccleſiæ, qui ſpiritualem conficit panem, & cum populis diuidit, ſi vel propter humanam gloriam, vel lucra ſæculi quæ gloriam conſequuntur, loquatur in populis & diuiti- Iacob 2.a q. ſacerdotes diſt. 49. bus blandiatur, & honoret peccatores, & iuxta Iacobum ſuſcipiat eos, qui cum anulis aureis ad ſe veniunt, & pauperes ſanctos repellat, nomen Dei deſpicit, & panem polluit doctrinarum, & in ipſum Deum iacit cōtumelias: menſam G ſcripturarum eius menſis idolorum ſæculariſque doctrinæ putans eſſe communem.

HEB.

nor meus eſt? & ſi dominus ego ſum, vbi eſt timor meus? dicit dominus exercituum. Ad vos ô ſacerdotes, qui deſpicitis nomē meum & dixiſtis: In quo deſpeximus nomē tuum? Offertis ſuper altare meum panem pollutum, & dicitis: In quo polluimus te? In eo quod dicitis, mēſa domini deſpecta eſt. b Si offeratis cæcū ad immolandum, nōne malum eſt? Et ſi offeratis claudum & lāguidum, nonne malum eſt? offer illud duci tuo ſi placuerit ei, aut ſi ſuſceperit faciem tuam, dicit dominus exercituum. c Et nunc deprecamini vultum Dei, vt miſereatur veſtri: de manu eius veſtra factum eſt hoc, ſi quo modo ſuſcipiat facies veſtras, dicit dominus exercituum. Quis eſt in vobis qui claudat oſtia,

SEPT.

*eſt gloria mea? Et ſi dominus ego ſum, vbi eſt timor meus? dicit dominus omnipotens. a Vos ſacerdotes, qui deſpicitis nomen meum, & dixiſtis: In quo deſpeximus nomen tuum? Offerentes ad altare meum panes pollutos, & dixiſtis: In quo polluimus ipſos? In eo quod dicitis: menſa domini deſpecta eſt, ÷ & quæ ſuperpoſita ſunt deſpexiſtis. Quia ſi offeratis cæcum in ſacrificium, nonne malum eſt? Et ſi offeratis claudum & languidū nōne malum eſt? offer illud duci tuo, ſi ſuſceperit te, ſi acceperit faciem tuam, dicit dominus omnipotens. Et nunc deprecamini faciem Dei veſtri, & rogate eum, in manibus veſtris facta ſunt hæc: ſi ſuſcipiam ex vobis facies veſtras, dicit dominus omnipotens: Quia & in vobis clau-*

b ¶ *Si offeratis cæcum ad immolandum, nonne malum eſt? Et ſi offeratis claudum & languidum, nonne malum eſt? offer illud duci tuo ſi placuerit ei, &c.*] De diuerſitate victimarum, & quæ vel offerri debeant, vel non Leuit. 22.a offerri, in Leuitico plenius & 22.c diſcimus. Reuerſi itaq; de Babylone ſacerdotes & leuitæ, ianitores atq; cātores & Nathinnei, ſeruique Salomonis (quorū Ezdra ſcribit κατὰ λόγον) illicitas Deo victimas of- 1. Ezdr. 2. ferebāt, cæcas videlicet & claudas, ac varia debilitate confectas. Hoc eſt enim quod dicit languidum, vno cūcta ſermone comprehendens: Si iſtiuſmodi, inquit, duci tuo offerres munera, nonne reſpueret? nōne ſibi factā putaret iniuriā? & hoc auderis offerre Deo ꝙ dare hominibus non auderis? Lōgum eſt nūc omniū victimarū aperire myſteria, de his tantum loquar, quæ præſenti capitulo cōtinētur. Cæ- Matth. 6.d ca eſt animæ victima, quæ nō illuſtratur Chriſti lumine, nec habet oculū de euāgelio cōtuentem. Clauda eſt rogantis oratio, quæ duplici mēte accedit ad precandum, & audit cum populo Iudæorū: *Vſque* 3. Reg. 18.d *quo claudicatis vtroque pede?* Et H languida & omni infirmitate cooperta, quæ nō habet Chriſtum Dei virtutē, Deique ſapientiam. Iſtiuſmodi preces, quæ ſine lumine veritatis sūt, & non habent ſapiētiæ firma veſtigia, & debilitatibus variis contabeſcunt: ſi offerātur Eccleſiarum principi, aut cuilibet erudito, ſapientique doctori, nonne repudiabuntur, & in contumeliam eius recident qui talia eſt auſus offerre?

c ¶ *Et nunc deprecamini vultum Dei, vt miſereatur veſtri: de manu eius veſtra factū eſt hoc, ſi quo modo ſuſcipiat facies veſtras, dicit dominus exercituū. Quis eſt in vobis qui claudat oſtia, & incendat altare meum gratuito?*] Multum in hoc loco Lxx. interpretes ab Hebraica veritate diſcordāt, & neceſſe eſt, vbi diuerſa eſt interpretatio, vt diuerſus & ſenſus ſit. Quia obtuliſtis claudas & cæcas & debiles victimas (vos enim hæc quæ dixi vniuerſa feciſtis) agite pœnitentiam, ſi quo modo miſereatur veſtri Deus. Nullus enim in vobis eſt vſque ad extremum miniſterium: non dico pontifex, non ſacerdos, non Leuita, non cantor: ſed nec ianitor quidem, & is qui ignem ſupponit altari ad cremandum holocauſta, qui non à me mercedem accipiat laboris ſui. Hoc autem dicens, decimas ſignificat omnium frugum, quæ offeruntur à populis. Ex quo oſtēditur acceptiorem eſſe domino ſeruitutem, quæ mercedem in pręſentiarum non poſtulat. Vnde & A- 1. Theſ. 2.b poſtolus gratis prædicat euangelium: & nocte & die mani- 2 Theſ. 3.b bus ſuis laborat, ne cui oneri ſit, & hanc gloriam ſuam gratuitæ prædicationis, in gentibus nequaquam euacuandam eſſe teſtatur. Porro Lxx. alium multo ſuggerunt ſenſum: O ſacerdotes qui hoſtias debiles immolatis, conuertimini ad pœnitentiam: & vultū domini deprecamini, & orate pro operibus manuum veſtrarū. Quod autē infert: Si ſuſcipiam ex vobis facies veſtras, neſcio an cōueniat exhortationi pœnitentiæ. Nemo enim dicit: ora me, & non parcam tibi. Sequitur: In vobis claudentur oſtia, patris videlicet & filii & Spiritus ſancti. Vnde Saluator loquitur: *Ego ſum oſtium:* Ioan. 10.b

A Siue aliter: Non vobis aperientur oſtia ſcripturarum, nec perſpicere poteritis ſancta ſanctorum, nec domini ſacramenta cognoſcere, nec ſuccēdere thimiama eius ad altāre: quia orationes veſtræ ad illum non peruenièt. Et hoc quod dicitur δωρεὰν & nos interpretati ſumus, gratuito: qui hanc ſequuntur intelligētiam quā nunc exponimus, vertunt in gratiam, vt videlicet gratiam non habeant altari domini ſeruiendi.

a ¶ *Non eſt mihi voluntas in vobis, dicit dominus exercituum, & munus non ſuſcipiam de manu veſtra: Ab ortu, &c.*] Regulà ſcripturarum eſt: Vbi manifeſtiſſima prophetia de futuris texitur, per incerta allegoriæ nō extenuare quæ ſcripta ſūt. Ergo proprie nunc ad ſacerdotes Iudæorū ſermo fit domini, qui offerunt cæcum & claudum & languidum ad immolandum: vt ſciant carnalibus victimis ſpirituales victimas ſucceſſuras. Et nequaquā taurorum hircorūque ſanguinē, ſed thimiama, hoc eſt, ſanctorū orationes domino offerendas, & non in vna orbis prouincia Iudęa, nec in vna Iudææ vrbe Hieruſalem, ſed in

Miſſæ ſacrificium.

omni loco offerri oblationē nequaquam immundam vt à populo Iſrael, ſed mūdam, vt in cęremoniis Chriſtianorū: Ab ortu enim ſolis vſq; ad occaſum magnū eſt nomen do-

Ioann. 17. a B

mini in gentibus, dicēte Saluatore. *Pater manifeſtaui nomē tuū hominibus*. Cūque inquit, nomē meum magnum in gētibus ſit futurum, vos ô principes Iudæorum polluiſtis illud atq; polluitis. Sic enim futurorum texit vaticinium, vt præſens tempus non deſerat. Propterea autē, ô ſacerdotes & principes Iudæorū, in omni loco mihi offertur oblatio munda, & magnū eſt nomen meum in gentibus: quia dicitis menſa domini cōtaminata eſt, & quod ſuperponitur cōtēptibile eſt cum igne qui illud deuorat. Reuerſus de Babylone populus, altare tantū fortuitis & impolitis lapidib.

Ezd. 2. a

iuxta Ezdræ librū extruxerat: abſque templo, abſque vrbis ædificiis, & abſq; extructione murorū: & putabat minorem eſſe cultum religionis, quia templi ornatus deerat. Ad quos domin⁹ loquitur: Pollutum putatis altare, & holocauſta ac victimas, quæ ſupra imponuntur, ignē quoq; qui victimas deuorat eſſe pollutum: nec intelligitis omnipotentē Deum nō aurum gēmaſq; & hoſtiarum multitudinē quærere, ſed offerentium voluntates. Qui autē arbitrantur nō altare, ſed menſam debere intelligi, in qua panes ponebātur, quo modo hoc interpretari poſſint quod ſequitur: cum igne qui illud deuorat, omnino nō video, neq; enim ignis deuorat pa-

Leuit. 24 b

nes propoſitionis, quos ſēper nouos pro veteribus cōmutabant, & ablati cedebant in vſus ſacerdotum. Aut certe ita intelligēdum: Polluiſtis nomen meum, in eo quod dicitis: quid prodeſt ſi offeramus optima? qualiacumque fuerint quæ offerūtur, igne ſunt deuoranda. Fructus autem altaris

HEB.

oſtia, & incēdat altare meum gratuito? a Non eſt mihi voluntas in vobis, dicit dominus exercituum, & munus non ſuſcipiā de manu veſtra. Ab ortu enim ſolis vſque ad occaſum magnum eſt nomen meum in gentibus, & in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda: quia magnum eſt nomen meum in gentibus, dicit dominus exercituū. Et vos polluiſtis illud in eo quod dicitis, menſa domini contaminata eſt, & quod ſuperponitur cōtemptibile eſt cū igne qui illud deuorat. Et dixiſtis: Ecce de labore, & exufflaſtis illud, dicit dominus exercituum. Et intuliſtis de rapinis claudum & lāguidum, & intuliſtis munus, numquid ſuſcipiam illud de manu veſtra, dicit dominus?

CAP. II.

HEB.

MAledictus doloſus, quia habet in grege ſuo maſculum, & votum faciens immolat debile domino. Quia rex magnus ego ſum, dicit dominus exercituum, & nomen meum horribile in gentibus. Et nūc ad vos mandatum hoc, ô ſacerdotes. Si nolueritis

SEPT.

*claudentur oſtia, & non ſuccendetur altare meum gratis. Non eſt voluntas mea in vobis, dicit dominus omnipotens, & ſacrificium non ſuſcipiam de manibus veſtris. Quia ab ortu ſolis vſque ad occaſum, nomen meum glorioſum eſt in gentibus, & in omni loco incenſum offertur nomini meo, & ſacrificium mundum: quia magnum eſt nomen meum in gentibus, dicit dominus omnipotens. Vos autem contaminaſtis illud in eo quod dicitis, menſa domini polluta eſt, & qui ſuperponuntur deſpecti ſunt cibi eius, & dixiſtis, hæc de afflictione ſunt, & exufflaſtis ea, dicit dominus omnipotens: Et inferebatis rapinas, & clauda & debilia, & offerebatis ſacrificium, ſi ſuſcipiam ea de manibus veſtris, dicit dominus omnipotens?*

CAP. II.

SEPT.

*ET maledictus qui erat potens, & habebat in grege ſuo maſculum, & votum eius ſuper eo, & immolat debile domino. Quia rex magnus ego ſum, dicit dominus omnipotens, & nomen meum illuſtre in gentibus. Et nunc mandatum hoc ad vos ô ſacerdotes. Si non*

ignis eſt: cibuſque ignis, hoſtiæ vel holocauſta. Nec ſufficit prioris ſermonis impietas: ſed etiam hoc dixiſtis: Ecce de labore, & exufflaſtis illud dicit dominus exercituū. Cuius orationis hic ſenſus eſt: Dixiſtis, de captiuitate reuerſi ſumus, hoſtibus prædæ fuimus, multum in longo itinere laborauimus, pauperes ſumus: quidquid habere potuimus, viæ labore conſumptum eſt, qualiacunque habemus offerimus, & hæc dicēdo exufflaſtis veſtra ſacrificia, id eſt, exufflatione mea digna feciſtis: Siue vt in Hebræo legi poteſt Et exufflaſtis me hæc dicēdo, nō ſacrificio, ſed mihi cui ſacrificabatis, feciſtis iniuriam. Quamobrem nequaquā ſuſcipiam illud de manu veſtra, dicit dominus omnipotens. Quidam putant hoc quod ad Iudæos ſpecialiter dicitur: eo quod victimæ eorum immūdæ ſint atque pollutæ, & ſacrificium trāsferatur ad gentes, intelligi debere ſuper Eccleſię ſacerdotibus, qui negligēter offerunt victimas dño. Quod ſi recipimus: ergo ab Eccleſia rurſum ad aliam religionē victimæ transferendæ ſunt. Et quo modo legi euangelium, ſi rurſum euangelio ea quæ non ſunt futura, ſuccedent. Menſam quoq; domini contaminatam ad ſanctas ſcripturas referunt, ſi aliter quam ſcriptæ ſunt intelligantur.

C Cap initiū ſecundum vulgatam editionem.

CAPVT II.

D

*MAledict⁹ doloſus, qui habet in grege ſuo maſculū, & votū faciēs immolat debile domino: Quia rex magnus ego ſum, dicit dominus exercituū, & nomen meum horribile in gentibus. Et nunc ad vos mandatum hoc, &c.*] Hoc quod ſcriptum eſt, καὶ διασκεδάσω τὴν εὐλογίαν ὑμῶν, id eſt, *& diſſipabo benedictionem veſtram*: in Lxx. additū eſt, & in Hebraico non habetur, quidquid poteſt in excuſationem peccati ſui humanus anim⁹ inuenire, & falſa ſe ſatisfactione defendere, hoc præuidens ſermo diuin⁹ corripit atque condemnat. Et eſt ſenſus: quia offertis cæcum & claudum & lāguidum, & hoc ipſum nō de veſtro, ſed de rapinis & ſpoliis fletibuſque miſerorum, & inſuper dicitis, de labore & paupertate offerimus quod habemus: propterea ego dico generaliter vt vos arguat propriā cōſcientia. Certe obtenditis paupertatem, & captiuitatis iniuriam, & tenuitatem rei familiaris: audite quod infero. *Maledictus doloſus qui habet in grege ſuo maſculum, & votum faciens immolat debile domino.* Si non habes maſculum, nihil tibi nocet maledictio. Hæc autem dicendo, oſtendit eos habere quæ optima ſunt, & offerre quæ mala ſunt. Ad vos igitur ô ſacerdotes hoc mandatum eſt: feciſtis quod impium eſt in cōtemptum mei: Sed quia malo pœnitentiam peccatoris quam mortem, etiam nunc dico. Si me audire nolueritis, nec intelligere, vt detis nomini meo gloriam, quod eſt horribile in gentibus, veram in vos mittam penuriā: vt nequaquam men- Ezech. 33. e



E mentientes, ſed omnium rerum coacti egeſtate, dicatis vos non habere optima quæ offeratis. *Et maledicam* (inquit) *benedictionibus veſtris*, hoc eſt, his quæ nunc meis benedictionibus poſſidetis: ſiue quidquid à vobis benedicitur, à me maledictum erit. *Et maledicam illis*, ſubauditur, benedictionibus veſtris: quoniam noluiſtis intelligere quæ dicuntur: hoc eſt enim quod dicitur: non poſuiſtis ſuper cor. Poſſumus maledictum & doloſum accipere populum Iudęorum, qui

Ioān. 1. d

cū haberet in grege ſuo maſculum dominum Saluatorē, & immaculatum agnum, qui tollit peccata mūdi, & omniū prophetarū vaticinatione cōmonitus vt immolaret, atque

Gen 22. c Sec. 70. Matth. 27 d

ſuſciperet arietē, qui hærebat ex cornib⁹ in virgulto Sabec: hoc facere noluit, ſed immolat debile domino, crucifigēs Saluatorem, & eligēs Barrabbā latrocinij & ſeditionis auctorē, qui iuxta myſticos intellectus refertur ad diabolum: illiſque contemnentibus, & præferentibus diabolū Saluatori, nomen Chriſti horribile eſt in gentibus, quæ paſſionē domini ſuſceperunt, & eūm formidoloſo honore venerātur. De nobis quoque dici poteſt: Si creati à Deo ſapientes, habenteſque naturam ſacris congruam diſciplinis, noſtrū negligamus ingenium, & nos cedamus vitiis atque luxuriæ,

F

& habētes maſculum, immolemus debile domino. Debilis autem eſt & maculata noſtra oratio, quando ira, inuidia, inimicitiis, & alia animi pertur-

Matth. 5. d

batione corrumpitur: ſi offerentes munus ad altare, & recordati quod aliquid frater noſter habeat aduerſum nos, non ante pergimus, & ſatis ei facimus. Vnde & Apoſtolus præcipit: *Volo ergo viros orare in omni loco, leuantes ſanctas ma-*

1. Tim. 2. b

*nus ſine ira & diſceptatione:* Paſtorque cogitationum noſtrarum atque virtutum ſenſus eſt: de quo in centeſimo ſecun-

Pſalm. 102 a

do pſalmo dicitur: *Benedic anima mea domino, & omnia quæ intra me ſunt nomini ſancto eius*: Qui ſi gregem ſuum bene re-

Deut. 26. a

xerit, impletur in eo illa benedictio: *Benedicta armenta boum tuorum, & greges ouium tuarum.* Sin autem habens naturaliter maſculum, id eſt, forte, rigidum, ac robuſtum, immolet leue, vel nimia mollitia fœmineum, atque laſciuum, vel diuerſis animæ perturbationibus debile atque corruptum: ſē-

Sap. 6. a Luc. 12. f

tiet in ſe completum eſſe quod ſcriptum eſt: *Potentes potenter tormenta patientur, & cui plus dederint, plus exigent ab eo.* Vnde propriè ſacerdotibus dicitur: quod ſi audire noluerint & corde retinere, vt dent gloriam nomini domini per bonam conuerſationem: ſed è contrario nomen illius propter eos maledicatur in gentibus, mittat in illos egeſtatem bonorum omnium, & benedictiones eorum vertat in maledictionem. Qui ſanitate abutuntur in libidinem, & diuitias vertunt in luxuriam, bonamque famam ſordida conuerſatione deturpant, hi benedictiones Dei mutant in maledictionem. Vel certe, quia ad ſacerdotes proprie mandatum eſt, vertuntur benedictiones eorum in maledictionem: quando non benedicunt ſanctis ex vero cordis affectu, ſicut Iſaac Iacob, & Iacob Patriarchis, & Moyſes duodecim tri-

Gen. 27. 49. Deut. 33. Rom. 6. c

bubus: ſed *per dulces ſermones & benedictiones decipiunt corda innocentium*, & qui inique agunt benedicuntur ab eis, adulanturque peccatoribus, dummodo diuites ſint, atque eorum vitiis blandiuntur, de quibus dicitur: *Populus meus, qui*

Eſai. 3 b

*beatos vos dicunt, ſeducunt vos, & ſemitas pedum veſtrorum ſupplantant.*

a ¶ *Ecce ego proiiciam vobis brachium, & diſpergam ſuper vultum veſtrum ſtercus ſolemnitatum veſtrarum,* &c.] Quis ad ſacerdotes loquitur: proiiciam, inquit, in facies veſtras, ea quæ ſanctiora putatis in lege, & vobis à Deo pro virtutum munere ex hoſtiis condonata. Brachium, pro quo Septuaginta ὦμον, id, humerum interpretati ſunt, id eſt, armum animalis dextrum. Et diſpergam, inquit, ἔνυστρον, id eſt, ventriculum: ſiue iuxta Hebræos ſtercus, id eſt, a פרש μετωνυμικῶς pro eo quod continet, id quod cōtinetur appellans, & armū enim & pectuſculum, & linguā, & ventriculum, & ea quæ in Leuitico deſcribuntur accipiebant ex hoſtiis ſacerdotes. Quæ omnia pro peccatis eorū ſe abiicere, & in facies ſacerdotum mittere cōteſtatur: vt ſcilicet tales ſint qui offerunt, qualia & illa quæ offerūtur. Et aſſumet vos, inquit, ſecū, id eſt, ſtercus ſolēnitatū veſtrarum: vt fœtentes facies putida ſtercoris cōmixtione, turpentur, & ex eo quod vos abiicio, intelligatis ipſum eſſe me, qui quondā elegi patrem veſtrum Leui, & per Leui, Aaron, & vobis ſacerdotij gloriam condonaui, vt eſſet pactū meū ſiue teſtamentum cū Leui, & æterno mihi ſacerdotio miniſtraret. Notandum quod b ברית verbum Hebraicū, Aquila συνθήκην, id eſt, pactū interpretatur: Lxx. ſemper διαθήκην, id eſt, teſtamentum, & in pleriſque ſcripturarum locis, teſtamentum non volūtatem defunctorū ſonare, ſed pactum viuentium. Voluit autem Deus & omnes quidem homines, ſed præcipue ſacerdotes maculam non habere, & ſiue humerum ſiue brachium ornare bonis operibus. In pectuſculo ſignificatur bona conſcientia: in lingua ſancta confeſſio: vt quod corde credimus ad iuſtitiam, ore confiteamur in ſalutem. In ventriculo quoque nihil habere mortiferum: ſed quod noſtram vitam ſuſtentet ac vegetet: niſi enim cibi in ventriculo concoquantur, & eorum ſucco corpus irrigetur: attenuatū viribus caret, & fertur in mortē. Nos autē omnia in contrariū vertimus: vt proiiciat à nobis dominus brachium, ſiue ſeparet opera noſtra ſanctorum operibus, & quibus præceptum eſt vngere caput noſtrum, & lauare faciē à peccatorum ſordibus ieiunantes, & reuelata facie gloriam domini contemplari: nunc dicimus: *Confuſio vultus mei operuit me*, & iuxta Cain concidit facies noſtra: nec poſſumus illud implere quod præceptum eſt: *Leuate oculos veſtros & videte*: ſed ſtercore vitiorum habemus litas facies atque pollutas, & dicimus: *Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ à facie inſipientiæ meæ.* Vnde omnia illa in ſtercus verſa ſunt: dicente ſcriptura. Et aſſumet vos ſecum ſtercus videlicet quo litæ ſunt facies noſtræ: qui debueramus pleni ac mundi venire in ſolemnitatibus Dei, & vel carneſagni comedere calciati, vel expletis ſeptem hebdomadibus fructus operum noſtrorum offerre Deo: vel in tabernaculis huius ſæculi viuere tranſeūtes, & dicere: *Aduena ſum ego & peregrinus ſicut omnes patres mei.* Et quia pro eo quod nos vertimus: aſſumet vos ſecum ſtercus: interpretati ſunt Lxx. & aſſumam vos ſimul: ſubiicitur intelligentia, quod poſtquam turpitudine & ignominia cooperti fuerint ſacerdotes, & intellexerint peccatum ſuum, & egerint pœnitentiam: tunc aſſumentur à domino, & huic ſenſui conuenire quod ſequitur: *Et cognoſcetis quia ego miſerim ad vos mandatum hoc.* Sed ſuperior mihi vera videtur interpretatio, ne inter verba comminationis, verba poſuerit blandientis, maxime cum & ea quæ ſequuntur Dei indignationem ſonent.

b ¶ *Pactum meum fuit cum eo vitæ & pacis, & dedi ei timorē, & timuit me,* &c.] Deſcribitur ex perſona Dei perfecti officium

G

a peres

Leuit. 7.

b berith

Pſal. 77. 88.

H

Rom. 10 b

Matt. 6. c

Pſalm. 41. c

Gen. 4. b

Hier. 3. e

Pſal. 37. a

Exod 12. Leuit. 23.

Pſalm. 38. c

HEB.

ritis audire, & ſi nolueritis ponere ſuper cor, vt detis gloriam nomini meo, ait dominus exercituum: mittam in vos egeſtatem, & maledicam benedictionibus veſtris, & maledicā illis: quoniam non poſuiſtis ſuper cor. a Ecce ego proiiciam vobis brachium, & diſpergam ſuper vultum veſtrum ſtercus ſolennitatum veſtrarum, & aſſumet vos ſecum. Et ſcietis quia miſi ad vos mandatum iſtud, vt eſſet pactum meum cum Leui, dicit Dominus exercituum. b Pactum meum fuit cum eo vitæ & pacis, & dedi ei timorem, & timuit me, & à facie nominis mei

SEPT.

*non audieritis, & ſi non poſueritis cor veſtrum vt detis gloriam nomini meo, dicit Dominus omnipotēs: mittam ſuper vos maledictionem, & maledicam benedictioni veſtræ, & maledicam ei, & diſſipabo benedictionem veſtram, & non erit vobis: quia vos non ponitis in cor veſtrum. Ecce ego ſeparabo vobis humerum, & diſpergam ventriculum ſuper faciem veſtram: ventriculum ſolemnitatum veſtrarum, & ſuſcipiam vos ſimul. Et cognoſcetis quia ego miſi ad vos mandatum hoc, vt eſſet teſtamentum meum ad Leuitas, dicit Dominus omnipotens. Teſtamentum meum fuit cum eo vitæ & pacis: & dedi ei timorem, vt timeret me, &*

A cium ſacerdotis: qualis eſſe debeat, & qualem eum eſſe voluerit qui eſſe præcepit. Supra enim dixerat: Vt eſſet pactum meum cum Leui, dicit Dominus exercituum, & per Leui Patriarcham peruenit ad poſteros, Aaron & Eleazarũ, Phinees & cęteros, qui de eius ſtirpe generati ſunt: Nunc in fine ait: irritum feciſtis pactum Leui, dicit dominus exercituum. Ex quo perſpicuum eſt; omne quod dicitur per Leui, ad ſacerdotes & ſpecialiter ad pontificem pertinere. Legimus in Numeris de Phinees, qui Zamri cum ſcorto Madianitide pugione
Num. 25. b Sec. 70. percuſſit: *Phinees filius Eleazar filij Aaron ſacerdotis requieſcere fecit furorem meũ à filiis Iſrael, quoniã æmulatus eſt zelum meũ contra eos, & non perdidi filios Iſrael in zelo meo,* ſic dicens: *Ecce ego do ei teſtamentum pacis, & erit ipſi & ſemini eius poſt eum teſtamentum ſacerdotij ſempiterni, pro eo quod zelatus eſt Deo ſuo, & exorauit pro filijs Iſrael.* Vitæ autem teſtamentum ſiue pactum, non huius arbitremur quæ nobis cum beſtiis & cunctis animantibus communis eſt, ſed illius quę dicit: *Ego*
Ioan. 14. a Col. 3. a *ſum vita*: Et enim *vita noſtra cum Chriſto abſcondita eſt in Deo*: de quo poſſumus dicere, quod &
Epheſ. 2. e *ipſe pax noſtra* ſit, Apoſtolo cõfirmante: *ipſe eſt* enim *pax noſtra*. Dedit ergo Dominus Le-
Prou. 1. a ui, & per eum poſteris eius, vt
B timerẽt eum: *Principium* enim *ſapientiæ timor domini*, & à facie eius formidarent ſiue ſubtraherent ſe atque contraherent, mentis formidinem horrore corporis indicantes: iuxta il-
Eſai. 66. a lud quod ſcriptum eſt: *Super quem requieſcam, niſi ſuper humilem & quietum, & trementem verba mea?* Lex veritatis fuit in ore eius: hoc eſt, doctrina populorum, quæ in ſacerdote nullo debet mendacio deturpari: ſed tota de veritatis fonte procedere. *Et iniquitas non eſt inuenta in labijs eius*, vt imitetur dominum ſuum, de quo dicitur: *Qui peccatum non fecit,*
1. Pet. 2. d *nec dolus inuentus eſt in ore eius. In pace & in æquitate ambulauit mecum*: vt & ipſe in ſe pacem habeat, & cæteros pacificet, nulliuſque perſonam accipiat in iudicio: & idcirco
Gen. 5. e ambulet cum Deo, ſicut ambulauit Enoch, qui tranſlatus eſt à domino, & non inueniebatur. *Et multos auertit ab iniquitate.* Qui ſacerdos eſt, & non corripit delinquentes, ſacerdotis officium præterit. *Labia ſacerdotis cuſtodient ſcientiam*: non dixit proferent, ſed cuſtodient: vt loquantur in
Matth. 24. d tempore, dentque conſeruis cibaria in tempore ſuo. *Et le-*
Aggei 2. b *gem requirent ex ore eius.* In Aggeo hoc idem ſcribitur: *Interrogate ſacerdotes legem domini.* Ad ſacerdotis pertinet diſciplinam interrogatum reſpondere de lege, qui ſi ignoran-
Tit. 1. b tiam in cæteris diligentem, in ſcripturis ſanctis obtenderit negligentem, fruſtra iactat dignitatem, cuius opera non ex-
1. Tim. 3. d hibet. Hoc eſt quod Apoſtolus Paulus ſcribit ad Titum: *Vt potens ſit exhortari in doctrina ſana, & contradicentes reuincere.* Et ad Timotheum: *Quoniam ab infantia ſacras literas noſti: quæ te poſsint inſtruere ad ſalutem, vt peccantes coram omnibus arguas.* Sequitur: *Quia Angelus domini exercituum eſt.* Exponit nomen ſuum Ezdras ſacerdos Dei, hoc eſt, Malachias, quod Angelus domini interpretatur: Angelus autem,
Exod. 29. d id eſt, nuncius, ſacerdos Dei veriſſime dicitur: quia Dei & hominum ſequeſter eſt, eiuſque ad populum nunciat voluntatem, & idcirco in ſacerdotis pectore rationale eſt, & in rationali doctrina & veritas ponitur: vt diſcamus ſacerdotem doctum eſſe debere, & præconem dominicæ veritatis. Quidam hoc quod ad Leui, & per Leui ad ſacerdotes dicitur, falſo putant intelligendum eſſe de Chriſto, non

HEB.

mei pauebat. Lex veritatis fuit in ore eius, & iniquitas non eſt inuenta in labiis eius: in pace & in æquitate ambulabit mecum, & multos auertit ab iniquitate. Labia enim ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore eius: quia Angelus Domini exercituum eſt. a Vos autem receſſiſtis de via, & ſcandalizaſtis plurimos in lege: irritum feciſtis pactũ Leui, dicit dominus exercituum. Propter quod & ego dedi vos cõtemptibiles, & humiles omnibus populis, ſicut nõ ſeruaſtis vias meas, & accepiſtis faciem in lege. b Numquid non pater vnus omniũ noſtrum? Numquid non Deus vnus creauit nos? Quare

SEPT.

*& à facie nominis mei formidaret. Lex veritatis fuit in ore eius, & iniquitas non eſt inuẽta in labiis eius. In pace dirigens ambulauit mecum, & multos conuertit ab iniquitate. Quoniam labia ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, & lex requiretur ex ore eius: quia Angelus Domini omnipotentis eſt. Vos autem declinaſtis de via mea, & infirmos feciſtis multos in lege: corrupiſtis teſtamentum Leui, dicit Dominus omnipotens. Et ego dedi vos contemptibiles, & diſſolutos in omnes gentes, pro eo quod non cuſtodiſtis vias meas, ſed accipiebatis perſonas in lege. Nonne pater vnus omnium veſtrum? Nonne Deus vnus creauit vos? Quare*

reſpicientes ea quæ ſequuntur, perſonæ Chriſti eſſe contraria. C

a ¶ *Vos autem receſsiſtis de via, & ſcandalizaſtis plurimos in lege,* &c.] Hæc ad Chriſti non pertinere perſonam, nec ad eos qui illius cultui dedicati ſunt, etiam ſi ego taceam, prudens lector intelligit: & eſt ſenſus. Ego vos volui facere quæ priori capitulo continentur, & de quibus per Moyſen in Deuteronomio ſum locutus: *Date Leui doctrinam eius, & veritatem viro iuſto,* & reliqua: Deut. 33. b Sec. 70. *Vos autẽ receſsiſtis de via recta,* ſiue declinaſtis, dicente me: *Non declines neque ad dextram, neque ad ſiniſtram, & infirmos feciſtis multos in lege,* ſiue *ſcandalizaſtis*: vt Aquila & Symmachus verterunt. Declinare ad dextram eſt abſtinere à cibis, quos Deus creauit ad vtendum: cõdemnare nuptias, & in illud incurrere, quod in alio loco ſcriptum eſt: *Ne ſis iuſtus multum.* Ad ſiniſtram diuertere, eſt cum quis luxuriæ ſe tradit & libidini & ſcandalizat multos in lege: cui melius eſt vt mola aſinaria ligetur circa collum, & in mare præcipitetur, quàm ſcandalizet vnum de minimis. Infirmos autem faciunt multos, qui cum credentes in Chriſto fidei robur acceperint, infirmari eos faciunt negligentia cõuerſationis ſuæ, quibus rectiſſime dicitur: *Irritum feciſtis pactum Leui, pactũ vitæ & pacis,* & cætera qua pertinere ad officium diximus ſacerdotis. D
Deut. 5. e 1. Tim. 4. b Eccleſ. 7. c Matt. 18. a

*Quam ob cauſam & ego,* inquit, *dedi vos contemptibiles & humiles omnibus populis,* vt vos contemnerent, & pro honore & gloria quaſi deiectos humileſque calcarent. *Sicut non ſeruaſtis vias meas, & accepiſtis faciem in lege.* Inter omnia peccata Leui, ſiue eorum qui ex Leui ſunt ſacerdotum Dei: illud & vltimum & maximum ponitur: quare accipiant faciem in lege, vt non cauſas ſed perſonas conſiderent: iuſtumque pauperem deſpicientes, iniquos diuites ſuſcipiant & honorent: ad quos in octogeſimoprimo pſalmo dicitur: *Vſquequo iudicatis iniquitatem, & facies peccatorum ſumitis?* Et Paulus ad Galatas: *Deus,* inquit, *perſonam hominis non accipit.* Pleniuſque Apoſtolus Iacobus hoc peccatum arguit atque cõdemnat. Quidquid autem priori populo dicitur, etiam nobis dictum putemus: vt cautiores recedamus à vitiis & faciem non ſuſcipiamus in lege: nec qui ſumus cultores Dei, veritati mendacium præferamus. Gal. 2. b Iacob. 2. b

b ¶ *Numquid non pater vnus omnium noſtrum? Numquid non Deus vnus creauit nos? Quare ergo deſpicit vnuſquiſque noſtrum fratrem ſuum,* &c.] Antequam de præſenti capitulo diſputemus, Hebræorum eſt ponenda traditio, imo ſcripturę veritas explicanda. Legimus in volumine quod Ezdrę titulo prænotatur, ex perſona Ezdræ loquentis: *Acceſſerunt ad me principes dicentes: Non eſt ſeparatus populus Iſrael, & ſacerdotes & Leuitæ, à populis terrarum, & de abominationibus eorum: Chananæi videlicet & Ethæi, & Phereſæi, & Iebuſæi, & Ammonitarum, & Moabitarum, & Ægyptiorum, & Amorræorum. Tulerunt enim de filiabus eorum ſibi & filijs ſuis, & commiſcuerunt ſemen ſanctum cum populis terrarum. Manus etiam principum & magiſtratuum fuit in tranſgreſſione hac prima. Cumque audiſſem ſermonem iſtum, ſcidi pallium meũ & tunicã, & euelli capillos capitis mei & barbæ, & ſedi mærens.* Et rurſum in cõſequẽtibus: *Inuentique ſunt de filiis ſacerdotum qui duxerunt vxores alienigenas: de filijs Ieſu filij Ioſedech & fratres eius, Maaſia & Eleazar, & Iarib, & Godolia, & dederũt manus ſuas vt eiicerẽt vxores ſuas, & pro delicto ſuo arietẽ de ouib⁹ offerrẽt.* In fine quoque capituli poſt enume- 1. Eſd. 9. a 1. Eſd. 10. c



E rationem eorum qui vxores alienigenas acceperant, ſcriptura commemorat: *Omnes hi acceperunt vxores alienigenas, & fuerunt ex eis mulieres quæ pepererant filios.* Reuerſi ergo de captiuitate Babylonia, tam principęs & ſacerdotes ac Leuitæ, quam reliquus populus, abiecerunt vxores ſuas Iſraelitici generis: quæ paupertate & iniuria longioris vię, & fragilitate ſexus non ferentes laborem, confectæ erant, & infirmitatem ac deformitatẽ corporũ cõtraxerant: Et cum alienigenis vel ætate florentibus, vel cultu corporum pulchrioribus, vel potentum ac diuitum filiabus, matrimonia copularunt. Corripit itaque eos Ezdras propheta, & ad repudium nouarum coniugũ prouocat, vt vxores quas dimiſerant recipiant. Nonne, inquit, pater vnus Abraham omniũ noſtrum eſt? De quo in Eſaia
Eſaiæ 51. a ſcribitur: *Reſpicite in Abraham patrem veſtrũ, & in Saram quæ genuit vos: quia vnus erat, & vocaui eum. Nonne Deus vnus creauit nos,* qui ex Abrahã noſtrũ elegit genus? Quare ergo veteres vxores contemnimus, & fratrum noſtrorum abiicimus filias, vt relinquamus pactum patrum noſtrorum, & non ex lege accipiamus vxores? Trãſgreſſus eſt Iuda: Hæc enim tribus reuerſa eſt de Babylone
F cum ſacerdotibus ac Leuitis. Et abominatio facta eſt in Iſrael & in Hieruſalem. Nequaquam in decem tribubus, quę ab Aſſyriis tenebantur: ſed in his quæ ad Cyri regis imperiũ ſub Zorobabel & Ezdra & Nehemia de Babylonia ſunt reuerſi: Quia cõtaminauit Iuda ſanctificationem domini, quam dilexit, & habuit filiam Dei alieni, miſcendo cum alienigenis ſemen Iſrael & gentilium, id eſt, ethnicorum filias idolis ſeruientes ſumendo vxores. Quia igitur hoc fecerunt, prophetæ ad eos ſermo dirigitur, & à peccato maledictionibus retrahuntur. *Diſperdat Dominus virum qui fecerit hoc.* Quam pulchre non abſcidit errori veniam, nec dixit: maledicat Dominus ei qui fecit hoc: ſed qui fecerit, in futurum tendens maledictionem, vt peccatores ad pœnitentiam prouocet. *Doctorem,* inquit, *atque diſcipulum de tabernaculis Iacob*: ſiue ille ſacerdos ſit, ſiue laicus, vna maledictione ferientur, & non erit in eis pœnæ diuerſitas, in quibus peccata ſunt paria. *Et offerentem munus domino exercituum,* ſubauditur, diſperdat Dominus, & eum qui pro huiuſcemodi hominibus voluerit ad altare munus offerre, quorũ ſolum remedium eſt, non facere quæ fecerunt. Quidam hunc locum non intelligentes, nec ſcientes hiſtoriæ veritatem, id quod ait: *Nonne pater vnus omnium noſtrum?* de Abraham ſic intelligunt, vt etiam gentium patrem Abraham eſſe commemorent, ſecundum illud quod ſcriptum
Matth. 3. b eſt: *Poteſt De⁹ de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ.* Vel certe vnum Deum patrem affirmant: iuxta illud quod in Deute-
Deut. 32. b ronomio legimus: *Nonne iſte ipſe eſt pater, qui poſſedit, & fecit,*
ibid. c *& creauit te?* Et rurſum: *Deum qui te creauit reliquiſti.* Et ali-
Eſaiæ 1. a bi: *Filios genui & exaltaui, ipſi autem reliquerunt me.* Et in pſal-
Pſal. 17. g morum volumine: *Filij alieni mentiti ſunt mihi: filij alieni inueterati ſunt, & claudicauerunt à ſemitis ſuis*: Et ab hoc vno
1. Ioan. 3. b patre, qui peccauerunt recedentes, multos vitiorum ſuorum patres fecere. *Omnis enim qui facit peccatum, de diabolo natus eſt.* Idque quod ſequitur: *Quare deſpicit vnuſquiſque no-*

HEB.

Quare ergo deſpicit vnuſquiſque noſtrum fratrem ſuum, violans pactũ patrum noſtrorum? Tranſgreſſus eſt Iuda, & abominatio facta eſt in Iſrael & in Hieruſalem: quia contaminauit Iuda ſanctificationẽ domini, quã dilexit, & habuit filia Dei alieni. Diſperdet Dominus virum qui fecerit hoc: magiſtrum & diſcipulum de tabernaculis Iacob, & offerentem munus domino exercituum. a Et hoc rurſum feciſtis: operiebatis lacrymis altare domini, fletu & mugitu, ita vt non reſpiciam vltra ad ſacrificium, nec accipiam placabile quid de manu veſtra. Et dixiſtis, quã ob cauſam? quia Dominus teſtificatus eſt inter te & vxorem pubertatis tuæ, quam tu deſpexiſti, & hæc particeps tua, & vxor fœderis tui. Nonne vnus fecit, & reſiduum ſpiritus eius eſt: & quid vnus

SEPT.

*Quare reliquiſtis vnuſquiſque fratrẽ ſuum, vt abominabile faceret teſtamentum patrum veſtrorum? Derelictus eſt Iudas, & abominatio facta eſt in Iſrael & in Hieruſalem: quia contaminauit Iudas ſancta domini, in quibus dilexit, & adinuenit deos alienos. Diſperdat Dominus hominem, qui facit hæc, donec exturbetur de tabernaculis Iacob, & de his qui offerunt ſacrificium domino omnipotenti. Et hæc quæ oderam feciſtis: operiebatis lachrymis altare domini: planctu & gemitu de laboribus adhuc dignum reſpicere ſacrificiũ, aut ſuſcipere acceptabile de manibus veſtris. Et dixiſtis, propter quid? Quia Dominus teſtificatus eſt inter te & vxorem adoleſcentiæ tuæ, quam tu reliquiſti, & hæc particeps tua, & vxor teſtamenti tui, & non alius fecit, & reliquiæ ſpiritus tui. Et dixiſtis: quid*

*ſtrum fratrem ſuum, violans pactum patrum noſtrorum*: ſic interpretati ſunt, vt dicerent: Nos cunctos ab vno patre generatos, vnum eſſe debere, & vnum confeſſionis habere labium: ſed poſtea per ſuperbiam & ædificationem turris contra Deum, in multas linguas atque ſententias eſſe diuiſos. G Ad eleemoſynam quoque referunt vt dicant deſpicere nos fratres noſtros: quando non communicamus eis quæ à Deo ad ſuſtentandam vitam accepimus, & ad hoc tranſeũt vt aſſerant fratrem noſtrum, ſecũdum ſcripturas, dominum appellari, qui præcepit Mariæ Magdalenæ, vt nuntiet fratribus ſuis dominum ſurrexiſſe. Et loquitur in pſalmo: *Narrabo nomen tuũ fratribus meis, in medio Eccleſiæ cãtabo tibi.* Deſeruerunt ergo Iudęi fratrẽ ſuũ, & contaminauerunt pactum patrum ſuorum: quod Deus pepegerat ad Abraham, Iſaac & Iacob: vt in ſemine eorum, quod interpretatur Chriſtus, benedicerentur omnes gẽtes. Hæc varie ſuſpicãtur, qui certam viam non reperiunt. Denique & hoc quod ſequitur iuxta LXX. ἐγκατελείφθη ἰούδας καὶ βδέλυγμα ἐγένετο ἐν τῷ ἰσραὴλ καὶ ἱερουσαλὴμ, id eſt, *derelictus eſt Iudas, & abominatio facta eſt in Iſrael, & in Hieruſalem,* ſic ediſſerunt: Deſertos eſſe Iudæos, H quia blaſphemauerunt dominum Saluatorem & ſuſtinuiſſe quod ſcriptum eſt: *Secundũ multitudinem impietatum eorũ expelle eos, quoniam irritauerunt te domine*: vt in cunctas prouincias vagi & profugi ſpargerentur. Contaminauerunt enim ſancta domini: pro Dei filio diligentes & adinuenientes ſibi deos alienos. *Qui enim non recipit filium, non recipit patrem qui miſit eum*: Et idcirco quia hoc fecerunt, tamdiu diſperire donec humilientur vel captiuitatis iniuria, vel ob conſcientiam peccatorum, & proiiciantur de tabernaculis Iacob: vt deſtructo templo atque altari, nequaquam apud eos offerantur hoſtiæ. Nec hac explanatione contenti (quia Iudas interpretatur domini confeſſio) ad pœnitentem intelligentiam transferunt: qui poſtquam dominum confeſſus eſt, ſi peccauerit, abominationem facit in Iſraelem, & in Hieruſalem: in ſenſu vidente Deum & in viſione pacis. Polluit enim Chriſti myſteria indigne accipiens corpus eius & ſanguinem: pro eo quod dilexerit vitia, & adinuenerit ſibi deos alienos: ſecundum numerum peccatorum habens numerum deorum: iuxta Apoſtolum Paulum: Vorantium Deus venter eſt. Et ſecundum Petrum: à quo quis vincitur, ei ſubiicitur. Et qui hoc fecerit, exterminatur de Eccleſia, & de tabernaculis Iacob: qui ſupplantat vitia atque peccata, donec humilietur in bonum ſuum, & offeratur pro eo victima domino omnipotenti.
Matth. 28. Pſal. 21. e Gal. 3. e Ibid. 5. a Luc. 9. f יהודה Philip. 3. d 2. Pet. 2. d

a ¶ *Et hoc rurſum feciſtis: operiebatis lachrymis altare domini,* &c.] Interpretemur hiſtoriam, & ſingulis verſiculis breues ſententias coaptantes: quid nobis ab Hebræis ſit traditum diſſeramus. Derelictæ vxores Iſraeliticę, & in thoris maritorũ alienarum gentium fœminas cõtemplantes, ad Dei ſolius auxilium confugiebant, diebus ac noctibus ante altare domini prouolutæ lachrymis, gemitu, atque eiulatib⁹ inuidiã faciebant eius prouidentiæ: quod non reſpiceret humana, & miſeras non iuuaret: vnde dicit Deus: Sacrificium & hoſtiam de manibus ſacerdotũ, qui iſta commiſerunt ſe accipere non poſſe: בבי, ואנקה

A poſſe: vxorum fletu & planctibus impeditum, & inſuper eos quęrere quam ob cauſam de manibus eorum non accipiat ſacrificium, ſtatimq; infert: *Quia dominus teſtificatus eſt inter te & vxorem pubertatis tuæ, quam tu deſpexiſti*, dicens: Gen 2. d *Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in vna carne*, & idcirco particeps dicitur & vxor coniunctionis & fœderis, quæ à Deo de coſta viri facta eſt. Et reſiduum ſpiritus eius, ſiue Dei, vt quidam putant: ſiue mariti, vt alij ſuſpicãtur: quod propter affectum quodãmodo vna anima in duob. eſſe videatur, coniunctis ſpiritu, mẽte ſociatis. Cum ergo vnus vtrumque fecerit, & virum & mulierem propterea à Deo facta eſt vtriuſque coniunctio, vt liberi naſcerentur. *Vnus* enim Deus *quid quærit niſi ſemen Dei*, hoc eſt, filios de Iſraelitica ſtirpe generatos? Cum ergo habeatis fœcundas coniuges, & liberis gaudeatis, q̃d pulchritudinem vxorũ quęritis, quæ meretricibus apta eſt non vxoribus? Pręcipit itaq; per prophetam Deus, & dicit: Cuſtodite ſpiritum veſtrũ: ne abducamini libidine, ne alienigenarum amore vincamini. Et vxorem adoleſcentię tuæ noli deſpicere: vt quæ tibi virginali primum iuncta eſt matrimonio, perſeueret vſque ad ſenectutem. B Sed poterat fieri Deut. 24. a vt principes, ſacerdotes, leuitę, populis reſponderent: Pręcepit Deus per Moyſen, vt cũ odio habuerimus vxores, dimittamus eas. Et legendum eſt: Dicis mihi, ſcriptum eſt: *Cum odio habueris vxorem tuam, dimitte, dicit dominus* Deus Iſrael: Statimq; reſpondit: hoc quidem Matth. 5. e in lege præceptum eſt, ſed propter duritiam cordis veſtri. Quod plenius in Euangelio dominus proſequitur: Quicumque autem excepta cauſa fornicationis inique vxorem dimiſerit, operiet veſtimentum eius iniquitas, id eſt, corpus quo anima veſtitur, dicit dominus exercituũ, vt in quo peccauit, in ipſo puniatur. Quapropter hac quæſtiuncula diſſoluta, inculcat & replicat quod ſupra dixerat: *Cuſtodite ſpiritũ veſtrum, & nolite deſpicere*: vel cuſtodiam ſpiritus veſtri, vel certe vxorem ſi pauper eſt aut deformis. Quod nos ſpecialiter iuxta Ezdræ librum ſuper vxoribus expoſuimus derelictis: hoc alij generaliter contra eos dictum putant, qui aliena diripiunt, & iniuſte diuitias congregantes, audent offerre munera Deo: quæ dicit ſe nequaquã poſſe ſuſcipere, lachrymis eorum, qui vaſtati ſunt, & fletu ac gemitibus prohibitũ, Prou 4. b Sec. 70. & congruere locum illum illi teſtamento: *Honora Deum ex iuſtis tuis laboribus*. Sed & iſtum ſenſum interſerunt: eos qui propter rei familiaris amiſſionem, & interitum liberorum & naufragium, & cætera quæ ad damnum pertinent rerum ſæcularium, vertuntur in fletus, & totos ſe tradunt planctui, & gemitibus: nec animi robore & ſpe in Deum, & præmij futurorum cuncta contemnunt: etiam ſi dirigant ad Deum orationem, non ſuſcipi ab eo: quia indecoris & incongruis viro planctibus deturpentur. Hoc autem quod ſequitur: *Quia dominus teſtificatus eſt inter te & vxorem pubertatis tuæ*, ſiue *adoleſcentię, quam tu deſpexiſti, & hæc eſt particeps tua, & vxor pacti vel teſtamenti tui*, & non alius fecit, & reliquiæ ſpiritus tui: ſic interpretantur vt vxorem adoleſcentiæ naturalẽ dicãt intelligentiam, & legem in corde perſcriptam: quę omnibus hominibus inſita eſt. Vnde & gentes non habẽtes legem Dei, ea quæ ſunt legis operantur. Et de hac coniuge Prou. 19. b Ibid. 5. a in Prouerbiis prædicari: *A Deo coniungitur vxor viro*, & iubemur, vt de noſtris aquis bibamus & fontibus: nullusque in potando ſit particeps, & vt letemur cum vxore adoleſcentiæ noſtræ. Hæc vxor impellit etiam incredulos dicere: Deus C Iudic. 7. d iudicet, & Deus videat, & ipſi cũcta inter me & te diiudicãda permitto, de qua & Eccleſiaſtes loquitur: Eccleſ. 9. Sec. 70. *Et viue vitam cum muliere, quam dilexiſti omnibus diebus vanitatis tuæ: qui tibi dati ſunt ſub ſole*. Hęc vxor reſiduũ ſpiritus noſtri eſt: quia noſtro ſẽper ſenſui copulatur: q̃ ſi recedat à nobis, ſtatim offendimus Deum, & operit nos noſtra impietas. Vnde rurſum ingeritur: Rom. 8. b *Cuſtodite ſpiritũ veſtrũ*, non carnem, in qua qui ſunt, Deo placere non poſſunt: nõ animam: 1. Cor. 2. d *Animalis. n. homo nõ recipit ea quæ ſpiritus ſunt*, ſed ſpiritum: Rom. 8. a *quia ſpiritus interpellat pro nobis gemitib. ineffabilib.*

a ¶ *Laborare feciſtis dominum in ſermonibus veſtris*, &c.] Hũc locum plenius ſeptuageſimus ſecundus pſalmus exequitur: Pſalm. 72. a cuius principium eſt: *Quam bonus Iſrael Deus qui recto ſunt corde: Mei autem pene moti ſunt pedes, pene effuſi sũt greſſus mei: Quia zelatus ſum ſuper iniquis, pacem peccatorum videns: Quia non eſt reſpectus morti eorum, & firmamentum in plaga eorum: In labore hominum non ſunt, & cũ hominibus non flagellabuntur.* Ac deinde: *Et dixi, ergo ſine cauſa iuſtificaui cor meum, & laui inter innocẽtes manus meas.* D Reuerſus ergo populus de Babylone, & videns cunctas in circuitu nationes: ipſoſque Babylonios idolis ſeruientes abundare diuitiis, vigere corporibus, omnia quæ bona putantur in ſęculo poſſidere: ſe vero, qui habeat notitiam Dei, ſqualore, inedia, ſeruitute coopertum ſcandalizatur & dicit: Non eſt in rebus humanis prouidentia: omnia caſu feruntur incerto: nec Dei iudicio gubernantur: quin potius mala ei placent, & bona diſplicẽt: aut certe ſi Deus cuncta diiudicat, vbi eſt illius ęquũ iuſtumque iudicium? Iſtiuſmodi quæſtionem mens incredula futurorum quotidie ſuſcitat Deo, & cum viderit iniquos potentes, ſanctos humiles: illos rebus omnibus affluere, hos ne ea quidem quæ ad victum neceſſaria ſunt habere, & interdum ſurdis auribus cæciſque oculis, & omni parte membrorum vlceribus & infirmitate depreſſos: qualis in Euangelio Lazarus legitur, qui ante fores diuitis purpurati, deſiderat Luc. 16. e micis quæ abiiciuntur de menſarum reliquiis, inopem animam ſuſtentare: diuitem vero tantæ feritatis & crudelitatis, vt non miſereatur homo hominis, cuius etiam canum lingua miſeretur, non intelligentes tempus iudicij: nec vera bona illa eſſe, quæ perpetua ſunt, dicunt: Mali ei placent, & vbi eſt Deus iudicij?

HEB.

vnus quærit niſi ſemẽ Dei? Cuſtodite ergo ſpiritum veſtrum, & vxorẽ adoleſcentiæ tuæ noli deſpicere. Cum odio habueris, dimitte, dicit Dominus Deus Iſrael: operiet autem iniquitas veſtimentum eius, dicit Dominus exercituũ: cuſtodite ſpiritum veſtrum, & nolite deſpicere. a Laborare feciſtis dominum in ſermonibus veſtris, & dixiſtis: In quo eum fecimus laborare? In eo quod dicitis. Omnis qui facit malum, bonus eſt in cõſpectu domini, & tales ei placẽt: aut certe vbi eſt Deus iudicij?

CAPVT III.

HEB.

ECce ego mitto angelum meũ, & pręparabit viã ante

SEPT.

*quid aliud præter ſemen quærit Deus? Et cuſtodite in ſpiritũ veſtro, & vxorem adoleſcentiæ tuæ ne derelinquas. Sed ſi odio habens dimiſeris eam, dicit Dominus Deus Iſrael: operiet impietas cogitationes tuas, dicit Dominus omnipotens, & cuſtodite in ſpiritu veſtro, & nolite derelinquere. Qui prouocatis dominum in ſermonibus veſtris, & dixiſtis: In quo prouocauimus te? In eo quod dicitis. Omnis qui facit malum, bonus eſt in conſpectu domini, & in his ſibi complacet, & vbi eſt Deus iuſtitię?*

CAPVT III.

SEPT.

*ECce ego mittam Angelum meum, & præparabit viam, ante*

CAPVT III.

ECce ego mittam Angelum meum, &c.] Hoc interpretatus eſt Dominus in Euangelio de Ioanne Baptiſta, dicens: Iſte eſt, de quo ſcriptum eſt: Matth. 11 b *Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam coram te*: nec eiſdem vſus eſt verbis, quæ Septuaginta interpretes tranſtulerunt. Marcus quoque Euangeliſta duo teſtimonia Malachiæ, & Eſaiæ, ſub vnius prophetæ ſermone contexens, ita exorſus eſt: Initium Euangelij Ieſu Chriſti, ſicut ſcriptum eſt in Eſaia propheta: Eſaia 40. a *Ecce mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam*, Hoc licet verbis aliis in Malachia legimus. Quod autem ſequitur: *Vox clamantis in deſerto parate viam domini: rectas facite ſemitas eius*, ab Eſaia propheta dicitur, ſtatimque vtrumque teſtimonium de quo dicatur exponens: Mar. 1. a *Fuit*, inquit, *Ioannes in deſerto, baptizans, & prædicans baptiſmum pænitentiæ in remſi-*



E *remiſſionem peccatorum*. Sed & euangeliſtæ vaticinium pro- Matth. 11. b Luc. 7. c Luc. 3 a Ioan. 1. c pheтarum ſuper Ioanne interpretati ſunt, cumque in ſenſu conſentiant, in verbis diſcrepant: pro eo enim quod Lxx. tranſtulerũt: *Rectas facite ſemitas Dei noſtri*. Marcus Lucaſq; dixerunt: *Rectas facite ſemitas eius*: Ioannes autem, Dirigite, ait, viam domini. Ex quo perſpicuũ eſt Apoſtolos & Euãgeliſtas, & ipſum dominũ Saluatorem, non Lxx. interpretũ auctoritatem ſequi, qua, Hebręæ lingue habẽtes ſcientiã, non indigent, ſed ex Hebræo transferre q̃ legerint: nõ curantes de ſyllabis punctiſque verborũ, dummodo ſentẽtiarũ veritas trãsferatur. Quod quidẽ & in pluribus locis eos feciſſe docuimus, & maxime in eo libro, qui à nobis inſcri- Tom. 2. epiſt. 101. ptus eſt, de optimo genere interpretãdi, multis ſimul teſtimoniis approbatum eſt. Hoc ergo q̃ dicitur: *Ecce ego mitto angelum meũ, & præparabit viã ante faciem meam*, ex perſona Chriſti dicitur: q̃ Ioannem miſerit in deſerto Iudęæ prædicare baptiſmum pœnitẽtiæ in remiſſionem peccatorum. Quod autẽ ſequitur: *Et ſtatim veniet ad tẽplum ſuum dominator quem vos quæritis, & angelus teſtamẽti quem vos vultis*: ita de ſe quaſi de altero loquitur, iuxta cõſuetudinem ſcriptu- F rarũ. Nulliq; dubiũ quin dominator iſte Saluator ſit, qui creator eſt omnium, & angelus teſtamẽti, & magni conſilii angelus appellatur. Alii vero hoc quod dicitur: *Ecce ego mittam angelum meum, & præparabit viam ante faciem meã*, ex perſona patris dictum putant, & quod ſequitur: *Statim veniet ad templum ſuũ dominator, quẽ vos quæritis: & angelus teſtamenti, quem vos vultis*, de domino Saluatore ab eo dictũ intelligunt. Præparat autem viam Ioannes & rectas facit ſemitas Dei noſtri in cordibus credẽtium: in quibus propter prauitatem, & incredulitatẽ prius Deus ambulare non po- 1. Pet. 2. a terat. Templum autẽ vel Eccleſiã interpretantur, vel vnumquemque in Eccleſia: *Ædificamini domos ſpirituales, ſacerdo-* 1. Cor. 3. d *tium ſanctum: offerẽtes ſpiritales victimas & acceptabiles Deo per Chriſtum Ieſum*. Eos vero qui crediderint: *Neſcitis quod templum Dei eſtis, & ſpiritus Dei habitat in vobis?* Iudæi hoc quod dicitur: Ecce ego mitto angelum meum, de Helia propheta dictum intelligunt, & quod ſequitur: *Statim veniet ad tẽplum ſuum dominator quem vos quæritis, & angelus teſtamenti quem vos vultis*, referunt ad ἠλειμμένον, hoc eſt, Chriſtum ſuũ: quem dicunt vltimo tempore eſſe venturum. Sed miror quo modo eos rerum exitus non doceat veritatem. Quod enim templum ſuum inueniet dominator, quod vſque ad fundamenta deſtructum eſt? aut ſi ab alio deſtruendum eſt antequam Chriſtus adueniat, quid Chriſtus eorũ amplius facturus eſt, cum ab alio reſtituta ſint omnia? Dominus no- Matt, 11. b ſter in euangelio Heliam prophetam, Ioannem Baptiſtam interpretans loquitur: *Si vultis ſcire, ipſe eſt Helias, qui venturus eſt*: de quo & hic idem propheta quẽ nunc diſſerimus ſcribit in fine: Infra 3. *Ecce ego mitto vobis Heliam prophetam antequam veniat dies domini magnus & horribilis*. Quo modo autem Helias Luc, 1, b Ioannes ſit, dedit nobis viam intelligẽtiæ; in virtute & ſpiritu Heliæ eum veniſſe commemorans.

HEB.

ante faciem meam, & ſtatim veniet ad templum ſuum dominator quem vos quæritis, & angelus teſtamenti quem vos vultis. a Ecce venit, dicit dominus exercituum, & quis poterit cogitare diem aduentus eius? & quis ſtabit ad vidẽdum eũ? Ipſe enim quaſi ignis conflans, & quaſi herba fullonum, & ſedebit conflans & emundans quaſi argentum, & purgabit filios Leui, & colabit eos quaſi aurum & quaſi argentum, & erunt domino offerentes ſacrificia in iuſtitia. Et placebit domino ſacrificium Iuda & Hieruſalem, ſicut dies ſæculi, & ſicut anni antiqui. Et accedam ad vos in iudicio, & ero teſtis velox maleficis & adulteris, & periuris, & qui calumniãtur mercedem mercenarii, viduas & pupillos, & opprimunt peregrinũ, nec timuerunt

SEPT.

*ante faciem meam, & ſubito veniet ad templum ſuum dominus, quem vos quæritis, & angelus iuſtitiæ quem vos vultis. Ecce venit, dicit dominus omnipotens, & quis ſuſtinebit diem introitus eius? aut quis poterit vt aſpiciat eum? quia ipſe ingreditur quaſi ignis conflatorij, & quaſi herba lauantium, & ſedebit conflans & emundans ſicut argentum & ſicut aurum, & emundabit filios Leui, & fundet eos ſicut aurum & argentum, & erunt domino offerentes hoſtias in iuſtitia. Et placebit domino ſacrificium Iuda & Hieruſalem ſicut diebus priſtinis, & ſicut annis prioribus. Et accedam ad vos in iudicio, & ero teſtis velox ſuper maleficos, & ſuper adulteros, & ſuper eos qui iurant in nomine meo mendaciter. Et qui fraudant mercede mercenarios, & opprimunt per*

Sup. 2, in fine. a ¶ *Ecce venit, dicit dominus exercituum*, &c.] Supra legimus motam domino quæſtionem ab his qui dicunt: *Omnis qui facit malum, bonus eſt in conſpectu domini, & tales ei placent*: G *aut certe* ſi diſplicent, *vbi eſt Deus iudicii?* hoc eſt, vbi eſt iuſtitiæ veritas? Ad quam diſſoluendam domini ſermo reſpondit: *Mittam angelum meum, qui præparabit viam meã, & veniet ad templum ſuum dominator, quem vos quæritis*: qui iudex eſt veritatis, de quo dicitur in pſalmo: Pſal. 71. a *Deus iudiciũ tuum regi da, & iuſtitiam tuam filio regis*: Non enim pater iudicat quẽquam, ſed iudicium omne de- Ioann. 5. d dit filio. Et ille eſt angelus teſtamenti quem vos quæritis: cui mala non placẽt, qui perſonam in iudicio non accipit: qui nulla nec miſericordia, nec ſeueritate mutatur: *Calix* Pſal. 74. a enim *in manu domini vini meri plenus mixto, & inclinauit ex hoc in hoc*, id eſt, miſericordia iuſtitiã tẽperat, & iuſtitia miſericordiã. Iſte igitur ſtatim & velociter veniet ad templũ ſuũ, id eſt, Eccleſiam: *Et quis poterit cogitare diem aduentus eius?* Si cogitare pręæ potẽtia maieſtatis eius nemo poteſt, ferre quis poterit? Et quis ſtabit ad videndum eum: hoc eſt, quis poterit eũ lippiẽtibus & cæcutiẽtibus oculis in ſua claritate conſpicere: qui eſt ſol iuſtitiæ, & in cuius pẽnis eſt ſanitas? Infra 4. a Pſal. 49. a *Ipſe veniet quaſi ignis conflãs, & quaſi herba fullonũ*: *Ignis* enim *in cõſpectu eius ardebit, & in circuitu tẽpeſtas valida*. Tũc H vocabit cœlũ deſuper & terram, vt diiudicet populum ſuum: flumina ignis trahent antę eum peccatores quoſq; Deut. 4. d 1. Cor. 3. c voluẽtia. Ignis autem dicitur dominus, & ignis conſumẽs: vt ligna noſtra, fœnum, ſtipulamque comburat. Et non ſolum ignis, ſed & herba fullonum, quæ Hebraice, a בורית מכבסים appellatur, & Lxx. a borith mechabbeſim. πόαν πλυνόντων, id eſt, herbam fullonum vertunt. Ipſe his qui peccant grauiter, ignis conflans eſt atq; cõſumens: qui autem leuia peccata committunt, herba fullonum, vt lotis munditiã reſtituat, ſecundum illud quod ſcriptum eſt in Eſaia: Eſai. 4. b *Lauabit dominus ſordes filiorum & filiarum Sion, & ſanguinem emundabit de medio eorum ſpiritu iudicii & ſpiritu combuſtionis*. Qui ſordes habent, ſpiritu iudicii indigent vt lauentur: qui ſanguine pleni ſunt, ſpiritu cõbuſtionis, vt ſanguis qui in eis extrinſecus litus eſt auferatur. Ezec, 22. d *Et ſedebit cõflans, & emundans ſicut argentum*, vt ſecũdum Ezechielem, quidquid in auro noſtro & argẽto, id eſt, ſenſu & eloquio, ære, ſtanno, ferro, plumboq; cõmixtum eſt, in camino domini percoquatur, vt purum aurum remaneat, & argentum. Vnde Luc. 12. f 1. Pet. 4. d & dominus in Euangelio loquitur: *Ignem veni mittere ſuper terram, & quam volo vt ardeat? Et purgabit filios Leui*: Tempus eſt enim vt iudicium incipiat à domo Dei. Et alibi ſcribitur: Ezech. 9. c *A ſanctis meis incipite*. In filiis autem Leui, omnem ſacerdotalem intellige dignitatem. Si autem ſacerdotes purgandi ſunt & colandi, vt purum aurum remaneat & argentũ, quid de cæteris eſt dicendum? Qui cum emundati fuerint & colati, tunc offerent domino iuſta ſacrificia, & placebit ſacrificium eorũ: quod offerunt pro Iuda & Hieruſalem, hoc eſt, pro his qui dominum confitentur, & pacem eius mente conſpiciunt, ſicut dies ſæculi, & ſicut anni antiqui: vt quo modo in principio placuerunt Deo, ſic poſt peccatũ & pœnitentiam placere incipiant, cum omni fuerint peccatorum ſorde purgari. *Et accedam*, inquit, *ad vos in iudicio, & ero teſtis velox*. Quanta formido iudicii, cum ipſe ſit teſtis & iudex.

Teſtis

A Teſtis eſt autem cunctis maleficis & adulteris: hæc enim crimina perpetrantur occulte, & ideo proferuntur in medium, ne diu lateant. Poſt maleficos ponūtur adulteri: poſt adulteros periuri: poſt periuros qui calumniantur mercedem mercenarii, & nolunt reddere pro operis labore quod debēt. Viduas quoque & pupillos, ſubaūditur, calumniātur, & opprimunt peregrinū, & alienigenam. Vel certe catechumenum, qui necdum in ciuitate Chriſti ciuis effectus eſt. Etſi iſta vniuerſa nō fecerint, ſufficit eis ſolum crimen ad pœnam, quod non timuerunt dominum. Nequaquam igitur leuia putemus eſſe peccata, periurium & mercedem non reddere laboranti, & calumniari viduam & pupillū, & opprimere alienigenam & peregrinum: quę maleficio & veneficiis & adulterio cōparantur. Hæc & iuxta hiſtoriā, & iuxta tropologiam intelligimus: vt quod eo tempore dicebatur ad principes Iudęorum, nūc dicatur ad principes Eccleſiarū. Quodque ſequitur: *Ego dominus, & non mutor*: idcirco ponit, quia ſupra dixerat: ipſe quaſi ignis conflans, & quaſi herba fullonum, ne putemus eū diuinitatis mutare naturam, cum pro nobis aut angelus, aut ignis, aut b ברית nominatur.

b borith
B

a ¶ *Et vos filij Iacob non eſtis conſūpti. A diebus enim patrū veſtrorū receßiſtis à legitimis meis, &c.*] Supra dixerat: *Ero teſtis velox maleficis & adulteris & periuris, & qui calūniantur mercedem mercenarij, viduas & pupillos, & opprimūt peregrinum, nec timuerunt me, dicit dominus exercituum*: iuſtumque iudicem eſſe ſe dicens, quod non accipiat perſonam in iudicio, intulit: *Ego dominus, & non mutor*. Et eſt ſenſus: Vos per maleficia & adulteria, & periuria, & calumnias, & violentiam quotidie mutamini: ego in iudicio nulla perſonarum varietate commutor. Cumque ſeuerum & iuſtum iudicem eſſe me fatear, ô filii Iacob, tamē non eſtis tormentorum diuerſitate conſumpti, iuxta illud quod ſcriptum eſt in Hieremia: *Sine cauſa percußi filios veſtros: diſciplinā non recepiſtis*, nec hoc nuper facitis, nec ſemel, vt erroris mereamini veniam, ſed hæreditariam habetis impietatem ex diebus patrū veſtrorum à legitimis meis recedendo, & non cuſtodiendo quæ præcepi. Filios autem Iacob ſecundum ἀναγωγὴν ſupplantatoris & germani primitiua rapientis: qui non recedant à peccatis patrum ſuorum, & declinent à legitimis, & non cuſtodiant quæ præcepta ſunt: intelligamus eos qui in Eccleſia conſtituti non recedunt à vitiis, & falſum ſibi religionis Chriſtianæ nomen aſſumunt.

Rom. 2 b

Hier. 2 f
Sec. 70.

b ¶ *Reuertimini ad me, & reuertar ad vos, dicit dominus exercituum: Et dixiſtis, in quo reuertemur? Si affiget homo Deum, &c.*] Et in principio diximus, Malachiam Prophetā Ezdram ſacerdotem debere intelligi: omniaque quæ in illius ſcribuntur hiſtoria, in hoc quoque volumine contineri, nunc dicimus temporibus eius & Nehemiæ, quos ſimul vixiſſe manifeſtum eſt, famem fuiſſe grauiſſimam, & ob famem, ſeditionem, & pauperes rerum neceſſitate cōpulſos, filios ſuos & filias, & omnem poſſeſſionem vniuerſamque ſubſtantiam vendidiſſe. Denique dicunt: *Filij noſtri & filiæ noſtræ multæ ſunt nimis: accipiamus pro pretio eorum frumentum, & comedamus & viuamus. Et erant qui dicerent: Agros noſtros & vineas & domos noſtras apponamus, & accipiamus frumentum in fame. Et iratus ſum*, inquit Eſdras, *nimis, cum audiſſem clamorem eorum ſecundum verba hæc: cogitauitque cor meum mecum, & increpaui optimates & magiſtratus*, & reliqua. Famis igitur tempore annona cariſſima: intantum vt ſuos filios vendere cogerentur, & hi qui parum habebāt, & qui in horrea multas fruges cōgeſſerant, pro neceſſitate, vel pro pretii magnitudine, Leuitis decimas nolebāt reddere: qui nō habebāt partem in hæreditate Iudææ, ſed primitiæ & decimæ erant hereditas eorum. Quod ne putetur noſtrum eſſe: Ponamus Eſdrę teſtimonium: *Et ego cognoui*, inquit, *quoniam partes Leuitarum non fuiſſent datæ, & fugiſſet vnuſquiſque in regionē ſuā de Leuitis & de cātatoribus, & de his qui miniſtrabant, & egi cauſam aduerſū magiſtratus, & dixi: Quare dereliquimus domum Dei? Et cōgregaui eos, & feci ſtare in ſtationibus ſuis. Et omnis Iudæa apportabat decimas frumēti, vini & olei in horrea, & cōſtituimus ſuper horrea Selemiam ſacerdotem, Sadoch ſcribam*, &c. Audiuimus Eſdræ hiſtoriā, nūc prophetæ verba repetamus diligētius: intuētes an prophetia hiſtoriaque concordent. Quando dicitur: *Reuertimini ad me, & ego reuertar ad vos, dicit dominus omnipotens*: quos hortatur vt redeant, perſpicuum eſt à domino receſſiſſe. Et vide clementiam domini, par pari repromittit: vt in qua mēſura mēſi fuerint, remetiatur eis. Et ſicut in Leuitico ſcribitur: *Si ambulaueritis ad me peruerſi, & ego ambulabo cōtra vos furore peruerſo*. Sic & nunc populum cohortatur ad reditum, vt ipſe quoque ad eos redeat. Qui non intelligentes ſe à domino receſſiſſe, impudenter interrogant: *In quo reuertemur?* Et dicunt: Quando enim receſſimus, vt merito redire cogamur? Dominus reſpondit: *Si affiget homo Deum, quia vos configitis me*. Verbum Hebraicum c היקבע Lxx. interpretati ſunt εἰ πτερνιεῖ, id eſt, ſi ſupplantat: pro quo Aquila & Symmachus & Theodotio poſuerunt μὴ ἀποστερήσει, id eſt, ſi fraudat, vt ſit ſenſus: *Si fraudat homo Deum, quia vos fraudaſtis me?* Et reuera ſecundum hiſtoriæ ordinem, quia decimas & primitias leuitis populus non reddebat, ſeipſum fraudem dicit dominus ſuſtinere, cuius miniſtri fame coacti & penuria templum deſeruerint. Si enim per alios viſitatur in carcere, & ægrotus ſuſcipitur, & eſuriens ſitienſque cibum accipit atque potatur: cur nō in miniſtris ſuis ipſe decimas accipiat, & ſi non dentur, parte ſua ipſe priuetur? Hoc quod diximus d היקבע: lingua Syrorum & Chaldæorum interpretatur, ſi affiget: vnde & nos ante annos plurimos ita vertimus, magis ad myſterium dominicæ paſſionis in qua homines crucifixerunt Deum, quam ad decimas ac primitias (quibus viſitatur in carcere, & ægrotus ſuſcipitur, & eſuriens, ſitienſque cibum accipit atque potatur) ſcripta referentes: Quærat prudens lector, quo modo noſtra interpretatio cum his congruat quæ ſequuntur: *In decimis & primitiis*, & videat an poſſimus hæc dicere: Vt me affigeretis cruci: vt ſceleratas manus iniiceretis Deo veſtro, multarum ante rerum meditatione feciſtis: ſubtrahendo decimas & primitias, non dico ſacerdotibus meis & leuitis, ſed mihi qui eas per Moyſen iuſſi dare. Hoc de verbo vno à nobis dictum ſit, lectoris arbitrio intelligentię iudicium relinquentibus: nunc ſequamur ordinem prophetiæ: Quia mihi nō reddidiſtis decimas & primitias, idcirco in fame & penuria maledicti eſtis, & vos me ſupplantatis, ſiue fraudatis atq; priuatis gens tota.

Nehe. 5. a
C
Nehe. 13. b
Matt. 7. a
D
Leuit. 26. d
Sec. 70.
c haikbagh.
Matt. 25. d
d haikbagh.
Exod. 23. c

HEB.

runt me, dicit dominus exercituum: Ego enim dominus, & non mutor. a Et vos filii Iacob non eſtis conſumpti. A diebus enim patrum veſtrorum receſſiſtis à legitimis meis, & nō cuſtodiſtis. b Reuertimini ad me, & reuertar ad vos, dicit dominus exercituum: Et dixiſtis, in quo reuertemur? Si affiget homo Deum, quia vos configitis me? Et dixiſtis, in quo configimus te? In decimis & primitiis. In penuria vos maledicti eſtis, & me vos configitis gens tota. Inferte omnem decimam in horreum, & ſit cibus in domo mea, & probate me ſuper hoc, dicit dominus: ſi non aperuero vobis cataractas cœli, & effudero vobis benedictionem vſque ad abundan-

SEPT.

*per potentiam viduas, & percutiunt pupillos, & peruertunt iudicium aduenæ, & qui non timent me, dicit dominus omnipotens: Quoniam ego dominus Deus veſter, & non mutor. Et vos filii Iacob non receßiſtis à peccatis patrum veſtrorum: declinaſtis à legitimis meis, & non cuſtodiſtis. Reuertimini ad me, & reuertar ad vos, dicit dominus omnipotens: Et dixiſtis, in quo reuertemur? Si ſupplantat homo Deum, quia vos ſupplantaſtis me? Et dixiſtis, in quo ſupplantauimus te? quia decimæ & primitiæ vobiſcum ſunt, & vos videntes reſpicitis, & me ſupplantatis: annus impletus eſt, & intuliſtis fructus in theſauros, & erit rapina in domibus veſtris. Reuertimini ergo in hoc, dicit dominus omni-*



E tota. Pro gente, quæ in Hebraico ſcribitur גוי, annum, Lxx. interpretati ſunt ἔτος pro ἔθνος. Et eſt ſenſus: Ecce annus expletus eſt, & nihil in meos theſauros, ſed in veſtra horrea comportaſtis: Et pro decimis & primitiuis, quæ parua erant, ſi à vobis darentur, vbertatem poſſeſſionum veſtrarum, & omnē frugum abundantiam perdidiſtis. Vt autem ſciatis me hoc iraſcēte perfectum, quia fraudaſtis me parte mea: hortor vos atq; commoneo, vt inferatis decimas in horrea, hoc eſt, in theſauros templi, & habeāt ſacerdotes atq; leuitæ, q mihi miniſtrant cibos, & probate me ſi non tantas pluuias effudero, vt cataractæ cœli apertæ eſſe credantur. *Et effundam vobis benedictionem vſque ad abundantiam.* Verbū effuſionis, nomen largitatis oſtēdit. Sed fieri poteſt vt agros irrigātibus pluuiis ſit quidem fertilitas: verū aut locuſta, aut bruchus, aut erugo, aut eruca deſtruant, & labores hominū pereant: propterea iungit & dicit: *Et increpabo pro vobis deuorantem*, locuſtam videlicet, & reliqua quæ diximus, & nō corrumpet fructum terræ veſtrę. Vinea quoque implebit torcularia, & cunctæ per circuitum nationes mirabuntur fertilitatem terrę veſtræ: intātum vt omnes in ea habitare deſiderent, & abundantia rerum omnium cunctis gētibus ſitis exemplo. Quod de decimis primitiiſque diximus, quę olim dabantur à populo ſacerdotibus ac leuitis, in Eccleſiæ quoque populis intelligite: quibus præceptum eſt, nō ſolum decimas dare & primitias, ſed & vendere omnia quæ habent, & dare pauperibus, & ſequi dominum Saluatorem. Quod ſi facere volumus, ſaltem Iudæorum imitemur exordia: vt pauperibus partem demus ex toto, & ſacerdotibus ac leuitis honorem debitum deferamus. Vnde dicit & Apoſtolus: *Honora viduas, quæ vere viduæ ſunt, &* presbyterum duplici honore honorandum: *maxime qui laborat in verbo & doctrina Dei*. Quod qui nō fecerit, Deum fraudare & ſupplantare conuincitur, & maledicitur ei in penuria rerū omniū: vt qui parce ſeuerit, parce & metat, & qui in benedictione ſeminauerit, in benedictionibus fructus colligat abūdāter. Si quādo fames, & penuria, & rerum omnium egeſtas opprimunt mundum, ſciamus hoc ex Dei ira deſcendere: qui in pauperibus, ſi non accipiant eleemoſynam, fraudari ſe loquitur, & ſua portione priuari. Poſſumus decimas & primitias & ſic interpretari: Si quis doctus & eruditus legem Dei poteſt cæteros erudire, nō debet ſuæ aſſignare prudentiæ ingenioque quod poſſidet: ſed gratias agat primum Deo, qui cuncta largitur, deinde ſacerdotibus eius ac magiſtris, à quibus doctus eſt. Si enim non egerit gratias, ſed ſibi ſcientiam vendicauerit, in penuria maledicetur. Quod ſi intelligens largitorem Deum, & his agens gratias, per quos à Deo eruditus eſt, humiliauerit ſe, & in horreum intulerit cibos, hoc eſt, ſcripturæ ſanctæ alimenta in Eccleſia populis miniſtrauerit: ſtatim aperientur ſuper eū cataractę cœli, & effundetur pluuia ſpiritalis, & mandabit Deus nubibus ſuis, vt pluant ſuper eum imbrē, & abundātia rerum omnium perfruetur, & increpabit etiam pro eo deuorantem, contrarias ſcilicet fortitudines, & labor ipſius afferet fructum, & conſequetur illud quod ſcriptum eſt: Beatus qui in aures loquitur audientium. Leuabit quoque oculos ſuos, & videbit regiones, quoniam iam albæ ſunt ad metendū, & colliget fructus in vitā æternam: nec erit ſterilis vinea in agro eius, illi qui dicit in Euangelio: *Ego ſum vitis*. Et qui loquitur per prophetam: *Ego te plantaui vineam frugiferam, omnem veram*, & tātā per humilitatis cōfeſſionē, & gratiarum actionē in Deum ac magiſtros Eccleſiæ eius beatitudinem conſequetur, vt omnes beatum illū dicant gentes, & in terra eius atque doctrina habitare deſiderent, qui illum in Eccleſia audierint diſputantem.

F
Matt. 19. e
Matt. 10 b
Luc. 18. d
1. Tim. 5.
Ibidem c
2. Cor. 9. b
Eccleſ. 25. b
Sec. Græc.
G
Ioann. 4. d
Ioan 15. a
Hier. 1. d

a ¶ *Inualuerunt ſuper me verba veſtra, dicit dominus. Et dixiſtis: quid locuti ſumus cōtra te, &c.*] Prius dixerat: laborare feciſtis dominum in ſermonibus veſtris, & dixiſtis, in quo eum fecimus laborare? *In eo cū diceretis: Omnis qui facit malū, bonus eſt in conſpectu domini, & tales ei placent: aut certe vbi eſt Deus iudicij?* nūc idem plenius repetit. Populus enim, qui de Babylone reuerſus, videbatur Dei habere notitiā, & obſeruare legem, & intelligere peccatū ſuum, & pro peccato offerre victimas, decimas reddere, obſeruare ſabbathū, & cætera quæ Dei lege præcepta ſunt, cernens cunctas in circuitu nationes rebus omnib. abūdare, ſe in penuria & fame & miſeria conſtitutum, ſcandalizabatur ad ſingula, atque dicebat. Quid mihi prodeſt, quia vnum & verum Deum colo, abominor idola, & compūctus conſcientia delictorū ante Deum triſtis incedo? Quem locū, vt ſupra diximus, ſeptuageſimus & ſecundus pſalmus plenius latiuſque proſequitur. Vnde propheta, qui eſt medicus ſpiritualis, medetur cunctis vulneribus, & verba blaſphemiæ in creatorem recidere cōteſtatur, & dicit ex perſona Dei, Inualuerunt ſuper me verba veſtra, ſiue ingrauata ſunt: Etenim iuxta Zachariā iniquitas ſedet ſuper talentum plumbi, & quod contra Deū dicitur, graui blaſphemiarum mole deprimitur. Qui non intelligentes verba grauiſſima & blaſphemiam ſuam, interrogant: quid locuti ſumus contra te? Quibus reſpondit dominus: *Dixiſtis, vanus eſt qui ſeruit Deo, & quod emolumentū quia cuſtodiuimus præcepta eius?* In præſenti ſeculo mercedem pro Dei exigunt ſeruitute: ideo non recipiunt. Et quia ambulauimus triſtes coram domino, iuxta illud quod ſcriptum eſt in pſalmis: *Tota die triſtis ingrediebar. Beatos igitur dicimus arrogantes*, qui ſuperbiunt contra Deum, & impia blaſphemiarum verba iaculantur. *Si quidem ædificati ſunt*, & poſt ſcelera atque blaſphemias proſperis omnibus perfruuntur. *Tentauerunt Deum*, ſiue reſtiterunt Deo, & ſalui facti ſunt: Salutē, fœlicitatē præſentis ſæculi putant, & idcirco decipiuntur erroribus. Hæc & de hæreticis Marcione & Valentino, & cæteris qui vetus non recipiunt teſtamētū, & contra creatorem mundi loquuntur, intelligere poſſumus: quod proficiant in impietate ſua, & multos ſceleris ſocios habeāt: ad quos ſcandalizati, qui in Eccleſia perſeuerāt, & ignorantes cauſam iudicij Dei, prophetæ verba contexūt.

Sup. 2. in fin.
H
Zach. 5. e
Pſalm. 37. b

b ¶ *Tunc locuti ſunt timentes dominum vnuſquiſque cum proximo ſuo.*] Iuxta Hebræos ita intelligendum eſt: Illis de Dei iudicio blaſphemantibus: qui timent Deum adinuicem locuti: quod retributio bonorum vel malorum non ſit in præſenti & breui ſæculo, ſed in futuro & æterno, & quod homo non poſſit Dei ſcire iudicia, & de illius æquitate ac iuſtitia diſputare, & cætera quæ debet iuſtus cum iuſto loqui. Nec dixit quæ ſunt locuti, ſed ex eo quod intulit: *Tunc locuti ſunt, timen-*

HEB.

dantiam. Et increpabo pro vobis deuorantem, & non corrumpet fructum terræ veſtræ: nec erit ſterilis vinea in agro, dicit dominus exercituum. Et beatos vos dicent omnes gentes. Eritis enim vos terra deſiderabilis, dicit Dominus exercituum. a Inualuerunt ſuper me verba veſtra dicit dominus. Et dixiſtis: quid locuti ſumus contra te? Dixiſtis, vanus eſt qui ſeruit Deo, & quod emolumētum, quia cuſtodiuimus præcepta eius, & quia ambulauimus triſtes coram domino exercituum? Ergo nunc beatos dicimus arrogantes: ſiquidem ædificati ſunt facientes impietatem, & tentauerunt Deum, & ſalui facti ſunt. b Tūc locuti ſunt timentes dominū vnuſquiſque cum proximo ſuo. a Et

SEPT.

*omnipotens: Niſi aperuero vobis cataractas cœli, & effudero vobis benedictionem meam vſque dum ſufficiat, & diuidam vobis cibos, & non diſperdam fructum terræ veſtræ, & non infirmabitur vinea veſtra in agro, dicit dominus omnipotens: Et beatos vos dicent omnes gentes: quia eritis vos vt terra voluntaria, dicit dominus omnipotens. Ingrauaſtis ſuper me verba veſtra, dicit dominus. Et dixiſtis, in quo locuti ſumus contra te? Et dixiſtis, vanus eſt qui ſeruit Deo, & quid amplius, quia cuſtodiuimus mandata eius, & quia ambulauimus ſupplices ante faciem domini omnipotentis? Et nunc nos beatos dicimus alienos, & ædificantur omnes qui faciunt iniquitatem, & reſtiterunt Deo, & ſalui facti ſunt. Hæc locuti ſunt qui timent dominum,*

A *timentes Deum vnuſquiſque cum proximo ſuo*, intelligere debemus ea locutos timentes Deum, quæ omnium ſcripturarum vocibus continentur. Iuxta LXX. vero ἐϐεβεϰχ legendum, & preſſa voce, vt dicamus: Hæc ſunt locuti, qui timent dominum, vnuſquiſque ad proximum ſuum, hoc eſt, qui fruſtra iactitant & dicunt: quod emolumẽtum quia cuſtodiuimus præcepta eius, & ambulauimus triſtes coram domino? ſi enim timerent dominum, iſta non dicerent.

a ¶ *Et attendit dominus, & audiuit, & ſcriptus eſt liber monumenti coram eo timẽtibus dominum, &c.*] Hęc iuſtis loquentibus, & timẽtibus Deum, ſingulis cum proximo ſuo: qui verba blaſphemiæ nec audire voluere, nec dicere: Attendit Dominus, & audiuit, ſcriptus eſt liber monumenti corã eo timẽtibus & cogitantibus nomen eius: vt cum dies iudicij venerit, reddat & blaſphemãtibus pœnas, & timentibus pręmia. Liber autem ſcriptus, eſt de quo in Daniele legimus: *Throni poſiti ſunt, & libri aperti ſunt.* (Dan. 7. c) Et erunt domino exercituum in peculium timẽtes dominũ, in die qua iudicij tempus aduenerit. Pro peculio in Hebræo legitur סגולה ꝙ (a ſegoula) Aquila περιούσιον & cæteri περιποίησιν interpretati ſunt. Timentes igitur dominum qui locuti ſunt cum proximo ſuo, & ad verba blaſphemiæ reſpõderunt, erunt in die iudicij in peculium, & parcet eis: Quia (B) omnis homo ſub peccato. Siue eliget eos ſicut eligere ſolet homo filium ſuum ſeruientẽ ſibi: In quo duplex affectus eſt, & pietatis in filium, & ſeruitutis in famulum. Et tunc qui nunc blaſphematis & dicitis: quod emolumentũ, quia cuſtodiuimus præcepta eius, & ambulauimus triſtes corã domino? ex illorum electione, & beatitudine, & veſtram miſeriam cognoſcetis, & verſi in pœnitẽtiam videbitis, quid ſit inter iuſtum & impium, & inter ſeruientem Deo & non ſeruientem ei.

HEB.

a Et attendit dominus, & audiuit, & ſcriptus eſt liber monumenti corã eo timẽtibus Dominum, & cogitãtibus nomen eius. Et erunt mihi, ait Dominus exercituum, in die qua ego facio, in peculium: & parcam eis ſicut parcit vir filio ſuo ſeruienti ſibi. Et cõuertemini & videbitis quid ſit inter iuſtum & impium, & inter ſeruientem Deo & non ſeruientem ei.

SEPT.

*minum, vnuſquiſque ad proximum ſuum. Et attendit Dominus, & audiuit, & ſcripſit librum monumenti in conſpectu ſuo his qui timent dominum, & qui reuerentur nomen eius. Et erunt mihi, dicit dominus omnipotens, in die qua ego facio, in acquiſitionem, & eligam eos ſicut elegit homo filium ſuum qui ſeruit ei. Et conuertar, & videbitis quid ſit inter iuſtum & iniquũ, & inter ſeruientem Deo, & eum qui non ſeruit ei.*

CAPVT IV.

E*cce enim dies veniet ſuccẽſa, quaſi caminus, & erũt omnes ſuperbi, & omnes facientes impietatem, ſtipula, & inflammabit eos dies veniens, dicit Dominus exercituum, quæ non relinquet eis radicem & germen, &c.*] Quia laborare me fecerunt impij in ſermonibus ſuis, & dixerunt: *Omnis qui facit malum, bonus eſt in conſpectu domini, & tales ei placent, & vanus eſt qui ſeruit Deo, & quod emolumentũ, quia cuſtodiuimus præcepta eius, & ambulauimus triſtes corã domino exercituum?* (Sup. 2. in fine.) Et aduerſũ eorũ verba temeraria locuti ſunt timentes Deum, & vnuſquiſque cum ſuo proximo contulerunt ea quæ ad Dei timorem pertinent: *Attendit Dominus, & audiuit, & ſcriptus eſt liber monumenti his qui timent dominum, & cogitant nomen eius*, & cum dies venerit, habere ſe eos in peculium pollicetur, & parcere eis, ſicut parcit homo filio ſuo ſeruienti ſibi: pleniuſque inculcat & dicit: Ecce dies veniet, id eſt, dies iudicij: quæ ſanctis lux erit, & (C) peccatoribus tenebræ, & ipſa dies erit ſuccenſa quaſi caminus, ſiue clibanus, vt omnes impij vertantur in ſtipulam, & camini crementur ardoribus. Cumque eos inflammauerit atque combuſſerit, non relinquet in eis vllam radicem, & germen malitiæ. Hoc de impiis, quid in die iudicij ſint paſſuri. Econtrario dicitur quid timentibus nomen Dei eueniet. *Et orietur vobis timentibus nomen meum ſol iuſtitiæ*, qui vera omnia iudicabit, & nec bona, nec mala, nec virtutes, nec vitia latere patietur: *Et ſanitas* erit *in pẽnis eius*, vt ſanatos per pœnitentiam portet in humeris ſuis, iuxta id ꝙ in Deuteronomio ſcriptũ eſt: *Expandens alas ſuas ſuſcepit eos, & in humeris ſuis portauit illos.* (Deut. 32. b) Tunc egredientur qui nunc ſæculo quaſi carcere ſunt incluſi, & ſalient quaſi vituli de armento, ſiue quaſi vituli de vinculis liberati. Vnde & Apoſtolus dicit: *Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto*, (Philip. 1. c) vt egrediatur & ſaliat ſicut vitulus & vinculis liberatus, & ſicut victmia dñi. Nec hoc lętitiæ fine contentus eſt, ſed calcabit impios cum fuerint cinis. Vnde & ad iuſtos fit imprecatio: *Deus autem conteret ſathanam ſub pedibus veſtris velociter.* (Rom. 16. a) Abrahã locutus eſt ad dominum, comparatione diuinæ maieſtatis cinerem eſſe ſe ſentiens: Ego ſum terra & cinis, (D) (Gen. 18. d) & propterea videbit ſolem iuſtitiæ, & requieſcet inter medios eius cleros: atque ipſo portante ad cœleſtia, ſubleuabitur. Qui vero per ſuperbiam dixit: *Ponam ſuper ſidera ſedem meã: ero ſimilis Altiſſimo*, (Eſai. 14. d) deducetur ad terram, & erit quaſi cinis ſub ſanctorum pedibus, cum dies domini aduenerit iudicantis.

HEB.

ECce enim dies veniet ſuccẽſa, quaſi caminus, & erunt omnes ſuperbi, & omnes facientes impietatem, ſtipula, & inflammabit eos dies veniens, dicit Dominus exercituum, quæ non relinquet eis radicẽ & germen. Et orietur vobis timentibus nomẽ meũ ſol iuſtitiæ, & ſanitas in pennis, & egrediemini, & ſalietis ſicut vituli de armento. Et calcabitis impios, cum fuerint cinis ſub planta pedum veſtrorum in die qua ego facio, dicit dominus exercituum.

c Mementote legis Moyſi ſerui mei, quam mandaui ei in Horeb ad omnem Iſrael præcepta & iudicia.

a Ecce

SEPT.

Q*Via ecce dies venit ardens ſicut clibanus, & comburet eos, erunt omnes alienigenæ & vniuerſi qui faciunt iniquitatem ſtipula: ſuccendet eos dies veniens, dicit dominus omnipotens, & non relinquetur in eis radix neque ramus. Et orietur vobis qui timetis nomen meum ſol iuſtitiæ, & ſanitas in pennis eius, & egrediemini & ſalietis ſicut vituli de vinculis relaxati. Et conculcabitis iniquos, & erunt cinis ſubter pedes veſtros in die qua ego facio, dicit Dominus omnipotens.*

c ¶ *Mementote legis Moyſi ſerui mei, quam mandaui ei in Horeb ad omnem Iſrael præcepta & iudicia.*] Iuſta meritorum in futuro erit retributio, quando ſuperborum radicem & germen deuorans flamma conſumet & comburet, & timentibus dominum orietur ſol iuſtitiæ, & ſanitas in pẽnis eius. Igitur memẽtote legis Moyſi ſerui mei, quam ei dedi in mõte Horeb, qui eſt Sina, ad omnem Iſrael præcepta & iudicia. Dicente autem Apoſtolo: *Scimus quia lex ſpiritualis eſt.* (Rom. 7. c) Et beato Dauid: *Reuela oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua*: (Pſalm. 118 d) Et quia ſpiritualiter omnes cœleſte manna comedebant, (1. Cor. 10.) & vniuerſus populus Iſrael de eadem ſpirituali, & ſequente eos bibebant petra: *Petra autem erat Chriſtus*: qui credunt in Chriſto, ſpiritualiter debent legis præcepta ſeruare, quæ dedit in Horeb, quod interpretatur ſiccitas, (חרב) per quam omnium vitiorum humor excoquitur, & ad radios ſolis iuſtitiæ, libidinis reuma ſiccatur. Locutus eſt autem Dominus ad vniuerſum Iſrael, qui ſenſu cernit Deum, & de quibus in Euangelio dicitur: *Beati mundo corde: quoniam ipſi Deum videbunt.* (Matt. 5. a)

a ¶ Ecce



E a ¶ *Ecce ego mittã vobis Eliam Prophetam, antequam veniat dies domini magnus & horribilis. Et conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum: ne forte veniam, & percutiã terrã anathemate*] Poſt Moyſen, cuius mandata ſpiritualiter docuimus eſſe ſeruanda, Eliam dicit eſſe mittendum. In Moyſe legẽ, in Elia Prophetiam ſignificans, dicente Abraham ad quendam diuitem purpuratũ: *Habent Moyſen & prophetas, illos audiãt.* (Luc. 16. g) Et dominus atque Saluator trãsfiguratus in monte, loquẽtes ſecum habebat Moyſen & Eliam in candidis veſtibus, (Mar. 9. a) qui & dicebãt ei quæ paſſurus eſſet in Hieruſalẽ. Lex enim & omnis prophetarum chorus Chriſti prædicat paſſionem. Igitur antequam veniat dies iudicij, & percutiat dominus terram anathemate, ſiue omnino vel ſubito, vt LXX tranſtulerunt, hoc enim ſignificat ἄρδην, (חשבי אליה) mittet dominus in Elia (qui interpretatur Deus meus, & eſt de oppido Theſbi, qui cõuerſionem & pœnitentiam ſonat) omnem prophetarum chorum, qui conuertat cor patrum ad filios, Abraham videlicet & Iſaac & Iacob, & omniũ Patriarcharum: vt credant poſteri eorũ in dominum Saluatorem, in quem & illi crediderunt. Abraham enim vidit diem domini, & (G) lætatus eſt, (Ioan. 8. g) ſiue cor patris ad filium, id eſt, cor Dei ad omnem qui ſpiritum adoptionis acceperit. Et cor filiorum ad patres eorum, vt Iudæi & Chriſtiani, qui nunc inter ſe diſcrepant, pari in Chriſtum religione conſentiant. Vnde dicitur ad Apoſtolos, qui ſeminarium in toto orbe Euãgelii prodiderunt: *Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij.* (Pſal. 44. d) Si enim Elias nõ cor patrum ad filios ante conuertit, & cor filiorum ad patres eorũ, cum venerit dies magnus & horribilis (magnus sãctis, horribilis peccatoribus) percutiet verus & iuſtus iudex non cœlum, nec eos qui verſantur in cœlo, ſed terrã anathemate, qui faciũt opera terrena Iudæi & Iudaizantes hæretici ante ἠλειμμένον ſuum, Eliam putant eſſe venturum, & reſtituturum omnia. Vnde & Chriſto in Euangelio proponitur quæſtio: Quid quod phariſæi dicunt quod Helias venturus eſt? Quibus ille reſpondit: *Elias quidem veniet, & ſi creditis iam venit*: (Mar. 9. b) in Elia Ioannem intelligens.

HEB.

a Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam, antequam veniat dies domini magnus & horribilis. Et conuertet cor patrũ ad filios, & cor filiorum ad patres eorum: ne forte veniam, & percutiam terram anathemate.

SEPT.

*Ecce ego mittam vobis Eliam Thesbiten, antequã veniat dies domini magna & illuſtris, qui conuertet cor patris ad filium, & cor hominis ad proximum ſuum: ne forte veniens percutiam terram penitus.*

*Diui Hieronymi Presbyteri Commentariorum in duodecim prophetas minores finis.*